ACH 80

Innes
Collection

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

EX LIBRIS A GARRIGUES DM

C 334

~~H. 7~~ (retro la pensione)

UNIVERSITY OF LONDON WARBURG INSTITUTE

2197. **Georgius** (Fr.). Francisci Georgii veneti Minoritanae familiae. De Harmonia mundi totius cantica tria. (In fine) : *Venetiis, in aedibus Bernardini de Vitalibus, M.D.XXV* (1525) ; fort vol. in-fol., demi-rel. vélin blanc.

La meilleure édition de cet essai de philosophie générale, qui se rattache à l'occultisme. Rare. (Mouillures).

De Harmonia Mundi.

The signature on title page appears to be

BENEDETTO VARCHI.

Florentine writer, poet, historian 1502-1565.

Edition originale Brunet, II, 1543

See The Occult Philosophy in the Elizabeth Age by Frances A. Yates P. 62.

This copy is not "censored" as she

WARBURG 18 0288812 7

Ex libris Michael Innes

Bc 9 53.

Vedi Brunet Pag. 85 T. 2

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

EX LIBRIS AGARRIE DM

11-3-13

A C H 80

FRANCISCI GEORGII VENETI MINORITANAE FAMILIAE DE HARMONIA MVNDI TOTIVS CANTICA TRIA

Talia probabiat, ſpiritus quibus ſpirat.

LIBR. FONTIS BOLOGNA

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

PROOEMIVM

FRANCISCI GEORGII VENETI MINORITANÆ FAMILIÆ IN OPVS DE HARMONIA MVNDI TRIFARIAM DISTINCTVM AD CLEMENTEM. VII. PONT. MAX. PRÆFATIO.

NON EQVIDEM PATER BEATISSIME fastu ullo/neq; secundum carnem,& sanguinem/sed bono genio, immo & meliori spiritu ducor/ut pro minus colluſtratis hãc qualẽcunq; accẽdere coner faculã, nõ certe noui luminis,sed eam,quę a luce illa omnes illuminãte subrutilat, Et ut de messe Domini opulentissima in Dominicum horreũ pro pauperculis cibandis afferã, saltẽ uel paruulos mergites, ab aliis messoribus, forsitan iubẽte Domino/posteris derelictos:ex quibus triticũ excussimus, non certe nouum,sed antiquum noua quadam forma conductum,nouoq; modo subactum,aqua proculdubio non cisternarũ dissipatarum, sed melioris,& salutaris sapientiæ:ex qua bibenti fit fons aquæ salientis in uitam æternam:Quam aquã haurientes ii/qui primi Euangelicæ doctrinæ iecere fundamenta uere filii Dei effecti,stultitiam existimarũt sapientiam huius mundi/quæ uiribus propriis,& ab humana industria excogitatis initur, nulli ueritati cedens,nisi quam syllogisticis rationibus sese ostendere posse confidunt/qui eam sectantur. Sed eæ deductiones compositæ & in ipsis sensibus radicitus fundatæ solitariam illam / atq; intellectualem Opificis naturã (ut Proculus docet) attingere nequeunt:Sed neq; inferioris naturæ effectus/proprietates,aut passiones (ut aiunt) docere possunt: cum harum causę/ex quibus ipsas coniicere suis argumentationibus opinãtur, sint (omnium eorum consensu) mortalibus penitus ignotæ: Insuper ex sensibus procedentes, qui fallaces sunt (sicuti multis rationibus probat Pyrrho Heliates) nullam nobis sincerã præbere possunt ueritatem: Hinc cum de diuinis agitur, quæ oraculis (ut ait Plato) comparari debent, relinquendæ sunt huiusmodi compositæ,& ex fallacibus sensibus deductę rationes his/qui circa sensibilia uersantur/& qui ea,quæ in agendo subiiciuntur motui/ extrema confinia suæ doctrinæ statuerunt/& qui omnia combinare,& concludere opinantur per quædam axiomata/ quæ refellere impossibile existimant:Sed hi ab ipsis occultata diuina irrident, quæ tanto magis exaltantur / q̃to ad altius cor homo ascendere præsumit,cum sacra hæc solo diuino lumine ostendantur/ cõtentionem oderint,silentium

Procu.

Pyrrhó

Plato

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

desiderent,supbos,& sapientes mundi respuãt,paruulos, & humiles corde amplectentur, & pascant, syllogismos, & humanas deductiones penitus irrideant:cum nullũ sit diuinitatis principium,nihilq; eam antecedat, per quod aliud probari possit:Hinc tantum ad diuina,teste Areopagita,con- Areop.
scendere fas est,q̃tum seipsum diuinorum eloquiorum radius insinuauerit, qui expurgatis mẽtibus sese percipiendum tantũmodo offert:Ideo si ex- terni,ut uel minimam scintillam diuinarum rerum perciperẽt,omni cura, quæ animum offuscant,ammouere studuerunt,q̃to magis ii,quibus diui- na eloquia,& altissimaꝝ rerum sacramenta credita sunt, animi purifica- tionem omni studio pquirere debent:Brachmanæ enim nullum ad ipsoꝝ Brach.
admittebant sapientiam,nisi abstinẽtes a uino,& carnibus,sed a uitiis sup omnia,ut Deum ipsum,quem intelligere cupiebant,diuina conuersatione ęmularentur.Itidẽ apud Indos inferiores docebat Pharaotes, si Philostra- Pharao.
to credimus.Lysides quoq; Pythagoreus scribens ad Hypparchum docet Philost.
minime pium esse mysteria ueræ philosophiæ, quæ vꝫ diuina redolet,eis Lysides
cõia facere,qui nec somniare qdẽ purificationẽ animi potuere: neq;.n.põt lippus,& im mundus oculus (ut Hierocles de antiquoꝝ,qui has semitas Hieroc.
sequuti sunt/promptuariis deprompsit) res nimium lucentes intueri:Nec poterit qs sacris de nouo addictus nõ bene initiatus statim pcipere collu- strationes illas diuinas:quia experrectus a sommo nequit statim lucida cõ templari.Assuefaciendus est igit̃ animus ad studia pulchra,& pedetentim expurgandus,quousq; Diuina lux subrutilet,& noster in nobis (ut Plotinus Plotin.
ait) emineat intellectus:qui animũ patri,& ueręq; luci applicet: illũq; in Opificis intellectionibus impmixte collocet:Lumẽ quoq; (inqt Procu- Procu.
lus) cõiungat lumini,nõ quale illud,quod scientiaꝝ esse phibet̃, sed pul- chrius quoddã,& unitũ magis.Hic cõgregati sunt cũ Deo Abrahã,Prin- cipes electę familię,& doctores ueręq; sapiẽtiæ,q Dii effecti uehemẽter ele- uati sunt ad lumẽ illud suscipiendũ:quod a mortalibus remotissimũ tene- brosi Iudei scandalũ,& impii Gentiles stultitiã existimarunt, collustratis autẽ oculis uisum est fulgor pulcherrimus,& uerum omniũ thesauroꝝ,ac integerrimæ sapientiæ promptuariũ. Hinc magna constantia etiam uitæ discrimine toto animo ipsum defẽdere conati sunt: Ad q̃s thesauros etiam (ut Paulus docet) nõ per philosophiã,hanc uidelicet traditã ab homini- Paulus
bus,& inanẽ fallaciã peruenit̃:sed luce illa percipit̃,per quã a claritate in claritatẽ conscendentes denicq; transformamur in eãdẽ imaginẽ illius, qui est splendor patris,& uera eius imago.Sed cũ breuissimus sit collustratoꝝ numerus,qui possint rutilans lumẽ illud suscipere,hinc eos,qui huiusmodi initiari cupiunt,per eas semitas deducendos existimo, p quas ad illud su- premũ lumen percipiendũ facilius disponi possint:Eæ aũt semitæ procul dubio sunt per hæc uisibilia ad inuisibilia Dei ex harmonica cognatione,

quã consonantissimã habent ad inuicẽ.De mundi itaq; utriusq;,& Arche- typi cõsonantia,deq; statu uniuersaꝝ reꝝ,omniumq; eoꝝ,quæ uterq; ipse mundus (prout ab Archetypo suscipit) harmonia maxima cõplectitur, pro huiusmodi faciliori ducatu,opportũe existimauimus ptractare:Quod facere cupiẽtibus per multas semitas iter nobis accipiendũ est,eo q; cũctis disciplinaꝝ artificialibus sit remediis occurrendũ,Physicis, Arithmeticis, Astronomicis,Geometricis,Musicis,atq; Diuinis.Si reꝝ itaq;,quæ sensi- bus subiiciuntur,tractatio erit,tũ Peripatetici cũ sensibili doctrina suffra- gabunt̃:Si cœlestia indagabimus,Astronomoꝝ demonstrationibus inni- temur:Si reꝝ naturaliũ concordiã perscrutabimur,ad secretiores philoso- phos dirigemus iter:Si de sydeꝝ uarietate,& de eo,qui est ex diuersis aspe ctibus,motibus,soniscq; concentu tractatus habebitur,musicis cõtinuo ra- tionibus absoluetur:Si supremas intelligentias,& arcana supcœlestia ut- cunq; explicare tentabimus, semotis his omnibus, ac in uestibulo relictis, prophetas,& sanctos,qbus peculiari dono datum est nosse secreta Dei ui- uentis,adibimus,aut lucẽ illã,quæ oẽs illuminat, & in huiusmodi optime instruit,implorabimus.Si tñ aliqua ratione ex uisibilibus istis ad penetra- lia cœlestia,& supramũdana subleuari cupiemus,illud erit nobis (errore posthabito) unicũ iter per numeros, qbus hæc inferiora cũ superioribus cõnexa ex harmonica ipsoꝝ proportione se prębent cõtemplantibus sua- uissima,& ex mutua correspondentia,atq; ui sibi insita opantibus facilli- mam uiã pręstãt:Numeris.n.omnia disposita sunt,& inde adeo domestici omnibus,ut eis nihil obstet: nam cognati superis ad cœlestia familiariter cõscendunt:rursusq; cũ sensibilibus domestice agunt: & inde diuersas na- Procu.
turas,diuersosq; modos induũt:Numerus enim q(ut Proculus ait) semp idẽ existit,alius tñ est in uoce,alius in reꝝ proportioue,alius in aia & rõne, & alius in diuinis, & qui in rebus creatis ligatus est,Deo familiaris abso- Themi.
lutissimus reperit̃.De inferioribus autẽ loquentes Themistius,& Boetius Boetius
adeo numeꝝ pręferũt,ut neminẽ existiment absq; ipso recte philosophari Pytha.
posse.Pythagorici uero oẽs simul, & Academici,sed pręaliis secretiores Acade.
Theologi ubiq; numeros celebrant,& uenerantur: nec immerito/ quia ut Theol.
phibet Auenzoar Babylonius,ille oia rite nouit,q bene scit numerare:Cui Auẽzo.
Plato adstipulatur dicens in Epimonide:Si qs ab hominũ natura numerũ Plato
auferre uelit,nullatenus prudẽtes eos, aut scientificos relinqt:Nã aia nihil pcipiet sine ratione:Nec rõnẽ de rebus reddere quispiã poterit,qui numeꝝ ignorat.Artes quoq; sublato numero penitus euanescũt:& quod maximũ est,bonoꝝ quidẽ omniũ,mali aũt nullius numeꝝ esse cãm asseuerat: Hic, qui beatus futurus est,qui cœlestia & diuina rimari cupit,numeꝝ ignora- re nõ debet.Necessario igitur p numeroꝝ semitas,& harmonicũ ordinem nobis pcedendũ est,si rite,accõmodateq; p hæc inferiora ad supna,supre-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

siodũ, Pythagorã, Architã, Platonẽ, Parmenidẽ, Charũdã, Zamolsim, Lycurgũ, & q̃q̃ demũ istos sequuti p̃clare philosophati sunt, aut leges dederũt, sum psisse, qđ traderẽt: Hos ẽt (ut oẽs, q̃tũ fas est, cõuenire faciamus) eatenus admittẽdos duximus, q̃tenus harmoniæ nr̃æ, quã moliri statuimus cõcordes uidebuntur: sicubi uero dissonabunt, nõ aliter, q̃ inutiles chordas renuẽdos. Illos itaq; antiquos pr̃es e uestigio sequentes inter alia reg̃ noia, sed potissime ipsius opificis, latinis nr̃is, put ipsi tradiderunt/reddere conabimur, uel saltẽ q̃d fieri poterit, ꝓpinquo: ut & clarius exprimamus eoꝝ ꝓfunda sensa, & sacramẽta, quæ latent in suis illis characteribus descriptis, adeo, ut Origenes existimet ea in aliud idioma traducta, ꝓpriã uim minime retinere: Idcirco nõ leuis, aut curiosus nouitatis auctor cẽseri debeo, si uerbis ipsis primigeniis, aut his admodum proximis utemur. Nec supfluũ iudicet, & inutile, si aliqua sæpius repetere uideamur, qa eadẽ cũ diuersis coaptanda toties necessario repetunt/quoties coaptãtur: Sunt.n. diuersa cũ diuersis, & eadẽ cũ multis cõponenda, ut oia cõcinna adinuicẽ demonstrentur: & ex omni parte omniũ opeꝝ Dñi suauissimus hauriatur consensus flante (ut p̃camur) Diuino spũ, & omniũ reg̃ Artifice: quẽ cõcentũ omnimodũ tribus Canticis diapasonicis cõplecti posse iudicauimus: hinc quodlibet cãticũ octo Tonis, diapason v3 pfecto, cõsummabitur: In primo itaq; cantico utriusq; mundi adinuicẽ, & amboꝝ cũ Archetypo consonantiã personabimus: In secũdo de cõuenientia reꝝ omniũ cũ Messiah capite, & de eo, qui ꝓ ipsum Christũ omnibus rebus ex peccato confractis, ac dissonis est restituturus cõcentus: In tertio de homine reꝝ omnium uinculo consonantissimo ad harmoniam reuocando cum omnibus, quæ in eo uinciuntur, & cũ opifice, cui cõuenire, immo *uniri inditum* est: In quibus (ni fallor) totũ utriusq; mundi negotium, & disciplinarum multarum summa continetur.

Orige.

Veꝝ P̃ sancte, & si iuxta cõe adagiũ omnia noua placẽt, tñ ipsa noua plerũq; ꝯmulationẽ excitãt: cõniuẽtes ẽt oculos nouo lumini nõ assuetos offendunt: tuñ in odiũ cõuersi sæpe oppugnare incipiũt, qđ nõdũ bñ pceperũt: Hinc me nasutis multis, & facile obtrectãtibus tã ex nouo ꝓcedẽdi mõ, q̃ ex aliqbus scintillis, iãdiu sub cinere latentibus, seu ex silice nouiter excussis expositum non ignoro: Ideo P̃ Beatiss. hoc qualecunq; opus, & oia alia, quę Dei auxilio noua molimur, cũcta ẽt quæ in me sunt, censuræ tuæ, ac patrũ sacratissimi collegii tui sũmittenda duximus, & omniũ q obscuro lumine derelicto ad supremã, & splẽdidissimã lucẽ (q̃tũ fas est) aciẽ direxerũt: Nec existimauerim. P. Sancte & Clementiss. Clemens hoc nostrũ qualecũq; opus uere cõcinnũ, nisi tua uirtute, & authoritate oibus membris ecclesiastici corporis reddat suaue, & inocuus cibus sumẽtibus. Tibi igit̃ ipsum dicaui, qui Christi, in quo oia, & ꝓ quẽ oia in corpore hoc catholico uicẽ geris: ut sicut a Christo Dei uerbo uitã & pulchritudinẽ suscipiũt oia, sic opus istud, qđ de oibus tractat, per te fœlicius uiuat, & pulchrũ sit, & cunctis securũ iucundũq; epulũ. VALE. P. S. diuq;.

INDEX HARMONICI VOLVMINIS TRIPARTITI SECVNDVM ORDINEM IPSIVS DIGESTVS.

INDEX TONORVM PRIMI CANTICI.



Vis sit mundi progenitor, & qua harmonia superexcęlsæ unitatis gaudeat. Tonus Prim'

Qua concordia reꝝ principia, & descripto/res eoꝝ conueniant, aut dissentiant. Ton. II.

Quo cõsonanti numero summus opifex in creata omnia descendat. Ton. III.

Quibus mutuis concentibus prima rerũ genera conueniant ad inuicem, & cum Archetypo. Ton. IIII.

Qua consonantia interualla eorum repleantur. Ton. V.

Qua concordia contineantur omnia in homine, tanq̃ in paruo instrumento. Ton. VI.

Qua sonoritate omnia etiam particularia in hoc feculento mundo existẽtia cum Archetypo conueniant. Ton. VII.

Quid sit ultimum, in quod omnia diapasonica consonantia reducuntur. Ton. VIII.

PRIMI TONI INDEX.

QVod a sanctis uiris diuino lumine collustratis de Deo discere possumus, quę tractamus. Cap. Primũ

Quod absq; huiusmodi luce errarunt omnes de Deo loquentes per deuia q̃plurima. Cap. II.

Et si quid sit Deus intelligere nõ possumus, tñ Deum esse & oraculis/& ratione, & consensu omnium edocemur. Cap. III.

Quomodo per creatarum rerum uestigium, aut imaginem, & eorum cõsonantiam cum Archetypo deuenire possumus in cognitionem eius fęcunditatis. Cap. IIII.

Quod Deus sit omnium rerum, & numerorum fœcunditate plenus, ut possit omnia consonantissime producere. Cap. V.

Quod Deus sit unus. Cap. VI.

Quod fœcundissima mens illa prima, quæ Deus dicitur, ad intra extraq; produxerit. Cap. VII.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Quod Deus mundum fabricauerit. Cap. VIII.
Mũdi cõditio nõ dat phis, ut cõcludãt cõtra ei' genituã. Cap. IX.
Neq; motus idem prestat. Cap. X.
Minus itidem tribuunt gubernatores eius. Cap. XI.
Neq; ab opifice procedendo probant, quod intendunt. Cap. XII.
Cur aberrarunt Philosophi a catholica ueritate. Cap. XIII.
Rationes pro mundi nouitate. Cap. XIIII.
Cur añ, aut postq̃ Moses narrat, Deus mũdũ nõ fecerit. Cap. XV.
Deficiũt Phi, dũ pbare nitũt Deũ necessario agere ad ex. Cap. XVI.
Progressus pro contingentia in diuino opificio. Cap. XVII.
Deus cognoscit particularia. Cap. XVIII.

SECVNDI TONI INDEX.

QVanta dissonantia absoni reperiantur mundi sapientes in suis dogmatibus. Cap. Primũ.
Quod catholici scriptores conueniant. Cap. II.
Quãta dissonãtia mũdi sapiẽtes eius iecerint fundamẽta. Cap. III.
Dissonant Philosophi etiam in negotio animæ. Cap. IIII.
Quod nec minus dissentiant in describendo eum finem. quem omnia apperunt. Cap. V.
Vnde nostri cõsonantiam/& illi dissonantiam traxerint. Cap. VI.
Qui doctores, in diuino, & mundano instrumento circa penetralia personauerint concordes. Cap. VII.
Cur antiqui studuerint abscondere dogmata, quæ trade/bant sub metaphoris, & ęnigmatibus. Cap. VIII.
Quomodo possent dissonantes concordari. Cap. VIIII.
Conuentus sapientum in genituræ mundi spatio. Cap. X.
Cur numerus senarius fabricæ, & septimus dies requiei addictus sit. Cap. XI.
Concordia antiquorum in rerum unitate. Cap. XII.
De prima rerum productione consensus. Cap. XIII.

TERTII TONI INDEX.

QVomodo unus per uiginti septẽ distendatur. Cap. Primũ.
Quãto ordine a Deo trino per ternarium fiat in fabricata omnia progressus. Cap. II.
Quomodo Angeli per primum nouenarium simplici ternario correspondentem distribuantur Cap. III.

Sicut Deus descendit in nos per tripartitum Angelorum ordinem, ita per eos in Deum cõscendere possumus. Cap. IIII.
De intelligentiarum authore. Cap. V.
Quõ secũdo quadrato ternario opifex cœlos fabricauerit. Cap. VI.
Quomodo planetæ, aut stellæ operentur in inferiora bo/num, uel malum. Cap. VII.
Vnde proueniant mala, an ex influentis malitia, an mala dispositione recipientis. Cap. VIII.
Rõnibus cõprobant, quæ sapiẽtũ sentẽtiis iã decreta sũt. Cap. IX.
Quod nec Saturnus, neq; Mars, neq; quodcunq; aliud sydus sit malum, ut prẽferebatur. Cap. X.
An stellę agant in nos, nec ne, & si agunt, utrum cogendo, aut disponendo. Cap. XI.
Qualiter tertio quadrato ternario elementaria omnia produxerit omnium Artifex. Cap. XII.
Cur quaternario numero eleměta sint distributa. Cap. XIII.
Quod elementa reperiant in omnibus mũdanis mẽbris. Cap. XIIII.
De alia partitione reꝝ elementatarꝝ/per quam tolluntur instantiæ/quæ possent fieri circa prædicta. Cap. XV.
Quod elementa reperiantur nõ tm̃ in hoc terrestri mun/do, sed cœlesti, supracœlesti, & Archetypo. Cap. XVI.
De figura elemẽtoꝝ secũdũ Pythagoreos, & Platonicos. Cap. XVII.

QVARTI TONI INDEX.

QVomodo angeli primi ordinis conueniant cum primo cœlo, quod primum mobile dicitur. Cap. Primũ.
Qua cõcordia Cherubini stellato cœlo respõ/deant. Cap. II.
Confirmat hæc mirandum Ezechielis oraculum. Cap. III.
Thronorum quinq; proprietates. Cap. IIII
Qua cõsonãtia eisdẽ proprietatibus Saturnus coęquet. Cap. V.
Dominationum decem proprietates. Cap. VI.
Quo concentu easdem omnes Iupiter imitetur. Cap. VII.
De tribus coęquationibus Mauortis ignis cũ Virtutibus. Cap. VIII.
Quomodo cõueniãt adhuc in aliis sex conditionibus. Cap. IX.
Magna melodia Sol in octo cũ Potestatibus conueniens quasi diapason reddit. Cap. X.
In quinq; participant Principatus cum Venere. Cap. XI.
Qua cantilena Mercurius cum Archangelis concinat. Cap. XII.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Quomodo denicp luna coaptetur cum Angelis. Cap. XIII.
Conuenit iterum terra cum luna. Cap. XIIII.
Aqua cum Mercurio/& Saturno interſonat. Cap. XV.
Aer cum Ione, Venereq; reboat. Cap. XVI.
Ignis cũ Sole,& Marte feruet. Cap. XVII.
Lapides cum cœlis ſuccentant. Cap. XVIII.
Metalla idem faciunt,cum Marte potiſſime. Cap. XIX.
Viuaciori ſono reſpõdent herbæ cœlis,maxime Ioui. Cap. XX.
Occentant zoophyta cum Saturno. Cap. XXI.
Intercinunt animalia cũ ſtellato cœlo/& primo mobili. Cap. XXII.
Succentant eadem potiſſime cum ſupcœleſti mundo. Cap. XXIII.
Quæ in particulari cum Saturno conueniant. Cap. XXIIII.
Quæ harmonizẽt cum Ioue. Cap. XXV.
Quæ robur a Marte ſuſcipiant. Cap. XXVI.
Quæ cum Sole aut Phœbo cõcinant. Cap. XXVII.
Quæ cum Venere delitientur. Cap. XXVIII.
Quæ cum Mercurio interſonent. Cap. XXIX.
Qualiter omnia iſta cum luna conſummatam harmoniæ conſonantiam deducant. Cap. XXX.
Quæ in particulari cum quibuſdam particularibus ſtellis reſonent. Cap. XXXI.
Quam belle omnia hęc depicta ſint in arca/quam cœleſti oraculo fabricauit Moſes. Cap. XXXII.
Quãto myſterio oẽs enneades in ſuo decimo cõueniant. Cap. XXXIII.

QVINTI TONI INDEX.

CVr uicesimo ſeptimo numero a Platone fiat illa prima deſcriptio. Cap. Primũ
Quæ interualla eiuſdẽ numeri repleri poſſit,& quæ non. Cap. II.
Cur ad maiores numeros reducatur hæc ordinatio. Cap. III.
Cur iterum ad maximos numeros reducatur. Cap. IIII.
Cur in huiuſmdi deſcriptione Plato uſus ſit magis diatonico genere,q̃ chromatico,& enharmonico. Cap. V.
Quo mirabili artificio in prima omnium creaturarum, quã Hebrei מטטרון dicũt/contineantur illi tres nouenarii,qui.xxvii/cubum v3 eorum complent. Cap. VI.
Quod idẽ numerus,& eodẽ ordine in ſupioribus uirtute quadã ſupexcellenti contineatur. Cap. VII.

Quod ex unitate primi reſultet in omnibus cõſonãtia. Cap. VIII.
Qua nota eptachordũ exaratum animæ conueniat. Cap. IX.
Quomodo tres illi nouenarii reperiantur in homine. Cap. X.
Quid ſibi uelint illę tres ꝓportiones muſica,geometrica, & arithmetica,quibus aia,& totus mũdus diſponit. Cap. XI.
Cur ſeptem limitibus mundi & animæ negotium complectantur Pythagorici/& Academici. Cap. XII.
Quõ in mundo omnia,more Platonico loquendo,limitũ eorum interualla repleantur. Cap. XIII.
Quod ea,quæ de exiſtentibus in ſphęris dicta ſunt,ſcripturæ ſacræ conuenire uideantur. Cap. XIIII.
Quid poſſit dici de cõplemẽtis interuallaꝝ triũ enneadũ. Cap. XV.
Quõ oia ſuo numero/pondere/& mẽſura cõſtituta ſint. Cap. XVI.
Quibus cauſis interuenientibus hæc multiplicia genera conducantur. Cap. XVII.
Quomodo omnes iſti tres nouenarii adhuc cõtineant in ſupremo nomine Dei,& ab ipſo emanent. Cap. XVIII.

SEXTI TONI INDEX.

DE modo ꝓcedendi,& concordia generali hominis cũ mũdo maiori,& Archetypo. Cap. Primũ
Quod Hõimite mũdũ in figura circulari. Cap. II.
De proportione menſurarum in homine. Cap. III.
Conſonantia membrorum,& liniamẽtoꝝ eius adinuicẽ. Cap. IIII.
Quod omnia includantur in homine ſermo generalis. Cap. V.
Quanta elegantia elementa in hoc homine reperiant. Cap VI.
Quæ in ipſo homine elementis reſpondeant. Cap. VII.
Ex compoſitis cum quibus lapides conueniant. Cap. VIII.
Quibus reſpondeant metalla. Cap. IX.
Quibus concinant quædam mixta mineralia mirando artificio. Cap. X.
Cum quibus planetæ uireſcant & uegetent. Cap. XI.
Animales cõditiões in hoie uiuere omnibus patet, Cap. XII.
Quid de tranſmigratione animæ humanæ in beſtias ſenſerint antiqui/& quæ ſit rei ueritas. Cap. XIII.
Quid de particularibus tranſmutationibus mira conſonantia cum noſtris depoſuerint externi. Cap. XIIII.
Omnia cõtineri in homine ſacro artificio deſcribit Moſes in arca Noe. Cap. XV.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Cur animalia immunda bina ex utroq; ſexu/munda aũt ſeptena in arcam dicantur introducta. Cap. XVI.
Quod omnes quoq; cœli in homine contineantur. Cap. XVII.
Vnde unũquodq; ſignorum zodiaci habeat denominationem,& quid agant illa animalia/ a quibus denominantur/cum ſole. Cap. XVIII.
Cur illa ſigna/& præcipui articuli in homine ſint duodenario numero diſtributi. Cap. XIX.
Correſpõdẽtia qualitatũ cũ Planetis,& octauo cœlo. Cap. XX.
Quod intellectus conueniat cum orbe ſignorum. Cap. XXI.
Rapit primum mobile cum corde, aut libertate animi ibi reſidentis. Cap. XXII.
Quæ conſtipentur,& ſolidentur cum Saturno. Cap. XXIII.
Quæ æquentur cum Ioue. Cap. XXIIII.
Quę feruecant cum Marte. Cap. XXV.
Quæ uiuificentur/& clareſcant cum Sole. Cap. XXVI.
Quæ molleſcant cum Venere. Cap. XXVII.
Quæ acuantur,& penetrent cum Mercurio. Cap. XXVIII.
Quæ agitentur a Luna. Cap. XXIX.
Quod ex proportione motuum planetarũ ad inuicẽ, & cũ octauo cœlo inuaẽ ꝓportio uiriũ noſtrarũ. Cap. XXX.
De concordia admirabili rerum inordinatarum,& ſecum utriuſq; mundi. Cap. XXXI.
Quod homo concinat cum Angelis eos continens. Cap. XXXII.
Modulaẽ homo cũ Deo ipſius templum/& imago exiſtens. Cap. XXXIII.
De conſonãtia membrorum Dei & hominis. Cap. XXXIIII.

SEPTIMI TONI INDEX.

Authoritatibus,& rationibus probantur omnia habere in Archetypo aliquid, cui reſpondeant. Cap. Primum
Cui maieſtati materia prima ſuccentet. Cap. II.
Cum quo ſtabiliatur terra. Cap. III.
Cum quibus cætera elementa in eodem reſonent. Cap. IIII.
Quid inibi norent lapides. Cap. V.
Quam ſedem illic habeant metalla. Cap. VI.
Quem locum ibidem plantæ. Cap. VII.
Cum quibus noſtra hæc æquetur planities. Cap. VIII.

Quibus eleuentur montes. Cap. IX.
Quid deſertum/& arida. Cap. X.
Quid frugifera terra. Cap. XI.
Quid mare & aquæ. Cap. XII.
Quid fontes. Cap. XIII.
Quid flumina,& canales. Cap. XIIII.
Quid piſcinę,lacus,& ſtagna. Cap. XV.
Quid mare rubrum. Cap. XVI.
Quid nubes,& pluuia. Cap. XVII.
Quid ros,& pruina. Cap. XVIII.
Quid grando,& nix. Cap. XIX.
Quid glaties,& cryſtallus. Cap. XX.
Quid paradiſus uoluptatis. Cap. XXI.
Quid Gion,phyſon,tigris,& euphrates ex ipſo paradiſo fluentes. Cap. XXII.
Quid iordanis/& ieor fluuius ægypti. Cap. XXIII.
Quid uinum,lac,butyrum,& mel. Cap. XXIIII.
Quid terra fluens lacte & melle. Cap. XXV.
Quid oleum. Cap. XXVI.
Quid palma,cedrus/lignum ſetim/& hyſſopus/atq; ſalix. Cap. XXVII.
Quid uitis,& uinea. Cap. XXVIII.
Quid animalia ſanctitatis. Cap. XXIX.
Quid capreæ,cerui,& hinnuli. Cap. XXX
Quid oues,& paſtores ouium. Cap. XXXI.
Quid aialia,piſces,aues,& plantę mũdę,& imundę. Cap. XXXII.
Quid Ieruſalem/ſion/& templum. Cap. XXXIII.
Quid Aegyptus,babylon/& damaſcus. Cap. XXXIIII.
Quid Arabia/mons ſina/& meſopotamia ſyriæ. Cap. XXXV.
Quid Amalech/Moab/Ammon,& Philiſtiim. Cap. XXXVI.

OCTAVI TONI INDEX.

Deus oia cõplet flatu,& uita ſuauiſſima. Cap. Primum
Quis ſit iſte,qui omnia complet,& quid de ipſo cognoſcere poſſumus. Cap. II.
Omnia uere tendunt in Deum. Cap. III.
Quo appetitu in eundem pergant. Cap. IIII.
Quo curriculo uehantur. Cap. V.
A quibus trahatur iſte currus. Cap. VI.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Quid operẽtur angelici Dei ministri in isto attractu, comprobatur a scriptura sacra. Cap. VII.
Quomodo omnia per senarium a Deo egrediantur. Cap. VIII.
Qualiter per senariũ in eũdem redeant/& in Christũ maxime/qui est uera quies, & uerũ sabbatum. Cap. IX.
Qualiter per senarium ætatum reducatur genus humanum in ipsum Deum. Cap. X.
Quõ hõ particularis regulate uiuẽs deuenit in Christũ sabbatũ per sex ętates significatas p sex illos dies. Cap. XI.
Christus est uera requies,& uerũ sabbatum. Cap. XII.
Cur completis operibus quinq; dieꝫ dictum sit, Vidit Deus quod bonũ, sed cõpleto opere sexti dictum sit, & erant ualde bona. Cap. XIII.
Consummat perfectũ diapason in octonario. Cap. XIIII.
Qui cœli in sua reuolutione diapason pfecte cõducãt. Cap. XV.
De cõcẽtu cœlorꝫ tã ex distãtia, q̃ ex cõsonãtia motuũ. Cap. XVI.
De cõsonãti fœcũditate in septenario numero planetarꝫ. Cap. XVII.
De harmonica conuenientia septenarii planetarum cum duodenis signis. Cap. XVIII.
De uera cœlorum harmonia, quam aliqui non intelligentes falsõ negant. Cap. XIX.
De concordia cœlorum cum supernis mentibus. Cap. XX.
Omnia in eũdem deducunt, quia ab eodẽ suscipiunt, unde influãt, q̃uis influxus uideatur diuersus. Cap. XXI.

PROOEMIVM secundi cantici.

INDEX TONORVM SECVNDI CANTICI

CHristus, & Messiah est Dei sapientia, & uerbũ omnia ratione ideali cõtinens/ & homo existens omnia inferiora actu complectens. Ton. Primus
Christus est uita, & sustentaculũ omniũ cuncta uiuificans, & omnia ad se trahens. Ton. II.
Christus est uerus sacerdos, uerus panis, hostia, & sacrificiũ omnia purgans, & omnia pacificans. Ton. III.
Christus est summa ueritas, & lux omnes docens, & omnia collustrans. Ton. IIII.
Christus Pr̃ omniũ p uerã regenerationẽ effectus, & caput corporis mystici in omnia membra influit. Ton. V.

Christus est finis, & complementum omnium operũ omnibus dans, ut operentur. Ton. VI.
Christus est Rex regũ/& summus Imperator omnia regens/& moderans. Ton. VII.
Christus est mediator/per quem oibus dat transitus, ut in finem suum deueniant. Ton. VIII.

PRIMI TONI INDEX.

MEssiæh deitas rationibus cõprobatur. Cap. Primũ
Idem comprobatur uaticiniis. Cap. II.
Quõ sit in ipso Christo deitas, & uerbũ. Cap. III.
In uerbo diuino continebãtur omnia. Cap. IIII.
Ibidem omnia sunt numero/pondere/& mensura. Cap. V.
Cognitiones exemplares in mente summi artificis ideæ dicuntur, & sunt. Cap. VI.
Qui has ideas admiserint. Cap. VII.
Qui ideas respuerint, & quibus rationibus. Cap. VIII.
Errores sũt, & nõ ratiões/quæ cõtra eas facere uident. Cap. IX.
Quid habeamus ex ideis. Cap. X.
Quod omnis harmonia a uerbo procedit. Cap. XI.
Quomodo istæ ideæ intelligantur a nobis. Cap. XII.
Rerũ necessitas/& omne esse ab ideis dependet. Cap. XIII.
Ibidem sunt etiam ideæ uirtutum, & regulę/quibus conformiter uiuere debemus. Cap. XIIII.
Ibi sũt rõnes moderãtes honestas/& turpes actiones. Cap. XV.
Christus est uerus homo diuinitate plenus. Cap. XVI.
Sicut Christus in eo/q; deus/cõtinet omnia uirtute/ sic in eo/q; homo/continet eadem omnia in eũdẽ excellentissima nota collecta. Cap. XVII.

SECVNDI TONI INDEX



VItiplex, & unica est uita omnium. Cap. Primũ
Vnde omnia sortiantur uitam. Cap. II.
Quid sit arbor uitæ. Cap. III.
Vbi plantata sit hæc arbor. Cap. IIII.
Qualiter sit formata ipsa arbor. Cap. V.
Quibus, & quomodo communicata. Cap. VI.
Quando, & cur uetita sit arbor. Cap. VII.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Quō oia in ea arbore,& cōsequēter in Christo uiuant. Cap. VIII.
Christus est sustentaculum omnium. Cap. IX.
Cur non omnes sustententur ab eo. Cap. X.
Quomodo a terra fuerit exaltatus. Cap. XI.
Qualiter exaltatus omnia traxerit ad seipsum. Cap. XII.
Quō uirtutes & numina in plura uidebantur diffusa. Cap. XIII.
Christus liberans ab hac calamitate humanum genus deiecit tricipitem illam bestiam. Cap. XIIII.
Quomodo aduocauerit ad se omnia alia numina. Cap. XV.
Hoc dominium obtentum,& attractio omnium numinum ad se probantur euidenti facto. Cap. XVI.
Eadem comprobantur uaticiniis. Cap. XVII.
Quomodo distrahentia omnia tandem ammouebit,ut ad se unum omnia complete trahat. Cap. XVIII.
Quod tandē traher omnes attrahendos. Cap. XIX.

TERTII TONI INDEX.

QVid sit sacerdos,& eius officium. Cap. Primū
Q& Christus fuerit uerus sacerdos,& omnibus refertus, quæ ad uerum sacerdotē,& summū Pontificem spectant. Cap. II.
Christo tanq̄ uero sacerdoti oia sacerdotalia debent. Cap. III.
Sacerdotis uestimenta quæ sint. Cap. IIII.
Quid hæc uestimenta ad sacerdotes,atq; ad antistitem maximum conferebant. Cap. V.
Quid ad sacerdotes Christi pertineant hæc figuratiua indumenta. Cap. VI.
Quid omnia illa uestimenta cum Christo,quē potissime figurabant. Cap. VII.
Christus est sacerdos in æternum. Cap. VIII.
Cur Christus fuerit sacerdos iureiurando. Cap. IX.
Quomodo Christus fuerit sacerdos secundū ordinem Melchizedec. Cap. X.
Quanto maior,& melior sacerdos fuerit Christus,q̄ Aaron,& omnes sacerdotes legales. Cap. XI.
Christus fuit uera hostia,& omnigenum sacrificium, & oblatio. Cap. XII.
Quomodo Christus fuerit uerus agnus. Cap. XIII.
De uirga Mosi,& cruce. Cap. XIIII.

Ad quid sacrificia,&'cur hirci sorte delecti pro peccato offerri iussi sint. Cap. XV.
Cur par turturū/aut duo pulli colūbaꝝ offerri iussi sint in purificatione partus & mulieris parientis. Cap. XVI.
Cur aues duæ offerebant pro leproso mūdando. Cap. XVII.
Cur simul cū hirco uitulus siue bos pro pctō offerebat. Cap. XVIII.
Quid ouis,& agnus. Cap. XIX.
Quid de panibus,pposicionis,placēta azima,lagana,panibus similg,& huiusmodi oleo delinitis. Cap. XX.
Quid suffumeriū,siue thuribulū,thus,& thurificatio. Cap. XXI.

QVARTI TONI INDEX.

QVid sit ueritas. Cap. Primū
Christus est ueritas. Cap. II.
Christus est legis ueritas. Cap. III.
Quomodo iota unum,aut unus apex legis nō prēteribit non cōpletus,& non uerificatus in Christo. Cap. IIII.
Christus legem perfecit. Cap. V.
Quid sibi uelit uitula rubea, & eius cinis in sacris, & in expiatione coinquinatoꝝ. Cap. VI.
Qualiter doctrina Christi sit summe uera. Cap. VII.
Quid cū ueritate legis ea,quæ Christus docuit. Cap. VIII.
Qua ueritatis rectitudine Christus Deus regat mūdū. Cap. IX.
Qyæ in ueritate de credendis Christus docuerit. Cap. X.
Quod sola fides, quæ est pura credulitas, minime sufficiat ad salutem. Cap. XI.
Eliminatio illoꝝ fundamentoꝝ. Cap. XII.
Quomodo intelligātur authoritates,quæ fidei tantū tribuere uidentur. Cap. XIII.
Solutio magnæ difficultatis,quā afferunt dicta Pauli in epistola ad Romanos. Cap. XIIII.

QVINTI TONI INDEX.

QVomodo Deus sit Pater omnium. Cap. Primum
Quomō Christus in natura humana iterum nos regenerans effectus sit uerus pater. Cap. II.
Cur in hac regeneratione exigatur a nobis fides. Cap. III.
Vnde generetur masculus,fœmina,uel androgynus. Cap. IIII.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Vñ ſimilitu do ꝓficiens imaginẽ generantis in genito. Cap. V.
Quomodo Chriſtus omnes, quos generat, paſcat. Cap. VI.
Quomodo, ut nauſeã tolleret, hos cibos decoxerit. Cap. VII.
Hic q genuit, & paſcit, ẽt ueluti bonus pr̃ nos inſtruit. Cap. VIII.
Quam doctrinam nos docuerit. Cap. IX.
Breuis epilogus eoꝝ, q̃ docuit Chriſtus de negotio hois. Cap. X.
In quo gymnaſio, & qua cathedra nos inſtruxerit. Cap. XI.
Quibus theſauris/ueluti bonus pr̃/ditet nos Chriſtus. Cap. XII.
Quo peculio ditauerit filias. Cap. XIII.
Quod tandem legatum fecerit. Cap. XIIII.
Quibus, & quanta legauerit. Cap. XV.
Quanta ſolẽnitate hoc teſtamentũ celebrauerit. Cap. XVI.
Quomodo teſtamentũ confirmatũ ſit. Cap. XVII.
Quõ Chriſtus nõ tm̃ pr̃, ſed caput omniũ effectus ſit. Cap. XVIII.
Qualiter Chriſtus tãq̃ ueꝝ caput influat in oia mẽbra. Cap. XIX.
Quã curã habeat Chriſtus parens nr̃ de nobis filiis, quos genuit, in ſubminiſtratione reꝝ tẽporaliũ. Cap. XX.

SEXTI TONI INDEX.

Chriſtus eſt author, & finis fidei. Cap. Primũ
Chriſtus nõ tm̃ fidei, ſed cũctaꝝ reꝝ cauſa omnia ſua diuinitate replet. Cap. II.
Chriſtus non eſt pars, neq; totum, eſt tamẽ totum & pars. Cap. III.
Ex ſacris eloquiis habemus Chriſtum eſſe omnia. Cap. IIII.
Quod adhuc ex ſcriptura ſacra habeamus ipm̃ Chriſtũ multoꝝ artificialiũ nomina ſibi uendicaſſe. Cap. V.
Quod etiam abſq; rapina Chriſtus IESVS uendicauerit ſibi omnia diuina nomina. Cap. VI.
Quomodo in nomine IESV omnia tã producta, q̃ diuina nomina includantur. Cap. VII.
Cur ſolũ IESV nomẽ hodie iuocet a ueris Dei cultorib'. Cap. VIII.
Quare ex ſcriptura ſacra ꝑfiguratũ hẽamus Chriſtũ eſſe fontem totius meriti, gratiæ, & gloriæ. Cap. IX.
Idem comprobatur uaticiniis. Cap. X.
Quã clare Iſaias hæc oia unico reſerauerit oraculo. Cap. XI.
Ex omnibus antedictis concluditur IESVS fuiſſe cõplementũ non tm̃ opeꝝ Dei, ſed noſtraꝝ quoq; opationũ, atq; meritoꝝ, & cõſequẽter dans, uñ opemur. Cap. XII.

SEPTIMI TONI INDEX.

Chriſtum eſſe uerum Dñm uaticiniis Moſaicis prænuntiatum eſt. Cap. Primũ
Idem comprobatur aliis uaticiniis. Cap. II.
Cur Chriſtus nõ dicit̃ regnare in domo Abrahæ, cũ ipſi fuerit de eo primo facta repromiſſio. Cap. III.
Cur nec in domo Izahac regnat, cui ſecũdo repromiſſio facta eſt. Cap. IIII.
Cur angelico oraculo dictum ſit, Regnabit IESVS in domo Iahacob in æternum. Cap. V.
De fructibus huius domus, in qua Chriſtus regnat. Cap. VI.
Quæ ſit hæc domus, ſecm̃ allegoriam. Cap. VII.
Quãta cõſonantia tribus illq; aplicæ diſtributæ ſint iuxta partitionẽ figuratiuq;, & ſigna ſtelliferi cœli. Cap. VIII.
Qua diſtributiõe, & quo myſterio pro cœloꝝ aſpectibus caſtra locauerint ſingulę familię & tribus. Cap. IX.
In quot trigonos cœli diſtincti ſint, cuicq; trigono, aut ſigno unaquæq; regio ſit ſubiecta. Cap. X.
In quibus prouintiis, & quibus ſignis ſubiectis prædicauerit unuſquiſq; Apoſtolus. Cap. XI.
De conuenientia Apoſtoloꝝ cũ ſignis cœleſtibus. Cap. XII.
Conueniunt etiam tribus cũ imaginibus, ad quoꝝ aſpectus caſtrametabantur. Cap. XIII.
De cõcordia benedictionũ, quas dedit Iahacob ad filios ſuos duodecim cũ duodenis populis, qbus prędicarũt duodecim Apoſtoli ſecm̃ ordinẽ ſignoꝝ, qbus rñdẽt. Cap. XIIII.
Digreſſio/cur ordo primarius non ſeruabitur. Cap. XV.
Proſecutio concordiæ benedictionum Iſſacar, & Zabulon cum populis eorum. Cap. XVI.
De concordia benedictionis datæ Iehuda cũ populo directo a ſigno ipſi correſpondente. Cap. XVII.
De aliaꝝ duaꝝ benedictionum tribuũ huius trigoni cõcordia, cũ ſignis, & populis ipſis conuenientibus. Cap. XVIII.
De cõcordia bñdictionũ triũ familiaꝝ, quæ caſtra locarũt cõtra tertiũ trigonũ, cũ populis ab ipſo directis. Cap. XIX.
De cõcordia bñdictionũ reliquaꝝ tribuũ, q̃ caſtrametatę ſunt cõtra q̃rtũ trigonũ, cũ populis ab ipſo directis. Cap. XX.
Digreſſio quare Paulo celeberrimo apoſtolo nulla fuerit aſſignata particularis tribus, aut regio. Cap. XXI

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Quid sibi uelit in castrametatione circa tabernaculũ fœderis illa interiecta trinaria turma. Cap. XXII.
Quid iuuãt septuaginta duo discipuli, quos princeps noster IESVS in Euangelio elegisse dicitur. Cap. XXIII.
Quod Christus regit, & gubernat totum corpus mysticũ & mundanum. Cap. XXIIII
Explicatur id per oraculum. Cap. XXV.

OCTAVI TONI INDEX.

CHristus in sctissima trinitate ẽ psona media. Cap. Primũ.
Christus ẽ uera arbor, i me° padisi collocata. Cap. II.
Quid hæc diuina persona media cũ natura humana, quã assumpsit. Cap. III.
Quõ ex illa arbore inductũ sit pctũm, & malũ in mũdũ. Cap. IIII.
Christus in hac uita semper oblectatus est medio. Cap. V.
Christus fuit optimus mediator. Cap. VI.
Per christum hominẽ conscendimus in Deũ & Patrẽ. Cap. VII.
Quõ scdm Apli sniam xps noui testamẽti mediator sit. Cap. VIII.
Digressio de bello indicto ãtiqs Prib° cõtra illos populos. Cap. IX.
An idigeamus me°, ut i hũc xpm redẽptorẽ deueniamus. Cap. X.

PROOEMIVM in tertiũ & nouissimũ canticũ.

INDEX TONORVM CANTICI TERTII.

DE animæ, & corporis, atq; uirtutũ concordia multiplici. Tonus Prim°
De animæ cõsonãtia p rez intelligẽtias. Ton. II.
De hominis cõuenientia cum intelligentiis, cœlis, & sacris. Ton. III.
De cõuenientia omniũ rerũ cũ homine bene chordato, ut possit in cunctis operari, & omnibus imperare. Ton. IIII.
De cõsonãtia animę cũ ꝓprio spũ, & oĩbus aliis spiritib°. Ton. V.
De cõcentu suauissimo, quẽ faciunt homines bene chordati cũ Deo. Ton. VI.
De corporis, & animæ harmonia mutata in melius per resurrectionem. Ton. VII.
De suauissimis concentibus, & pausa illa æterna in adepta beatitudine. Ton. VIII.

PRIMI TONI INDEX.

DE ea, quæ est in corpore conuenientia, & symmetria. Cap. Primũ
De ea cõsonãtia, q̃ est iter corpus & animã. Cap. II.
Vnde in corpore dissonãtia oriatur. Cap. III.
Vnde, & quæ inter corpus & animam consonantia, uel dissonantia. Cap. IIII.
De temperando corpore, & dispositione tentorii per naturales medelas. Cap. V.
Quantũ in huiusmodi temperamẽtis cõducendis cõferat prudentia, atq; debitum regimen. Cap. VI.
Quãtũ ad hęc cõducẽda ualeat unicuiq; sui uera cognitõ. Cap. VII.
Temperatur, corroboraturq; corpus, & consequenter totus homo cœlesti fauore. Cap. VIII.
Qua breui uia a cœlo/Angelis & Deo fauorem haurire possimus. Cap. IX.
Quõ ualeat hõ paruus mundus ab oĩbus mẽbris maioris mundi (cui simillimus est) fomentũ suscipere. Cap. X.
De consensu animæ cũ seipsa. Cap. XI.
De uirtutum concentu conducendo, ut possit ex eis anima sanari, & oblectari. Cap. XII.
De consonatia uirtutum cũ anima. Cap. XIII.

SECVNDI TONI INDEX.

QVid sit anima. Cap. Primũ
An oẽs animas ęquales creauerit opifex. Cap. II.
Cur in primæua distributione hac inęqualitate usus sit æquissimus iudex. Cap. III.
An ex hoc q; inæqualibus gradibus distribuerit a principio, & uariis donis & præmiis prosequaẽ mortales, censeatur opifex acceptator personarz. Cap. IIII.
Solutio aliquarz difficultatum. Cap. V.
Quõ anima a principio nuda sit, aut appareat. Cap. VI.
Ad quẽ gradũ intelligẽtiæ ptingere possit anima. Cap. VII.
An semper intellectus ad id perueniat, ad quod puenire posset. Cap. VIII.
Quibus mediis cognitionis gradum nobis præparatum attingere possimus. Cap. IX.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Vn per ſenſus exteriores procedendũ ſit, ut ad ipſum deueniamus terminum. Cap. X.
Quod ueri & neceſſarii ſint ſenſus interiores/ quibus plura & certius percipi poſſunt, q̃ per exteriores. Cap. XI.
An ſemper homo utatur his ſenſibus interioribus. Cap. XII.

TERTII TONI INDEX.

QVod ſymbolum, & quam conuenientiam habeat homo cũ Angelis. Cap. Primũ.
An hõ ſit exceſſior angelis, uel ecõtrario. Cap. II.
Quæ inuidia fuerit, & ſit inter angelos, & homines. Cap. III.
An homines cũ angelis conueniant in numero. Cap. IIII.
Qua æquiſſima lance eos, qui ex ipſis ꝓuaricati ſunt, diſerit in nos hoſtes. Cap. V.
Quid poſſit homo a cœlis ſuſcipe, ut melior fiat. Cap. VI.
Vnde cœli ſuſcipiant fauorẽ, quẽ harmonicũ influũt. Cap. VII.
Quid habeat homo cũ ſacramentis. Cap. VIII.
Quid habeat homo cũ ſacrificiis. Cap. IX.

QVARTI TONI INDEX.

DE conuenientia quadam occulta rerũ inter ſe, unde altera in alteram mirabiliter operatur. Cap. Primũ.
Quæ cõueniunt inter ſe, multo fœlicius congrediũtur in homine, qui eſt perfectiſſimum omnium uinculum, & præ omnibus diuinitate ſuffultus. Cap. II.
Quod uates efficiatur homo bene chordatus aliquando multiplici ſuffragio inferiorum. Cap. III.
Quis, & unde efficiatur uerus uates. Cap. IIII.
Apologeticum pro uaticinio. Cap. V.
Omnia ad ſe deducunt homines bene chordati. Cap. VI.
Homines ſuo loco poſiti, & cõcini facile rebus omnibus dominantur. Cap. VII.
Vnde ſit hæc uis dominandi, quomodo perdita, & quomodo reſtituta. Cap. VIII.
Varia, & mira operandi, atq; dominandi conditio. Cap. IX.
Quæ ſint naturalia opera, quæ falſa, & quæ uera miracula, & quæ legitima dominandi uis. Cap. X.

Hõ bñ chordatus exaudiẽ ad uota de q̃cũq; re petierit. Cap. XI.
Solus homo bene chordatus cũ Deo uiuit lętus. Cap. XII.

QVINTI TONI INDEX.

QVid ſit ſpiritus. Cap. Primũ
Quotuplex ſit ſpiritus. Cap. II.
Quid agat ſpũs in homine ultra animã. Cap. III.
Quã conuentionẽ habeat homo cũ ſpiritu Dei. Cap. IIII.
Quod cõmerciũ hẽat homo cũ ſpiritu angelico Cap. V.
Quid habeat homo cũ ſpiritu diabolico. Cap. VI.
Quõ intelligaẽ ſpũs unius intrare in corpus alterius. Cap. VII.
Quæ cõſonãtia deducaẽ inter ſpũm & animã. Cap. VIII.

SEXTI TONI INDEX.

HOmo Deum natura ęmulatur. Cap. Primũ
Homo effigiat Archetypũ in figura. Cap. II.
Corpus non minus cõuenit Deo ueſtito/ q̃ ipſi nudo, & ſimpliciſſimo pura & expoliata materia (ut diximus) reſpondeat. Cap. III.
Cum in homine ſint infimũ & ſummũ, atq; intermedia, oia facile ꝑ ipſum hominẽ cũ Deo conciliantur. Cap. IIII.
Cur anima in corpore, tã q̃ in fuſorio uaſe purganda collocata ſit. Cap. V.
Cur Deus hic collocauerit animã, & mentẽ uertibilẽ. Cap. VI.
Quomodo homo a Deo peccato diſſideat. Cap. VII.
Sicut homo per peccatũ a Deo deficit & diſſidet, ſic per pœnitentiam reducitur & temperatur. Cap. VIII.
Sacramentis homo redditur perfectior in ſeipſo, & cum Deo magis ſonorus. Cap. IX.
Sacrificiis expiatur. Cap. X.
Eleemoſynis abluitur. Cap. XI.
Perſonat uirtutibus. Cap. XII.
Lectione imbibit, unde modulari poſſit. Cap. XIII.
Meditatione præludit. Cap. XIIII.
Oratione modulatur. Cap. XV.
Contemplatione introducitur. Cap. XVI.
Amore unitur. Cap. XVII.
Extaſi, & exceſſu tranſmutatur. Cap. XVIII.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

SEPTIMI TONI INDEX.

AN resurrectio sit possibilis. Cap. Primũ
An fuerit, & futurane sit. Cap. II.
An resurrectio futura possit ꝓbari rõnibus. Cap. III.
Quis ꝑ dederit aditũ resurrectõi, & q̃cõueniẽter. Cap. IIII.
Quæ de resurrectione hẽamus a sacris eloquiis reserata. Cap. V.
Si aliq̃ cõiectura possit digsci qñ hæc resurrectio futura sit. Cap. VI.
Cuius uirtute resurrectio conducatur. Cap. VII.
Quid sit uox Angelica & Dei tuba. Cap. VIII
Quæ mutatio corpoꝝ sit futura. Cap. IX.
Qui sint imutandi, & qui non, & cur. Cap. X.
Qua carne/& quo corpore suscitandi sint dormientes. Cap. XI.
Quis capillus non sit periturus. Cap. XII.
Quibus membris gauisuri simus. Cap. XIII
Quo igne conflandi sint boni. Cap. XIIII.
Quo particulari igne cremandi sint mali. Cap. XV.
Quomodo mali cruciandi sint. Cap. XVI.
Resolutio difficultatis de hoc igne. Cap. XVII.

INDEX MODVLORVM ET CONCENTVVM OCTAVI TONI.

Modulus Primus. Materia.

CVr dicatur ciuitas illa ędificata ex auro. Con. Primꝰ
Cur parietes ex iaspide. Con. II.
Quid sibi uelint duodecim lapides i fũdamẽto. Con. III.
Digressio unde lapides habeant uim. Con. IIII.
Quæ sit uera materia supernæ ciuitatis. Con. V.

Modulus. II. Dispositio.

De generali partitione Ezechielis & Iohãnis. Con. Primꝰ
Cur in quadro posita sit hæc ciuitas. Con. II.
De portis eiusdem ciuitatis. Con. III.
Quæ Plateæ ibi sint. Con. IIII.

Modulus. III. Mensurę.

De mensura particulari scđm Ezechielem. Con. Primꝰ
De mensura primitiarum, aut decimarum. Con. II.
De mensura ciuitatis scđm Iohãnem. Con. III.

Modulus. IIII. Structura.

Quis eam struxerit. Con. Primꝰ
Quomodo, & quo glutino compacta & unita sit. Con. II.
Cur nomina Apostoloꝝ, & Tribuũ in fundamẽto, & in portis nomina Angeloꝝ cælata sint. Con. III.

Modulus. V. Ornatus.

Typica ornatus descriptio scđm Ezechielem. Con. Primꝰ
Cur Iohãnes non exprimat ornatũ, sicut Ezechiel. Con. II.

Modulus. VI. Lux.

Quid sit lux in genere. Con. Primꝰ
Quæ sit lux genita. Con. II.
Quomodo a luce omnia creata proueniant. Con. III.
Quomodo illustret lux. Con. IIII.
Quomodo ipsa lux accendat, & excitet. Con. V.
Quomodo ista lux amplificet, & dilatet. Con. VI.
Quomodo hæc lux lętificet, & beatificet. Con. VII.

Modulus. VII. Partitio.

Quod partita sit domus/& familia ista cœlestis. Con. Primꝰ
De particularibus mansionibus, & sedilibus beatoꝝ. Con. II.
De Mercaua, siue tribunali Dei scđm Hebreos. Con. III.

Modulus. VIII. Hospites.

Quot sint hospites illius ciuitatis. Con. Primꝰ
De hospitibus angelicis. Con. II.
De hospitibus humanis. Con. III.
De hospitibus diuinis. Con. IIII.

Modulus. IX. Sponsalitia.

Quõ, & qñ initiatũ fuerit mrimoniũ inter Deũ/& animã. Con. Primꝰ
Quomodo fuerit contractum. Con. II.
Qualiter ratificatum. Con. III.
Quomodo consummatum. Con. IIII.

Modulus. X. Victus.

Quis panis paratus sit in hoc conuiuio. Con. Primꝰ
Quod uinum. Con. II.
Quis panis, & quæ caro. Con. III.
Qui fructus huius conuiuii. Con. IIII.
Quæ copia, & suauitas ciborum. Con. V.

Modulus. XI. Instrumenta.

De primo instrumento, qđ est cœloꝝ globus. Con. Primꝰ
De secundo instrumento, quod est humana lingua. Con. II.
De tertio instrumento, quod est corpus nostrum. Con. III.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

De quarto instrumento, scilicet lingua angelica. Con. IIII.
De mentibus angelicis/& beatorum/quę & ipsę instrumenta sunt resonantia. Con. V.
De flatu pręstante sonum omnibus istis instrumētis/qui Spiritus sanctus, & uerbum diuinum est. Con. VI.
Quid sibi uelint illa instrumenta quæ commemorantur in Dauiticis hymnis. Con. VII.

Modulus. XII. Epithalamia.

Quis Epithalamia canter. Con. Primus
Epithalamium in sponsam. Con. II.
Epithalamium in sponsum. Con. III.
Epithalamium in connubium. Con. IIII.

Modulus. XIII. Triumphus.

Quæ sit iusta pugna. Con. Primus
De āpliſſima uictoria hita a Christo pro se, & p militib' suis. Con. II.
Triumphi Gloria Imperatoris, & militum. Con. III.
De Triumpho diuersoꝝ ducum post Christi recessum. Con. IIII.

Modulus. XIIII. Præmium.

Quam magnum/& pretiosum sit pugnantium præmium. Con. Primus
Quod illud prędmium sit iucundum, & æternum. Con. II.

Modulus. XV. Imperium.

De amplo Principis imperio. Con. Primus
Quam sit iustum eius Principis imperium. Con. II.
De regno commilitonum. Con. III.

Modulus. XVI. Pax.

Quid sit pax. Con. Primus
A quo detur pax. Con. II.
Quam suauis/& concinna sit ipsa pax. Con. III.

Modulus. XVII. Vnio.

De Beatorum unione cum Deo. Con. Vnicus

Modulus. XVIII. Fœlicitas.

Quis sit fœlix, & beatus. Con. Primus
In quo consistat fœlicitas. Con. II.
Quibus fœlicitas perfecta detur. Con. III.

Modulus. XIX. Omne bonum.

Quid sit bonum/quod dicitur uerum, & summū bonum. Con. Vnicus

Modulus. XX. Silentium.

De pausa/quiete/& silentio/ad quod deuenitur adepto iam bono/in quod tendimus. Con. Primus
Hymnus soluēdus in silētio soli Deo pura & eleuata mēte. Con. II.

CANTICVM PRIMVM/ QVO DIVINA HVMANA/ COELESTIA SVPER/ COELESTIA/ ATQVE INFERIORA OMNIA CONCINNA PRO/ PORTIONE/ ET HARMONICA SVAVITATE DI/ STRIBVTA ESSE DE/ MONSTRANTVR.

PROOEMIVM PRIMI CANTICI.

CONCENTVRI de mūdi sonoritate Pater Beatissime/ æquū est/ut per eos cōcinnos gradus arripiamus iter, per quos summus ille Archimusęus opus intrauit: Qui sonoris numeris singula quęqꝫ, & totū ipm mundum disposuit: A quo nec manus absoluit ipse artifex/quousqꝫ ad consummatam consonātiam per debitos numeros in seipsum conduxerit opus, ut plena diapason symphonia consummaretur: quæ tū demū completur/quando primum sex transactis mediis ultimū, quod idem est/& non idem cū primo/ ad seipsum reuocat. Hac quidem octaua fabrica mūdi tota perficitur: hac disponitur: hac denicꝫ consummatur. Perficitur enim quādo opifex summus per sex rerum gradus sacramētorum plenos/recluſos a Mōse sub uelamine sex dierum/ totam hanc fabricam disposuit: & in septimo requieuit. Qui si cum primo cōnumeretur/dum in seipso existeret/octauus est: Et perfectum opus hac diꝫ cōcinna uicissitudine dispositum perseuerat: ut semper post septimū in octauum/qui idem est cum primo & non idem, reuertatur. Sic tandē consummabitur consonantissimum Dei opus, quando in octaua perfecta (de qua suo loco differemus) in idipsum omnia restituentur. Nos quoꝫ Opificem e uestigio sequentes per octauam istam harmonicum hoc opus consummabimus ad idem redeuntes, a quo & principium sumimus: ut utrunꝫ extremū de Deo summo sit. Primus nanꝫ Tonus de ipso erit, in quantum principium est: Vltimus de eodem inquantum est finis: Intermedii uero de progressu primi in ultimum, in quibus (ni fallor) cōtinentur elementa mundanæ & supramundanæ speculationis.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License



Vis sit mundi progenitor/& qua harmonia superexcęlsæ unitatis gaudeat. Tonus. I.

Qua concordia rerum principia,& descriptores eorꝝ cõueniant,aut dissentiant. To. II.

Quo consonãti numero summus opifex in creata omnia descendat. To. III.

Quibus mutuis concentibus prima rerum genera cõueniant ad inuicem, & cum Archetypo. To. IIII.

Qua consonantia intercualla eorꝝ repleantur. To. V.

Qua cõcordia cõtineant oia in hoie tãq; in paruo instro. To. VI.

Qua sonoritate omnia/etiã particularia in hoc feculento mundo existentia cũ Archetypo conueniant. To. VII.

Quid sit ultimũ/in quod oia dyapason cõsonãtia reducũt. To. VIII

PRIMI TONI CAPITA.



Vod a sanctis uiris diuino lumine collustratis de Deo discere possumus/quæ tractamus. Ca. I.

Quod absq; huiusmodi luce errarunt omnes de Deo loquẽtes per deuia q̃plurima. Ca. II.

Et si quid sit Deus intelligere non possumus,tamẽ Deum esse & oraculis, & ratione,& cõsensu omniũ edocemur. Ca. III.

Quõ p creatarꝝ rerꝝ uestigiũ,aut imaginẽ,& eorꝝ cõsonatiã cũ Archetypo deuenire possumus in cognitionẽ eius fœcũditatis. Ca. IIII.

Quod Deus sit omnium rerum,& numerorꝝ fœcunditate plenus:ut possit omnia consonantissime producere. Ca. V.

Quod Deus sit unus. Ca. VI.

Quod fœcundissima mens illa prima,quæ Deus dicitur,ad intra extraq; produxerit. Ca. VII.

Quod Deus mundum fabricauerit. Ca. VIII.

Mũdi cõditio nõ dat phis,ut cõcludãt cõtra eius gẽiturã. Ca. VIIII.

Neq; motus idem præstat. Ca. X.

Minus itidem tribuunt gubernatores eius. Ca. XI.

Neq; ab opifice procedendo probãt,quod intendunt. Ca. XII.

Cur aberrarunt philosophi a catholica ueritate. Ca. XIII.

Rationes pro mundi nouitate. Ca. XIIII.

Cur añ,aut post,q̃ Moses narrat,Deus mũdũ nõ fecerit. Ca. XV.

Deficiũt phi,dũ ꝓbare nitũt Deũ necessario agere ad ex. Ca. XVI.

Progressus pro cõtingentia in diuino opificio. Ca. XVII.

Deus cognoscit particularia. Ca. XVIII.

QVOD A SANCTIS VIRIS DIVINO LVMINE COLLVSTRATIS DE DEO DISCERE POSSVMVS/ QVÆ TRACTAMVS. CAP. I.



SAPIENTIBVS nobis iuxta quod exigit opus assumptũ/inuestigare/quis sit mundi huius progenitor,id ꝓculdubio euenit,qd Plato quodã afflatus numine dicere solebat:Opificem/genitoremq; uniuersi tam inuenire difficile, q̃ inuentum digne profari: cum lumen inhabitet inaccessibile. Hinc de illo loquẽtes per multa deuia errarunt q̃plurimi,omnes utiq; illi,quoꝝ oculos ipse nõ collustrauerat.Ideo iubet Pythagoras,ut de diuinis nemo sine lumine loqui præsumat: sine illo inq̃ lumine,de quo Pythagoras. Dauid Psalmographus canit:In lumine tuo uidebimus lumen. Qua luce protoplastes hominum perfusus Deum ipsum deambulantem ad meridiem uidit:uocem cognouit:& creatarum omnium rerũ naturas,ut singulis quibusq; cõueniens nomẽ imponeret,rite prospexit.Hoc lumine Set (habito Enos) cœpit inuocare nomẽ Domini adhuc occultũ,& Enoc futura prędicere, & in Deum ipsum transferri. Hoc lumine Noe, ut non tantũ hebreorꝝ,sed chaldeorꝝ & scytharꝝ monumẽta(si Berosо credimus) tradũt, Bero. futuram inundationem prædixit:arcam fabricauit: hominũ & iumentorꝝ saluauit semen.Postea Armenos & Scythas,deinde Italos,quos scriptura Abrahã Chitimos appellat,naturę secreta,Theologiã,sacrosq; ritus docuit:& cursus astrorum,Annosq; ad motũ solis, & menses pro lunæ cursu distinxit: Quem Poetæ sub nomine Iani decantant. Noe siquidem Ianus (qui uitiferũ signat)lingua Aramea dicitur.Quod lumen quanto posterius, tanto fulgidius Abrahæ mentem postea perfudit,ut ritus meliores docuerit:signum electæ familiæ dederit:Deum unicum in trinitate diffusum primus agnouerit:de nomine Dei recluso,deq; sacramentis solitariæ suæ cælsitudinis, & quomodo in alios seipsum per sacramentales uestes,aut canales Cabal. diffundat,ante oẽs (ut Cabalistæ asserũt) scripserit:uel docuerit,quæ alii Alexã. scripserũt.Pro quo citati Alexander,& Eupolemon sic deponũt: Abrahã Eupol. sanctitate,& sapientia omniũ ꝑstãtissimus Chaldeos primũ,deinde Phœnices,demũ Aegyptios sacerdotes astrologiã,& diuina docuit.Sed Iulius Iul.fir. Firmicus astronomus ipsum ob mirabilem sapientiã diuinum appellat: Qui unicũ rerꝝ opificẽ non sine uitæ discrimine testatus est,& omnia quæ ad sapiẽtiam cultũq; diuinum spectant,seruauit,& docuit posteros:Quæ Isaach quasi hæreditario iure reliquit: & hic Iahacob : & ipse familiæ suæ

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

istiusmodi tradidit monumenta, ut ab ea familia sapientia omnis emana-
uerit: Qua super omnes perfusus fuit Moses, in quē omniū patrum eius
doctrina confluxisse non dubitatur. Et hæc est sapientia Aegyptioꝝ, qua
(Lucæ testimonio in actibus Apostoloꝝ) instructus erat. Hāc.n. Abrahā
Aegyptios docuerat: quā postea litteris cōmēdauere post suam Io Inachi
filiā, quam ueluti deā colunt Aegyptii: eo ꝙ ab eadē litteras habuisse opi-
nabantur: Sed falsò, quia Inachus Argiuis impare cœpit, quo tēpore iam
Abrahę nepotes lucē hanc capescebant. Sed Eupolemon scribit Mosem Eupole.
fuisse Inachi & Ogigis tēporibus, & hunc sapientē, qui grāmaticā suos he
breos (qbus ab עבר/quod est transire nomen dedit) & oēm sapientiā do-
cuit: Qui postea Phœnicibus eā ob uicinitatē largiti sunt: a qbus & græci
rationē characterū susceperē. Vñ Plinius dixit litteras primordiales fuisse Plinius
Assyrias: & ex Phœnicia Cadmon in græciā sexdecim transtulisse: a qbus
Assyriis etiā Aegyptii didicerunt: quāuis de antiquitate glorientur: Nam
Moses (ut diximus) eoꝝ institutis initiatus eos meliora docuit: ut a Stra- Strabo
bone Sacerdos Aegyptius dictus sit. Fuerunt etiā in cōscribendis Athe-
nienſiū rebus clari Helanicus, Philochorus, Castor, Thales, & Alexander
Polyister, & omniū historicoꝝ facile princeps Diodorus, q Asiā, & Euro-
pam prope uniuersam diligēter suis oculis perlustrauit. Hi oēs uetustatū
ampliſſima insignia, deq; Mose pstātiſſimo duce, & reꝝ diuinaꝝ Authore
prędicarunt. Nec.n. ante eum inuenitur, qui litteris aliqd cōmendauerit:
nisi forte Abraham (ut tetigimus) & Enoc: quoꝝ doctrinā Moses, tanq;
legitimus hęres pleniſſime in suis uoluminibus cōgeſſit addēs, quæ ab ore
Dei uiuentis quotidianis oraculis acceperat, uel in ipsis omnia cōplectēs.
Hinc magna audacia Augustinus noster loquitur: Nulla gens, inquit, de Augu.
antiquitate sapientiæ suæ sup patriachas, & prophetas nostros ulla se ua-
nitate iniqua iactauerit: quādo nec Aegyptus inuenitur (quæ solet falsò, &
inaniter de suarum doctrinarū uetustate gloriari) qualicūq; doctrina sua
patriarchaꝝ nostroꝝ tempore pręueniſſe sapientiā. Nec eos aliquis philo-
sophoꝝ pręiuit: cū philosophi nomen a Pythagora samio traxerit originē: Pytha.
qui eo tēpore, quo Iudeoꝝ captiuitas soluta est, florere cœpit. Nec addu-
cantur Sapiētes, qui lōge præcesserūt philosophos: qui & ipsi post Abra-
ham, Isahac, Iahacob, & Ioseph, imo post ipsum Mosem fuerūt: ut optime
supputat Augustinus. Thales q (Ciceroē teste) primus de natura reꝝ dis- Augu.
putauit, floruit eo tēpore, quo Ezechias Iudeis, & Numa Põpilius Ro- Cicero
manis pſidebat. Et post eū sequuti Solō Atheniēſis, Chilo Lacedęmonius,
Pittacus Mitilenęus, & cęteri Vates, ēt uetustiſſimi Græcoꝝ, pphetis He-
breis iuniores sunt: Moses.n. ante Troiæ excidiū trecētis annis supra decē
scripsit: ut Augustinus, & Eusebuis supputant. Homerus aūt, & Hesiodus Au. Eus.
(ut Cicero ait) cētū & qnquaginta annis Troiā sequuti sunt: quibus paulo Cicero

prior Orpheus cū suis sacris, tempore yꝫ Gedeonis, sed post Mosen ānos
circiter trecētos, pcessit. Moses igit primus fuit, qui publicis litteris cōmen
dauit ea, quæ lumine & cōsortio diuino collustratus didicit sacramēta: q-
bus uel pro parte sui pgenitores edocti fuere. Sed hæc historiis inuoluens
inerudite plebi, cū qua agebat, se domesticū præbuit: Sapiētioribus secre
tiora eloquia credēs: Posteris autē sapiētibus in recessu relinquēs sub cor-
tina lumē diuinaꝝ, & naturaliū reꝝ splendidiſſimū introspiciendū/ueluti
colūba illa, quā Propheta cōmemorat facie simpliciſſimam, sed posteriora
eius auri nitore fulgentia. Quo splendore Sapientū oculi, nec sensibilibus,
nec aliis qbuscūq; inqnamentis fœdati, cū ipso introspexerunt Dei, & na-
turæ altiſſima sacramēta. Hoꝝ primus magnus Trismegistus fuit: q intrā
Mosi sequutus ē disciplinā: ut Moseus a Priscis illis sapiētib⁹ appellaretē.
Artaba. Ostendit.n. Artabanus, q̄cūq; de Trismegisto dicūtur, hæc eadē in Mose
Plato fuisse: Plato quoq; philosophantiū magister (ut cū Cicerone, Augustino,
Cicero Apuleio, Proculo, & multis sapientibus cōueniā (dicant alii qcqd uelint)
Augu. adeo cū Mose cōsentit: ut Numenius Pythagoreus dicat Platonē nil aliud
Apule. esse, nisi Mosen attica lingua loquentē. Pythagoras, a quo Academici di-
Procul. dicere (teste Hermippo Pythagoreo) de Mosi doctrina multa in suā phi
Nume. losophiā transtulit: ut ueꝝ sit, quod Iāblicus magnus sacerdos Aegyptioꝝ
Plato in eo, quod de eoꝝ mysteriis uolumine cōpilauit: inqt: Pythagoras, Demo
Hermi. critus, Plato, Eudoxus, & multi alii ad sacerdotes ægyptios accesserūt: ubi
Iambli. ex colūnis Mercurii, quæ omnigena doctrina inscriptæ erāt: sercetiorem
philosophiā didicerunt: sed Mercurius (ut diximus) a Mose hausit. Hic
ergo doctor, a quo tota syra, ægyptia, gręcaq; sapiētia emanauit. Testanē
Augu. hoc & de nostris ultra Augustinum Ambrosius, Eusebius Pamphilus, &
Ambr. Cyrillus: quoꝝ ultimus ad uerbū ait: Pythagoras & Plato cū i terra ægy-
Eus.Pā. pti operā discīplinis darēt, multoꝝ uiroꝝ illustriū, & in primis Mosi do-
Cyrillus ctrinā pro suo studio nō ignorarūt: Erat.n. id tēporis apud ęgyptios nomē
Mosi in nō mediocri admiratione: unde rationē Dei, hoc est primæ causæ
eos qdē accepisse nō dubitamus: quos sequutus Numenius Pythagoræus
Basilius multa ex Mosaica doctrina in suis libris cōscripsit: ut magnus Basilius te
Clemēs stis est. Et ut ab his me expediā, probāt Clemēs Alexādrinus, Atticus Pla-
Atticus tonicus, Eusebius, & Aristobolus: q; Gētiles (si qua habuerūt egregia dog
Eu.Ari. mata & mysteria) a Iudeis usurparūt: & fabularū inuolucris implicuerc:
ut illud Deucalionis a diluuii historia, & Phaethontis figmētū a retrogra-
datione solis: quæ fuit tēpore Ezechię. Vnde etiā cōfingerēt de gigātibus,
qui mōtē mōti imponerēt, & in cœlū tendere tentarēt, a turri babylonica
Ouid. traxisse, nulli dubiū ē. Hinc Sulmonēsis, uñ originē & fabricā mūdi decā
taret, usurpauit. Homerus quoq; Hesiodus, & Linus, ūde de septima luce
sanctificāda canerent, hinc proculdubio acceperunt: Ait siqdē Homerus.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Septima lux aderat cuncta & perfecta fuerunt. Quem alii sequuti in idē Home.
conueniunt:& ante eos Orpheus, unde authorem uniuersi summis lau-
dibus extolleret, in suo de uerbo diuino sumpsit: nam (Arrabano teste) Arraba.
Orpheus de doctrina Mosi multa didicit. Post quos Virgilius premere uē
tos sub æolo didicit ab arca Noe: in qua omnigena animalia ipsius Noe
regebantur imperio. A fœlici quoq; statu Adę decantarūt, & oratione so-
luta scripserunt q̄plurimi Saturnia regna aurea. Longum esset retexere q̄
multigena arcana inferioris, & supramūdanę naturę poetæ didicerint in-
uoluere in fabularū, & ęnigmatū uelaminibus ab his, q sacris edocti ora-
culis occultabāt sacramēta sibi credita: ne sancta exponerēt porcis cōcul-
cāda. Sed qa aliq non existimāt posse stare philosophiā pipateticā cū he-
brea: imo hinc ridēdi sumūt occasionē, dicāt ubi inueuerint, imo cōfinxe-
rint dictū fuisse a suo Aristotele de Mose: Iste hō multa bōa dixit: sed nihil
probauit: Ideo & quātū pipatetico⁹ princeps detulerit hebreis Clearchus Clear.
pipateticus citatus pro eo in libro de somno dicat. Ait enim q̄ cū Aristo-
teles disceptaret cum Hyperochide, dixerit: Iudeus erat, qui ab altioribus
Asiæ locis ad maritimas ciuitates descendens, & lingua, & animo græcus
fuit: Cūq; accidisset, ut eo tēpore nos quoq; maritimis Asiæ locis uersare-
mur, philosophiæ amore ad nos spōte uenit: q multo plura nobis attulit, q̄
accepit: hęc Clearchus. Ad quæ loca idē Aristoteles nauigauit suasus Pla-
tonis epistolio, ex ægypto in israelitaq; sapiētū cōmendationē cōscripto: ut
in hebreo⁹ monumētis repperimus. Megasthenes uero in tertio Iudaicaq; Mega.
rerum nō trī Aristotelem, sed philosophos omnes discipulos hebraicæ sa-
pientiæ declarat. Omnia, inquit, quę de natura prisci Gręci scripserūt, alii
etiā ante ipsos tradiderūt: Nā Brachmanę apud Indos (qui & Iudei uocā
tur) multo prius philosophati sunt. Nec miret̄ q̄spiā Iudeos indos fuisse:
cū & Aristoteles apud Clearchum dicat: Iudei sunt Calani ex India. Sed Aristo.
a patre præcipuæ tribus Iudei appellati sunt: Israelitici āt ab eorū diuino
Principe, & progenitore Iahacob: Hebrei uero a transitu/cui semper tanq̄
peregrini addicti sunt. Cui adstipulatur Numenius in primo uolumine de Nume.
bono. Plato/inq̄t/& Pythagoras gręce exposuerūt/quæ adiuenerāt brach-
manæ/Aegyptii/atq; iudei. Sūt & q asserunt Numenii/Philonis/Plotini,
Iāblici, & Proculi mysteria a Paulo, Dionysio, Hierotheo, & Iohāne acce-
pta fuisse. Importunū quippe foret omnes citare, qui iudeos/& patres no-
stros (a qbus & nos primordia sapiētiæ accepimus) primos asserūt fuisse
doctores sapiētiæ, a quibus fontibus mortales omnes hauserint: Hoc enim
non modo nostri credūt: sed historiographi præclarissimi/philosophiq; in
signes testantur: Quibus & Gentilium oracula addamus: si adductis te-
stibus non credunt: Perhibet enim Porphyrius, Apollinis oraculum hæc Porphy
de Iudeis tradidisse.

Ap.ora. Dura uia illa nimis, æratis clausaq; portis,
Quæ uitam nobis aperit/donatq; beatam.
Nec uero uerbis facile enarrarier ullis,
Exponiq; queat illō, quo semita ducit,
Quam primi ante omnes cœperunt tradere, pulchras
Qui nili epotant lymphas, phœnicibus inde,
Proximaq; Assyriis ea cura, sed inclyta longe
Gens hebrea illam nouit, notamq; recepit.
Et iterum alio oraculo.
Chaldeis, quæ uera esse sapientia, tantum
Hebreisq; ipsis concessum agnoscere: pura
Aeternum qui mente colunt regemq;/deumq;.
Ab huiusmodi igit̄ academia, quæ diuino lumine est edocta, & nō aliun-
de de Deo, deq; rerum progenitore discere possumus: Si tamē a philoso-
phis, uel aliis externis aliquid acceperimus, id faciemus ea lege, quā docet
Augu. Augustinus: Vt accipiamus tāq; ab iniustis possessorib⁹, sicut olim hebrei
ab Aegyptiis uasa, & idola quæ in meliorē usum cōuerterēt, uēdicarūt.
Quod absq; huiusmodi lumine errarunt omnes de Deo loquentes per
deuia q̄ plurima. Cap. II.

QVā necessariū sit hoc lumē iis, q de Deo loq uolūt, satis expiē
tia cōprobabit: si repetere uoluerimus qualia hi, q sibi sapiē-
tū nomē uēdicarūt, sine hoc ipso lumine deliramēta cōfinxe-
rint: Vt bñ colligit Eusebius, Augustinus, Laertius, & noui-
Eu. Au. tiores q̄plurimi, sed potissimū Cicero. Thales.n. milesius, q iter sapiētes pri
Lae. Ci. Thales mā tenuit exedrā, aquā dixit esse rer⁹ initiū: Deū āt eā mēt̄, quæ ex aqua
cūcta cōfingeret. Anaximāder natiuos esse Deos aiebat, longis interuallis
Anaxi. oriētis, occidētisq;, inumerabiles quoq; mundos. Postea Anaximenes aera
deū statuit: eūq; gigni, esseq; imēnsum, & infinitū, & semp i motu, quasi aer
Anaxa. sine ulla forma Deus esse possit. Anaxagoras, q ab Anaximene disciplinā
accepit/primus omniū rer⁹ descriptionē, & modū mētis infinitæ ui ac tōe
designari, & cōfici uoluit: nec ultra inde ꝓgredi: ut intelligat̄, quæ sit hęc
Croton. mēs: & quō oia cōfecerit. Crotoniates Alcmeo Soli, Lunæ, reliqsq; sideri-
Pyhag. bus animos, & diuinitatē dedit. Pythagoras animum cēsuit esse p naturas
Xenop. rer⁹ oēs intētū, & cōmeātē: & utinā tā bñ in se q̄ in aliis uidisset. Xenopha
Parme. nes (mēte adiūcta) omne qd̄ esset, deū uoluit esse. Parmenides cōmentitiū
qddā coronę simile efficit, & Stephanē appellat: cōtinentē ardorē, & lucis
Emped. orbē, q cingit cœlū: & hūc deū appellat. Empedocles multa alia peccās in
deor⁹ opinione turpissime labit̄: Quatuor.n. nās, ex qbus oia cōstare cēset,
Protag. diuinas esse uult: quas & nasci, & extingui spicuū est. Proragoras oino se
Democ. se negat/qd de Deis loquat̄/scire. Democritus imagines, eas⁹q; circuitus in

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

deoꝝ numero refert. Sed cũ neget quicq̃ esse sempiternũ (quia nihil suo
statu semp maneat) nõne deũ omnino tollit/& nullam opinionẽ de eo re/
linquit? Epicurus qui Democriti fontibus hortulos suos irrigauit, cogita/ Epicurus
bat Deũ forma humana circũamictum: eo q̃ ea pulcherrima omniũ sit,
& sola rationi & menti cõueniens: Quẽ Cicero longis disputationibus de/ Cicero
struit: & pluribus facetiis sugillat. Aristoteles multa turbat a magistro uno Aristote.
Platone dissentiens: modo enim menti tribuit diuinitatem, modo mundũ
ipsum Deũ esse dicit, modo aliũ quendã præficit mũdo, eiq̃ eas partes tri
buit/ut replicatione quadã mundi modũ regat, & tueatur. Tũ cœli ardorẽ
Deũ esse dicit nõ intelligẽs cœlum mũdi esse partẽ, quẽ alio loco designat
Deũ. Xenocrates deos octo esse dicit: qnq̃ qui in stellis uagis nominant̃: Xenocr.
Vnũ qui ex aliis sideribus quasi ex dispersis membris, Septimũ Solem,
Octauũq̃ Lunã. Theophrastus incõstantia quadã modo menti diuinũ tri Theoph.
buit principatũ/modo cœlo, tũ autẽ signis, syderibusq̃ cœlestibus. Strato Strato
philosophicus omnẽ uim diuinã in natura sitam esse cẽset: quæ causas gi/
gnendi, augendi, minuẽdiq̃ habeat: sed careat omni sensu & figura. Zeno Zeno
legẽ naturalem Deũ esse censet: eãq̃ uim obtinere recta imperantẽ, prohi
bentẽq̃ cõtraria. Et alibi æthera Deum dicit: Et aliis locis rationẽ quandã
per omniũ naturã reꝝ diffusam. Cuius discipulus Aristo formã Dei intelli Aristo
gi nõ posse ait dubitãs oĩno, an deus sit animãs, nec ne. Cleãtes Zenonis ẽt Cleãtes
auditor nunc mũdũ Deũ dicit esse, nũc mentẽ, & hoc ultimũ, & altissimũ
undiq̃ circũfusum, & extremũ omnia cingentẽ, atq̃ cõplexũ ardorẽ (qui
æther nominat̃) certissimũ Deũ iudicat. Perseus alius eius auditor res uti Perseus
les, & salutares deoꝝ esse uocabulis nũcupatas. Plato Asomaton id, quale Plato
esse possit intelligi nõ põt. Xenophon quasi in idẽ ueniens Socratẽ retulit Xenoph.
disputãtẽ, formã dei quæri nõ oportere. Antisthenes populares deos mul/ Antisthe.
tos, nãlem unũ esse dicit. Plato quoq̃ cũ Hermogene differẽs ait: p Iouem Plato
Hermogenes (si mẽte haberemus p̃cipuũ rectitudinis modũ) cõstituere/
mus nobiscũ fateri, nihil nos de Diis cognoscere: neq̃ de ipsis qdẽ, neq̃ de
ipsoꝝ nominibus, q̃bus ipsi se uocãt: constat. n. illos quidẽ ueris se nomini/
bus nũcupare. Opificẽ tamẽ ipsum fatet̃ cum suis academicis/genitorẽq̃
uniuersi: Et hi (ut Augustinus ait) nostris sapiẽtibus uiciniores/quoꝝ fon Augu.
tibus nõ dedignati sunt irrigari. Sequũtur alii lõgioribus qdem passibus.
Speusippus Platonẽ auũculũ sequẽs uim quãdã deũ dicit, qua oia regãt̃/ Speusip.
tãq̃ aialem. Ex eadẽ schola Heraclides põticus pueriliibus fabulis respersit Heracli.
libros/modo mũdũ, modo mẽtẽ Deũ esse dicens, errãtibusq̃ stellis diuini/
tatẽ tribuit. Chrysippus, q̃ Stoicoꝝ Sõnioꝝ ueterrimus habet̃ interpres, Chrysip.
magnã turbã cõgregat ignotoꝝ deoꝝ: conaturq̃ in. ii. libro, ubi de natura
deoꝝ agit/Orphei, Musei, Hesiodi, Homeriq̃ fabellas accõmodare ad ea,
quæ antea de imortalibus diis dixerat. Quẽ sequẽs Diogenes Babylonius, Diog. Ba

Cotta de Minerua & partu Iouis, ortuq̃ Virginis multa sõniat. Ciceronis Cotta
oẽs de diis loquentes redarguere, & sugillare uidet̃: & p tot fluctus naui/
gat eius cimba, ut quasi mersus ad aridã omisso pelago, desperatoq̃ por/
tu, pene naufragatus cõtẽdat cõcludẽs deoꝝ nãs obscuras/difficilesq̃ ex/
plicatus hñs. Omittã/quæ absurdiora poetaꝝ uocibus fusa, ipsa suauitate
nocuerũt: q̃ & ira inflãmatos, & libidine furẽtes induxerũt deos/fecerũtq̃
ut eoꝝ prelia, & uulnera uideremus: Odia p̃terea, dissidia, ortus, interitus,
q̃relas/lamentationes effusas, in omni intẽperãtia libidines, adulteria, uin/
cula, cũ humano gñe cõcubitus, iurgia, odia, & huiusmodi insanias mul/
tas. Sed & ad tãtã insaniã deuenerũt multi: ut Deos quos adorarẽt, mani/
Her. bus ꝓpriis cõfingerẽt: Vt de Aegyptiis Hermes Trismegistus ait. Sic fe/
Assyrii cere Assyrii, q̃bus statua Beli a filio Nino cõstructa (ut quibusdã placet)
Moab. præbuit causam idolatrandi: Quẽ æmulati Moabitæ, Palestini, & populi
Palesti. multi, & ipsi suas pro libito cõfingebãt statuas: & sibi aras erigebãt: suiq̃
idiomatis uocabulo nominabant.

Et si qd sit Deus intelligere nõ possumus/tamẽ Deum esse & oraculis,
& ratione, & consensu omniũ edocemur. Caput III.

Diony. DE Deo itaq̃ loquẽtes illud Dionysii obseruandũ censemus,
quo ait: Tantũ v3 fas esse ad cęlsiora conscendere: q̃tũ seip̃m
diuinoꝝ eloquioꝝ radius insinuare dignabit̃: Cõparandasq̃
esse uires ad diuinos illos fulgores hauriẽdos: debere insup a
nobis inocue diuina, sobrie, pie, & caste reuereri: ne si nãli indagatiõe pro/
cedere uoluerimus, in uarios incidamus errores: sicuti illi/quos supra me/
Simon. morauimus sapiẽtes sęculi. Aut eueniat illud Simonidis/quẽ satis Aristo/
Aristo. teles, & Cicero celebrat, qui ab Hierone tyrãno requisitus/qd esset Deus,
Cicero unius diei spatiũ postulauit: Et sequẽti die rediẽs, cũ iterrogaretur/biduũ
Hyero. Simonides petiit. Tum crebrius tyrãno petẽte/semp Simonides dieꝝ nu/
meꝝ duplicabat. Sed interroganti Hieroni cur hoc faceret/respõdit: quia
q̃to diutius cõsidero, tanto res uidet̃ obscurior: qa lucẽ inhabitat inacessi
CHRI/ bilem humanis ingeniis. Hinc protestat̃ cœlestis doctor in Euangelio, cui
STVS. titulus est scd̃m Matthæũ, dicens: Nemo nouit filiũ nisi pater: neq̃ patrẽ
q̃s nouit, nisi fili?: & cui uoluerit filius reuelare. De hac igit̃ supsubstãtiali/
Diony. sacratissimaq̃ deitate (ut Ariopagita ꝓsequitur) neq̃ dicere quicq̃, neq̃
cogitare p̃sumẽdũ est aliter q̃ sacra eloquia pie admodũ, casteq̃ tradide/
rũt. Ab his igit̃ sacratissimis sermonibus aliqua habemus: in quæ philoso
phoꝝ nõnulli expeditis pedibus ueniũt. Aliqua uero, quę cũ nõ attingere
possint/aut nõ admittũt, aut ea subterfugiũt, aut tãq̃ dubia intacta relin/
quũt. Quoꝝ singula ꝓtractantes, sic ea proponemus: ut pii æquis auribus
Por. Iã. admittãt: Impii aũt, & si nõ admittere, saltẽ respuere nequeãt. Hi quippe
Procul. in primo genere impietatis a Porphyrio Iamblico, & Proculo collocant̃/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

qui negant Deū esse. Quibus explosis potius q̄ cōfutatis (qui cōfutatione digni nō possunt a sapiētibus hēri) ꝓcedemus. In primis (ut tradūt nobis diuina oracula) Deum esse ꝑsupponamus: a quo nullus philosophorū dissentit, nec mortaliū quispiā, nisi in eā sortē ueniat: de qua sapientissime canit Propheta. Dixit insipiens (inqt) in corde suo nō est Deus: & ꝓbelle insipiētes dicunt, q negāt ipm Deū, cū omnis ratio dictet, omneq; lumen mortalibus tributū doceat Deū esse. Nā creata oia, quoꝝ propriū est dependere ab alio, docēt aliqd esse, a quo ipsa sint: & illud a nullo, ne in infinitū fiat progressus. Et quæ mouent cōcludūt unū esse, a quo omnia moueantur: qui nec ab alio moueat: ut bene Aristoteles ꝓcedit in calce sui libri de Physico auditu. Et illud pfectū est, nullius indigēs: qd est Deus, siue principiū, siue fons & origo omniū, siue summū, aut infinitū, siue illud q̄ maius excogitari nō potest, siue primū mouēs, siue prima causa, aut illud qd est a se, aut Archetypus, & oia cōtinēs, uel q̄is alio dicat noīe, ipse est Deus. Quē qui negat, nō minus (teste Auicena) indiget rōne, q̄ sensu indigeat, q negat niuē esse albā. Nā ut Plato in suo de legibus ait: Terra, Sol, Sydera, ipmq; uniuersum, tēpoꝝ quoq; uarietas ornatissima, annis, mēsibusq; distincta deū esse ostēdūt. Grēcoꝝ ꝑterea, Barbaroꝝq; omniū cōsensus in id cōuenit: Quod ꝓcurrēs Marcus Tul. ait: Quid. n. pōt cē tā aptū, atq; cōspicuū, cū cœlū suspexerimus, cœlestiaq; cōtēplati simus, q̄ esse aliqd numē ꝑstāti acumine mētis, q̄ hęc regant? Quæ. n. gēs ē, aut qd genus hominū, qd nō hēat sine doctrina anticipationē quandā dei, quā appellāt ꝓlepsim? Ex illo. n. cœlesti Epicuri de regula, & iudicio, uolumine accepimus esse aūceptā aīæ rōni quādā informationē, quā hic intelligimus: in q̄ omniū nā cōsentit deū esse: & ipm mūdū regere: Quibus ānectit ꝑclaꝝ facinus Atheniēsiū, q Pythagoręq; sophistæ librū, in cuius principio, an Deus sit dubitare uideretur, cōbusserūt, ipso de urbe atq; agro expulso. Sed Eusebius ulterius progrediēs, dicit: De Deo dubitare nō possumus, cū nā, imo diuinitus oibus insitū sit, Deū esse ueꝝ omniū reꝝ creatorē.

Dauid

Aristo.

Auicēa

Plato

Cicero

Epicu.

Pytha.

Eusebius

Quomō ꝑ creataꝝ reꝝ uestigiū, aut imaginē, & eoꝝ cōsonantiā cū Archetypo deuenire possumus in cognitionē eius fœcūditatis. Cap. IIII.

VT illā diuinissimā fœcūditatē, q̄ umbratice in omni eius fabre ficio inueniē, ex his q̄ ꝑ manibus hēmus domestica, apprehendere possimus, singula saltē adūbrāda sunt: cū nihil in reꝝ nā sit (teste Mercurio) qd nō aliquā ꝑ se ferat diuinitatis imaginē. Omnia nāq; uiuētia penes seipsa ꝓlem suā gignūt: & cōcine ꝓducēdo in ꝓpatulo, qd i penetralibus cōceperūt, sūmi opificis laudes uoce q̄dā sua depromūt. Ad quos hymnos, & pueri in fornace Babylonica expurgati, & Dauid cū hymnis suis finē imponeret, oia inuitat. Arbores. n. & plantæ cū brocos suos, aut gēmas ꝓducūt, semē quasi fœtū in eoꝝ corpe gignant.

Mercu.

Cū aūt fructus reddūt, quasi q̄dā partu Deū sua uoce collaudāt. Coagulant grādines/& niues in acre, præparāturq; pluuię in nubibus, & tunc fit eoꝝ cōceptus: cū aūt in terrā descēdūt, quasi cōpleta fœtura, & ipsa būdicūt opificē. Gignūt aialia meliorē fœturā: Sed cū in lucē ꝓducunt, & ipsa in Dei laudē ꝓrūpūt. Sensitiua ēt uirtus in se simulachrū, & intentionē faciēdoꝝ cōcipit, postea mēbra moriēdo in opus, q̄ cōcepat parit. Qui Phātasię fœtus ꝓpinquior est animæ, q̄ uegetatiuæ, quæ trā in corpe fit: Ideo exꝑtius diuinæ mētis fœtū ostēdit. Sic aia rōnalis cū accipit a phātastica uim, q̄ debita prudētia faciūda metic oia, prius in mēte fabricādo exēplar eoꝝ, quasi fœtū in eadē mente producit: quē parit extrinsecus: Vbi qd est in mente excogitatū, in propriā figurā, aut formā conducit. Quæ excogitatio, tanq̄ uita opatrix exprimit (teste Augustino) creatricē uitā diuinā, in qua omnia ꝑexistebant, añq̄ in formas proprias explicarent. Opus aūt fabricam opificis demonstrat: Quæ cōsonanti ordine cōducta, in opificis ipsius/cui in operando assimilatur/laudem concinit. Alius est ēt rationalis uitæ fœtus huic cōsilis, rō v3 atq; discursus, qui formatus in mēte ab ea re quā scimus, uerbū ab eodē Augustino nominat. Qui fœtus uterq; propinquior est animæ q̄ phantasiæ, aut uegetatiuæ conceptus, qa rōnalis uis in intellectionē suā, & ꝑ illam in seipsam reflectitur. Quibus succedit amor sanctus, & liber: qd non efficit Phantasia. Prolem aūt hāc in propatulo parit: qñ sonanti uerbo, qd conceperat, manifestat. Sed cū Angelicus status pfectior sit, q̄ illoꝝ qui adhuc in stadio pugnāt, excellentiorē parit conceptū, nulla intercapedine mutatū: quē pariens prolatu quodā in dei laudes cōtinue pseuerat. Ex quibus omnibus in opifice/cuius simulachrū tenent, omnia gradibus suis cōtemplamur: & uerbi, & creaturarum conceptū in ideali uita. Propalat aūt uerbum essentiale, cū in sacra pagina manifestat: & uerbū ideale, quādo quæ fabricauerat in mente, elucescere facit in opere. Quod est quoddā dicere, & manifestare, quæ cōcepta sunt. Hinc Moses, & Dauid, quoꝝ alter arcana Dei scripsit, alter decantauit, omnia declarāt uerbo producta.

Augu.

Idem

Moses

Dauid

Quod Deus sit omniū rerū, & numeroꝝ fœcunditate plenus: ut possit omnia consonantissime producere. Caput V.

ELementa, principiaq; naturæ, pulchrū quoq; mundū totum emanasse affirmat Mercurius, ab eo qui est & omniū reꝝ, & utriusq; sexus fœcūditate plenissimus uim totā cōtinens generādi absq; alicuius extrarii adminiculo. Hinc a Poetis Pan (quod totum significat) dicitur: quem solem esse Arcades existimantes adorabant. Est quippe uerus sol, non hic cœlestis, sed supramundanus, & diuinus. Et si licet prosequi, quæ de hoc Pane finxit antiquitas: quæ diuina mysteria semper sub ænigmatibus tradebat, percurremus etiā eius

Merc.

Poetæ

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

typicã picturã. Cornua primo in capite locabãt, denotantes regnũ, qđ in
ſupioribus, inferniſq; tenet: Cornu enim pro regno etiã apud eos, qui ſacra
noſtra ſcripſere, acceptũ Hieronymus in oronẽ Abacuc longa ſerie ꝓbat. Hiero.
Barba uero ꝓlixa radios lucis/aut diuinæ ſuæ uirtutis, uſq; ad ima ꝓtenſa
ꝓtẽdebat. Pars inferior hiſpida pp arbores/uirgulta/mõtes/ſaxa/& feras:
Supior uero leuis: Vñ & ſup harauot. i. planities equitare dr: qđ traductio
nra hẽt occaſum. Sonat fiſtula ſeptẽ calamoꝝ. i. ſeptẽ planetaꝝ harmonia
in qua ſunt ſeptiformes ſoni, q diapaſon cõſũmatã v3 cõſonantiã cõplent.
Virga in manibus eſt poteſtas, qua cũcta moderat: ridentẽ eũ fingebãt,
eius ſempiternã fœlicitatẽ inuentes: Delitiariq; aſſerebant in echo, quæ eſt
uox emiſſa in cõcauis, uel obiectis diſpoſitis qbuſcũq; reſonãs: Vox. n. uer
bum, & mẽtis cõceptũ exprimit: Ideo uoce/uel dicto Deus mundũ/& oia
eius mẽbra fabricauit, uoceq; gubernat impitãdo. Amorẽ ẽt erga nos plu
ribus clamoribus manifeſtat: Reciproco uero amore (q eſt reſonãs echo)
delitiat. Et hæ ſunt delitiæ, quas hẽt cũ filiis hominũ. Nebridẽ ſtellatã in
pectore gerebat: qa omniũ ſtellaꝝ cõcurſum/atq; uim unica pelle, unicoq;
actu, aut nutu cõtinet. Sed quẽ Poetæ Pan. i. totũ, oiaq; cõtinentẽ dicebãt, Poetæ
Philoſophi cãm primã, & omniũ cauſaꝝ principiũ uocauere dans oibus Philo.
cauſis, ut influãt: qa qcqd agit cã ſecũda, agit in uirtute primæ magis in
fluẽtis q̃ ſecũda, inqt Proculus. Et eſto q; cã ſecundaria ẽt uniuerſalis ãmo Procul.
ueat a re uim, quã præſtitit/prima minime remouet: & infra dicit: Omnia
hẽre eſſentiã a p̃ ente, & prima cã, & uiuere a prima uita: immediateq; a
prima, & ſumma intelligẽtia: Quæ ſit omniũ fœcũda coꝝ, quæ alii p̃ſtãt,
neceſſe eſt. Eſtq; in ſeipſo ſũme fœlix, & beatus: Sed Beatitudo (ut diffi
nit Speuſippus) eſt bonũ ex bonis oibus accumulatũ. Beatus autẽ eſt, q Speuſi.
nullo indiget, & q hẽt qcqd uult: ſi bñ docet Auguſtinus, Boetius, & Pla Augu.
to. Nihil g̃ deeſt illi qui oia cõtinet, tanq̃ uera omniũ ſphæra: ut dixit Her Boetius
mes. Et cũ nihil ſit extra ſphærã mundi: ſic nihil extra diuinũ ambitũ, qui Plato
oia cõplectitur: cui eſt illud inexplicabile nomẽ, ubi lfæ oẽs numeros cir Hermes
culares cõtinẽt, decẽ v3/qnq;, & ſex, atteſtãtes ſingulæ ueriſſimã eſſe ſphę
rã, qđ nominant, oia ambitu ſuo cõtinentẽ. Quaꝝ etiã lfaꝝ ſignificata idẽ
inuũt: ⸗ Ioth. n. ſciẽtia, uel principiũ interpretat: ⸗ He eſſe: ⸗ Vau & ip̃m:
in quo oia v3 quieſcũt: ut ſit ipſe principium omniũ eſſentiaꝝ p̃ſtãs oibus
ut ſint/eſſeq; ip̃m eſt prima reꝝ creataꝝ, ut Proculus docet. Ideo a prima Procul.
cã emanat, cui ſoli dare ip̃m eſſe attribuit. Ideo alibi cõcludit aperto ore,
oia ꝓcedere ab una cã: Quæ omniũ p̃ ut grauida ſit, neceſſe eſt: ſi uera eſt
Peripateticoꝝ ſnia: Nemo dat qđ nõ hẽt. Nec aliqd nã ꝓducit, aut fabri Peripa.
catur arte, niſi illud prius in fabricãte p̃exiſtat. Generatur aĩal, aut homo
ex ſeminaria uirtute, qua genitũ cõtinebat: & ex ſemine generat herba q̃
p̃erat in ſemine potẽtia (ut dicunt Peripatetici) aut uirtute aliq̃. Hinc ſa

Moſes pientiſſimus philoſophus Moſes cũ de plantis producẽdis ageret, inquit:
Cuius, v3 plantæ ſemẽ ſit in ea. i. uirtus ſeminaria ad aliã plantã ꝓducẽdã.
Extat & in artificis mẽte fabrica idealis, ex qua cõducit extrariã: ut longo
Augu. ſermone diſſerit Auguſtinus interpretãdo illud Iohãnis, qđ factum eſt, in
Iohan. ipſo uita erat, Vita utiq; creatrix, & idea omniũ reꝝ faciẽdaꝝ. Quia ſicut
artificiũ uiuit in artificis mẽte, añq̃ cõducat: ſic uiuebat mundus in mẽte
illa diuina, anteq̃ deduceret in opus. Cõtinet inſup omnẽ numeꝝ exiſtens
ipſe uera unitas: quæ principiũ, & radix omniũ eſt numeroꝝ, dans oibus,
Procu. ut numerent. Omnis. n. multitudo (ut idẽ Proculus ait in theorematibus,
theologicis) eſt ab uno. Nec aliqd eſſet unum, ſimul cũ aliis multitudinẽ,
faciens (ut ibi proſequitur) niſi ꝑ unius participationẽ unitatẽ ſibi cõpa
raret. Quod unũ, & antiqſſimũ nemo ambigit Deũ eſſe, qui añq̃ peculiarẽ
unitatem rebus inferioribus cõmunicaret, in primũ numeꝝ ſe diffudit: Et
Hebrei hinc in denariũ (ſi hebreoꝝ theologiã admittimus) tanq̃ in decem ideas,
& menſuras omniũ numeroꝝ, & reꝝ omniũ faciendaꝝ: hac de cauſa ulte
Ariſto. rior numerus dari nequit/quãuis Ariſtoteles alias rõnes multigenas aſſi
gnare conet. Qui denarius coaceruatus in unũ reddit, a quo exordiũ ha
buit: ut ſit denarius numeroꝝ finis, & cõplementũ, & principiũ decadum.
Quẽ numeroꝝ ſeriẽ omnia tãq̃ ueꝝ exemplar imitando, ad illud unũ re
Procu. dire cõtendunt, unde proceſſerũt: Vt aliquãtulũ ꝓgreſſus noſter Proculus
ſubinfert, dicẽs: qđ omnis ordo ab unitate incipiens procedit in multitu
dinẽ unitati coelementalẽ: & ipſa ordinis multitudo tandẽ ad unitatẽ re
ducitur. Et omnia quæ ſub globo lunari ſunt, p hominẽ tanq̃ p decimum
genus eoꝝ, quę ſunt corruptioni ſubiecta: Et cœli nouẽ per decimũ cœlũ:
quod empyreũ dicunt: & nouẽ Angeloꝝ ordines p ſuã decadẽ in prima
riam unitatẽ reſtituuntur: Quæ ſuo loco Latius diſſeremus.

Quod Deus ſit unus. Caput VI.

Moſes Deum unũ eſſe, habemus legiferũ diuino oraculo intonantẽ.
Audi Iſrael, tu v3 qui Deũ principem habes (ſic. n. Iſrael in
terpretatur) Dñs Deus tuus Deus unus eſt. Et iteꝝ introdu
cit ipſum ad populum proteſtantẽ: Videte q; ego ſim ſolus:
& nõ eſt alius præter me. Cũ quo eius, imo legis occentor cõuenit, dicens:
Dauid Non eſt Deus præter Dñm, & nõ eſt Deus præter Deũ noſtrũ. Cum qua
ueritate cõueniũt omnes ſapiẽtes. Abraham ob unius Dei cõfeſſionem, in
ur. i. fornacẽ a Chaldeis proiectus eſt, & illęſus euaſit: unde ſummo fauore
proſequutus eſt eum Deus, pro cuius ſolius gloria non recuſauit mortem
ſubire. Pro hac ueritate aſſerenda Socrates & carceres, & mortẽ ſuſtinuit:
Apule. ut Apuleius, & Aulus Gellius atteſtant: nulla tamen ſibi gratia cõparata,
Au. Ge. eo q; ſponte ueneno ſuſcepto ſibi mortẽ intulit contra edictum illius Dei,
quẽ unicũ profitebatur: qui uetat omnino & ſibi, & aliis quẽpiam inferre

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

mortẽ. Probat Plato in Timæo Trismegistũ æmulatus: q; Deus mũdi exẽplar sit unus: eo q; mũdus unus est. Cõstanter asseuerat Auicena Impossibile esse duo a se necessaria. Nec aliud hẽt a se, ut necessario sit, nisi Deus. Aristoteles Homeri sententiã celebrat: Non est bona multitudo numinũ: Vnus ℊ Princeps, & Deus. Ille. n. Vlixẽ sic cõcionantẽ decãtat. O Achiui nõ est bonus pluriũ principatus: Vnus ℊ Rex. Hinc de humano ad diuinũ principatũ conscendẽs, ꝑ analogiã quandã cõcludit necessariã unitatẽ principis diuini sicut & terreni, qui diuini simulachrũ gerit. Quomõ ꝑcedit Hieronymus cũ Rustico suo disserens. In apibus (inquit) unus princeps, Grues omnes sequuntur unã ordine litterario: Impator unus, Vnus quinciæ iudex: In naui gubernator unus: & in mũdana fabrica unus Opifex, unus moderator. Vñ oẽs sapiẽtes cõtẽplantes picturas, & formas uarias huius mũdanæ domus, unam tm̃ eorũ cãm, & primã arbitrati sunt: ut Nicomachus, & post eũ Boetius, & Proculus in eo, quẽ de causis scripsit, & in theorematibus docto, & cõpendioso sermone demonstrat. Pythagoras (ut Eusebius refert) unitatẽ Deũ esse dicebat, & bonũ, & intellectum: dualitatẽ uero dæmoné/ac malũ/ in qua mãlis est multitudo. Adstipulat Plato in epl̃a ad Dionysiũ. Cũ studio, & ex ĩnia (inqt) scribimus animi: Deus principiũ epl̃æ p̃bet. Si secus aũt, nõ Deus, sed Dii: cõcludẽs omnia bona ab uno, malũ autem a multitudine cõfusa. Nec põt (inquit Cicero) omnibus intercõtinẽtibus mũdi partibus esse pfectio ordinis: nisi ex uno, & diuino, & cõtinuato spiritu cõtinerent. Nec aliquis de sapiẽtibus aliqñ opinatus est adorandũ esse nisi unicũ Deũ: qui est principiũ uitę, & dator omniũ bonorũ: Cui soli hũc mundũ regenti preces dirigẽdas docet Procul
Pla. Tri.
Auic.
Ari. Ho.
Hiero.
Nic. Bo
Pro. Py.
Euse.
Plato
Cicero
Procul.
Por. Iá
Pla. Py
Aristo.
CHRI
STVS
Mose
Sopho
lus, Porphyrius, Iamblicus, Plato, Pythagoras, Aristoteles & posteri oẽs. Sed sacræ litteræ sup oẽs hoc dogmate respersę sunt. Sic Christus instruxit nos: ut oronẽ in primũ dirigeremus, dicẽs: Cum oraueritis dicite P̃r nr̃ De quo & Moses: Nũqd nõ ipse p̃r tuus, possessor tuus? Qui a Poetis q̃q; Pater omnipotẽs dicit, Primus fons, & origo omniũ: A quo quædã numina sunt, & ministræ potestates eius, ut Sophocles districho iãbico canit.

In ueritate solus unus est Deus:
Qui cœlum hoc, & terram capacem condidit.

Quem Euripides Iouem præcipit nominandũ: Per cuius caput Orpheus cecinit, uniuersa in lucẽ processisse. Cæteras aũt potestates ministras esse censendas, quæ extra Deum sunt: & ab ipso separatæ. Hinc ipsi Dei ministri, intelligẽtiæ separatæ a philosophis, & a sapiẽtibus hebreis dicunt. In Deo aũt esse q̃dã numina nõ ambigimus, quæ nostri uocãt attributa: sapientiã quã antiqui Palladem noiarũt: Intelligentiã, aut solertẽ discursum, Mercuriũ: Sempiternũ, Saturnũ: Formę fœturam, Neptunum: qui uirtus aquarum est, de quibus dicitur. Producant aquæ serpiturã animæ

uiuentis (ut uerba hebraica sequamur) Naturã rerũ secretam, Iunonem, Amorẽ, Venerẽ, Lucidã uitã, Solẽ, aut Apollinẽ, & cætera id genus: quæ uulgus opinabat plures esse Deos: qd̃ alienũ fuisse ab omnibus sapiẽtibus
Cicero Cicero ideo, quẽ ędidit de nã Deorũ asserit: Plinius ãt socordiã quãdã dicit,
Plinius inumeros existimare Deos: & opinari mrimonia inter eos, cõtrahi: tantoq; ævo ex his neminẽ nasci: & alios esse grandęuos, sempq; canos: alios iuuenes/atq; pueros: atri caloris, aligeros/ ouo ędितos, puerilũ fere deliramẽtorũ est. Sed sup oẽm impudentiã, adulteria inter ipsos fingi, mox iurgia, & odia/atq; ẽt furtorũ esse & scelerũ numina: quæ bñ utiq; cõfutat. Docet aũt
Theol. nõ minus impie/q̃ indocte de Deo: cũ de ipso sine eius lumine rite effari nõ possimus. Quo lumine collustrati theologi nostri, cõfidentius de ipso loquũtur: & eius unitatẽ citra oẽm sonẽ cõprobant: qa infinitũ aliud secũ stare minime patitur, nec mente, nec uelle, nec potentia, nec bonitate, nec essentia, quæ legẽda relinquo ubi ab eis copiosissime tractata sunt. Addũt ẽt de uirtute qua oia põt: Vñ si essent duo, posset unus destruere, quę alius fabricauit: & si nõ posset, nõ esset Deus: qui omnipotẽs est. Et ꝑgressi ratiocinant, qm̃ uterq; utroq; frueret: cũ essent sũme fruibiles, & nolens frui peccaret: Fruẽs aũt aliqd accipet ab alio, tanq̃ impfectus: & sic Deus pfectissimus esset impfectus: & adhuc ultra. Si duo, uter illorũ hanc machinã fabricauit? Et uter illorũ ipsam moderat? Et si q fecit, ipse & regit, qd alter facit? Si uero unus fecit, alterq; gubernat, quomõ intrauit gubernator in
Dion. Pl. domũ non suã? Ex ordine igit̃, & moderamine cõcludamus cũ Dionysio,
Phil. Ast. Platone, cũ ueris philosophis, Astronomisq; omnibus tantarum rerũ sibi inuicem cõuenientiũ opificem eundẽ, & rectorem: qui est omniũ artifex, omnem habens uirtutem, omnia prospiciens.

Quod fœcũdissima mens illa prima, quæ Deus dicit, ad intra extraq; produxerit. Caput. VII.

EX his cõditis imaginibus manuducti ad diuinã mentẽ eminentissimã, omniũq; fœcũdissimã, eius lumine collustrati uidebimus prolem sui simillimã, qui est uera imago Patris: quã in se p̃ generat unico, & nũq̃ interrupto actu: quo semp absq; aliqua interiectione, aut uicissitudine se intelligit summũ p essentiã bonũ. Vñ resultat ꝑles, quæ est plena intelligẽtia, plena sui imago, & plenũ mũdi exẽplar. Quã ꝑlẽ Iohãnes, & Mercurius uerbũ noiarũt: Plato Dei P̃ris
Io. Mer. filiũ: Orpheus uero palladẽ. i. sapientiã ex Iouis capite natã. Ex qua plena
Pl. Orph. intelligẽtia suę bonitatis sũmæ amor ꝑducit ligãs intelligentiã cũ mente, & eo ãplius, q̃to imensa ꝓportiõe sibi intimior est, q̃ aliq; ꝑles cũ eorũ parẽtibus. Hinc est exactissima parẽtis imago, q̃dã tñ resone, aut aliq̃ intrinseco absoluto, tanq̃ genita distincta a generante. Et nisi esset in Prototypo illo summo generatio, nõ esset in creatis generationis imago: Nec dedisset ste-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

trilis,& absq; fœtu suis rebus fœcūditatē:ut p Isaiam de incredulis quadā impatiētia cōquerit dicēs:Ego qui cæteris generationē tribuo/sterilis ero? Est g̃ in summo opifice germen,atq; fœcūditas: Quia & si extat (ait Ricardus) iucundissime fœlix,uoluit tamē ex insita bonitate,mens illa fœlicissima hanc suā prolem palā producere cōstruendo fabricā eius imagine plenā:In qua ordinata graduū serie se diffundēs aliquos suę propagationis,& fœlicitatis capaces effecit: Quos alios momētanea trā subiectione, alios aūt plixiori pugna statuit suæ fœlicitatis participes fieri,cuicūq; debitas mansiones assignās.Sed qa illi debebāt paulo post reę creatorē impugnare,nō assignauit eis pegrinationis hospitia,aut aliū instantaneæ pugnæ campū q̃ triumphi palatiū.Mortalibus aūt (qbus longū cū diuersis hostibus indixerat bellum) dedit lata certaminis spatia,& hospitia opportuna.Et qa uniti cū alterabili & defectibili natura,de pabulis,& fomētis, quibus uitæ cursum ad debitum finem traherēt,prouidere curauit. Quæ omnia opportuno tpe præparanda,elemētis,& cœlis,tāq̃ obedientissimis ministris cōmisit,iubens & ad ipsius hospitis uoluptatē extendi campos, subsistere ualles,fronde tegi syluas,lapidosos surgere montes:Et cætera id genus:quæ potius ad decorē,& ornatū,q̃ ad necessitatē ordinata conspicimus:Vt ab his delectationibus, quas in huiusmodi seruitutis hospitiis sentiret hospes,ad excogitāda fercula illa exquisitissima,quæ in triūphali aula sunt præparata,cōscenderet. Cognoscebat.n.infœlicitatē huius corporei carceris:in quo bona illa absolutissima ab omni degenerāte materia non possunt nisi p sensibilia excogitari,nisi particulari lumine reuelentur. Ideo summo artificio disposuit reę illaę cœlestiū harmonicas imagines: ut per has facile abducto ignorātię,aut peccati uelamine ad cœlestia ipsa traheremur:& ex pulchritudine opeę,& decore creaturaę (ut Origenes in Periarchon scribit) parentē uniuersi intelligamus.Id maxime,cū prior imaginis ratio in homine repiat:qui diuinæ mētis solus inter mortalia(ut dicunt Platonici) hēt simulachrū.Hominis aūt simulachrū animal tenet:Animalis Zoophytū: Zoophyti autē planta:Plantæ uero metalla:Metallo; lapides.Et qa inferiora ab homine impfectā cōtinent Dei imaginē,dicūt Catholici Sapientes illa omnia tenere Dei uestigiū,per qđ impfectius deiformem speciē repræsentant:Vnūquodq; magis & minus secm distributā ipsis pfectionē.Sunt.n.elementoę,& mixtoę formæ tenuissima summi boni simulachra.Viuentia uero,cœli,& sydera maxime Sol,ad secretiora cōtemplanda deducūt. Rationales uero mētes tanq̃ supremus imaginū gradus,intima penetralia introeūtes,ad eū cōtemplationis gradū deueniūt,quo in thalamū præparatū aliquando intrent:immo seipsos habitaculum,& templum Dei constituant:ubi uerum symposium omnibus musicalibus concentibus celebratur.

Isaias

Ricar.

Origē.

Platon.

Catho.

Quod

Quod Deus mundum fabricauerit. Cap. VIII.

INter ea,quæ latent humana ingenia,& naturales trāscēdūt discursus, est mundi genitura : an sit, si de nouo fuerit, & si necessario,an libera quadā mentis diuinæ affluētia.Hinc sapientes sunt in uarias partes dissecti.Aristoteles cū ea turba, quæ non admittūt nisi quę propriis uiribus,suoq; ingenio inuestigare ualent:unde,& cur hęc genitura fuerit intelligere nequiens,ipsam aspernat:

Aristo.

Platonemq; ingratus discipulus falsò criminat, q̃ ipse solus mūdū generat.Sed Plato ipse cū cæteris sapiētibus meliori lumine collustratis mundi fabricā profitetur:& hanc consonantissimā,numerisq; plenissimis dispo

Plato

sicam:sub quoę uelamine,& obscuris recedentiū sensuum indiciis mundi sacramenta non dum bene initiatis occultauit/satius existimans docte re/texere,quæ p diuina oracula accepta sunt:q̃ frustra suo ingenio elaborare, ut ea apprehendat,quæ captū fugiunt rationalis discursus: & tantū mēte

Merc.

pura,læta,& festiua cōsonantia suscipiuntur.Hinc Mercurius mentē cōplexus,hæc penetralia introcedēs mundi fabricam,& gubernatorū eius, & compositoę omnium, & ex elemētis deorsum tendentibus purum naturæ artificium,unitū tamen opificis menti,paucis uerbis in suo Pymandro innuit.Quæ elementa præiacta docet sola Dei uolūtate in deteriorem

Empe.

notam,q̃ in opifice præexistant.Empedocles autem agrigentinus,& He/

Herac.

raclitus Ephesius nō semel,sed continue mundū gñari,& corrūpi asserūt. Quod secundū partes,aut renouationē quandā nō collustratis occlusam,

Demo.

posset in gremio ueritatis admitti.Democritus uero mundū genitū docet:

Hesio.

& interiturum semel: & nūquā ulterius reparatum iri.Hesiodus etiam,&

Orphe.

Orpheus mundū progenitū decantāt.Thales ex septem sapientibus unus

Thales

orbem hunc Dei facturam asserit.Pythagoras,& eius interpres Hierocles

Pytha.

Deum opificem,& patrem rerū profitetur.Consentit Auicena Arabs,Al/

Hiero.

gazel saracenus,Philon nō minus doctrina q̃ greca facūdia celeberrimus,

Auice.

Alcinous Platonicus,qui ait:Mundū hunc uniuersum pulcherrimū opi/

Algazel

ficiū Dei necesse est esse.Et multi posteri,quos longū esset retexere.Vñ nō

Ph.Alc.

solus Plato mundū generat,sed ipse cum multis generatum testatur. Ex/

Plato

ternis autem omissis deueniamus ad eos,qui non ea,quę imaginantur,sed

Moses

quæ uiderunt,& quæ a diuinis oraculis acceperunt,docent. Moses enim Theologoę pater, & philosophātiū magister præcipuus,In principio,inquit,creauit Deus cœlum,& terram,& cætera quæ sequuntur . Cui Deo plenissimo,sanctoq; uegetato numine/qui multis locis probat ea,quæ dixit,magis credendum est q̃ Aristoteli: qui nec rationibus, nec miraculis, nec oraculis sua huiusmodi ludicra cōfirmat.Loci autē,qbus Moses corroborat ea quæ docet,sunt: Miracula,portenta,oracula,uaticinia.consensus partium totius dogmatis,grauis authoritas eorū,qui eius doctrinam

B

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

cõfirmant,& interpretãdo approbant. Miracula in propatulo sunt. Virga in colubrum,& coluber iteꝝ in uirgã transmutatur. Vertit aquas in sanguinẽ, Ranæ, Muscæ,& Cinifices, aut Pediculi (ut apud Hebreos habetur) ad homines,& iumẽta perurgenda aduocati ueniunt. In quo cessarũt Magi memphitici: quia non potuerunt ipsi nec ab eis aduocati dæmones producere pediculoꝝ materiã: quę est humanus sudor, aut humor excalefactus: cũ solius Dei sit subiectum creare. Ideo professi sunt, q̃ digitus & uirtus Dei inibi erat de nouo producens: Quod uirga Aaron,& Mosi deuorans eorũ baculos iã indicauerat, præstigia uidelicet inferioꝝ spirituũ, & uirtutem deuorandã a uirtute Dei, quæ in Aaron Moseq; operabatur. Locusta insuper & Brucus,& ignis cũ grãdine fluit: Vesica & tabe resoluunt corpora: Primogenitũ omne ab homine usq; ad pecus magno sacramẽto interiit. Deducens aũt suos israeliticos mare aperuit: Aquã de petra, coturnices de cœlo, fulgura, nebulã per diem, columnã ignis per noctem, caliginem,& ex ipsa Dei uiuentis uocem, quæ populũ nunc terrebat, nũc consolabatur, deduxit. Clades ægyptiis, strages subitas, male merentibus, ignem arrogãtibus, leprã murmuranti immittit: Numerosam turbam ab infirmitate,& eorum uestes a corrosione conseruat: Pascit insuper ipsam cibo cœlesti,& hostium eandem uictricẽ reddit. Hæc igit̃ & huiuscemodi multa in sui, doctrinęq; fauorẽ summus doctor, qui eum,& nos per ipsam docebat, præstitit. In uerbis etiam suis monstra placauit, clades cessarunt, uenenati curabantur, ut prodigiis huiuscemodi lex,& sapientia uitæ,& disciplinæ, quam populum docebat, celebraretur. Oracula uero non delphici Apollinis, Iouis, aut Palladis, uel fictæ sapientiæ, aut simulatæ diuinitatis, sed ore Dei uiui data sunt: cuius aliquando uoces innumerabilis illa turba præsensit. Et si non credat qs tantũmodo Mosi huiuscemodi narranti, aut plebeis eius referentibus, credant externis sapiẽtibus: qui pro hac ueritate deponunt, Beroso uidelicet chaldeo, Maineto ægyptio, Hieronymo phœnici, Dario regi, Ptolemæo Mendesio, Menandro ephesio, Nicolao damasceno, Abideno historico, Estieo, Theodoro, Chorilo, atq; Ezechielo poetis, Demetrio historico, Hecateo Abderitæ philosopho,& aliis multis ultra quadraginta sapientibus a Iosepho, Aristobolo, Tertulliano,& Eusebio citatis: qui pro ueritate prædictorum mirabilium deponunt. Veniamus ultra progressi ad uaticinia: De qbus Ptolemæus in Fructu/Soli numine afflati prædicunt particularia. Et Isaias: Annũciate, quę uentura sunt,& dicemus, q̃ dii estis uos. Vnde & si Moses docens,& eius asseclæ prophetæ omnes tot particularia memphitico regi, tribubus illis, principibus,& regibus multis, de ipsis, de ciuitatibus, deq; populis eorum uaticinati sunt/quis dubitet eos sancto numine afflatos? Quis de falsitate eos criminabitur? Quis ambiget de eoꝝ doctrina? Legat̃ Mosi cõtextus,

Ber.M
Hier.D
Ptol.M
Nic.A
Esti.T
Cho.E
Dem.H
Iose.A
Ter.E
Ptol.li
Mose

omnia uaticiniis,& futuris euentibus plena sunt adeo, ut nihil prętermiserit eorũ, quæ ad sacramenta philosophicarum,& diuinarum rerum, futuri Messiæ,& omniũ quæ successura erant, ut scientibus legem,& oculis collustratis est manifestũ: quæ sub uelamine (ut sacramenta illa exquirebãt) retexit. Quis enim sanus hęc posthabens ad philosophoꝝ monumẽta, nec rationibus, nec oraculis cõprobata, nec diuinoꝝ odore respersa recurrat? Ea tñ quæ ueri philosophi docẽt,& a Mosaicis institutis nõ discrepãt, admittimus. Quæ ãt sola authoritate, aut solo excogitatu, nullis rõnibus, nullisq; locis munita, cõtra ea adducũt, q̃ sacris lr̃is cõtinent̃, oino respuimus.

Ar.Ari. Au.Ep. Mo. p. Sol.Eu. Si.n. authoribus deferre uoluerimus: cui quæso magis deferẽdũ cẽsemus, Aristoteli, Alexandro, Auerroi, Epicuro,& similibus, qui solum aliqua doctrinæ facula lucent, an Mosi, prophetis, Solomoni omniũ sapientissimo, Euãgelistis, Apostolis, qui doctrina, sapiẽtia, moribus, uaticiniis, oraculis, prodigiis,& omnimoda sanctitate, tãq; ardẽtissimæ faces coruscant? Qui quod dicũt de diuinis, assẽuerãt, uitæ discrimine probãt, p̃digiisq; confirmant. De humanis uero & inferioribus supra homines loquentes, omnia secreta sancti numinis radio penetrãtes, illa posteris clara luce patefaciũt.

Euse. De quibus Eusebius ad uerbũ, Philosophoꝝ errores non a meipso, sed cõtradictione & pugna inter eos mirabili cognoscens, quos quãdo inter ipsos aut cũ aliis cõparo, non facile negauerim illos claros fuisse uiros: Quando uero hebreoꝝ philosophis, atq; theologis confero,& doctrinam doctrinæ illorũ cõparo, caduca & friuola omnia, quæ philosophi excogitarũt, mihi uident̃. Nec mirũ: illa diuinitus edita sunt: hęc humanitus. Hinc q sapiẽtię delibaměta gustare uoluerũt, ab eis edoceri (ut supra diximus) coacti

Ap.ale. Porph. Al.pol. Eu.Th. Lib.sib. Or. ap. Cle.pi. Mega. Str. Iu. Cor. ta. De.ph. Ec.Ab. Or.So. Porph. Orphe. sunt. Possem ẽt in testes Mosi hebraicęq; doctrinę citare Apionẽ Alexãdrinũ, Porphyriũ, Alexãdrũ polyistorẽ, Eupolemonem, Theophrastũ, libros sibyllinos, Oracula apollinea, Clearchũ peripateticũ, Megasthenẽ, Strabonẽ, Iustinũ, Corneliũ tacitũ, Demetriũ phaleriũ, Ecatheũ Abderitam, Orpheũ & Solinũ. Sed alioꝝ dicta suis locis relinquentes, Porphyrii tãtũ & Orphei,& Solini de multis paulusc̃ula adducamus. Porphyrius.n. in libro de abstinentia, hebreoꝝ religiosos aut uates multis prosequitur laudibus uocãs eos philosophos,& omnibus aliis uatibus & sanctimoniã profitentibus præponẽs. Orpheus autem in libro quẽ de uerbo sacro scripsit, sic (exclusis primo legum & diuinaꝝ reꝝ contẽptoribus) decantat.

Vnus perfectus Deus est, qui cuncta creauit
Cuncta fouens, atq; ipse ferens super omnia se se:
Qui capitur mente tantum: qui mente uidetur:
Qui nullumq; malum mortalibus inuehit unq̃:
Quem præter non est alius: tu cuncta uideto
Hic ipsum in terris melius quo cernere possis.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Hic etenim uideo ipsius uestigia:fortem
Hicq; manum uideo:uerum ipsum cernere,quis sit,
Nequaq̃ ualeo,nam nubibus insidet altis.
Nemo illum nisi Caldeo de sanguine quidam
Progenitus uidit:quem cœlorum aurea sedes
Sublimisq; tenet:cuius se dextera tendit
Oceani ad fines:quem de radicibus imis
Concussiq; tremunt montes:nec pondere q̃uis
Immenso sint,ferre queunt:qui culmina cœli
Alta colens:terris nunq̃ tamen ille sit absens.
Ipse est principium,medium quoq;,& exitus idem.
Priscorum nos hæc docuerunt omnia uoces:
Quæ binis tabulis deus olim tradidit illis.
Ecce q̃ exerta uoce fatetur Orpheus a tabulis Mosaicis didicisse,quæ de
eantat de Deo cognito soli Mosi de sanguine Chaldeo progenito:q̃uis ali
qui opinent Orpheũ decãtasse de Noe:Alii de Enoc,Platonici de Zoroa
stre,qui fuit filius Chã & nepos Noe,ut Didimus aittuerũ ipse Chã filius
Noe,si Beroso creditur.Nec enim istis datæ sũt tabulæ,sed Mosi,de quo
solo legitur,q; facie ad faciẽ cũ Deo locutus sit:Quẽ multi ab eius doctri
na edocti æmulantes,sanctæ uitæ se addixerũt:ut prophetæ & qui sapien
tiam oculis collustratis susципere affectabant: de quibus Solinus:Interio
ra Iudeæ,quæ occidentem contuentur,Esse mei tenent : qui præditi me
morabili disciplina a ritu gentium uniuersarum diuisa maiestatis diuinæ
(ut reor) prouidentia ad hũc morem destinati. Nullæ ibi fœminę:Vene
re penitus se abdicauerũt,pecuniam nesciunt,palmis uictitant. Nemo ibi
nascitur:nõ tamen deficit hominum multitudo:Locus ipse addictus pu
dicitiæ est:Ad quem plurimi licet undiq; gentium properent : nullus ad
mittitur, nisi quem castitatis fides,& innocentiæ meritum prosequatur:
Nam qui reus est,uel leuis culpę,q̃uis summa ope adipisci ingressum ue
lit,diuinitus submouetur.De Mosi enim discipulis,& filiis prophetarum
& prophetis ipsis loquitur:de quibus & noster Paulus cum ipsis Hebreis
disserens ait: Circuierunt in melotis & in pellibus caprinis, egentes, an
gustiati,afflicti:quibus dignus non erat mundus:In solitudinibus erran
tes,in montibus,& speluncis,& cauernis terræ: Qui eo testimonio digni
inuenti sunt,cui non immerito credendum censeatur. Sed supra modum
admirandum occurrit consentanea cœlestis,diuiniq; nuntii doctrina Iesu
ueri messiæ, uncti diuinis charismatibus præ omnibus participibus suis:
Qui Mosi dogma approbans & admittens,arcana multa a patre habita
discipulis reserauit : quæ uulgo sub parabolis,ne daretur sanctum cani
bus,proposuit.Qui discipuli adeo repleuerũt orbem uniuersum : ut quot

Orpheus

Didimus

Solinus

Paulus

quot sapientũ passim sibi nomen uendicant,doctrinam illam amplexen
tur & uenerentur:in qua tantum numinis,tantumq; diuini luminis splen
det,ut facile omnia excogitata humana transcendat:Hanc,qa nulla sub
limior adhuc mortalibus apparuit,nec etiam apparebit:susципiamus om
Lac.Fir. nes,quibus sapientiæ cura est:Nec expectemus (ut cũ Firmiano loquar)
donec Socrates aliquid sciat, aut Anaxagoras in tenebris lumen uideat,
aut Democritus uirtutem de puteo abstrahat,aut Empedocles dilatet ani
mi sui semitam,aut Archesilaus & Carneades aliquid sentiant,atq; perci
piant:aut Aristoteles ea probet,quæ sensum effigiunt:Mundi enim geni
tura non est cum physicis connumeranda speculationibus,ubi Deum ha
Aristote. bemus opificem,qui fabricando,aut motum præstando stabilis remanet.
Sed quæcũq; mouendo non mouentur (inquit uester Aristoteles) philo
Plato sophicam considerationẽ transcendunt, & ad diuinam scientiam spectãt:
Solomõ Quæ orationibus & oraculis impetranda est (inquit Plato) naturalia aũt
ratione quærenda,& moralia usu comparanda: Et Solomon omnium sa
pientissimus/Reperi/inquit/q; quãto quis magis hæc inuestigauerit,tanto
minus inueniet:quia operum Dei nullam potest homo inuenire rationem.
Ideo philosophi in huiusmodi conatu operas simul & industriam perdi
Lac.Fir. derũt:qa ueritas & arcanũ summi Dei qui fecit omnia (sequitur Firmia
nus) ingenio & uiribus comprehendi non potest : alioqui nihil inter Deũ
hominesq; distaret,si consilia atque dispositiones maiestatis æternę cogita
Aristo. tio assequeretur humana.Hinc & ipse Aristoteles Simonidis sententiam
Si.poeta celebrat in eo,q; ait:Solus Deus habet hũc honorem,ut sit metaphysicus:
Nam ueritatis uia(ut alibi fatetur) etiam sapientibus est præclusa:ideoq;
a fonte ueritatis expectanda est.Sed(heu dolendũ nimis)euenit multoties
Iãblicus quod Iamblicus ait: Vt notitiæ rerum a Deo datæ longo tempore huma
nis opinionibus confundantur,exiguum diuinitatis & ueritatis retinentes:
cum non assentiatur his,quæ humanis illabũtur sensibus:qua ueritate re
cedente subcreuerũt tenebræ:quibus obuoluti,& obcæcati sibi nimis cre
dentes cæcoq; duces facti sunt:& in foueam cadentes multos secũ falsis ar
gumẽtationibus,& apparentibus rationibus deduxerunt:De quoq; multis
uel pauca perstringam:qbus cætera qua uia procedant,dignoscant.

Mundi conditio non dat philosophis,ut concludant contra eius geni
turam.

Cap. VIIII.

Peripatetici, qui frequentes sunt his temporibus,a suis sensi
bus non recedentes opinantur nihil stare,aut sciri posse nisi
ex sensatis syllogizando probent eadem demõstratione,quã
Aristo. pinxit Aristoteles,sed nusq̃ in progressu naturali seruauit:cũ
omnes suæ deductiones ex præacceptis ab eo procedãt. Sed aliis omissis,
ueniamus ad ea , quæ contra orbis genituram fortissima prætendunt ro

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

bora quadrifaria. Sed quid possunt (ut cum Origene loquar) aduersus ueritatem ipsam adducere, quod non ineptum, inualidum, & falsum coarguatur, cum deliramenta quædam proponant, nec ratione subnixa, nec prudenti saltem homine digna? Quæ utiq; sumus (iuuante Deo) tam facile euersuri, q̄ leuiter illi obiecerunt. Et ut friuola magis omittamus (q̄uis omnia quæ adducunt lubrica sint) adducemus primo rationes, quas ex mundi ipsius natura deducunt contra mundi fabricam. Contemplabantur cœlum a contrariis penitus semotum: hinc concludebant nullatenus corrumpendum, ex consequenti nec genitum. Videbant insuper, quæ generantur nouum sibi comparare locum: cœlum autem / quia nequiuerit nouum locum sibi uendicare, ideo nec generari potuisse. Intuebantur adhuc omnia, quæ mouentur transmigrare ad nouum locum: aut moueri circa aliquod stabile, sicut sphæræ omnes circa centrum: ut omnis difformitas reduceretur ad aliquod uniforme. Pari modo putabāt omne nouū reduci ad antiquum: unde omnis generatio & corruptio fit circa materiā antiquam: & omnis motus regulatur cum stabili terra, aut immobile centro, cum quibus fundamentis non uidebant posse stare mundi nouitatem. Et quia generatio unius est corruptio alterius: & nihil potuit præcedere orbem, quod corrumperetur: Vnde ingenitum asserebāt. Existimabant ultra progressi, omne productum præfuisse potentia in materia: adeo ut necesse existimarent materiam semper prę̄fuisse. Adducunt etiam præcipuū robur, & ab omnibus admissum, ex nihilo nihil fieri: ideo inferebant mūdum, cui nihil præfuit, fieri minime potuisse. Quæ omnia utrum concludant nec ne, facile demonstrabimus præsupponendo (ut ueritas est) tria operationum genera, & tres operantes. Est enim artifex: qui naturam prę̄supponit, materiam uidelicet/formam, & totum compositum. Est naturalis agens, qui Dei effectum præexigit, subiectum uidelicet/uel materiam. Est summus opifex Deus nullo exteriori indigēs: cum sit perfectus omnigenam continens uirtutem. Qui opifices analogia quadam conueniunt, sed ęquiuoco differunt: nec ex meta operandi unius concluditur uirtus alterius: Error enim esset procedendo ab arte ad naturā: ut si quis dicat: Ars præexigit cōpositū, arifex aurū, faber ærarius metallum, carpentarius lignum, & architectus lapides, & cementū: ergo & naturale agēs compositum præexquirit. Sic errant philosophantes, dū opinantur summū fabrū exquirere in opificio suo subiectū, uel materiā, quā exqrit naturale agens: Nec quia hoc operatur de contrario in cōtrariū: ut etiam eadem uia summus opifex procedat. Vnde/quę̄so/didicerūt has illationes illi, qui docuerūt artem distingui a natura, & naturalia ad aliud genus doctrinæ pertinere, & ad aliud æterna & seiūcta a motu? Artifex enim inducit formam artificialē, & præsupponit naturalem. Agens uero naturale inducit formā

Orige.

substātialē, & prę̄supponit materiā, quæ est effectus Dei: Et si Deus in operando aliquid prę̄exigeret, prę̄exquireret etiā priorem Deū/qui illud produxisset: & sic primo esset aliquod prius. Quæ sunt ergo hæc argumenta portenta? Paralogizant etiam, dum ex possessiōe noui loci quam acquirit de nouo genitū, uolunt mundū a genitura excludere, quia nullum acquisiuerit locum. Sed dando, q̄ sibi cōparauerit locum, eundem dicam sibi acquisiuit/in quo nunc est. Est enim circa centrum aut terræ, aut mundi, aut

Hermes

sphæræ illius intellectiuæ, cuius cētrū (ut Hermes ait) est ubiq̄. Quod āt perstringunt omne nouū reduci debere ad aliquod antiquū/ ipsis damus. Et illud antiquū est diuina mens, qua omnia continentur, anteq̄ explicentur in proprias formas: & explicata moderat', & conseruat. Quod subiungunt omnem transmutationem naturalem ex materia in materiā fieri, admittimus: sed in primę̄ua productione, & absoluta ab omnibus naturę̄ legibus/quibus princeps iure non tenetur/hoc nō exquiritur. Omne autem productū prę̄existere primo potentia quadā damus: sed naturalia in materia: mundus autem ipse, & rerū species in ideis, uel in exemplaribus illis,

Platoni. Iohāne

in q̄bus Platonici simul cū Iohanne nostro, longe supra peripateticos trāscendentes cōueniunt/qui ait: Quod factū est in ipso uita erat: ubi habebat esse in potentia. Nec monstra sunt o Aristoteles ideæ Platonis: sed uespertilionis sunt oculi (ut ais) si nō uidēt ea, quę̄ sunt manifestissima in natura, aut in naturæ authore. Et ut dissoluamus naturaliū robustissimū nodum: q̄ ex nihilo nihil fit: rogatos illos esse uelim, ut hanc suā sententiam exponant, cū ambigua sit. Si enim eius sensus sit, ex nihilo per artē, aut naturā nihil fieri, quæ subiectū exigunt, in quo operantur: liberas manus præbemus. Sed quid ad artificem supremū, quem longis passibus natura æmulatur: sicut ars naturā ipsam, ut Aristoteles cū suo Aueroi consentiunt? Et

Arist. Auerois

sicut in esse, sic & in opere deficit naturale agens determinatum, ac motui, tempori, & successioni subiectū, ab eo qui est omnibus naturę̄ legibus absolutus. Si autē intelligāt ex nihilo, idest post nō esse nihil fieri, hoc relique rūt posteris cōprobādū: unde nobis latus relinquit' campus negādi, quod nec probatur, nec ex se ipso euidens est. Si autē uelint, ut illud nihil excludat omne genus causaꝝ, etiā hoc damus: Sed in mundi genitura nos prę̄supponimus opatricē causam, & supremā: quæ materiā, subiectū, formas dādas, instrumēta, qualitates disponētes, & oia quæ ad opus aliquod conducendū exquirunt', sua interminata uirtute continet.

Neq̄ motus idem præstat. Caput X.

PErsistentes adhuc peripatetici in suis speculationibus rerum naturalium, & in prospectu habētes, motum esse in eo, quod mouetur, aut generatur, aut in subiecto transmutationis: & cum nullum subiectum illius antiquæ, & primæuæ produ-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ctionis præfuerit, concludebant/ipſam minime fuiſſe: nec mirum eſt, ſi errabant: cum noluerint diſcedere a ſenſatis: A quibus (inquit Auguſtinus) non eſt expectanda ſincera ueritas. Nec ex ipſis, aut ex rationibus in eis dem fundatis poſſumus (teſte Proculo) deuenire in cognitionem diuinorꝝ: quæ intellectiua ſunt, ſemota a materia, motu, ſucceſſione, & ab omnibus ſenſibus. Hinc oberrabãt ab illis feculentis & deterioribus generatiõibus ad diuinum opificium/quod omnem uiam naturę tranſcendit/arguentes. Annectunt neſcio quid friuolum, & ineptum, motum uidelicet rectũ perpetuari non poſſe: quia pertrãſiret ſpatium infinitum: quod natura mini/me ſuſtinet. Circularis uero motus, q̃ non pertranſeat aliquod infinitum, poteſt eſſe perpetuus: Sed in æternis (ut aiunt) a poſſe ad eſſe ualet deductio: Hinc opinabantur conuincere mundi æternitatem. O pulchra deductio prę ſupponendo æternum, quod probare prætendunt. Addit blaſphemus Arabs/impoſſibile fore mundũ habere aliam diſpoſitionẽ, q̃ nũc habeat. Perfide canis quis hoc tibi reſerauit? Qua menſura menſus es potentiam artificis? Qua authoritate terminare præſumis potentiam infiniti, ut non poſſit, & deſtruere, & fabricare pro libito? Exſibilanda eſt potius hæc beſtia blaſphema, cum de diuinis loqui præſumit, q̃ audienda, aut ſatiſfactione digna exiſtimanda. Illi tamen reſpõdet Albertus, cui cognomẽto magnus, profundiori philoſophia refertus q̃ Auerois. Dicemus (inquit) motum cœli ad alium mundi ſtatum, & ad quietem ipſam terminari, ad quã (ut docet Ariſtoteles) tendit omnis motus. Hinc cadit Auerois ratio, & per ſe reſoluitur eius figmẽtum. Sed quia motus tẽpus gignit: & ipſum tempus eſt menſura motus, & quietis: Hinc etiam ex parte temporis paralogizant: Si mundus (inquiunt) non erat anteq̃ principium ſumeret, cum illud ante ſit aliquid temporis/ergo tempus præcedebat motum, qui eſt ipſius cauſa & progenitor. Addunt etiam/quocunqꝫ inſtanti dato, illud eſt principium futuri, & finis præteriti temporis/ergo tempus præfuit ante illud primum inſtans/ex conſequenti motus & mundus. Totus hic error ex mala uerborum intelligẽtia procedit, dum illud ante anguſtant ad aliquam partem temporis tantũmodo ſignificandam: Nam apud noſtros, & etiam externos in genere dicendi peritiſſimos, uidemus illud ante, aliud q̃ partem temporis ſignificare: Aliquando enim æternitatem ſignificat, ut illud in prouerbiis: Dominus poſſedit me in initio uiarum ſuarum, anteq̃ quicq̃ faceret. Et in Eccleſiaſtico: Ab initio, & ante ſæcula creata ſum. Apud Sulmonenſem quoqꝫ dicit: Ante mare, & terras, & quod tegit omnia cœlum. Nec ignorabat ille ſagaciſſimus, tempus a circuitu cœlorum fluere: tamen dicit ante cœlum, quod tegit omnia. Significat etiam anteriorẽ partem loci: unde anteambulones, & anteſto. Significat etiã ſuperiorem gradũ, a quo Antiſtes, qui eſt aliis ſuperior. Et cũ tot ſignificata habeat illud

Augu.
Procu.
Auerois
Albert.
Ariſtot.
Prouer.
Eccleſ.
Ouidi.

ante: cur artare uolunt ad partem tẽporis tm̃modo ſignificandam? Nõne & illud cõcederẽt, materiã eſſe ante formã ordine quodã, q̃uis tpe nõ præceſſerit? Sic Deus fuit ante mundũ ęternitate, & ordine quodã: Quod aũt adiungũt inſtans finẽ eſſe ꝑteriti, & principiũ futuri, ſoluit Algazel dicẽs. Sicut ſe hẽt pũctus in cõtinuis, ſic inſtans in ſucceſſiuis: Punctus uero aliqñ eſt finis partis lineæ, & principiũ alterius partis: aliqñ eſt principiũ totius lineę, nec finis partis ꝑcedentis: Sic illud inſtãs, in quo mũdus habuit exordiũ, fuit principiũ tpis ſequẽtis, & nõ finis ꝑteriti. Negat Arabs ſimilitudinẽ: qa tẽpus trãſit, linea ꝑmanet. O ridicula ſolutio: cũ ſimilitudo nõ ſit de tranſitu, & ꝑmanẽtia, in quo differũt: ſed de parte indiuiſa in qua cõueniunt. Omnia.n. quæ in aliquo cõueniũt, in alio differũt: ut etiã nouitiis in eoꝝ dogmatibus triuiale eſt. Adiungũt neſcio qd apparens: Quod fluit (inquiũt) habet aliquid ante ſe & poſt ſe. Sed (ut aliqd de promptuariis naturæ & Dei adducamus) plus dicimus: q̃ v3 omne fluẽs reuertit̃ ad id, a quo & principiũ habuit ſui fluxus. Aqua.n. ad mare, a quo traxit originem reuertit̃, ut Salomon ſapiẽtiſſimus docet: & expientia cõprobat. Corpus ad terrã, ex qua ſumptũ eſt. Spũs, & oĩa a Deo facta, in eundẽ a quo progenita ſunt, reuertunt̃. Gyrũ (inqt Proculus) producta oĩa efficiunt, a Deo incipiẽtia, & in ipſum deſinentia Deũ. Sic & tẽpus reddit in eandẽ ęternitatẽ, a qua fluxit: quæ remanebit ceſſante tẽpore, ſicut & ante tẽpus ꝑexiſtebat. Hinc ad Auicenã interrogantẽ, quõ opifex ꝑceſſerit mundi fabricã, dicemus cũ Auguſtino philoſopho utiq̃ integerrimo: q̃ ꝑceſſit duratiõe illa ęterna. Plotinus quoqꝫ (q̃uis ſupra hominẽ multa docuerit, ꝑ̃ut hauſit ex Ammonii fõtibus, & ille ab his q̃ fuerũt edocti diuinis oraculis) in hac mũdi duratiõe paralogizat, dũ ait: Quod reſoluit̃ in aliud, diſſecat̃: ſed cũ ultra mundũ nihil ſit, in quo poſſit diſſolui, durabit ꝑpetuo. Cui dicimus: Mũdũ reſolui ſc̃m partes, ut ꝑſeueret meliori nota: ſed nõ de reſolutiõe diſputamus ad pñs, cũ de eius genitura ſit ſermo: nec diſcrepat a religiõe nr̃a, ut ꝑpetuo duret Dei fabrica, ut cõueniamus cũ Platone, & Plotino: q nephas exiſtimãt interire, quæ ĩmediate a Deo bñdicto ꝑfecta ſunt. Hinc & animã immortalẽ aſſerimus, qa a Deo ꝑducta, & inſpirata. Corpus ẽt æternitatẽ cõſequet̃, ſi animę naturã induerit: ut alibi diſſeremus.

Algazel
Auerois
Salomõ
Procu.
Auicẽa
Augu.
Plotin.
Ammo.
Plato
Plotin.

Minus itidem tribuunt gubernatores eius. Caput XI.

OPinabãtur etiam mundi fautores, intelligentias ſphæras mouentes fœlicitatem adipiſci in perpetua cœlorꝝ reuolutione: ut uidetur innuere Ariſtoteles in ſupiori philoſophia, ubi altiora repetens, acrius pro iſta mundi æternitate decertat. Cui plus cõcedit Iohãnes Sco. melius forſitan eius interꝑtãdo uerba, q̃ ipſe cõceperit: qñ beantur nõ ſolũ mouendo orbes, ſed dũ (illa reuolutione mediante) fungẽtes Dei officio, perfectionẽ rebus inferioribus cõmunicant.

Ariſto.
Io. Sco.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Adstipulant quæ Plotinus de cœlo, & de mundi anima pertractando, ait: Absurdū quippe est opinari animā, quæ ad tempus cœlū cōtinuit: nō etiā semper idē efficere, perinde ac si per uiolentiā cōtinuerit. Et paꝝ progressus inquit: Quid in causa esse potest, ut mūdus aliquādo desinat? Non.n. elementa mundi uelut ligna/reliquaq; huiusmodi conteruntur: & cū hæc semp permaneant, manet & uniuersum. Hic de futura pmanentia loquēs, præsupponit ipsum semp fuisse. Hinc subinfert semper duraturū, quia nō pōt dissolui principatus animæ ipsius, nec eius natura labefactari: Quod & Aristoteles magnipendit: quia princeps huius mundanæ domus, cū sit sempiternus, uicissitudinē nō recipiens, etiam domus eius sempiterna esse uidetur. Et cū eius gubernatores non laborent, nec fatigentur uoluendo, sempiterno motui addicti nunq̄ quiescent. Quæ ut dissoluamus, errorem dicimus esse ęquiuocationis/arguendo ab immediato ad ultimum finem. Omnia pene ad diuersos fines ordinata sunt, sed ad unum ultimū tantū. Animalibus finis immediatus est uictitare, & pasci, ultimus uero homini seruire: qui (multoꝝ sapientū sententia) finis est omniū inferioꝝ. Hominis aūt finis immediatus est regere domū/rempublicā/familiam/mercari/studere/& id genus, sed ultimus deuenire ad Deū, uel ad fœlicitatem, siue per uirtutem stoicam, aut speculationē peripateticā, uel per purgationem academicā, siue per fidem, & gratiā, ut nostri catholici asserunt. Intelligentiis uero separatis a Deo, & a corruptibili materia, finis imediatus est, cœlos, & homines regere, cæteraq; ipsis cōmissa, ultimus uero in speculatiōe primæ substantiæ, ubi beantur: ut ipsemet Aristoteles in ethicis perhibet. Esto igitur, q; a motu & ab inferiori fine quiescāt, non tamē a beatitudine cessabūt: sicut nec homo minus erit fœlix, si rempublicā & inferiora nō regat. Mirandū quippe est, ut quis opinet mentes illas beari in cōtinua motione: cū oēs motus (ut etiā ipsi docent) ad quietē tendant: & maior sapiētiæ pfectus fiat in exedris, & in subselliis qescēdo, quā in motu. Nec cessabūt, qa laborāt: sed pfecto, & cōsummato opere, & præstito inferioribus eum quē debebant fauorē. Nec desistet anima/de qua Plotinus loquitur/uitā præstare uniuerso a motu cessans. Nec eius elementoꝝ, aut partium annihilationē asserimus, sed quietē a motu: ut reducat tandē post multas reuolutiones in sabbatariā quietem, multis etiā sapiētibus occlusam. Nec pœnitebit opificē cū pfecto opere cessabit: sicut (sacris lris attestantibus) quieuit ab omni opere qđ creauerat, cōsummata mūdi fabrica: ut ueꝝ sit, qđ ipsimet philosophi docent/motū oēm in quietē tendere. Nec labefactabitur princeps huius mūdani atrii regnās in quiete. Figant hic g̃ pedes sapientes omnes mūdanæ machinę finē perpetuo inuestigantes: ne post incessantem motū incessabili phantasticatione currentes nunq̄ quiescāt: nec suam quietē cōtinuo cursu præpediti aliquo lumine uidere possint.

Plotinus

Aristo.

Idem

Plotinus

Neq; ab opifice procedendo intentum probant. Caput XII.

CVm iterum ex mundi huius noua genitura uideatur induci in opificem noua relatio ex nouitate operis, ex consequenti mutatio quædā in natura, uel uoluntate, quod perfectissimo & immobili euenire non potest: nec ab intrinseco, quia nihil potest seipsum mouere, nec ab extrinseco, quia ab eo pateretur cū detur/patione perfectissimi, & infiniti. Multa huiusmodi adducūtur ab Aristo/tele, Aueroi, Mose ægyptio, & sequentibus: quæ Cicero contra Platonem inuehens, suo diserto sermone in unum contexit: Quibus inquiens ocu/lis animi intueri potuit uester Plato fabricam istam tanti operis, quā construi a Deo, & ædificari facit? Quæ molitio? Quæ ferramenta? Qui uectes? Quæ machinæ? Qui ministri tanti muneris fuerunt? Quomodo parere Architecto, aer, aqua, ignis & terra, potuerunt? Vnde tot exortæ formæ apte cadentes ad animū efficiendū, pariendosq; sensus? Et aliquantulum progressus ab istis scisciter: cur mundi ædificatores extiterint per innumerabilia sæcula dormientes? Nam & si mundus nullus erat, sæcla aliqua erant: etiam si non illa, quæ dieꝝ/noctiumq; numero annuis cursibus conficiuntur (nam fateor ea fine mundi conuersione effici non potuisse) fuit enim quædam ab infinito tempore æternitas, quā nulla circūscriptio tempoꝝ metiebatur: Spatio tamen quali ea fuerit, intelligi nō potest: quod nec in cognitione quidē cadit, ut fuerit aliquod tempus, nullum cum tempus esset. Isto igitur tam immenso spatio cur pronoca cessauit? Laborem ne fugiebat? Quid autem erat, q; concupisceret Deus mūdum signis & luminibus tanq̄ ædilis ornare? Si ut Deus ipse melius habitaret: antea in tenebris tanq̄ in gurgustio habitabat: Si eum uarietate delectari putamus, quia cœlum & terram exornasse uidemus: Quæ ista potest esse delectatio Dei, qua tādiu carere potuisset? An hęc, ut fere dicatis, hominū causa a Deo constituta sunt: Sapientum ne, an stultorum? Si sapientum, propter paucos igitur tanta rerum facta est molitio: Si stultoꝝ, at primū causa non fuit: ut de improbis bene mereretur. Deinde quid est assecutus, cū omnes stulti facti sunt? Miserius stultitia quid dicere possumus? Hucusq; Cicero. Addit Alcinous: Cum nihil extra mundū supersit, quod uim inferat, non patietur morbum, neq; dissolutionem aliquam: Et cum perpetuo durabit: ergo & perpetuus fuit. Addit Auicena: Agens in uirtute alterius nunc producere potest, quod ante nō poterat: quia fauor coagentiū ipsi expectandus est: Primū autē propria uirtute operans, expectare non debet: sed continuo agere. Decertant mundi serui pro dignitate sui principis, ut continue reuolutioni addicti nunquā ad quietem in qua fœlicitas uera est, perueniant. Nos autem pro opifice summo, qui pax, & quies

Aristote. Auerois Mo.egy. Cicero

Alcinous

Auicena

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

nostra est,tanq̃ legitimi milites decertabimus defendentes æternam eius quietem,in quã dirigitur omnis mundi reuolutio. Contra quã quietem, & contra ueritatis murum q̃ debiles machinas erexerit,statim apparebit. Damus Aristoteli,quod adueniat noua relatio,sed rationis, ut putat Scotus uir acerrimi iudicii.Plus autẽ dat Michael Cassianus,ut sit realis non quidem noua,sed æterna cum æterna eius uoluntate ad mundi fœturam, ad quã deuenit pro libito.Et miror de hac instãtia nouæ relationis resurgentis,cum noua continue producantur:ex quibus insurgit noua relatio, aut ad Deum fabricantem/uel gubernantem/siue saltem (ut ipsi dicunt) tanquã finem amatum & desideratũ.Cur ergo est contra Dei maiestatem relatio noui mundi, & non partium nouarum? Nec habet pro inconuenienti ille Saracenorum splendor/ Algazel qui & ipse pro mundi nouitate/& quiete dimicat/ut agens perfectissimum omnibus citatis conditionibus ad effectum producendum differat quousq; uoluerit, & tunc producat,nulla ipsi accedente nouitate.Nec sua demõstratione probant Philosophi, ut illis dispositis consequatur effectus in Deo, qui libere agit,ut eius suffragiis muniti statim declarabimus.Insurgit tamen in eum frustra hic & alibi impius Arabs præaccipiens, quæ omnes sapientes negarent: unde deliramẽta quippe puerilia sunt illa figmenta arabica:ut eius fidus interpres ueritate coactus fatuũ ipsum/ & omnes eius rationes existimet. Præponit Auerois Algazelẽ cõtra philosophos bellũ direxisse/præpeditũ morbo frenetico/aut errore legũ. O insanũ atq; uecordem,postq̃ tanto labore conaris soluere rationes,quas adducit lethargum patiens.Blasfemas insuper maledicte sanctissimas leges ore diuino æditas,& de errore crimi nari audes ea,quæ diuinitate plena sũt:Tu nũc uideris. Nec pro te exclamo,sed pro puberibus/& nõdũ initiatis,qui nõ ꝓcipientes diuinoꝝ occultissimas rationes/quę longo uix tẽpore exquisitissima diligẽtia/purgataq; mente (ut Plato & sapientes testantur) prospiciunt,facile oberrant in huiusmodi.Ideo cũ Platone uos iuuenes hortamur/ne temere de diuinis/mũdiq; sacramẽtis sententiam proferatis:quia in primo reꝝ obtuitu nihil nisi sensibile offert.Qui aũt sensibus innitũtur,obtenebratis mentibus altissima Dei,& naturæ arcana nõ ꝓcipientes religionẽ aut exsibilant,aut post tergum reiiciunt:& hi se sũmos uiros existimant,si Aueroistaꝝ/aut Aristotelicoꝝ/aut Epicureoꝝ(& utinã falsò) sibi nomen uendicent,qui profunda religiõis sacramẽta nõ ẽt olfecerint:Auerois potissime,in cuius maliuolã animã,hæc sapientia habitare/atq; intrare cõtẽpsit. Et aliq ridiculi se magnos existimant cũ Auerois disciplina sint prorsus imbuti:Cuius doctrina habet aliqd in fronte,qđ alliciat:qđ incõcussum,uerisimile,& utile uideat.Sed ubi altius introspexeris,falsa,infida in magistrũ,impia i oẽm cultum oia uidebis/paucis exceptis/in qbus a ꝓceptore deuiare nõ potuit.

Scotus Mi.Cas.

Algazel

Philosophi

Auerois

Idem Algazel

Plato Idem

Sed dimisso Aueroi,ad quẽ erroris communio nos deduxit,ueniamus ad Aristotelẽ,qui minus a pietate elongatus religionẽ naturæ humanæ insitã fatetur:Deũ huius machinæ principem asserit,& moderatorẽ,& etiã opificem in eo,quẽ de mundo ędidit,quãuis ubi per sensatas rationes procedit,neget illud,quod eisdem rationibus attingere nequit:Qui in hoc negotio aliqua pietate procedendo ait: Agens a proposito uel a natura si bonum est,bonũ operatur quoad potest:id maxime cũ nullo obstaculo prædiatur,quia bonũ (ut etiam Dionysius docet) est de sui natura cõmunicatiuũ.Quẽ non minus pie q̃ acute procedentem progressu debito prosequamur.Agens sua opera,& industria consequuturum bonum laborat pro uiribus,ut illud adipiscatur:Sed bonũ distribuẽs,partitur quomodo, & quando uult,si uera docet Paulus,qui (cũ de spiritu Dei dona sua impartienti cũ Corinthiis ageret) ait:Diuidens singulis prout uult.Et si cõtendatur,ꝙ bonum natura fertur in bonũ cõmunicãdũ:hic altius q̃ philosophia exquirat,conscendentes dicemus: Semper illud summũ bonum se diffundit in prolem suã,& spiritum coæternum:in qua prole exemplaria cõtinue producit æterna illa mensura,quæ semper præsens est,& tota possessio simul.Nec ocio torpebat ante mundi genesim,qui attestante Filio,semper operatur opus,quod nemo nouit sicut nec operantem,nisi Filius: & cui uoluerit Filius reuelare. Quæ non sunt reuelata Aristoteli,nec Aueroi,nec eis,qui tantũmodo Aristotelica,aut Ciceroniana face cõtenti sunt.Nec dormiebat Cicero (ut tecũ loquar) qui in seipso fœlicissimus erat,nec pro se,qui nulla re exteriori indiget,hanc mundanã domũ tanto ornatu fabricauit:sed pro Antistite homine nõ stulto, aut sceleſto, sed iusto atq; sapiẽte:uel saltẽ,ut in eadem domo sapientia/& bonitate instrueretur:ut dignus esset ciuis supramundani palatii. Hunc ludum cum orbe terrarũ/& cũ filiis hominum habuit:Quẽ Cicero,aut Aristoteles non cognouit:Quia ut Trismegistus ait:Deus (quẽ naturam nominãt) homini se se immiscens miraculum attulit,quod omnium miraculoꝝ superat rationem. In quo effigiem propriam intuens, illi amore ingenti subrisit: & sibi tanq̃ filio cõgratulatus opera eius omnia usui suo concessit:ut omnia in se reduceret per eum,cui immixtus erat,sed ipsum in primis: dũmodo expurgatus,& genus suum diuinum recognoscens dignus Deo efficeret: Sed huic maximum affert impedimentum corporeoꝝ delectatio, & erroneus amor inferiorum:Quibus præpeditæ mentes nec se,nec ẽt Deum, cuius imaginem præ se ferũt,agnoscũt.Nec instrumentis indiguit.Ciceroꝝ,qui solo iussu omnia peragit. Nec adminiculo egebat ad formas producendas Archetypus ille,& omnium formarum dator existens (ut docet ille termaximus) omniumq; fœcunditatum plenissimus.Nec mirum si elementa ei paruerint,quæ solo ipsius imperio iacta sunt. Nec in gur-

Aristo.

Dionys.

Paulus

Trisme.

Mercu.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

guſtio habitabat, ſed in ampliſſima æde illius immenſæ ſphærę, cuius cen
trũ eſt ubiq; Illic reſedit per illa æterna ſæcula, quæ nec tu nec mens ali
qua citra ipſum apprehendere poteſt. Ideo nec mirũ ſi tu & cæteri mor
tales deficitis in excogitando ea, quæ in archiuo ſummi architecti recon
dita iacent, pauciſſimis reſerata. Et ut ad Alcinoum me uertã, non eſt ali
quid extra mundũ, in quod reſoluatur, nec ipſum reſoluendum dicimus:
eſto q; habuerit ſuæ durationis principiũ. Et ſi reſoluetur, nihil præexigit,
in quod diſſoluatur, ſicut nec aliquid præexquiſiuit, unde fabricaretur: cũ
eius fabrica, aut diſſolutio a legibus generationis & diſſolutionis natura
lis abſoluta ſit. Nec coadiutores expectauit o Auicena, qui propria uir Auicen
tute & beneplacito omnia peragit: ut ſtatim declarabimus. Et nõ natura
aut neceſſitate, ut opinantur illi, quibus ſempiterna Dei uirtus, & amor,
quo mundũ fabricauit occultus eſt.

Cur aberrauerint Philoſophi a catholica ueritate. Caput XIII.

HAec, & ſimilia robora, atq; machinas direxerunt philoſophi
fruſtra cõtra muros ſuperne ueritatis/Cuius diſciplina nõ eſt
humano uſurpata faſtu, ſed ſancti numinis claritate perfu
ſa: quæ eos/qui ſibiipſis ſapientes ſunt, & alios contemnunt/
irridet eos in tenebris ſuæ offuſcatæ arrogantiæ relinquẽs/quos uero col
luſtrat, ad penetralia Dei, & naturæ clara luce ſpeculanda inducit. Et ut
eorum, qui ſibi ſapientiæ nomen arrogant, uecordiam uel in parte in pro
patulo exponam, hoc unum eos interrogare uelim: ut reſerent quomodo
Deum benedictum agnoſcant. Reſpondebũt utiq; Ex motu, & ſenſibili
bus iſtis: quibus manuducimur ad ea, quæ cognoſci a nobis poſſunt: quia
omnis noſtra notitia habet ortum a ſenſu: & experimentũ ſermonũ uero
rum eſt (inquit Auerois) ut concordent ſenſatis. Et illud notius eſt, in qđ Auer.
plures ſenſus conueniũt. Hæc ſunt uulgatiſſima eoꝝ dogmata: ſed dicant
quæſo. Habent ne iſta ſenſibilia cũ Deo ſummo proportionẽ uniuocam,
an ęquiuocam? Non quidẽ uniuocam: ut ſequamur eoꝝ inſtituta: quibus
docent Deũ/& creata non conuenire in aliqua ratione uniuoca ſubſtan
tiæ, aut entis. Hinc Porphyrius eorum dogma proſequens, ait: Si quis Porphy
omnia entia uocet, æquiuoce (inquit. ſ. Ariſtoteles) nuncupabit. Quem Ariſto.
multi nouitiores ſequuntur: quãuis aliqui tenentes conceptum uniuocum
Dei, & creaturæ, ſubſtãtiæ, & accidẽtis conentur mentẽ Ariſtotelis ad ſuũ
propoſitũ interpretari: timentes forſitan tam magnifacto uiro abſq; ne
ceſſitate contradicere. Si autẽ æquiuoca ſunt: non ideo mirũ, ſi per infe
riora hæc pcedendo oberrant in Dei cognitione. Quid enim poſſunt per
ſuũ motũ, aut ſenſibilia iſta imaginari de Deo, a ſenſibus, & motu penitus
alieno? Remotus eſt. n. (ait Ariſtoteles cũ ſuo Auerroi in ſermõe de cœlo) Ariſto.
penitus a modis creaturaꝝ. Hinc qđ ſit primũ mouẽs, quod nõ moueat, Auerroi

tñmõ cognoſcũt, omni alia cognitione de ipſo p creaturas ſecluſa: cũ cũ
remoueant a modis creaturaꝝ. Ideo nec miꝝ, ſi multa tãq; ſibi occluſa, ab
opifice ſummo auferre conentur. Quod vꝫ mundũ creauerit, qđ libera ge
neroſitate eũ fabrefecerit, & quando uoluit eundẽ erexerit. Quid ſecundũ
naturã, Quid ue pro ſibi innata benignitate producat: Quõ omnia etiam
minima proſpiciat/Quid exqrat a fabrefactis ſuis/Cur machinã iſtã con
duxerit/Quõ ſe habuerit in eius fabrica. Et mirũ quippe, cũ ex una parte
remoueant Deũ penitus a modis creaturaꝝ, ex altera per ea, quæ in iſtis
inferioribus proſpiciunt, uelint Dei omnipotentiã, atq; uirtutẽ coarctare.
Audiãt q̃ſo qđ magnus Dionyſius, primo eoꝝ imbutus diſciplina, poſtea Diony.
radiis ſancti numinis colluſtratus de ipſo dicat. Deus (inquit) eſt omnia
eminenter. Quicqd. n. boni in domeſticis iſtis proſpicimus/Deo ſublimi,
excellentiori modo quo poſſumus, dedicemus: qa omnia quæ in artificio
pulchreſcũt, in Artifice pulchrius uigere debẽt. Et quicqd in mediocribus
cõmendaꝫ, & infimis in optimo reperiri cõdecet. Bonũ. n. in meliori ſemp
melius eſt. Bona eſt ſapientia in Ciue, melior in Prętore, optima in Princi
pe. Bona eſt potẽtia in Milite, melior in Duce/optima in Rege. Simile ha
beatur de clemẽtia/liberalitate/cæteriſq; uirtutibus/& ornamẽtis. Cũ aũt
fœcunditas/potentia/uigor/pietas/pulchritudo/munificentia/& cætera id
genus/in inferioribus luceãt: in diuina illa mente ſũmo ſplendore uibrare
debent. Nã in plebe iſta mundana hæc omnia tãq; aduentitii colores/ani
mũ pingunt: in Principe aũt ſupramũdano/radiis ſuæ interminatæ eſſen
tiæ (quæ omnia ſibi tributa atq; dicata unit) coruſcat. Fateaꝫ iſti Deum
primum/& optimũ omniũ/cætera aũt ipſi inferiora, atq; miniſtrãtia. Et ſi
in huiuſmodi fœcũditatem/libertatẽ/gñationẽ/& ſimilia cõmendant: cur
a Deo optimo negant, qui ſuis domeſticis ait: Ego ſi cæteris generationẽ Iſaias
tribuo, ſterilis eroſ? Dicent forſitan: Remouemus a Deo/nõ modo qđ imp
fectionẽ ſapit: ſed omne qđ a pfectione deficit. Hinc fœcunditatẽ ad ex
tra ab eo tollimus: nec aliqd noui, aut mutatio aliqua aſcribaꝫ illi æterno,
& immobili. Libertatẽ quoq; cõtingentiæ ab eo auferimus: ne tanq; imper
fectus ſpe retributiõis agere uideatur: nec libertatem negamus/qua agit/
ſcđm quod ei conueniens eſt. Arguta quippe ſunt hęc/nec tamẽ angultãt.
Non ne o ſapientes gymnaſia omnia docent: q; inferiora hæc ſimulachrũ
Dei pro uirili ſua tenere conantur? Hoc Platonici paſſim/hoc Catholici Platon.
nimia conſonantia reſonant. Sed & ipſi peripatetici in idem conueniunt: Cathol.
ſicut eorum magiſter in ſermone ſecũdo de Anima ad uerbum ait: Na Ariſtot.
turaliſſimum operum uiuentibus eſt: quæcunq; perfecta, & non orbata,
aut generationem ſpontaneam habent, facere alterum, quale ipſum eſt.
Animal quidem, animal: Planta uero, plantam: quatenus ipſo ſemper
diuino, & immortali eſſe participent, quoad poſſunt: Omnia enim illud

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

appetunt,& illius causa agunt omnia,quęcũq; agunt ſcđm nãturã:& non
poſſunt ipm imitari cõtinuo,rõneq; ppetua pro eo,qđ nihil cõtingit corru
ptibilium idẽ,& unũ numero pmanere, ſcđm quod põt participare unũ/
quodq;,ſic cõmunicat:hoc qdẽ magis,illud uero minus: huculq; Ariſto/
teles.quoꝝ uerboꝝ ſũma eſt:q; unũqđq; huius mũdani corporis mẽbrũ,
q̃to pfectius,tanto magis cõtendit æmulari opificẽ:q̃uis inſidus Arabs de
cœlo interpretet. Quomõ.n.cœlũ o pfide eſt illud tempiternũ/qđ omnia
ęmulant:cũ hoc ſempiternũ ſit,cuius gra clemẽta,& cœlũ ipm,& omnia
agunt? Nõ ne ubiq; reſonãt Ariſtotelis dogmata/Deum eſſe omniũ finẽ/
gra cuius,ut amati,& deſiderati mouẽtur omnia? Sed hæc minima ſunt
inter multa,quæ pfidus canis cõtra ueritatẽ latrans magiſtri ſenſa extor/
quet,& deſtruit:in qbus potius deſtructoris q̃ cõmẽtatoris nomẽ ei aſcri/
bi poſſet. Nec miretur quiſpiã,ſi cõtra hunc maledicũ excãdeſco:qa zelus
Dei uiuentis urit me:quẽ iſte miſer blaſſemare audet: & alios q̃plurimos
(heu dolendũ) blaſſemare facit. Audite quęſo,qd iſte canis de Deo opti/
mo ibidẽ latret. Solicitudo/inqt/diuina,cũ nõ potuerit hoc facere perma/
nere,ſcđm indiuiduũ miſerta eſt dando uirtutẽ/ut poſſint pmanere in ſpe
cie. Obmutesce perfide canis/nec de Deo loqui p̃ſumas lucifuga. Qua te/
meritate metiri audes potentiã omnipotẽtis? Cur nõ potuit dare homini,
cæteriſq; rebus inferioribus pmanẽtiã:quã dedit Saturno/omnibuſq; Pla
netis,& ſyderibus/ut aſſeris? Quõ factus eſt impotens in inferioribus:q tã
potẽs fuit in ſupremis? Quę dignitas ſũmi Dei,qui cũ unũ bñficiũ p̃ſtare
nõ poſſet ſuis inferioribus,de alio ꝓuidere curauit. Si uero hãc ſolicitudi/
nem cœlo attribuis:miror quippe,dũ prouidentiã,& opus ſummi Princi/
pis miniſtris aſcribis. Et ſi cœli hoc facere nequerũt:cur ſummus Princeps
facere nõ potuit? Sed redeundo,unde digreſſi ſumus,fatenr iſti omnia,di
uinũ eſſe,atq; pfectionẽ ęmulari,elemẽta in eſſe,plantę in uita & fœcũdi/
tate,animalia in meliori uita/& ſua qualicũq; cõditione. Homo uero,qui
peculiari dono libertatis gaudet/in eadẽ Deũ æmulatur. Hinc ẽt libertas
in Deo cõprobat:qa omnia cõtinet/quæ cęteris p̃ſtat. Nec deficit ſumma
pfectio in depreſſis gradibus:nec deſtruit in multis eius ſimplicitas: qua
omnia infinita uirtute cõtinet. Nec.n.anima intellectualis degñat: ſi ſen/
tiendi/uegetãdi/& ſcđm locũ mouendi/iuxta eoꝝ dogmata/uirtutẽ exer/
cet. Sentit.n.Deus (ut ad altiora cõſcendamus) ſuis ſenſibus: quos ei ſa/
cræ lr̃æ tribuũt. Mouet cætera omnia ſtabilis manẽs/uegetat/& paſcitur
ſuo cibo ſapiẽtiæ. Sed hæc omnia mõ/& pfectione,qui latẽt humana in/
genia:niſi eius lumine colluſtrent. Eſt nãq; libertas non utiq; ſcđm naturã
electio(ut aliq opinantur) nec ad bonũ/aut malũ indifferẽs:ſed ad bonũ
pro arbitrio ſuo. In pfectiſſimo autem animãtiũ homine hæc libertas ali/
quantulũ degenerauit:ut etiã in malũ ferri poſſit:ſed in hoc Deũ minime
æmulat:

æmulatur:in meliori aũt ſorte ſupra omnia ipſius gerit imaginem. Eſtq; in
Mercu. ipſo Deo fœcunditas abſq; labore,ut Mercurius ait: Deus utriuſq; ſexus
fœcunditate munitus/fons eſt omniũ ſexuũ/ & fœcũditatum. Et cum otio
non torpeat ſemper ad intra producit/ad extra autẽ pro libito uoluntatis:
Quæ cũ ſit prima regula contingentiũ,nec facultas nobis eſt,nec fas quę/
rere ipſius primi principii cauſam:ad quod cũ deuenimus,iubet etiã Ari/
Ariſto. ſtoteles quieſcere. Nec diſpoſitione p̃uia,aut approximatione indiget, nec
reſiſtentiã timet,nec ſpatio præpeditur,qui iubendo omnia facit. Hæ autẽ
inferiores cauſę/& inſtria ipſius ſubiectum ab ipſo Deo fabricatum exqui/
runt diſpoſitionẽ pręuiam:& applicationem pręexigunt:temporis ſucceſ/
ſionem expectant: & huiuſmodi adminiculis indigent,quæ exquirunt in
agente pro determinata uirtute. Ideo ratiocinantes ab huiuſmodi opifici/
bus conditionatis ad eũ,qui ab omnibus iſtis abſolutiſſimus eſt,in errores
uarios incidunt. Si autem ex his,quæ in fabrica iſta proſpiciũt,in cogni/
tionẽ Archetypi deuenire contendũt, ei hæc omnia attribuant ſua conue/
nienti,& perfectiſſima nota. Quæ autem in operante debilitatẽ denotant/
ammoueant:tuncq; proſpicient ſuprema archetypi cũ inferioribus,& me/
diis ſuauiſſima ſonoritate,& harmonia/quã propoſuimus/ correſpondere.
Neq; enim eadẽ claue intrant in concentũ cantores/ſuccentores/& occen/
tores quãuis in eandem cõſonantiam conueniant. Sic & tres mundi,quos
concordare prætendimus/ diuerſa nota procedentes eundem concentum
efficiũt: Sunt enim omnia in opifice/ueluti in ſimulachro quodam:quæ in
iſtis inferioribus tãq̃ in imagine,uel ueſtigio cõtemplãtur: Sed deficit ima
go,& multomagis ueſtigiũ ab eo/quod repræſentat. Ex his nihilominus p
analogiam,& ſymbolum quoddã deuenimus in cognitionẽ opificis: Quæ
nec differẽti rõne ueluti æquiuoca,nec eadẽ ad unguẽ ſicut uniuoca,cõue
niũt:ſed ſimilitudine quadã repręſentãdo pfectiſſimã illã notã reꝝ ſupio/
rũ,ſua qualicũq; deteriori,& feculẽtiori unũquodq; pro gradu ſuo.

Rationes pro mundi nouitate. Cap. XIIII.

QVam debiles fuerint philoſophoꝝ machinæ cõtra mũdi fa/
bricam,& nouitatẽ,iam uidimus: reliquũ eſt,ut ex aduerſo
dimicantes,ſuccincti in aciem eoꝝ iacula in ipſos retorquea
mus arrepta,ubi opus fuerit,rõphea diuini uerbi. Inter alia
tela,quæ philoſophi direxerunt,fuit diſconuenientia nouitatis cum Deo
æterno,nõ percipientes unde nouitas potuerit aduenire. Et (ut Cẽſorinus
Cẽſo.ad Q.Me/ tellum. ait) an oua,aues ne ante generatæ ſint: cum & ouum ſine aue,& auis ſine
ouo gigni non poſſit. Hinc exiſtimauerunt orbem hunc ſempiternum,&
uniuſcuiuſq; geniti initiũ idem & finem arbitrati ſunt perpetua ſua reuo/
lutione. Sed a uobis o phyſici quæro,unde hæc nouitas,quã continue ui/
demus? Dicit Arabs:q; hoc ex nouis reuolutionibus procedet, quæ tamẽ
Auerois

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

antiq̃ sunt ex sempiterna successiõe,& ibi status est,ubi antiqtàs seruatur & nouitas.Hinc aliqui dixerunt,cœlum partim nouũ/partim antiquum. Sed cũ istæ reuolutiones fiant ab intelligentiis pręsidentibus/non erit status in cœlo. Quæro unde illæ de nouo moueant/ quæ ministræ dicuntur opificis,aut mouentis primi,ut dicitis? Mouent igit̃ de nouo,ut explicent ea,quæ de nouo fieri iubet primus motor: qui stabilis manens dat cuncta moueri. Non igitur a cœlo,nec ab intelligentia, sed a primo mouente est huius nouitatis principium: qui hæc innouari iubet pro libito: & ordine quodam apud se recondito,nulla necessitate coactus,ne uideatur connexionem habere cũ inferioribus: in quod consentit Aristoteles: dum asserit ipsum fœlicem sine aliquo bono exteriori.Nec contingentia aliqua foret: si necessario exiret in opus:Quam cõtingentiã probat Aristoteles in rebus ex eo q̃ non expediret consiliari,aut negotiari,nisi cõtingentes forẽt euẽtus.Sed hæc contingentia non est iam re genita: quia tunc necessario est. Hinc Aristoteles cõmendat Solonis,uel Agathonis dictũ/q̃ hoc solo priuatur Deus/genita ingenita facere.Si igitur præcessit hæc cõtingentia,ea erat in producente,non quidẽ secundario:qui necessario ordinẽ primi prosequitur,sed in ipso primo.Nec est indiuiduum contingens, tantummodo quia potest destrui:spẽs autem æternæ/ quæ non possunt dissolui: quia si potest destrui post factũ,potuit tamen non fieri/anteq̃ factum esset:quod & ipsi concedunt de indiuiduis,quãuis dicant spẽs necessarias:Nam productio ad indiuiduũ,uel suppositum/ex quibus resultat species/terminatur,sicut ipsi utrunq̃ docent:ideo ipsi soluant.Qua insuper mensura uolũt mũdi fautores suã hanc machinam mẽsurari? Si tempore,nõ erit æterna: Si æternitate/recordentur q̃ ipsa est tota possessio simul (ut integerrimus philosophus Boetius scribit) & ea semota a tempore,& motu. Quomodo igitur erit hic mũdus æternus,qui coęuus est tempori,& penitus motibus mancipatus? Et si contendas æternum,dicas quæso: Durat ne illa æternitate,qua Deus Benedictus,an alia? Si alia,erunt & aliæ gubernatorum, & specierum æternitates:quæ infiniti naturam sapiunt:& sic plura infinita continebunt̃ in mundo isto tam paruo.Si eadem ęternitate qua Deus, ridiculi profecto sunt:dũ opinantur orbes,& eorum motores,mensurari Deo:cũ nihil distet a Deo ipsa æterna duratio.Nec potest(inquit Albertus) mutabile secundum naturam,& operationemeadem mensura mensurari cum eo,qui penitus immutabilis est.Dicẽt:Aeternitas mũdi differt ab illa primi agentis:quia illa tota possessio simul,hæc aũt successiua.Sed dicam,Si successiua,habet partes,& partes:huiusmodi autẽ infinitæ esse nequeunt.Habet ẽt(ut cũ Raymundo Iulio procedã) successiuũ principium & finẽ.Si ergo illis terminis claudit̃,quomodo potest conuenire cũ ęterno,quod nullo fine cõcluditur? Quomodo insuper erit ęternum illud,

Aristo.

Idem Solon Agathon

Boetius

Alber

Raym

cui semper aliquid de nouo additur? Quomodo infinito addi potest? Non crescit,inquient,infinitum:Hoc eis damus:Quid ergo faciẽt hæ nouæ reuolutiones? Coniunguntur ne cum illis primis:an incipiũt nouum infinitum? Si primum/ erunt igitur aliqua plura q̃ infinita. Dicit Arabs: Non est inconueniens hoc in successiuis,sicut nec in numeris:ubi infinitę decades tantum redderent ex illa infinita repetitione:q̃tum infiniti centenarii: Nec maius augumẽtũ faceret numerus additus istis,q̃ illis.O bone Deus, Quis/quæso/põt talia æquis auribus audire? Ex hypothesi impossibili in numeris imaginata,nuquã uero habita,soluere uult ea,quæ ex reuolutionibus/quas infinitas præcessisse asserit/inconuenientia sequuntur.Sed ne fiat cõtentio de successiuis,& numeris,dicant ingenue isti mũdi fautores: Intelligentiæ uoluentes cognoscunt has reuolutiones an non? Si non cognoscunt:magna ipsis quippe calumnia infertur,existimãdo illas ignorare suos motus,quos multi Astronomi norũt:Si uero cognoscunt omnes, & infinitas:quomodo intellectu determinato infinita appẽdere possunt? Si uero dicas:Cognoscunt partem illaꝝ reuolutionum,partem quoq; nõ: Quæ erit,quæso,pars illa nõ intellecta ab intelligentiis,aut quæ erit oblita ab his,qui obliuionem non patiuntur? Insuper cũ generatio ad indiuiduũ terminetur/& ultima generatio equi ad ultimum equum,ad primum quę generatio terminata est? Dicent:Non dat̃ primus.Et quomodo quęso datur ultimus,& non primus? Vbi ordo/qui est primi ad ultimũ? Miror quippe ualde/ & admirari non desino de mundi sapientibus priscis/& de nouitioribus ipsis assentiẽtibus,cũ asserant oĩa moueri,& ordinata esse in Deum,tãq̃ in finem ultimum amatum,& desideratum/sine ordinante: Et dicant Deum primum motorem/& non ordinatorem.Sed si ordinauit omnia/cognouit etiam eadem in particulari:cuius cõtrarium docent.Ordinauit,inquient,superiora:sed hæc infima secundariæ causæ.Quibus dicam:Quomodo respondent hæc infima supremis/ diuersis ordinantibus? Nonne dicit Aristoteles:Quod unus solus est Princeps,ne res male dispo nantur? Si iterũ dependent omnia ab illa finiente causa,ut gratia ipsius se se magnifaciant:Quomodo igit̃ habent esse a se,quæ in alio pfici quęrũt? Cur indigent conseruante/quæ non indiguerũt generante? Filius absq; patre cõseruatur:generatur autem nequaq̃. Cur igitur dant tutorẽ membris uniuersi,a quibus parẽtes auferũt? Quæ nugæ sunt istorum,qui alios nugaces criminantur? Ex uno enim loco negant quod ex alia parte ueritate ipsa compulsi fatentur. Negat Arabs Deum mundi opificem:& interpretando sermonem de cœlo uocat ipsum creatorem.Aristoteles quoq; ex sensibilibus procedens Platonem irridet:qui mundũ genitum passim fatetur: & in eo,qui ipsi ascribitur de mũdo/Deum ipsius mundi opificem asserit: Et in superiori philosophia eundem Principẽ uniuersi docet.Et quomodo

Auerois

Aristo.

Auerois Aristo. Plato

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

intrauit Princeps in domũ,quã nec fecit(ut dicunt) nec hæreditario iure
acquisiuit,nec ære aliquo emit.Dicunt iterũ: Non intelligit ista particu/
laria/ne fatigetur/aut uilescat mens illa suprema.Et in sermone de bona, Aristo.
& mala fortuna bene fortunatũ docent,qui dirigitur a Deo.Sed quomo/
do dirigit,quæ nõ intelligit? Quomodo cõdigna præmia reddit pro bene,
aut male gestis(ut ibidem asseritur) qui singulas operationes nõ discutit?
Et in Meteoris docẽt/q; Deus suppositi ignẽ purũ sub orbe Lunæ.Quo/
modo disposuit,& ordinauit,quod nec fecit,nec cognoscit? Importunum
quippe foret omnia adducere,quæ contradictione manifesta ex seipsis de
structa corruũt.Sed de multis hæc pauca adduxerim:ut intelligãt Peripa
tetici,& Aueroistę non omnia inconcussa,& solida eorũ dogmata.Sed ut
propositũ prosequamur,præponderandũ existimo Augustini,Macrobii, Augu.
& multoꝝ sapientum iudiciũ,qui non existimant mũdi æternitatem stare Macro.
posse cum tã parua rerum gestaꝝ memoria,& cum artium,& reꝝ multa/
rum adinuentione celebrata ab Eusebio Pãphilo, Clemente alexandrino, Euse.Pã.
Beroso chaldeo.Aristotele,Aueroi,Theophrasto,Epigene,critodemo,Phi Cle.alex.
lostephano,Suphano, Egesia,Archimacho,Damasthene,Aulo Gellio,& Bero.chal.
aliis q̃plurimis diuersorum idiomatum, sed diffusissime a Plinio in suo de Ari.Aug.
naturali historia,ubi multa ex supradictis authoribus se collegisse fatetur. Theo.Epi.
Quibus fauet anthoritas sacrarum literarum:quæ diuersaꝝ rerum inuen/ Crito.Phi.
tores declarat:Quãuis discrepet de inuentoribus,sicut & præfati authores Suph.Eg.
inter se:Quod cõtingit aut uarietate idiomatũ,aut quia historici/maxime Archi.Da.
Græci/sibi uoluerunt nõ sua uendicare. Si igitur ab initio,imo ante initiũ Aulus Ge.
fuit mũdus (ut Philosophi asserũt) cur p innumerabiliũ sęculoꝝ serie non Plinius
fuerat cultus,quo nũc utimur,inuẽtus? Non literaꝝ usus,quo solo memo Philosop.
ria efficit æterna:Non multaꝝ reꝝ experientia.Vitis cultum Noe tradi/ Diuersa
dit,ut Moses narrat: qui Ianus fuit,si Beroso credimus:sed Bacchus,si a reꝝ inue/
figmentis poeticis aliquid mutuari placet:per quẽ solarem uirtutem,qua tores.
uinum refertum est,ueri poetæ intellexerunt.Sed Roma iam adolescente Moses
Galli uini cultum didicere: Frugum uero culturã, & usum Ceres docuit. Berosus
Græci literas a Cadmo pauloante Troiæ excidiũ susceperẽ.Aegyptii(qui
Mizraimi hebraice dicunt) a Mizrai filio Cam nepote magni Noe(Cle Cle.alex.
mẽte Alexãdrino teste) medicinã cõsecuti sunt:quã Apollo & Esculapius
ampliarũt:Ordinauit Hippocrates cooites:Distendit Galenus pergame/
nus:Auxit Auicena arabs,uel Persa,ut alii dicũt. Hebaria medicamenta
Chirõ Saturni,& Phileræ filius.Musices Pythagorã authorẽ aliq tradũt:
Alii Amphionem.Sed Tubal inuentor & pater canentium cithara fuit,ut Gñ.
in sacris literis habemus. Pythagoras aũt malleoꝝ põdere,chordaꝝ,& fi/
stulaꝝ longitudine cõsonãtiã sub numeroꝝ proportione collocauit. Mar/
sias gemias tibias:obliquã tibiã Mydas in phrygia:Pan fistulã:Monaulũ

Mercurius reperit. Chaldei & Aegyptii astrologiam adinuenere,ut dicũt
nõnulli. Sed ante illuuionẽ aquaꝝ Enoc in ea peritissimus fuit:post quem
Noe:quã post illuuionẽ Italos docuit:q a chitin abnepote Noe traxere ori
Hiero. ginẽ:Sed a Thubal filio Iapheth(ut aliis placet) Hieronymo referẽte. Tur/
res adinuenere Cyclopes,ut Aristoteles:Phœnices,ut Theophrastus:sed &
Nẽbrot:ut sacræ literę phibẽt.Aegyptii itẽ lucernas,& textilia:Inficere la
nã.Lydii:fusum in lanificio Closter filius arachnę:Linum & Retia arach/
Aristo. ne:Fulloniã artẽ Nitias Megarẽsis:Aes cõflare, & tẽpare Aristoteles:Ly
Theop. dũ Scythæ.Theophrastus Delã Phrygẽ putat.Aerariã fabricã alii Chaly
bas,alii Oclopas:Ferrũ in creta,eos qui uocati sunt Dactyli Idei. Sed sa/
ctæ literæ Tubalchai,qui fuit malleator,& faber in cũctis operibus æris,
& ferri ante aquarũ illuuionẽ per multos annos. Argentũ Erichthonius,
ut alii Ceacus:Auri metalla,& cõflaturã:Cadmus Phœnix ad pangæum
mõtem,ut alii Thoas & Eadis in Panchaia,aut Sol oceani filius. Plumbũ
ex Cassiteride ĩsula prius asportauit Midacritus.Fabricã materiaꝝ Dæda
lus,& in ea serrã,Asciã,ppendiculũ,terebrã,glutinũ, lithocollã,normã,&
forpicẽ,& libellã,& tornũ,& clauẽ.Theodorus samius mensuras,& pon/
Au.gel. dera,Phidon argiuus,aut Palamedes,ut maluit Gellius.Ignẽ e silice Pyro
des silicis filius:Mercaturas Pœni:Culturã arborũ Eumolpus athenien̄sis:
Bouẽ,& aratrũ Biges athenien̄sis,ut alii Triptolemus:Loricã Midus mis/
senius:galeã,gladiũ,hastam,Lacedæmonii:ocreas,& cristas Cares:arcum
& sagittã Scythẽ Iouis filiũ,alii sagittas Persen Persei filiũ inuenisse autu/
mat.Lãceas ætolos:Iaculũ cũ amento ferunt inuenisse ætolũ Martis filiũ.
Hastas uelitares Tyrrhenũ,& Pilũ:Pentesileã amazonẽ Securim:Piseum
Venabula:Et in tormentis scorpionẽ Creten.Catapultã Syros ꝓ hœnicas:
Balistã,& fũdã,Aeneã:Tubã Piseũ Tyrrhenũ:Testudines,Artemonẽ cla
zomenũ:Equũ,q nũc aries appellat,in muralibus machinis Epeũ ad Tro
iã:Equo uehi Bellorophõtẽ:Frena,& strata equoꝝ Pletroniũ:Pugnare ex
equo Thessalos,q centauri appellati sũt.Bigas prima iũxit phrygũ natio:
Quadrigas Erichthonius:Ordinẽ exercitus, Signi dationẽ,Tesseras,Vi/
gilias Palamedes i bello troiano:Speculatẽ significationẽ eodẽ bello Sinõ:
Inducias Lycaõ:Fœdera Theseus:Ventoꝝ rationẽ æolus heleni filius:Bi/
Dama. remẽ Damasthenes Erythręos feciss̃e testat:Triremes Thucydides Amo/
Thucy. clem corinthum:Quadriremẽ Aristoteles Carthaginẽses,quos alii Char/
Aristo. chedonios dicunt,cuius architectus Vosporus fuit.Quinqueremes Nesi/
giton salaminius extruxit:Sex ordinũ Zenagoras syracusius:Sed Alexã
der ad duodecim/Ptolemæus soter ad qndecim/Ptolemæus philadelphus
ad trigita/Ptolemæus philopator,q Triphõ cognominatus est,ad quadra
ginta/Onerariam Hippius tyrius inuenit/Lembum Cyrenẽses/Cymbam
Phœnices/Celocem Rhodii,Sydeꝝ obseruationẽ in nauigãdo Phœnices,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Remum Copę, Vela Icarus, Malum & antennam Dædalus: Hippagium Salaminii, Anchorā Tyrrheni, Adminicula gubernandi. Typhis. Omitto innumerabilium aliaꝝ reꝝ inuētores: quos ſupra adducti authores deſcribunt: Et ad uos: qui mundū æternum aſſeritis/loquar: Quid ante hęc breuiſſima tempora, quibus reꝝ inuentores aſſignant faciebant illi mundi incolæ ſine Cerere/ & Baccho/ ſine terræ cultu/quos non mercatura/non literaꝝ ſtudia, non diſciplinę/non militia/nō nauigatio/non fabricandi ars/ non texendi/non ſuendi/non tela/non lanificiū exercebat: Quibus ueſcebantur: Vbi habitabant: Quibus ueſtiebantur: Quid agebant artiū peritus ignaris: Ridiculū qppe eſt/ut iſti qui mūdū ęternū aſſerūt, artiū, & uictus humani inuētores deſcribāt: cū eadē ſimul ſtare non poſſint.

Cur añ, uel poſt, q̄ Moſes narrat Deus mūdū nō fecerit. Cap. XV.

HIc offendit q̄plurimos nedū uulgares, ſed ſapiētes, a ſenſibus, & domeſticis deducta imaginatio. Quid faciebat (inquiunt) Deus anteq̄ mūdum fabricaret: Quid illucuſq̄ expectauit: Cur & aliquantiſper non diſtulit: Hæc, & ſimilia inuoluunt non ſegregantes Dei conditionem a noſtra. Sapienti ioco reſpondet Auguſtinus uulgaribus: dum interrogant, quid faciebat Deus ante mūdi fabricam: In ſaltu (inquit) erat ligna incidēs, ut temerarios, & curioſos cōbureret: q uel quod heri fecerint, nō recordātur: & quod Deus fecerit ante mundi genituraꝝ inquirere pręſumunt. Sed (ut cū ſapientibus loquar) dicant quæſo: Quid intelligunt per illud ante, de quo interrogāt: Si fluxum temporis imaginantur, errant: cum tempus ſimul cum mundo principiū ſumpſerit. Si uero per illud ante, aliquid in æternitate opinant, cum æternitas ſit tota poſſeſſio ſimul ſucceſſionem non habens, in illa non eſt ante, uel poſt: unde quęſtio nulla conuincit: Fuit tamen ante ſuū opus imparibilis, atq̄ tota ſimul æternitas: in qua & coæternū ſibi opus ſemper exercuit, ſuam uidelicet continue producendo intelligentiā & prolem, ſuumq̄ amorem: Sicut ſemper produxiſſet Sol (ut inquit Auguſtinus) lucem & ſplēdorem igniuomū: ſi ſemper fuiſſet. Nec terminat ſuū opus illa infinita uirtus: Quę habens obiectū infinitum, infinita producit germina mēſura/ta æternitate ab omni ſucceſſiua duratione ſeiuncta. Ideo quæ ſucceſſiua ſunt, æterna eſſe nō poſſunt: ut ſomniāt philoſophi: Nūc enim ſtans æternitatē ſignat: & nūc fluens tēpus conſtituit: ut docet Boetius philoſophus, & ipſe pręſtantiſſimus. Nō ergo tempus cōuenit cū ęternitate: nec æternū eſſe poteſt: Nec æternū ſucceſſionem habere: Vnde fatua eſt quæſtio, cur ante tēpus temporaneū mundū Deus nō fecerit, quaſi ſit aliqua ſucceſſiua duratio, anteq̄ ſucceſſio cœperit: nō enim tēpus fuit ante mūdū. Nec aliud probat Ariſtoteles: quādo mundi æternitatē demōſtrare nititur (ut decernit uir grauiſſimi iudicii Ioānes Scotus) niſi q̄ nūq̄ fuit tempus abſq̄ mūdo,

Augu.

Idem

Boetius

Ariſto.
Io. Sco.

nec mundus abſq̄ tempore: Quod cum loco, pari ambulare paſſu dicunt ſapientes: Ideo ſicut extra locū nihil eſt ad locum pertinēs, ſic extra tēpus nihil eſt ad tēpus ſpectans. Hinc ad eos, qui ſciſcitant, cur poſterius opifex ſuū mundum non fecerit, loquar: Aſſignent mihi quæſo ſuū ante, & poſt, ſecluſa mundi machina: & ego aſſignabo cauſam, cur Deus in illo ante, uel poſt mundum non fecerit. Pudeat igit quærere cur ante, & poſt Deus non fabricauerit, quaſi abſque mundi ſucceſſu fuerit ante, & poſt: niſi forte (ut aliqui dicūt) fuerit ante imaginatū. Nec profecto neceſſariū erat, aut conueniens Deū fabricaſſe mundū in illo ante: quod tu nunc imaginaris.

Timęus Quāoptime igitur Timęus locrus huiuſmodi uerba, fuit, erit, ante, & poſt/quæ ſunt temporis conditiones/ iudicat imprudenter tranſferri ad diuinā ſubſtantiam. Audiant quæſo iſti curioſi non ineptum Democriti iocum:

Democ. Salomō Quod eſt ante pedes nemo ſpectat: & cœli ſcrutant arcana, Deiq̄ ſecreta rimant. Hinc ēt Sapiēs: Difficile (inquit) exiſtimamus, quæ in terra ſunt cognoſcere: & quę in proſpectu ſunt inuenimus cum labore: Quæ uero in cœlis ſūt/qs inueſtigabit: Et ſenſum Dei quis ſcire potuit, niſi ipſe dederit ſapientiā, & miſerit ſpiritum ſuum de altiſſimis: Miſit quippe aliquando, multifariam, multiſq̄ modis loquens patribus in prophetis, nouiſſime aūt loquutus eſt nobis in filio, qui ea omnia, quæ audiuit a patre, nota fecit eis q̄s elegerat diſcipulis: Qui ſimul cū ꝓphetis multo plura de Dei, naturæq̄ ſacramētis cognouerūt: q̄ per ſcripturas reſeruerint/ memores illius prophetici ſermonis: Abſcondi in corde meo eloquia tua, ut non peccem tibi. Sapiētiā. n. Dei loquebant inter pfectos: Quā ſi literis cōmēdauerint, ea tamen lege ſcripſerunt, ut introcluſa myſteria nemo intelligat/ niſi qui eodē numine quo ipſi perfuſi erant, ducantur.

Deficiūt philoſophi, dum probare nituntur Deum neceſſario agere ad extra. Caput XVI.

EXpeditis a mundi fabrica aliud bellū cum philoſophis nobis dirimendū reſtat, anteq̄ intremus in Dei, & naturæ penetralia: An Deus vꝫ neceſſitate quadā, an libera, & cōtingēti electione ducat ad opus. Opinabant philoſophi meliorē neceſſitatis cōditionē quā cōtingentię, & hac de cā illā Deo attribuebāt: Quibus uident adſtipulari rationes, ea potiſſime, quia p propriā ſubſtantiā agit & nō p mendicatā uirtutē: Quia ēt effectus multi uident neceſſarii, q nullatenus a cā contingēte ꝓuenire uident: Ordo etiā reꝝ inuariabilis apparēs & neceſſarius, ne uniuerſum cōfundi, aut diſturbari poſſit. Nec exiſtimare poterāt cōſentaneū, ut diuinus itellectus neceſſario, & uolūtas libere ageret, cū nō minus pfecta ſit q̄ itellectus, & mēs illa diuina. Poſſemus & nos aliq̄s ſagittas ex pharetra rōalis diſcurſus in phōs dirigere, ſed cū huiuſcemodi negotiū ad Deū ꝓtineat, id nō rōnibus inueſtigandū, ſed diſcēdū ab

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

oraculis cũ Platone cẽsemus. Intonat magnus legifer: Dixit Deus, & factũ Moses
est, cum quo & eius succẽtor Dauid: Ipse dixit, & facta sunt. Quod autem Dauid
uidẽt sapientes illos pturbare nihil penitus est. Præsupponũt dispositionẽ
necessariã pfectiorẽ contingẽti, quod posteris reliquerũt probandũ. Nõne
magis cõmẽdamus Principẽ, qui omnia cõducit pro libito, q̃ si naturę aut
alio quouis impulsus stimulo cõduceret opus? Quis libertatẽ damnet, q̃ nõ
bene (ut uulgo dicit) pro toto uendit auro? Quod tanq̃ peculiare bonum
hominibus cõcessum sapiẽtes existimant. Quæ pfectio quæso/Quę laus in
mẽtibus excælsis, si semp cogerent ad alterã partẽ? Quę dignitas in Prin/
cipe, si omnia natura, & nihil animo generoso faceret? Postq̃ cõmuni con/
sensu fatemur Deũ mundi Principẽ: Quæ gloria de regimine, de sapiẽtia,
de iustitia, de clemẽtia ei posset ascribi, si ad omnia sibi credita inuitabili
necessitate ducereturr? Quas ei gratias/quẽue cultum ei deberemus? Cur o
Aristoteles (ut ais) sacrificare naturæ institũ est? Cur tenemur Auerois (ut
doces) magnificare Deũ creatorẽ orationibus & sacrificiis? Si Deus ne/
cessario agit, ad quid sacrificia? Ad quid oões? Ad quid diuinus cultus?
Cur orare nobis propriũ est (ut Plato, Porphyrius, Iãblicus, & Proculus Pla. Por.
docẽt) si Deus orationibus nõ flectit? Ad quid Pythagoras & Socrates/ Iãb. Pro
oraculi testimonio/omniũ sapiẽtissimi orabãt? Ad quid totũ genus huma Pyt. So.
nũ omni tẽpore, omni loco, omniq̃ natione diuinis p̃cibus deditum fuit?
Vnde preces concludunt proprias esse humani generis, cui cũ p̃ces natura
(ut docẽt) insitę sint, illis flectit Deus: & nõ semp necessario operat. Nec
quia agit secũdũ propriam substantiã, necessario exit in opus, nisi intrin/
secũ: In extrariũ uero nullæ externæ causæ cõpulerunt: Nec spes boni ali/
cuius cõsequẽdi, quia seipso est fœlix aliquo bono exteriori nõ indigẽs, ut
profiteris tu Aristoteles cũ nostro regio propheta. Nec effectus necessarii Aristo.
concludũt necessitatẽ in Principe, aut prima causa, cũ eius impio uel ordi Dauid
ne secũdariæ causæ (quas eius ministros Plato, & alii sapiẽtes uocãt) ne/ Plato
cessario agãt: ut necessitas sit ab eius impio, uel ordine, a quo eas pro libito
absoluit. Hinc ignis nõ cõbussit pueros in fornace chaldaica: Cessauit sol
a cursu uniusdiei spatio ad Iosue impium: Retrocessit Ezechię tẽpore per
decẽ lineas, aut decẽ horas: Defectũ sustinuit i plenilunio, patiẽte Christo.
Ridebunt pipatetici, & sugillando dicent: Qui philosophoꝝ, aut sapientũ
hæc narrãt? Sõniãt isti nugaces, qui leges sequunt, ait ille impius Arabs. Auero
Sed quid nobis in hoc negotio cum Aristotele, aut Aueroi? Celebrata est
sententia ab iis, qui pitiam iudicandi habent: plus creditur duobus affirmã/
tibus, q̃ mille negantibus. Quid mihi si Aristoteles, & mille philosophãtes
simul negent uerbis, quod multi testes, & ipsi sapientissimi, facto asserunt
comprobasse? Attestant hoc sacræ literæ, quibus magis credimus, q̃ Ari/
stoteli. Attestat & ille eximius philosophus Dionysius, cui nomẽ Ariopa/ Dio. A

gita ab Ariopago: Quod conciliũ prius erat nouem uiroꝝ, qui ex nouem
primis magistratibus eligebantur: Postea ad qnquaginta usq̃ creuerũt ex
præcipuis tũ doctrina, tũ sanctimonia, & sapiẽtia, tũ etiã diuitiis, ne pau/
pertate impulsi mentirentur: ut Androtio in 2°, & Philocorus in 3° rerum
Andro. atticaꝝ scribũt: Quibus sapientibus causæ maiores delegabantur cogno/
Philoc. scendæ. Is ad Polycarpum scribẽs, Apolophanẽ sophistẽ, quia nõ admit/
teret uariationẽ solis in Messiæ morte exhibitã, his uerbis redarguit: Ne/
scio quo spiritu afflatus, ad diuinationẽ prorupisti Apolophanes, quando
unà mecũ aspiciens eclypsim cõtra naturæ ordinem, tpe Christi patientis
ad me conuersus dixisti: Hæ præclare Dionysi sunt uicissitudines reꝝ di/
uinaꝝ: Ea si potes argue: Nempe tecum unà pręsens fui, unàq̃ aspexi, iu/
dicaui omnia/dignaq̃ sum admiratiõe prosequutus. Cui etiã integerrimo
Aescu. philosopho si nõ credis, audi quid Astronomi dicãt. Aesculus in eo genere
pitissimus, tunc tpis Solẽ in Ariete, & Lunã in Libra uolui Astronomico
calculo decernit, q̃n defectum passus est Sol stante plenilunio: quo iudei
Phlegro de more pascha suũ celebrabant. Phlegro insup olympiadũ egregius sup/
putator lib. xiii. in anno quarto ducẽtissimæ secũdæ olympiadis defectio/
nem solis magnã fuisse phibet sup oẽs, quæ ante fuerãt: quo tpe Christus
passus est. Retrogradationẽ solis simul & aquaꝝ illuuionẽ tanq̃ toti orbi
Plato notissimam Plato minime tacuit. Legãtur Persarum & Chaldeoꝝ monu/
Persę menta, ubi hæc famosissima miracula recondita sunt. Hinc & sacerdotes
Chaldei Persæ memoriã triplicis mithri. i. solis celebrant: ut Dionysius, & Strabo
Diony. testant: Mithros. n. uel mithras solẽ Persæ appellant: Qui tpe Ezechię ui/
Strabo sus est triplicẽ peragere cursum, uel tres figere stationes, & consueto pro/
Persę gressu ad occasum, & nouo recessu p decẽ horas ad orientẽ, & rursus de/
nuo ad occasum tendẽs. Omitto alios testes, Philosophos, Gentiles, Chal/
Ioseph. deos, Aegyptios, Phœnices, Gręcos, Sibyllas, historiographos a Iosepho,
Aristo. Aristobolo, Tertulliano, Eusebio ad hæc citatos q̃plurimos. Et si ualet ar/
Tertul. guendi locus ab authoritate, ualeat & hic depositio tot sapientũ in facto,
Euseb. quod Aristoteles negat in uerbis. Prudentissime Auicena motũ illum neq̃
Aristo. necessariũ, neq̃ uiolentũ existimat, sed mediũ inter utrũq̃, ut sit ad arbi/
Auice. triũ principis. Sunt tñ adeo ligatæ causæ secũdariæ cũ prima, ut tñ ope/
rentur, q̃tũ ipsa iubeat. Sed eadẽ (ut inquit Augustinus) res quas condi/
dit, ita administrat, ut ipsas proprios motus agere sinat: Quod quia raro
cõtingit, & ordo a primæua institutiõe decretus, ut in pluribus & frequẽ/
Aristo. ter pseuerat, ideo Aristoteles iudicat naturale/atq̃ necessarium. Naturale
(ut ipse docet in de physico auditu) est, qđ accidit ut in pluribus, & fre/
quenter. Nec poterat ultra ex sensibilibus inuestigare. Operationes uero
Dei, & cõnexionẽ reꝝ inferioꝝ cũ prima causa, nõ rõnis discursu inuesti/
gandæ, sed oraculis (ut diximus) ediscendæ sunt. Hinc progressus ex ea

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

neceſſitate,quæ uidetur in effectibus ad neceſſitatē cauſę,cōuincitur nul/
lus,cū effectuū neceſſitas ab ordine primæ cauſę dependeat.Nec quippe
neceſſarii ſunt,cū particulares ſint oēs: qa opus naturæ nō ad uniuerſale,
ſed ad ſingulare terminatur,qđ magis cōtingens,q̄ neceſſariū eſſe ipſimet
phibent.Sed qa cōtendunt ſpēs æternas,& neceſſariā cohærentiā ſubiecti
ad p̄dicatū,in qua eſſentiale propriū,uel quidditas (ut aiunt) de ſubiecto
dicit̄,alia eſt exquirēda neceſſitatis cā, quæ eſt (ni fallor) correſpōdentia
ad illa exēplaria/uel ideas æternas ab Ariſtotele ſuis ſenſibus imerſo deri/ Ariſto.
ſas,a Platone & noſtris ſapiētibus celebratas,a Syriano uiriliter defenſa/ Plato
tas. Quā correſpondentiā meliori neceſſitate ſuffultam exiſtimo: q̄ ſi illud Syria.
uniuerſale ex multis (ut opinant̄)particularibus pullularet: Quod (iudi
cio meo) ſtare nequit, cū illud uniuerſale ſit eſſe quoddam ſimplex,quod
nec intelligentia,nec natura (teſte Proculo & multis ſapientibus) produ/ Procu.
cere pōt:qa ēt uniuerſale/aut ſimplex/eſt prima omniū rez creataz anteq̄ Sapiē.
intelligentia/aut cœlum/aut aliud particulare/quodcūq; ſit/produceretur.
Et quāuis modus procedendi Proculi ab aliqbus carpatur,in concluſione
tamē conueniūt:Qua admiſſa modū arguendi ipſi enodent.Subſequitur
igitur effectus (ut ad id redeamus:unde digreſſi ſumus) imutabilem de/
terminationē & ordinem ſupremæ cauſæ,niſi eadē ipſa aliter decreuerit.
Quod uero addunt Dei uoluntatē coæquā perfectionē habere cū intelle/
ctu,qui neceſſario agit,admittimus, dū in penetralibus operatur cū ipſo
intellectu conformis,ſed effectus extrarios/quos intellectus ab æterno in
uerbo depinxit/ pro libito explicat. Miror quippe eos Philoſophātes,qui
Deū fatent̄ ſimpliciſſimū,& p̄fectum omni exteriori ſecluſo,& ſtatim ſui
dogmatis obliti,Deū neceſſariā cōnexionē cū inferioribus habere exiſti/
māt,ac ſi nequiret ſine ipſis aut ſtare,aut beatū eſſe.Quō ſimpliciſſimus,
ſi neceſſariā hēt cū aliis cōnexionē? Quō princeps omniū (ut aiunt) ne/
ceſſario mācipatus ſeruitio inferioꝝ? Quæ dignitas/quæue cōditio ſummi
principis? Nec timeant,ut deſtruatur ordo cœleſtiū, & uniuerſi, ſi pro li/
bito diſponit, & uariat artifex, cū ſciat ad ordinē reducere, quæ fabrcfe/
cit,& ordinauit.Nec quippe timēda eſt artificii deſtructio,quādo artifex
apponit manū,cuius contactu potius p̄ficitur,q̄ deſtruatur.

Progreſſus pro contingentia in diuino opificio. Cap. XVII.

HVcuſq; ſcutū pro ueritatis & diuinæ cælſitudinis defenſione
ſumpſimus: nunc aūt ultra ea, quæ diuina docuerūt oracu/
la,aliqua in hoſtes ueritatis dirigemus tela: qui Deū exiſti/
mant neceſſario agere. Et ſi potius contemnendi, q̄ confu/
tandi ſunt ii,quos Proculus de mente Platonis in tertio genere impietatis Procu.
collocat,nec cum ipſis agendum,cū de diuinis loquimur,decernit:tamen
ut ipſi propriis ſpiculis confodiantur aliqua percurremus.Et hos rogatos

uelim,ut exponant:unde monſtra in natura eueniant.Dicēt quippe:Quia
defuit,aut ſuperfuit materia:uel qualitates debita proportione nō reſpon/
dent:ſiue propter continentis malitiā:& huiuſmodi,quæ in diuerſa mem/
bra ſubdiuidunt̄.Sed ſi cauſæ hæ neceſſario agunt:cur non omnia debite
præparant,cū natura (ut aiūt) nō deficiat in neceſſariis? Quomodo igit̄
neceſſario agunt,ſi deficiunt? Inferre uis /inquient/ cauſas naturales ope/
rari contingenter.Et ſi dicerē:Quid ſequeretur? Tamen ut tollatur ſuper/
flua altercatio,recordētur eſſe tritū in ſcholis,neceſſariū duplici modo ſe
habere:alterꝝ quippe abſolutum,alterꝝ uero conditionatū.Alterū (niſi ſa/
craꝝ litteraꝝ ueritas me fallat) ſoli Deo benedicto tribuendum eſt.Alte/
rum uero inferioribus,ut neceſſaria ſint ex ordine ab opifice dato.Sed qa
forſitan negarēt philoſophi,ueniamus ad opus iſtaꝝ cauſaꝝ.Nam ſi pec/
cant,& mōſtra producūt,id eſt,quia deficit ordo,ſibi a natura(ut dicūt)
uel ab opifice ſummo decretus:ut ueritas eſt.Et ſi deficiunt ab ordine,ille
non erat ſimpliciter neceſſarius,ſed datus a prima cauſa: cui aliæ ſubor/
dinatæ in eius uirtute agunt:a quibus ſi prima ſe ſubtrahit/nō ſolum defi/
ciunt,ſed nihil operant̄.Et ſi aliqua uidentur de neceſſitate conducere,id
Dauid ,puenit ex lege ipſis data,ut canit ille Deo plenus:Terminū poſuiſti,quē
non tranſgredientur.Nec tamē legi tenetur,qui aliis legem imponit. Sed
Ariſto. dicēt:Scientia igitur erit de poſſibilibus aliter ſe habere:cuius oppoſitum
docet Ariſtoteles? Quibus dicemus:Si Ariſtoteles ueſter intelligit ea,quæ
ſciuntur neceſſaria eſſe ex ordine uniuerſi : ſic erit de impoſſibilibus aliter
ſe habere. Si aūt intelligit neceſſaria abſolute/recordetur/qđ in calce libri
de phyſico auditu docuerit:q; ad ſapientem nō ſufficit dicere:niſi dicti ra/
tionem aſſignet.Nec adducāt experientiā:quia inde facile cōcludetur ne/
ceſſariū illud ex ordine ꝓuenire:quo deficiente,illa deficiūt:Ergo nō ſunt
ſimpliciter neceſſaria.Si dicāt:ergo poſſunt aliter ſe habere:Quid ad me?
Ipſi ſoluāt:Poteſt.n.ignis non comburere,ut de facto fuit:Poteſt & ām o/
ueri quicūq; effectus ab ea cauſa,quæ eos produxit,remanente tamen in/
hærentia (ut diximus) prædicati ad ſubiectū,de quibus eſt eoꝝ ſcientia.
Sed ultra progreſſi a peripateticis uellem perdiſcere:Vnde illa neceſſario
inhæreant. Dicent:Habent a natura,ut experientia comprobamus.Sed
quid eſt hæc eoꝝ natura? Nihil certe/niſi author uniuerſi,qui eſt uera in/
telligentia non errans/poſtq̄ (ut docent) opus naturæ eſt opus intelligen/
tiæ,non errantis:Cuius ordine omnia ſuccedunt:quia ei ſeruiunt omnia,
Dauid inquit Propheta.Nec dicant,Quid ad nos de Prophetis/cū ſcire non exi/
ſtimemus,niſi ea,quæ demōſtratione probantur? Sed ubi/quęſo/hēt ori/
ginem demonſtratio? Nonne ex principiis,quibus notis terminis aſſenti/
mus,uel experientia cōprobamus? Sed ſi demōſtratis credimus per prin
cipia & experimentata : ergo alia magis ſciuntur q̄ demonſtrata.O exe/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

crabile uitiū,quod inoleuit apud nostros,qui christiano fungunt̄ nomine, ut non admittant pro certo,nisi probetur demōstratione: quā pinxit Aristoteles:Vtitur uero minime in suo progressu naturali:ubi semp ex præsuppositis ab eo factis procedit:ut quā credunt demonstrationē,sit deductio p locū ab authoritate,uel ex p̄acceptis ab ipso. Si catholici sunt,magis sacræ paginæ,q̄ Aristoteli credāt:Si Academici,sciāt per illustratiuos radios multa,maxime diuina cognosci,aut p cōuenientiā dictoꝝ cū intellectu ueritati affecto.Si Peripatetici sunt,audiāt suū Aristotelē/alia q̄ demonstrata posse cū certitudine cognosci:Vnde hñt, q̄ scire sit per demonstrationē itelligere? Nōne ab Aristotele sic dicēte:Et nos hēmus dogmata nostra a Prophetis diuino oraculo edoctis:qui p̄digiis,& uitæ discrimine p̄bāt,quod docent? Et si diceremus,q̄ scire est cognitio certa de quacūq; re,peccaremus ne in spm̄ sanctū,an in Aristotelē? Non q̄dē in spūm sanctum,& de Aristotele paꝝ curo:qa nec meus dñs est,nec ad tribunal eius ueniam iudicandus,si ei nō adhæsero.Sed dicēt me temeriū,aut ignaꝝ: qa discedere audeo ab Aristotelicis institutis,quæ tot præclara ingenia sequunt̄.Hinc dolor/hinc lachrymæ (heu horrendū facinus) postq̄ magis timēt negare Aristotelem/q̄ Paulū/in cuius pectore Christus resonat:imo ip̄m Christū/q est Dei sapiētia/& ueritas,qui oēs iudicabit,illos potissime qui ip̄m noie,doctrina aūt/& uita aristotelē/quē cacodæmonē Grēci uocant/aut insanū/& impiū Aueroim sequunt̄.Paꝝ ducimus (ut cū Iohāne Scoto loquamur) negare aristotelē,in his quæ sunt contra doctrinā ueritatis,quā defendimus:Qui & si sagacissimus fuit/& studiosus lector aliorꝝ dogmatū/ & diligens collector,uersutus tñ criminator fuit priscorꝝ:quorꝝ sentētias male adductas nequaq̄ ipugnat, p̄cedēs potius (ut Simplicius eius auditor ait) cōtra uerba q̄ sensa/multaq; occludēs:ut solus uideat̄ sapiēs.Quid q̄ miꝝ si iustissime carpat̄,qui tot p̄claros uiros iniuste criminatus est:Parmenidē/Melissum/Democritū/Pythagorā/& eius diuinum p̄ceptorē Platonē:Cuius doctrina (nō tm̄ meo sed multorꝝ sapientū iudicio) tanto excedit aristotelicā,q̄to diuina/q̄bus semp redolet Plato,simul cū Pythagora/eminēt terrestribus,q̄bus deprimit̄ Aristoteles:Qui(ut ait Proculus Academici,& Peripatetici dogmatis professor) simul cū Theophrasto,& aliis p̄pateticis,usq; ad formas uniuersum mouētes suæ specu lationis lumen accenderūt.Plato uero ab eo,qui inter entia dignitatē hēt, longe semota,& eo q̄dem digniora sumit exordia:unde & eius progressus sublimior.Alios quoq; inumeros criminat̄ Aristoteles,quorꝝ dicta/ si ruminentur/nō forte digna castigatione iudicabuntur:Ab his.n.ipse didicit oia,quæ scripsit.Nec sibi uendicat/coactus ueritate/nisi clenchos.Cætera uero ab antiqoribus accipiēs suis syllogisticis p̄cessibus inectit:ut potius artificiosā artē,& dep̄ssum modū p̄cedēdi tradiderit,q̄ sciētiā:ut ipsemet

Aristo.

Prophe.

Io.Sco.

Simpli.

Plato

Aristo.
Procu.
Theop.
Plato

tacite fatetur,ubi de posterioribus analyticis tractat docens,q̄ scientia sit per demonstrationē,& hæc per quidditates (ut aiunt) & proprias rerum differentias nobis occultas:Vnde principia demonstrationis cōuincuntur ignota,& nullā inde/uel pauciss̄imā demōstrationē haberi posse. Damnat insup demonstrationē circularē,& tamē docet demōstrationē fieri ex his, quæ sunt de omni p se,& scd̄m qd̄ ipsum,ut eius more loquar:Quæ enū/ tiationes sunt cōuertibiles,& ad inuicē se inferentes.Non datur (inquiēt) circulatio in demōstratione ex causis. Sed aduertant,q̄ parum supra dixerat demonstrationē circularē aliquādo repperiri.His autem omissis,cū nihil doceat in doctrinis,quæ ab antiquis non acceperit:cur ei magis credendum est q̄ antiquis,qui ante eū tradiderē? Dicent: Suscipimus librata Aristotelica trutina: Et utinam non deprauata in damnū religionis christianæ,& ueritatis: Tamē petulantes aliqui, & in doctrina nouitii impudentissimis buccis dicere audent:Non allego tibi Genesin,Ieremiam,aut Isaiam:sed Aristotelem adduco:quasi Moses, & prophetæ non fuerint sapientes,& gnari litterarum: cum tamen ille fuerit omni sapientia Aegyptiorum instructus:postea Dei oraculo subuectus ad ipsius Dei,& naturæ penetralia contempland̄a:quæ neq; Aristoteles,neq; eius studiosissimi

Proph.

assecl̄æ aliquādo cogitarunt.Et Prophetæ diuino afflati lumine/quod lucifugæ,& obtenebrati uidere nequeūt/nedū uaticinati sunt: sed multa ex intimis promptuariis Dei,& reꝝ inferiorꝝ (sub suis tamē ænigmatibus) tradiderūt.Dicunt aliqui modestiores:Honoramus prophetas/& sanctos uiros in diuinis:sed in naturalibus hic est regula,quā sequi debemus. Sed miror quippe,quomodo diuina,& suprema cognouerint:& inferiora,per quæ ad suprema deuenitur,ipsis fuerint occlusa.Et cū Deus sit speculum, in quo omnia lucent,quomodo ipsum cognouerūt,non cognitis imaginibus,quæ splendent in eo? Hinc nō opinarentur illos archetypum cognouisse,non cognitis quæ in eo continentur,si cōnexionē archetypi cū mundana hac machina,& humano mundo percepissent:Quorum quilibet alterius simulachrū,& imaginē tenet:& ex unius cognitione alius facile dignoscit. Hinc & a diuino oraculo,& a sapiētibus multis,Mercurio,Platone,Socrate,Zoroastre, & ab ipso Aristotele, mirūimodū cōmendat̄ propria cognitio:qa ex ea in Dei,& machinæ huius perfectiorē cognitionem,quā tradat ipse Aristoteles,facilius peruenitur.Necessarium quippe erat uatibus illis diuina,& humana,& eorꝝ correspondentiā intueri:qui de diuinis ita loquebantur per ænigmata,& uelamina rerū inferiorꝝ, ut Dei sacramēta uulgaribus,& noctuinis oculis occultarentur.Sed si qs sublato uelamine p̄phetas legerit,p̄spiciet eos melius naturæ,& Dei arcana rimatos,q̄ Aristoteles.Nec Sol culpādus est,si oculus nō uidet.Quādo(inquit Hieronymus) Ciceroni addictus erā:si p̄pheta aliqs sumebat̄ in manibus

Mere.
Plato
Socra.
Zoro.
Aristo.

Hiero.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

sermo horrebat incultus:& putabam defectum esse non luminis,sed solis: Castigatus autē,& sublato uelamine uidit in prophetis,quæ in gentilibus ante non legerat.Sed ut ad rem̄ contingentiā redeamus.Acrius hic arguit Algazel,ex eo,quod partes huius machinæ sint eo modo dispositæ:ut sine Algazel
aliqua cōtradictione potuerint aliter situari:unde cōtingentes sunt:& non necessitate,sed pro libito dispositæ.Respōdet Arabs:Nos dicimus,q̄ mū Auerois
di partes non potuerūt aliter disponi:eo q̄ mundus sit animal.Vnde per fide didicisti a tuo Aristotele huiusce modi arguendi modū? Vis.n.ut tua authoritas sit pro principio demonstrationis. Vnde insuper hæc illatio? Somnias ne,an frenesim pateris? Si mūdus est animal:est ne sensibile an insensibile? Si sensu priuatus,ergo non animal: Si sensitiuus:uidet ne,audit/odorat/gustat/comedit? Si comedit:quis/quæso/ei præparat cibum? Vnde illū sibi cōparat? In mūdo ipso,an extra? Si in mundo:comedit se ipsum:Si extra mūdū:est igitur alius mūdus.Et dubiū est,ne comedendo se,inuicē se destruant.Sed dimisso ioco in re tam graui,si detur q̄ sit animal (ut Plato,Aristoteles,& multi sapientes inuere uidentur) utiq; nō est Plato
animal cōtentū sub genere animaliū:qa ea,quæ sunt in machina ista,diuiduntur priori diuisione,anteq̄ deueniat ad animal.Sed esto q̄ dicat animal sc̄m analogiā,& similitudine quadā:Cur dispositiones eius non potuerūt aliter ordinari? Vnde repugnat homini,ut oculum unū trīmō hēat in fronte,sicut de q̄busdā dicitur? Cur nō potuit in aliis animātibus mādibula supior mobilis fieri,inferiorq; firma, sicut in cocodrilo cernimus? Cur nō possent alia animalia duplicia habere genua,sicut Camelus? Quæ repugnantia esset,si homo hēret quatuor brachia,& unā trīmō auriculā? Hæc sunt a sūmo moderatore sic coordinata,ut sine aliqua cōtradictione potuerint aliter disponi,nisi præsuppositā cōditione specificę naturæ:quā ipsi idem opifex statuit. Sed ad mūdanū aial ueniamus. Qua necessitate dispositum est mare,& terra,ut oceanum intret p̄ angustissima ora abilę, & calpes promontoria excælsa: quæ colūnas Herculeas uocauit antiquitas? Vnde necessariū est:ut inde statim lōge,lateq; diffundatur:quod iterum in thuscū mare(qđ tyrrhenū uocant) distenditur:nūc in sinū adriaticū angustatur:nunc dilatat in syriacum: nūc p̄ ægeum circūfluit:qđ ex pulcherrima insulaꝝ interiacentiū numerositate archipelagus dicitur:& inde per arctissima ora coarctatū Hellespontus fit:præpontusq;,ubi expandit:& ubi iteꝝ premitur Thracius Bosphorus:quādo iteꝝ effunditur, Pontus euxinus.i.hospitalis (mollitis ferarū gentium moribus) efficitur: qui primo Axenus.i.inhospitalis ex sæuo admodū incolentiū ingenio dicebatur:Et iterū cū paludi mæotidi admiscetur Cimerius bosphorus nominatur? Quæ etiā necessitas,ut nilus p̄ æthiopas,& arabes ad ægyptum pueniens,& Tanais per utrāq; Scythiā discurrens,& in mediā fere mæo-

tidem defluens tres mundi præcipuas partes distinguant? Quæ etiam necessitas,ut terræ aliqua pars in ualle deprimatur:alia per campestria dilatetur:alia exurgat in colles,& excælsiores montes:atq; ut flumina sempiterno lapsu, & torrētes suis tēporibus decurrāt? Qua necessitate sunt aliæ terrarū glebæ fœcūdæ,aliæ steriles,aridæ aliæ, & aliæ paludosæ? Nonne possemus totū terræ ambitū sine aliqua repugnantia imaginari planum, molle,atq; frugiferum? Et si Deus pōt facere,quæ cogitare nō possumus, ut sapientiores q̄ Auerois affirmant,cur non potest facere quæ imaginamur? Quod si efficere ualet:non ergo necessario sunt res dispositæ eo modo,quo cernimus.

Quod Deus cognoscit particularia. Cap. XVIII.

NVnc & alia cōtra physicos sua sunt retorquenda iacula ut inconcussæ ueritatis scuto muniti ad alia pergamus. Opinabantur Deū benedictum sublimiora tm̄,& uniuersalia prospicere,particularibus aut paruipensis,aut secūdis causis creditis: quasi dedignaretur,aut turpius ageret intellectus diuinus/si huiusmodi cōtueretur.Non uidere(inquit Aristoteles) quædam melius,& no- Aristo. Auerois
bilius est q̄ uidere:Quē interpretādo Arabs,ait : Ignorare uilia melius est q̄ scire.Quæ sunt (quæso) illa uilia/quæ satius est si nesciunt q̄ si sciātur? Illa quæ nō sunt,sciri nō possunt:Illa quæ sunt,bona utiq; sunt:Si bona, quomodo uilia? Et si contendas uilia esse etiam quædam bona: quæ sunt quæso illa bona uilia? Si intelligis Angelū:cur non cœlum? Et si cœlum: cur nō hominē? Et si hominē:cur nō elemēta,ubi habitat homo? Cur non equos,& boues,uniuersaq; homini ministrantia,& quæ in homine nota q̄dā includūtur? Vbi ponemus terminos eius intelligētiæ? In cœlo ne,an in Cicero
terra,elementis,plantis,an in animantibus? Vbi q̄so? Et (ut cū Cicerone loquar) si Deus cōsulit cœlo,& insulæ,quā nos orbē terraꝝ uocamus,cōsulet & incolis ipsius,& partibus insulæ,Europæ,Asiæ,& Aphricæ,& habitatoribus eaꝝ:& magnos ut p̄ferat(qa nemo magnus nisi diuino afflatus numine)& paruos ut sustentet:Nam pusillum,& magnū (ut Sapiēs Sapiens
ille ait) effecit. Quoꝝ,& totius mundi,cū ipsi eum fateantur principem: qd faciet in principatu nisi regimen detur? Et si regit omnia: quomō melius est ,ut ignoret etiam infima, quæ gubernat, q̄ si ea cognoscat? Quis adegit eum in ignorantiā physicaꝝ,mathematicaꝝ,atq; aliaꝝ reꝝ, etiā si Aristo.
minutissimæ sunt? Quis mensus est capacitatē eius? Aristoteles,an Aue- Chaldei
rois? Cōmendat ille sententiā patrū Chaldeoꝝ : qui de scientia Dei solerti ingenio perscrutati sunt:& tamē non consentit cum ipsis: q̄ Deus omnia intelligat.Nec uilescit (boni uiri) intellectus sapientis:si herbarū,succorū,& lapidum gradus,qualitates,& uires etiam minutissimas cognoscit. Nec si cœlestium gradus,minuta, secundas, tertias, & centesimas partes

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

minutoꝝ cognoſcat. Omniũ uoce cõmendatur Salomon, cui cognomẽto ſapiẽs: qa diſputauit a cedro libani uſq; ad hyſopũ, qui exit de pariete: & q diſſeruit de iumentis/uolucribus/ reptilibus/ & piſcibus: Viluit ne pp hoc intellectus, & ſapientia ipſius? Viluerunt ne Ariſtoteles, & Theophraſtus, qui eũ imitati, alter de animaliũ, alter de plantaꝝ natura diſputauit? Et ſi antiquiores repetere uoluerimus: nõ ne Hermes in ſapiẽtia maximus, ſy/ deꝝ quorũdã, lapidum, & herbaꝝ ſingularẽ ſcripſit concordiã? Auus eius Eſculapius (ut qbuſdã placet) pro Deo habitus eſt ſimul cũ Apolline: qa primi cognitis herbaꝝ, & radicũ ꝓprietatibus ad ſanãda humana corpo/ ra ipſaꝝ ſuccos/folia/& pulueres applicauerũt. Quis quęſo ſapiẽtiores, an reꝝ iſtaꝝ ignari, an illi, qui tanto honore ob ipſaꝝ cognitionẽ ſapientum nomẽ ſibi uendicarũt? ſed dicẽt: Fuerũt ſapiẽtes, nõ quia ſingularia, ſed qa reꝝ ſpẽs, & naturã uniuerſalẽ ſpeculati ſunt. Et quõ reꝝ ſpẽs indagarunt, niſi p̃habita (ut docẽt) a particularibus expientia? Nec cognoſcere potue runt ſpẽs abſq; ſingularibus: cũ uniuerſale nihil aliud ſit (ut aſſerunt) niſi unũ de multis. Quõ iſtud unũ intelligi põt, niſi & multa intelligant? a qui bus illud unũ p eos extrahit? uel p rationes ideales, quas ipſi nõ ſuſtinent? Et ſi ſpẽs intelligere non repugnat ſapientis: nec ſi oẽs ſpẽs intelligat, repu/ gnabit. Cognoſcere poterit igit̃ animalia/piſciculos/uermes/formicas/& plantas. Sed cur quæſo hominẽ antiſtitẽ mundi ignorabit? Quõ eum tãq; princeps reget, puidebit de neceſſariis, iudicabit, niſi indigentias eius oẽs, bene maleq; acta cognoſcat? Intonat Dei ſapientia, cui ſatius eſt credere q̃ Ariſtoteli, aut Aueroi: Scit Pater ueſter quibus indigetis. Intonat & eius ꝓphetica tuba: Non eſt occultatũ os meũ a te, qd̃ feciſti in occulto: impfe/ ctum meũ uiderũt oculi tui, & in libro tuo oẽs ſcribent̃: ut accipiant pro bonis, uel pro male geſtis cõdigna p̃mia. Aliud adducũt: qd̃ fortiſſimũ ro bur exiſtimant: non poſſe v3 mentẽ illã ſupremã inferiora hæc intelligere: ne ab eis mota, aut pfecta a ſua ſimplicitate cadat. Miror quippe, quõ Dei ſummi cognitionem cũ nra ęquiperẽt, cũ dicat Ariſtoteles: qm̃ intellectus Dei eſt ſimplex, & pfectus, & a ſe. Et ſic, a ſe intelligit oĩa quæ ſunt in ſæ/ culo: Cuius uerba interp̃tando Auerois, ponit differentiã, inter Dei ſciẽtiã & noſtrã: qa nra cauſat̃ ab ente: illa aũt eſt entis. Nec uult aperte dicere: q̃ ſit cauſa entis: ut catholici libere pfitent̃: ueritate tñ coactus tacere nõ põt. Nam ſupius p̃ obſcura uerba dixerat, quæ neſcio an Barbarus barbarice ꝓtulerit, an ſtudioſe inuoluerit: qd̃ inuitus fateri cogebatur. Audite quæſo portenta uerboꝝ: Veritas inquit eſt: primũ q̃ ſcit omnia: ſecũdũ, q̃ ſcit ſe tñ ſcientia in eſſe, qd̃ eſt cauſa eoꝝ eſſe. Et ut barbaꝝ barbarico ſermone ꝓſequamur: Si in eſſe ſcientiã in rebus, eſt cauſa eoꝝ quæ ſunt: ergo intelli gendo cauſat ea quæ ſunt: Et ſi ea intelligit: non ne eorũ intelligentia eſt in intellectu ipſius? Cur ergo tu, & præceptor tuus derideris ideas: quæ nihil aliud ſunt,

Salomo

Ariſto.
Theoph.
Hermes

Aeſcula.
Apollo

Ariſto.

Auerois

CHRI/
STVS.
Dauid

aliud ſunt, niſi cognitiones rerũ, & exemplaria faciendoꝝ in illo intellectu primo: qui omnia cognoſcẽdo, & iubendo producit? Nec ab obiecto pro ducto cognitionẽ ſumit, aut mouetur, uel perficit̃, mendicatq;, ut intelli/ gat, aut excitet̃: ut noſter intellectus facit. Nec deficit ille itellectus ſũmus tot particularia ſpeculãdo: Potius deficeret ille unicus intellectus Auerois tot indiuidua informãdo, uel dirigẽdo, aut illuſtrando. O ſtultitiã atq; ue/ cordiã. Robuſtioꝝ opinaris intellectũ, quẽ fabricas, q̃ ſit Deus, q omnia fabricauit? Cũ Deus inſup ſit finis omniũ: in quẽ & oĩa dirigunt̃, tanq̃ in amatũ, & deſideratũ: a quo hæc oĩa dirigunt̃? A natura inqent. Sed quæ eſt hæc nã? A nemine adhuc exploratũ hẽo, quæ ſit natuta illa: de qua lo/ quunt̃, an ſit a Deo fabricata, an tãq̃ Dei cõiunx ſimul cũ eo mũdũ pro/ duxerit: cum dicant: Deus, & nã nihil facit fruſtra/quaſi ſimul mũdi huius fœturã educant. Nec põt eſſe huiuſmodi nã/materia/aut forma/quæ nihil agũt, nihil ordinãt. Nec rationes, neq; reꝝ gradus, qa neſcio quid uniuer/ ſale innuũt per hanc ſuã naturam: q̃ ſimul cũ Deo agat. Sed quid illud ſit nuſquã explicuerũt. Profitent̃ tamen Deũ ſimul cũ ipſa agere: & oĩa bene diſpoſuiſſe: & alibi aſſerunt Deũ nihil agere, niſi tanq̃ finẽ attrahentẽ. Et ſi cauſę ſecũdariæ, quibus coagit, ſunt hæc natura: quis ordinauit eas? Quis ſtatuit, ut ſimul cooparent̃? Eſt nã (inquiũt) principiũ motus, & quietis. Sed quid eſt hoc principiũ motionis, & ſtatus, niſi inclinatio inſita mãci/ patis ipſi motui ab aliquo agente? Et uelint nolint, in unũ cõueniẽdũ ipſis eſt, a quo omnis motus, & ordo procedet, ut ipſi docent. Et niſi timerẽ me exponere pipateticis uelut temerariũ lacerandũ, interrogarẽ, quid eſt hæc natura, cui p̃ nota dicũt eſſe uniuerſalia? Quis mutuus ꝓceſſus a natura ad nos, & ecõuerſo? Quis in iſto pilaꝝ ludo reſpõdet nobis? Quæ eſt iteꝝ hæc natura, quæ accõmodat nobis principia: p quę cõcluſiones cognoſcamus? Eſt ne aliquid generale agẽs? Aut quid aggregatum ex naturalibus? Aut ipſoꝝ ordo? Eſt ne aliquid rationis capax, aut elemẽtum, lapis, cœlum, uel huiuſmodi ſenſu carens? Si non ſentit, nec intelligit: quomodo ſunt ei nota principia? Si uero intellectiuũ: qd eſt hæc nã? Sumus nos, an intelligẽtiæ, an Deus ipſe? Si nos: quomodo eadẽ erũt prius nobis nota: unde ꝓaccipia mus notitiã? Si intelligẽtiæ ſunt hæc natura: quomodo ſunt extra natura lem, & phyſicã ſpeculationẽ (ut ipſi docẽt) quia nõ mouent̃ dũ mouent? Et cur nõ dicũt: ſunt nota intelligẽtiis ſepatis, uel cõiũctis hæc principia? Si uero Deus eſt hæc natura: cur ipſam nominãt tãq̃ aliqd ab eo ſeiunctũ: dũ dicũt Deus & natura? Eſt ne iteꝝ hęc nã intellectus aliqs extra uniuer ſum, aut q̃nta, uel ſexta eſſentia? Dicẽt forſitã Aueroiſtę: Nã eſt intellectus unicus, pfectus, hęc oĩa intelligẽs. Sed quomodo erit hic intellectus princi piũ motus, & quietis, in eo quod eſt ſecũdũ quod eſt? Erit igit̃ hic intelle/ ctus in animãtibus, pulicibus, & muſcis, & plãtulis minimis/& elementis,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

mouens ea ꝓpriis motibus. Nō ergo tātūmodo hominibus, ſed etiā rebus omnibus erit hic unicus intellectus: cur ergo nō omnia itelligēt? Eſt ne hęc benedicta natura, quæ cœlos, mēbra corporꝫ, & organa omnia diſpoſuit: de qua dicitis: ꝙ non deficit in neceſſariis, nec aliqd fruſtra agit? Quia nec mēbrū, nec cœlū, nec uiliſſimū puluiſculū, nec motū aliquē admittit ſuperfluū, cū omnia q̄optime diſpoſuerit. Sed quis eſt ordinans hęc omnia, niſi ille quē Deū profitemur? Cur ergo de natura loquentes innuitis aliqd ab ipſo Deo ſepatū? Forſitā ne fateamini Deū mundum feciſſe: quod impie negaſtis: Cōceſſiſtis tamē, ꝙ Deus cū natura ſimul fecerit, quaſi nō potuerit Deus aliquid ſine natura efficere. Quæ eſt enim cōditio naturæ huius, ut ſuppleat in qbus Deus ꝓfectiſſimus deficit? Eſt ne rurſus hæc natura a ſe, an a Deo producta? Si a ſe: erūt igit̄ duo habentia eſſe a ſeipſis, & duæ primæ cauſæ, duo deniq; Dii. Si a Deo ꝓducta eſt: erit igit̄ Deus opifex naturæ huius uniuerſalis: cur non & particularis? Quæ ſomnia ſunt iſta? Dicent: In particularibus concurrit cauſa particularis ſimul cum uniuerſali. Si cōcurrit cauſa prima/& coagit, intelligitne quę facit? An deterioris conditionis eſt cauſis inferioribus? Si intelligit ea particularia, in quibus naturæ coagit, inepte dicitis ipſum particularia non intelligere.

QVa conſonantia rerum principia, & eorum deſcriptores cōueniant. Tonus II.
Quanta diſcordia perſtrepent mundi ſapientes in ſuis dogmatibus. Cap. I.
Quod catholici ſcriptores conueniant. Cap. II.
Quāta diſſonātia mūdi ſapiētes eius iecerint fundamēta. Cap. III.
Diſſonant philoſophi etiā in negotio animæ. Cap. IIII.
Quod non minus diſſentiant in ſcribendo eum finem, quem omnia appetunt. Cap. V.
Vnde noſtri conſonatiā, & illi diſſonātiā traxerint. Cap. VI.
Qui doctores in diuini & mundani inſtrumenti penetralibus perſonauerint concordes. Cap. VII.
Cur antiqui ſtuduerint abſcondere dogmata, quę tradebāt ſub metaphoris, aut ænigmatibus. Cap. VIII.
Quomodo poſſent diſſonantes concordari. Cap. VIIII.
Cōuētus ſapientū in genituræ mundi ſpatio. Cap. X.
Cur numerus ſenarius fabricæ, & ſeptimus dies requiei addictus ſint. Cap. XI.
Concordia antiquorum in rerum unitate. Cap. XII.
De prima rerum productione conſenſus. Cap. XIII.

QVANTA DISSONANTIA ABSONI REPERIANTVR MVNDI SAPIENTES IN SVIS DOGMATIBVS. CAPVT PRIMVM.

ANTA diſſonātia & ꝓtractant/& agitāt mūdanū hoc inſtrumētū illi, qui mūdi ſapiētes dicunt: ut coꝝ familiæ, nec doctrina/nec moribus/ nec religione/ nec fine/ propter quē omnia operantur/cōuenire poſſint. Et tam horrido horrore perſtrepunt/ut nullus poſſit eos ſimul ſonātes auſcultare fracta penitus harmonia: Quæ (ut muſici diffiniūt) eſt cōcētus neruoꝝ/aut uocū in integros modos ſine aliqua offenſione cōſonātiū. Iſti autē in eadē familia enutriti, ſub eodē præceptore edocti, penitus diſſonāt. Socratici diſcipuli Ariſtippus, & Ariſton adeo diſſentiūt in fine: ut alter in uoluptate, alter uero in uirtutibus finem noſtrum collocauerit. Ariſtotelis ꝓcipui aſſeclæ Alexāder, & Auerois eius dogma ſcindētes biuiū faciūt, maxime in negotio animæ: cū ille mortalē, hic aūt unicū intellectū in omnibus aſſerat: qui nō modo inter ſe, ſed a ueritate diſſident. Ariſtoteles aūt auditor Platonis uno anno ſupra uiginti a doctrina, & moribus pręceptoris adeo diſſentit: ut eum crimineť, & falſis calūniis ꝓſequať. Saracenus Algazel contra oēs philoſophos inſurgit: Et in eū Arabs Auerois inuehi nititť: ſed uelut coluber in ipſo conatu frāgitť.

Ariſtip. Ariſton Alexā. Auero. Ariſto. Algazel Auero. Lucre. Pytha. Hiarcas Apo.th. Iāblicus Porph. Procu. Hemias Syrian⁹ Timęus Thales Anaxi. Anaxi. Anaxa. Dioge.

Lucretius Epicurus & a condiſcipulis, & a ſeipſo diſſentit, nunc Deū cum mortalibus cōſortium hēre decātās, nūc habere denegās, ſic in multis aliis diſſonātia manifeſta ꝓſequitť. Pythagorei uero circa animaꝝ tranſmigrationem in plures partes penitus diſſonātes ſecanť. Hiarcas brachmana, & Apollonius thieneus trāſmutatiōes fieri ēt beſtias aſſeuerabāt. Vnde ſunt illę metamorphoſes celebratæ: qbus aliū in lupū, Illā in Philomelā, aliam in Laurū, & huiuſmodi mutatos decātāt. Iāblicus, & Porphyrius trāſmigrationes huiuſmodi in beſtias penitus reprobarūt/ nō admittētes animā a centro ſuo/in q̄ ſemel defixa eſt/ euelli poſſe. Sed & Proculus, Hermias, atq; Syrianus horrēdū exiſtimabāt facinus/cœleſtē aiam in beſtias ꝓcipitari. Timęus locrus pythagoręus nobiliſſimus ad terrores hoium has trāſmutationes inductas aſſeuerat. Thales mileſius aquā opinatus eſt eſſe reꝝ omniū principiū: Sed eius auditor Anaximāder rerum principia credidit infinita: Subdiſcipulus āt Anaximenes infinito aeri omniū cauſas tribuit: Cuius diſcipuli Anaxagoras, & Diogenes diſſentiēdo/Ille infinitā materiā ex diſſimilibus ꝓticulis contextā geneꝝ/& ſpērū omniū/pro ſui cōditione principiū fuiſſe ſibi ꝓſuadebat: Hic uero aerē (diuinæ tamen rationis cōpotē) rerū mām opinatus eſt. Supfluū, ineptūq; eſſet oia retexere, quibus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

sapiẽtes mũdi discordãtes horrẽdũ strepitũ iauditoꝝ aures icutiũt: Quod eis euenit: qa ab uno i quẽ oẽs cõuenire debebãt, discesserũt/singuli in uiã, & figmẽtũ speculationũ suaꝝ abeũtes. Hinc eoꝝ dogmata (qa absq; ullo, qđ pstat oibus ut sint/& harmonice cõueniãt) in multitudine cõfusa fun/ data/dissoluta sũt: Omne.n.ideo est (iqt Boetius) qa unũ nũero ẽ: & oia ẽt diuersissima instra cõsonãt: qa eadẽ numeroꝝ proportiõe cõueniũt uoces. Nã cõsonãtia (ut Musici docẽt) est similiũ/dissimiliũq; uocũ in unũ reda cta cõcordia. Nec dissonãtes foret: si alius (ut Plato diuinus cũ suo Ploti/ no numine q̃dã pfusus) mẽtẽ eleuet: Si cũ Pythagora Dei/& naturę sacra mẽta nũeris/& ęnigmatibus inuoluat: Siue cũ Ammonii suauitate uerita tẽ cũ mẽte æquet: Vel iocosa facũdia cũ Socrate animũ delectet: Siue cũ Heraclito acumine quodã/& obstruso sermone auditoꝝ uires incitet/& inflãmet: Vel si cũ Carneade ingenio/& uelocissimo eloquio in stuporẽ in ducat. Extãt & alii uariis gressibus incedẽtes. Aristoteles ordine animũ re creat: mãco uero sermone/& ambiguo pplexũ relinqt. Simplicius dicendi copia mẽtẽ dilatat. Porphyrius dogmatũ uarietate multiuagos aios depa scit. Themistius cõpẽdioso sermone auditores lætos, & attẽtos reddit Ale/ xãder Aphrodiseus magna cõstãtia philosophię succos exprimit. Proculus fertilitate attica luxuriat. Et ut ad Saracẽos/Arabes/Aegyptios/Persas & Bactrianos me uertã/Algazel Saracenus debita pietate edoctus ultra cõis philosophiæ metas trãscendit intrepidus. Auẽpace/& Alpharabius arabes grauitate pedes cõsolidãt. Auerois prima frõte icõcussus uidet, sed itestina oia (multoꝝ sapientũ iudicio) tabe soluunt, ut nullũ diuinæ harmoniæ/& mũdanæ paruũ afferat cõcẽtũ. Mercurius Trismegistus ægyptius (ut uul go dicit) sed madianita (ut aliis placet) cũ sua mẽte unitus/semp diuina redolet: & discursus trãscẽdit hũanos. Iablicus numeris atq; mysteriis ad/ dictus sacramenta pythagoræa/& ęgyptiaca prodere conat. Zoroastres/ Orpheus, & Charondas Persa ad naturę secreta penetrãtes ut mundũ sua magia maritẽt/dulcia Hymenei nãlis epithalamia psonãt. Hebreoꝝ uero & Chaldeoꝝ sapiẽtes diuinis istructi oraculis pfectiorẽ Hymeneũ/machi nę huius yꝫ cũ archetypo/& hũano mũdo semp decantãt. Omitto q̃pluri/ mos posteros: qui illoꝝ cupiã adhærentes/& ipsi sua cantica/ suosq; sonos ædidere: Qui omnes (q̃uis diuersis instrumẽtis) dũmodo eisdem numeris psonẽt, suauẽ & ipsi harmoniã cõducũt. Quãdo autẽ a debitis numeris/& ab illa ex unitate cõsonantia/uñ ois cõcẽtus/recedũt tãq̃ dissoni/& offen/ dentes nerui/ab omni harmonica cõsonãtia sunt penitus abiiciendi.

Boetius

Musici Diuers. Au. cõ/ sonãtia.

Quod Catholici scriptores cõueniãt. Cap. II.

QVi autẽ unũ Deũ fatenť omniũ opificem/& fontem a q̃ oẽs aquæ ueræ sapiẽtiæ emanãt, unisoni oẽs effecti/hebrei/græci atq; latini sũma cõsonãtia, & eũdẽ Deũ collaudãt, & mũda/

Mira cõ/ so. docto. inter se.

Augu. Auguſtinus Deū ſex diebus pfeciſſe opera ſua:quo numero potius myſteriū,q̄ tēporis partes ſignari opinatť.Ideo etiā numeris indigemus,ad percipienda Dei & naturæ ſacramenta nō qdē mercatoriis,ſed ſuis numeris diſtincta.Vlterius ꝓgredientes dicamus:q̄ ex figura trigona q̄optime hic numerus fabricæ cōuenit: huius.n.baſis eſt ternarius,ſūmitas unū,intermedia duo,ut in obiecta patet figura ∴ Nā fabrica tota a tribus perſonis emanat, cū eo⁹ opa ad extra ſint indiuiſa:Tendunt quoq̄ in unū finem,in quē omnia dirigūtur:Tranſitus aūt eſt per binariū,materiā y3: Nā primū huius egreſſus principiū materia fuit,quæ binariū ſapit:& in unū reduci tēdit p formā,quę ternarii gerit imaginem:ſicut ex omni parte in p̄cedenti figura ternarius per binariū tendit in monadē:Ad quā reductis omnibus ſequitť ſabbataria qes diei ſeptimi claudētis,& terminātis omniū dierū curriculū.Hoc igiť ſenario longe excælſiore illo,qui dierum

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Moſes/Sol erat imperfectus/ſicut de terra dixerat/Terra autẽ erat inanis & uacua? Poſtea de collata perfectione ſubiunxit: Producat terra herbam uirentẽ. Aduertant inſuper q̃ quarto die dixit Deus: Fiant, uel ſint duo luminaria magna: Nec dixit/Producãt duo luminaria lumẽ ſuũ: ſicut paulo ante terræ præceperat: ut produceret. Imaginabantur iſti, q̃ Deus pictor̃ more, primo figurã ſtylo adũbraſſet, ut poſtea accõmodatis notis & coloribus pingeret. Abſonum quippe eſt Deo: quod mortales ex impfecta uirtute exquirũt. Sed quia de materia dicit̃, q̃ prius informis, poſtea propriis figuris depicta ſit, intelligat̃ hoc/ordinem naturæ, & non temporis ſignare: ut non modo Auguſtinus, & antiqui Theologi conſentiũt/ſed Philoſophi inſignes, & Poetę pitiores cõueniũt: Triſmegiſtus.n. Alcinous Platonicus/& alii ſapiẽtes dicũt: Heſiodus quoq̃, Euripides, & Ouidius decantãt Cœlũ, & terrã olim mixta fuiſſe, & chaos q̃ddã/poſtmodũ ſeparata gñaſſe ſingula: arbores/uolatilia/feras, & mortaliũ genus: Quod a Platone ſemiſeo in Timęo, & a Philone in greca/hebraicaq̃ lingua celeberrimo apparet̃iſſime demonſtrat̃: & diuiſionẽ illã dier̃ nõ ad tẽpus/ſed ad ordinẽ ꝓductionis, & rer̃ ꝓductar̃ referre docemur. Auguſtinus aũt ultra cõſcẽdens per dies illos ordinatã/& pfectã cognitionẽ/ quã de ꝓductis rebus habebãt mẽtes Angelicæ iterp̃tãdũ exiſtimauit: duplicẽ excogitãs in eis cognitionẽ rer̃: alterã in uerbo, quã matutinã, alterã in genere ꝓprio, quã ueſpertinã uocat: ex quibus cõiunctis conficiebatur plena cognitio: ſicut ex ueſpere, & mane pfectus fit dies. Sub quor̃ typo locutus eſt Moſes agẽs cũ inerudita plebe, cũ ruſticis, opariis, coquis, farctoribus, macellariis, opilionibus, lutcaris, & id genus, inuẽs ſapiẽtibus myſteria maxima ſub cortice recluſa. Refellũt tamẽ illi boni uiri Auguſtinũ: qa nõ uidet̃ cõuenire cum ipſor̃ ſenſu litterali: Sed minus conueniũt eor̃ deliramẽta/figmẽtaq̃ meraciſſima: quæ cum falſa ſint, & textui repugnãtia, & a littera, & ab omni ueritate diſcrepant: Non enim poteſt ſemp, & ubiq̃ littera ſaluari: ut illud Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eũ: & proiice a te. Et illud: Sunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Et in pſalmo: Aſcendit ſuper Cherubin, & uolauit ſuper pẽnas uentorum. Idem quoq̃ Propheta: Foderunt manus meas, & pedes meos. Nec.n. Deus, qui ubiq̃ eſt, aſcendit, & deſcẽdit: nec Cherubinis, aut uentorũ pẽnis indiget, ut portet̃: Nec fuerunt aliquãdo manus Dauid confoſſæ, aut terebrati pedes. Innumerabiles ſunt loci ſcripturæ ſacræ, qui nõ poſſunt ſecundum litteram exponi: Nã totus penè prophetar̃ contextus metaphoricus eſt, & de uno loquẽs aliud inuit: ut ſuo loco/Deo fauẽte/ſaltẽ pro parte diſſeremus. Omnes igit̃ ſapientes, qui mũdi genituræ admittũt: & quor̃ oculi æterna, & unica luce colluſtrant̃, in hoc cõueniũt: q̃ ſimul facta ſint omnia. Sed cur illa diſtinctio fiat per ſenarios dies, & quãto myſterio aliqualiter pcurremus.

Augu.
Antiq th.
Triſme.
Alcinous
Heſiod.
Euripia.
Ouidius
Plato
Augu.

Dauid

Cur numerus ſenarius fabricæ, & ſeptimus dies requiei addictus ſit. Caput XI.

Mathe. Augu.

ET ſi omnia ſummi opificis opera magno myſterio, magnoq̃ ſacramẽto fabricata dicũt̃/nõ minus eſt hoc de ſenario, quo tota fabrica partita enarrat̃: Nã ſenarius (ut Mathematici & Auguſtinus docẽt) eſt primus numerus pfectus: qa ex partibus aliquotis cõbinatis, uno y3, duobus, & tribus ad unguẽ reſultat/unde & gamon a Pythagoreis dicit̃: ꝓpterea q̃ partes ſuæ iuxta ſe poſitę ipſum gignant: Quælibet inſuper duæ partes aliquotæ cõbinatæ ſenariũ conſtituũt: ut ſexies unũ/ter duo/bis tria. Nec conſonantior quippe numerus ad mundi fabricam poterat reperiri ſenario: qui cõſtat ex proportione dupla, quam intra ſe proxime continet: Hęc aũt eſt quaternarii ad binarium: qui numeri ſimul iũcti ſenarium reddũt: Quod in aliis numeris uix inuenias, niſi in eis q̃ naturã ſenarii ſeruant: ut duplus, triplus, quadruplus, aut quadratus eius/& ſimiles. Eſt igitur ſenarius reſultans ex dupla proportione, quæ diapaſon facit omniũ conſonantiar̃ conſonantiſſimum. Ideo Pythagoras ipſum geneſi, nuptiiſq̃ prorſus accõmodatum aſſerit: & per conſequens mundi fabricæ, in qua ſunt ueræ nuptiæ, & cõnubia rer̃ celebrata. Conuenit quoq̃ ſenarius primo perfectus ſummo opifici Deo, aut fabricę ipſius, cui nihil deeſt: ſic nec ſenario per ſua membra digeſto deeſt aliquid, nec ſupereſt, nec deficit, nec excedit quicquã, nec effluit, nec influit aliqd, nec alienis indiget adminiculis: ſed æquale, temperatũq̃ eſt, & ſuis partibus, uiribuſq̃ nitit̃: atq̃ conſiſtit. Partes quoq̃ gignẽtes genitum ſimilem genitori reddũt: Ideo cum Deus opus ſuum ad hũc numerum partiendo ꝓduxiſſet, dixit Moſes: Perfecti ſunt igit̃ cœli, & terra, & omnis exercitus eorũ. Hinc & Orpheus iubet hymnos ſexta generatiõe finiri: qa de rebus creatis nõ ultra cani poteſt, cũ inibi tota ſit pfectio terminata. Docet itaq̃

Pytha.

Moſes

Augu.

Auguſtinus Deũ ſex diebus pfeciſſe opera ſua: quo numero potius myſteriũ, q̃ tẽporis partes ſignari opinat̃. Ideo etiã numeris indigemus, ad percipienda Dei & naturæ ſacramenta nõ qdẽ mercatoriis, ſed ſuis numeris diſtincta. Vlterius ꝓgredientes dicamus: q̃ ex figura trigona q̃optime hic numerus fabricæ cõuenit: huius.n. baſis eſt ternarius, ſũmitas unũ, intermedia duo, ut in obiecta patet figura ∴ Nã fabrica tota a tribus perſonis emanat, cũ eor̃ opa ad extra ſint indiuiſa: Tendunt quoq̃ in unũ finem, in quẽ omnia dirigũtur: Tranſitus aũt eſt per binariũ, materiã y3: Nã primũ huius egreſſus principiũ materia fuit, quæ binariũ ſapit: & in unũ reduci tẽdit ꝓ formã, quę ternarii gerit imaginem: ſicut ex omni parte in præcedenti figura ternarius per binariũ tendit in monadẽ: Ad quã reductis omnibus ſequit̃ ſabbataria qes diei ſeptimi claudẽtis, & terminãtis omniũ dierũ curriculũ. Hoc igit̃ ſenario longe excælſiore illo, qui dierum

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ſucceſſiõe numerat, fabrica partita eſt. Si admittat igitur Deus ſummus opifex ſuo pfecto ordine in opus ꝓceſſiſſe, facilis erit catholicoꝝ ſapientũ concordia cum philoſophis/maxime Academicis: Quoꝝ Princeps in Timęo dixit/q; Deus mundi propagator/producta gemina materia cœli/& terrę ſtatim poſtea lucẽ/qua res diſtinguerent, & diſtinctę cognoſcerent/ produxit: aut iuſſit rebus ineſſe: Ideo notãter dicitur (ut habet ueritas literæ) ſit lux ſup materiam/uidelicet ipſam informãs. Primo itaq; materia cœli/& terrę fabricata dicit ſimul & lux/p quã materia ipſa Artificis imagine/aut ſimulachro pingeret. Et hęc neceſſario fuit: & dicit prima egreſſio opificis in opus: & prima illuſtratio/aut lux uiſa obtenebrata materia, ex qua ſimul cũ luce facto cõpoſito apparuit primus dies ex ueſpere matériæ/& mane formæ cõfectus. Sed qa nequaq; cõueniebat materiæ totus diuinitatis affluxus, ideo ſecunda die collocatũ dixit arachiah/cortinã ꝟ/ uel maſſam cœloꝝ inter ſupexcælſum fontẽ lucis & aquaꝝ/& obtenebratam materiã/paucaſq; bonitatis aquas, ne maior eſſet aquaꝝ & bonitatis influxus, q̃ materiæ ipſi cõueniret: Sed hoc factũ dicitur die ſecũdo infauſto uidelicet. Hinc ſeparationẽ iſtã hebrei gemebunde legunt ſuprapoſito acentu, quẽ זרקא Zarco dicũt, quaſi dolentes de obſtaculo conſtituto inter affluentẽ bonitatẽ, & ſuſceptiuã materiã: Et hoc quo ad primæuã ꝓductionẽ. Sed nobis quoq; gemendũ eſt de hoc infauſto die: quo interpoſitũ eſt etiã inter nos & Deũ tribunal librãs quãtũ gratiæ, quãtũq; diuini affluxus unicuiq; admittẽdũ ſit. Exuberãtiſſimus eſt. n. fons diuinæ bonitatis, uñ magis q̃ ſuſcipiẽtes mereant, affluerent, niſi interiectũ fuiſſet obſtaculũ prohibẽs: prout ordinatiua iuſtitia exqrit. In die aũt tertio ſecũdũ quippe numeꝝ formalem rerũ formæ explicantur, & ſegregari dicuntur ab interioribus, & terreis, ideo dicitur: Congregentur aquæ/quæ ſub cœlo ſunt in locum unum, ideſt colligantur uires generatiuę infimul, & appareat arida: quæ illarum uiriũ collectaꝝ uirtute fœcundetur: ut ſubnectitur: Producat terra herbam uirentẽ: & lignum ſeminiferum, & ea quæ ſequuntur. Productis igitur formis, & depicta terra, ut apparerent, & uiderentur picturæ illæ, quarto loco dictũ eſt: Sint duo luminaria magna in globo, aut maſſa cœloꝝ: & diuidant. i. diſcernere faciant inter obſcurum, & lucidum: & uideantur ea, quæ colluſtrata ſunt ſuis formis: & ſecernant ab his, quæ adhuc in ſuis tenebris, & figuris obſcurioribus iacent. Quinto autẽ die uitali ex quinto charactere. ſ. ה uitam ſignificante plena uitę cõmunio deſcribitur/dum ait: Serpant, aut producãt aquæ ſerpiturã animæ uiuẽtis, & auẽ uolantem tã ſup terrã, q̃ ſup faciem cœloꝝ. Creauit quoq; Deus eodẽ die dracones magnos, aut cete grãdia, ut habet noſtra traductio: & oẽm animã uiuentẽ reptantẽ ſup terrã: unde intelligat Deus totius uitæ ſupioris, & inferioris author. Magna ſunt hic ſacramẽta: Primo, cur aquæ dicant

Plato

producere uiuẽtia & animantia, ſicut & ſemẽ eoꝝ aqueũ eſt: & cur primo ꝓducta illa animãtia ab aqs dicant, poſtea a Deo fabrefacta, prout aquæ ſerperant & produxerant, & quid ſit auis uolans ſuper terrã, & ſup faciem cœloꝝ. Sed nõ datur hic acceſſus ad tã intima penetralia: cũ propoſitum noſtrũ ſit percurrere cur, & quomodo opera illa per dies quinq; dicant diſtincta/& in ſexto numero quippe pfecto/& uitali/ex littera ו ſex & uitam ſignificãte/iteꝝ beſtiæ introducantur productæ in genere ſuo: & homo in forma pfectiſſima, cũ imagine/ꝟ & ſimilitudie Dei. Septimus quoq; cur requiei dicatur aſcriptus: ut cõueniant ꝟ requies/& dies ſabbati: ſicut coꝝ nomina in myſterioſa lingua hebraica conſentiunt.

Concordia antiquorũ in rerum unitate. Caput XII.

Peripa. Parme. Simpl.

PAtẽs eſt cõtrouerſia Peripateticoꝝ cum antiqs/Parmenide. Meliſſo & ſequẽtibus circa reꝝ unitatẽ: Quę altercatio ꝙppe uerbalis eſt: ut recte ſentit Simplicius/& alii ſapiẽtes: In quã cõcertationẽ intrarũt illi, q aut nõ intelligũt, aut ſe intelligere diſſimulant/ut diſceptãdi anſam nãciſcant: Quoꝝ litigia facile explicant ſi admittãt (ut debẽt) Deũ reꝝ authorẽ, ſuſtẽtaculum/& uniculũ: De quo

Plato

Plato ad Hermiã/Eraſtũ & Coriſcũ loques ait: Vos q tres eſtis/hãc epiſtolam legere oportet, uel ſaltẽ bini, & q̃to frequẽtius fieri põt: ut cognoſcatis Deũ oium reꝝ quę fuerũt, q̃ ſunt, & quę futura ſũt, Principẽ: & principis, opificiſq; cauſæ Pfem & Dominum: Quo mõ philoſophando apte fœlicis hoĩs nãm attingere poterimus: cognoſcẽdo ꝟ reꝝ cauſã finẽ, & ſuſtẽtaculũ, aut cõtinue diffuſũ i nos Deũ: iuxta qđ ſcribit ſapiẽs ille Aſtronomus:

Manil.

Nãq; canã tacitæ nãæ mẽte potentẽ Infuſumq; Deũ cœlo, terręq; fretoq;.

Ierem.

Sicuti p Ieremiã ait: Cœlũ, & terrã ego ipleo. Quod niſi faciat: uiuificet & ſuſtẽtet oĩa facile in nihilũ reſoluent. Sic itaq; oĩbus rebus eſt unũ eſſe diffuſũ: in q̃ ſunt: & cõſeruant. Cuius rei exẽplũ p̃bere poſſumus ẽt in ſenſibilibus: Nã ſol, qui (teſte Iãblico) eſt pſpicua imago diuinæ intelligẽtiæ: aut

Iãblicus Diony. Acade.

pſpicua ſtatua in hoc mũdano tẽplo (ut Dionyſius ſimul cũ Academicis docẽt) unicus eſt in eſſentia, & luce, multiplex tñ in radiis: ſicuti ipm primũ eſſe unicũ eſt in ſe: & illud diuinũ, æternũ, & imutabile, multiplex tñ in creaturis diffuſũ. Et ſicuti ſole cõtrahẽte radios oĩa tenebrę ſũt, Pari mõ auertente faciẽ ſuã diuino ſole oĩa turbant: & in puluerẽ ſuũ, aut nihilũ reducunt. Thales igit hoc eſſe contẽplãs, in ſua origine infinitũ illud aſſerit.

Thales Parme. Ariſto.

Parmenides aũt illud in radiis cogitãs finitũ eſſe dicebat. Nec tãti uiri negarunt radioꝝ diuerſitatẽ: ut ipſis impĩgebat Ariſtoteles: Nã ſicut ipſemet fatet. Parmenides poſuit principia reꝝ cõtraria, ergo multa cõceſſit: cũ in eodẽ cõtrarietas eſſe nequeat: Et ſi principia cõceſſit, effectus utiq; nõ negauit a principiis diſtinctos: alioq nihil ab illis diſtarent Principiis. Nec opinatus eſt Ariſtoteles (ut exiſtimo) Parmenidẽ, atq; Meliſſum uoluiſſe ge-

Idem Meliſſũ

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

nerationē,cuius assignabāt principia fieri secūdū apparentiam tm̄modo: sicut delirando dicit Auerois,& nouitiores nōnulli suū uolentes defendere Aristotelem:qui inuehitur contra antiquorum uerba,& non sensa:ut inde nanciscatur occasionē disputādi,ut satis urbane dicit Thomas:Reprobat Aristoteles uerba Platonis/ & alioꝝ antiquoꝝ non quidē ut refellat/ quæ Plato scripsit:sed quod uerba prætendunt:ne qui ex uerbis metaphoricis Platonis/quibus occultabat profundum sensum,in errorem laberentur:ut puta cum audiunt animam dici circulum,aut numerum,credant hæc dicta fuisse secundum materialem mathematicam:similiter quando omnia unum dicuntur,opinentur illud unum esse aliquod compositum,aut rem particularem:Omnia siquidem unū esse intelligantur:quia omnia ab uno habent,ut sint : sicuti omnes numeri habent suum esse ab unitate in ipsis diffusa.Nec multū ab istis distat Heraclitus : qui omnia propter sui mobilitatem,& instabilitatem conuenire dicebat in quodam uno permanēte,& intransmutabili:quod esse nequit, nisi illud diuinum esse:a quo omnia scintillant:Sed obscurius loquens (ut Hieronymus ait) a sudantibus Philosophis uix intelligitur.Cum istis quoq; Xenophanes consentit:si quis diligenter prospiciat ea,quæ ab Alexandro Græco recitantur: qui primo pipateticus fuit,postea Xenophanis familiæ addictus,eius dogma susce/pit,& scripsit:Cuius rōnes cōcludūt omnia esse unū in rōne primi,& præcipui esse,non in particulari ratione essendi:Cui consentiens Albertus ille magnus subnectit:Nullum est ueꝝ esse,nisi illius,qui dixit:Qui est,misit me ad uos.Nā ille est a se,& p se:cætera aūt nec a se,nec p se:sed tm̄ sunt, quantū de esse illius participant.In hūc sensum opinor finxisse ægyptiorum antiquitatem : & inscriptum fuisse Palladis peplum:Pallas est quicquid erat,quicquid est,quicquid erit,& quicquid uides:cuius uelum nullus sapientum aliquando reuelare potuit,: quia infinitum est illud esse suū diffusum,& inclusum in particularibus rebus, quibus tanq̄ uelaminibus quibusdam occultatur,ut capi nequeat:tum quia occultum,tum quia infinitum,& transcendens omnem captum præter suum:Pallas enim,quæ de cerebro Iouis nata dicitur,sapientiam illam significat: per quam,& in qua facta sunt omnia,iuxta propheticum illud:Omnia in sapiētia fecisti. Qua etiam replentur omnia:ut sequitur idem propheta: Impleta est terra possessione tua. Sicut & per Ieremiam nuper dictum fuerat,& alii multi sapientes conueniunt : & Poetæ decantant,inter quos Lucanus ait: Nilq; Dei sedes,nisi terra,& pontus,& aer,Et cœlū,& uirtus,superos qd queri/mus ultra? Iupiter est quodcūq; uides:quocūq; moueris.Hic forsitan didicit ab Isaia:in quo Deus loquitur dicens.Cœlū sedes mea,& terra scabellum pedum meoꝝ.Sane igitur intelligendo,quomodo omnia sint unum, dimissis sophisticis altercationibus, quas Aristoteles adduxit:ut præberet

Auerois
Thomas
Herac.
Hieron.
Xenop.
Alexan.
Albertus
DEVS
Aegyptii
Dauid
Ieremi.
Lucan.
Isaias

iuuenibus latam disceptandi materiam,omnes sapientes facile conueniēt circa illud unum in q̄plurima diffusum.

De prima rerum productione consensus. Cap. XIII.

QVantum aūt ad fabricæ ordinem spectat omnes unanimes consentiūt:q; erat/aut præintelligi debet subiectum quoddā informe omniū formaꝝ receptitiū:qđ Philosophi uocarunt materiā/aut hylē/ & aliq chaos:sed Moses תוהו ובוהו Tohu & bohu.i.informe quoddā:& in quo omne formandū erat,potentia vꝫ.Et q̄a ab ipso p̄ subiecto educenda inumera erāt: ideo dixit Anaxagoras ibi fuisse infinita.i.indeterminati numeri:&hæc deducta in actū p unicū illū intellectū/& naturē omniū fabricatricem:quā Aristoteles naturā uocat: quāuis aliquādo uideatur hanc naturā distinguere a Deo: & eā ipsi associare sæpius repetens:Deus & natura facit,uel non facit.Sed hæc natura disponens,uel distinguēs nihil aliud est(ut alibi diximus) nisi ipse Deus. Vnde consentit Aristoteles cū Anaxagora,q; Deus de materia/aut massa illa omnia deduxit:In qua eductione,cū præsupponatur materia, in quā inducit,aut ex qua deducitur (ut Peripateticis placet) & forma quæ inducitur,& potētia,uel aptitudo,aut dispositio materiæ.Hinc resultāt tria principia peripatetica,materia,forma,& priuatio.Nec dissentit Pythagoras:qui astruit in hac fabrica intercedere par,& impar:Par enim secundū philosophantes per numeros materiā significat/maxime binarius: impar autem formā.Gradus quoq; formaꝝ/& reꝝ compositaꝝ per parem/& imparem numeꝝ cōsonantissime distribuūtur.Et quod Pythagoras per numeros/Plato per magnū/& paruū describit:cū omne quod est/maiorem, uel minorē gradum essentiæ,& perfectionis,sortiatur,distinctum per pares,& impares numeros.Vel si de corporibus fit sermo:quodlibet ad litteram habet magnā,uel paruam,siue mediocrem quantitatem: quæ etiam per numeros pares,& impares terminatur,& secernit.Non igitur per magnum,& paruum materiā tm̄modo intelligit Plato:ut uidetur ipsi impingere Aristoteles:Qui eius assiduus auditor bene noscere potuisset Platonē uocasse materiā sinū informē,potentiā matrē mūdi,nutricē formaꝝ,subiectum,receptaculū:& huiusmodi nulla quātitate, nulloq; gradu distinctū. Quā materiā,quia massa quædā est,ut docet Abrahā in libro de Formatione/Hinc Democritus dixit cōgregatam ex atomis aliquando densius, & aliquādo rarius.Idcirco Empedocles inter principia,densum,& rarum collocauit.Et q̄a cōtinua,& solida condensari nequeūt,ipsos atomos indiuisibiles dixit Democritus esse māle principiū:Quæ mā inanis est,nisi cōstypata,aut dilatata disponatur in subiectū capax formæ ꝑducendę:ideo indiguit agente,& dispositore aliquo.Sed cū nullus reꝝ dispositor intelligi possit ante mundi fabricā nisi Deus,& author uniuersi,igit Democritū

Moses
Anaxa.
Aristo.
Idem
Anaxa.
Peripa.
Pytha.
Idem
Plato.
Idem
Aristo.
Abrahā
Demo.
Emped.
Demo.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

habemus consentientem aliis sapientibus: qui dicunt summũ opificem ex materia omnia composita produxisse: a quo etiã formas omnes emanare necesse est: siue educantur de gremio materiæ: ut uolunt Peripatetici, siue ab ipso datore formarum immediate emanent: ut aliis sapientibus placet: quia generans, & producens dicitur, qui formam deducit in actum, quomodocũq; id fiat. Sed cum Democriti oculus non uideret: cur magis hæc pars, q̃ alia tertiæ cohæreat: aut cur potius forma illa in hoc, q̃ aliud subiectum induceretur, id casu fieri opinatus est: Quod tamen non est absq; causa: sed quia nobis incognita, si effectus expectatur, dicitur a fortuna: si uero præter spem, aut nobis non opinantibus euenit, fortuitus nuncupatur. Empedocles uero a sensibilibus elementis exorsus eorum progenitorem tacuit: uel quia eius perscrutationem cum physica, de qua intendebat, minime conuenire prospiceret: uel quia noluit proponere, quod determinare nequiret: Nam (ut alibi diximus) nõ esse de diuinis ulterius affirmandũ docet Plato, nisi quantũ diuinum pandit oraculum. Vnde qui sillet, non ex hoc discedit a ueritate, neq; a Mosaicis institutis: qui (oraculo docente) de elementoꝝ, & omniũ rerum progenitore præcipuo disseruit. Asserit quoq; per litem, & amicitiã omnia disponi, generari ꝝ per cõuentionem partium in compositũ, & dissolui per dissidium partium a toto, in quo conueniebãt. Et quia amore cõnectuntur omnia, ideo Moses inducit spiritum/ qui amor est, & nexus reꝝ (ut suo loco Deo fauente explicabimus) incubantem, & cõfouentẽ aquas, illas ꝝ ex quibus omnia uiuentia generãtur: Animalia.n. ex aquis ab Artifice produci iubentur: nec plantæ sine aqua producuntur, quãuis dictum sit: Producat terra herbã uirentem. Nam terra sine humore aqueo minime producit.

Peripate.

Empedo.

Plato

Moses

De concordia Peripateticorum in generali, aliorum quoq; omnium in essentialibus. Caput. XIII.

STatuimus ut Peripatetici, & alii q̃plurimi iniucundã sapientum harmoniam cõueniant: Quod profecto tanto uidebitur difficilius, quanto magis illoꝝ princeps, ut singularis, & excellentior haberetur, ab aliis etiã nõ dissentiens dissentire uoluit, a Platone maxime, prosequens processum oppositũ. Duplex est enim processus: sicut & duplex natura: ut ipse Plato meminit. Altera sensibilis: de qua est opinabilis ratio: quã scientiam uocant: Altera uero incorrupta natura melioꝝ substantiaꝝ, immutabilis, constans, cõtinua, semper eadem, quæ non penetrabili cogitatione percipitur: uerum mentis acie uidetur. Hæc uocatur diuina scientia: quia de diuinis tractans, & diuinitus edocta est. Præcedens autem dæmoniaca nuncupatur: quia de terrenis est: & quia suggesta ab iis inferioribus intelligentiis: quas Marcus Tullius lares, Apuleius modo lares, modo genios, Alii uero dæmones appellant: qui

Plato

Tul. Cic.

Apuleius

continentur infra lunarem orbem, circa reꝝ terrenaꝝ intelligentiam uersantes. Hinc Græci tam Peripatetici, q̃ Platonici ipsum Platonẽ diuinũ, Aristotelẽ uero dæmonẽ uocauere: qa illi semp cura fuit, & de diuinis tractare: & ab eis addiscere: qui a diuinis oraculis susceperant: Hic aũt propriis uiribus innixus ea tm̃ admittere uoluit: quæ suis sensibus & rationibus probare iudicabat: Hac enim uia uenatus est motus multiplices, qualitates quadrifarias, tria reꝝ principia, causas quattuor, & huiusmodi: quæ facile ex sensibus deprehenduntur. Nec ultra progreditur sensibilis doctor: nisi transgrediatur (ut ipse ait) metas suæ sensitiuæ doctrinæ: Quod & aliquãdo facit confitens Deum reꝝ effectorem: quãuis infra sensitiuos limites cõtentus asserat mundũ ingenitum, & tollat a Deo reꝝ facturam. Si tamẽ illum in conuentũ platonicoꝝ, & diuinoꝝ sapientum conducere uoluerimus/ is unicus mihi uidetur modus: ut (quẽadmodũ a musicis aliquando fieri solet) obseruemus istum ab infimis suprema petentem: Platonem uero cũ Iohãne a summo progenitore ad ima descendentẽ: Hic.n. a uerbo incipiens ait: In principio erat uerbũ: & uerbũ erat apud Deum: & Deus erat uerbũ. Postea descendit per ideam, & lucem nobis præstitã, ad diuina cognoscenda usq; ad carnem ab ipso uerbo assumptã: Qualem etiã binum progressum obseruatum demonstrabimus in conuentu pertractando rerum diuinaꝝ cũ elementaribus, & inferioribus: A Deo enim per ternarium deuenitur usq; ad cœlos: & illuc conscenditur ab elementis per quaternariũ: ubi cõuenientes, & conducti numeri per alterutrũ duodenarium constituunt: quo numero partitum est cœlum, & multifarie decoratum: ut suo loco (Deo fauente) explicabimus: Quẽ progressum obseruant ii duo præcipui philosophoꝝ principes. Plato igitur Pythagoreorum, & antiquioꝝ sapientũ uestigia prosequendo uolens describere mũdi fabricam ab opifice per uiam numeroꝝ exorsus est: De quo cũ difficultate maxima (ut ipse fatetur) inuento hæc profert: Vnã in principio accepit ex uniuerso portionẽ: secundã autem primæ duplam: & cætera quæ sequũtur. Aristoteles autem (maxime in libro de physico auditu) a principiis inferioribus, & elementaribus exorditur conscendens per motus uarios usq; ad primũ motorẽ Deum inuestigandum. Plato iteꝝ ex oraculis, & ex iis, quæ ab antiqs uenari didicit, ex numeris iacit suæ doctrinæ fundamenta: cũ numeri rebus diuinis, terrestribus, & humanis domestici sint. Patet igitur, si quis prudenter conduxerit illum per ternarium diuinorũ, & hunc per quaternariũ corporeũ, & sensibilem ad duodenarium utrisq; cõmunem deueniens, illic eos conuenire faciet. Et (ut clarius loquamur) procedat uia peripatetica ab elementis, & imis reꝝ principiis usq; ad cœlestẽ machinã, quæ uidetur: & tractatio erit de motu, generatione, corruptione, alteratione, augmento, diminutiõe, & motu locali usq; ad ipm̃ pri-

Plato.

Aristo.

Idem

Plato

Iohan.

Plato.

Aristo.

Plato

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

mũ motorẽ qm̃ sit. Sed de eius arcanis, de mũdi genitura, de intelligẽtiis, & huiusmodi cõticescãt isti uenãtes ueritatẽ p sensus: & ea relinquãt illis, qui expurgatis oculis ipsa uiderũt: aut eadẽ suscepe ab his, q uiderant: aut per silitudinẽ, & sacra numeroꝝ ꝓcedãt: qbus nihil est familiarius diuinis rebus. Eodẽ mõ cõducãt negotiũ animæ (q̃tũ fas est) p suos sensus, relinquẽtes ea, quę trãsgrediunt̃ physicas metas, sapiẽtibus diuinis. Et si aliqua inter eos uidet̃ dissonãtia, a supioribus doctoribus remittant̃ fibræ: ab inferioribus aũt cõtrahant̃, & subleuet̃ sonus: sicut in instris fieri solet: & ueniet̃ eoꝝ cõcordia: Ad quã cõducẽdã, operã, & industriã apponeremus: nisi negotiũ nimis nos a ꝓposito nr̃o distraheret: qđ est cõcordare non tm̃ sapiẽtes, sed oia quæ in machina ista cõtinent̃.

QVo cõsonanti numero summus opifex in creata omnia descendat. Tonus tertius.
Quõ unus per uiginti septẽ distendatur. Cap. I.
Quanto ordine a Deo trino per ternarium fiat in fabricata omnia progressus. Cap. II.
Quomodo Angeli per primũ nouenariũ simplici ternario correspondentem distribuantur. Cap. III.
Sicut Deus descendit in nos per tripartitũ Angeloꝝ ordinẽ, ita per eos in Deum conscendere possumus. Cap. IIII.
De intelligentiaꝝ Authore. Cap. V.
Quõ secũdo q̃drato ternario Opifex cœlos fabricauerit. Cap. VI.
Quõ Planetę, aut stellę opent̃ in iferiora bonũ uel malũ. Cap. VII.
Vnde proueniant mala, an ex influentis malitia, an ex mala dispositione recipientis. Cap. VIII.
Rõnibus cõprobant̃, q̃ sapiẽtũ sentẽtiis iã decreta sunt. Cap. IX.
Quod nec Saturnus, neq; Mars, neq; quodcũq; aliud sydus sit malum, ut præferebatur. Cap. X.
An stellæ agant in nos necne: & si agunt, utrum cogendo, aut disponendo. Cap. XI.
Qualiter tertio quadrato ternario elemẽtaria omnia produxerit omnium Artifex. Cap. XII.
Cur quaternario numero elementa sint distributa. Cap. XIII.
Quod elemẽta repiantur in oibus mũdanis mẽbris. Cap. XIIII.
De alia partitione reꝝ elemẽtaraꝝ, per quã tollunt̃ instantiæ multæ, quæ possent fieri circa prædicta. Cap. XV.
Quod elementa reperiantur non tm̃ in hoc terrestri mundo, sed cœlesti, supracœlesti, & Archetypo. Cap. XVI.
De figura elemẽtoꝝ secm̃ Pythagoreos, & Platonicos. Cap. XVII.

QVOMODO VNVS PER VIGINTI SEPTEM DISTENDATVR. CAPVT PRIMVM.

MONADEM in multitudinẽ diffusam oibus sapiẽtibus patet: Sed quõ unitatis natura cũ multitudine cõueniat, & absq; discrepãtia in ea cohabitet, hic nobis labor exãclandus est. Neq; alio quoquomodo conuenire põt, nisi p unitatis harmoniã: quæ in multitudine cõperitur. Hinc Plato Timęum locrum imitatus animæ, & mundi fabricam describit per acceptã monadẽ: & per duplatas, triplatas, & quadriplatas proportiones usq; ad uiginti & septẽ, cubũ v3 primi numeri deuenit, addens omnia interualla repleta fuisse. Quod ut faciant eius interpretes Proculus, Chalcidius, & posteri senariũ primũ perfectum numeroꝝ unitatis loco collocãt: quẽ eodem ordine duplando/triplandoq; usq; ad .162. deueniũt: Et tunc interualla replent diapẽtica, diatessaronica harmonia, tono etiã, semitonio, & lẽmate: ut tota anima/totusq; mundus harmonicus sit: & omnem contineat diuinã harmoniã: Nam primus, & summus Monas in primũ numerũ, ternarium v3 diffunditur: qui si quadretur nouenariũ complet: Quo numero intellectuũ separatoꝝ ordines, cœli, elementariaq; omnia summa harmonia distribuuntur: ut infra demonstrare prætendimus: Qui numerus si ad cubũ reducatur, uiginti septem illos supra memoratos reddit. Sed anteq̃ gradus isti harmonici reꝝ distribuãtur, materia prima (quã Poetæ Chaos, Græci Hyle, & Hebrei הוהו .i. Hiuili uel Tohu dicunt) præexigebatur: quæ cũ numeratis non cõnumeraretur: sicut agens primũ, & summus monas in alioꝝ numerũ non uenit: quãuis per unitatem suam omnibus præstet, ut numerentur. Hinc sapientissime Moses ante reꝝ fabricã ꝓductionẽ materiæ præmisit dicens: In principio creauit Deus cœlũ, & terrã, materiã v3 utriusq; quæ postea formata sunt: Nam alteri formam tribuit secundo die, dum ait: Sit arachiha in medio aquaꝝ .i. extensum uel expansum omnium cœloꝝ: Vnde sequitur & uocauit arachiha cœlos. Nec enim arachiha firmamẽtũ est: ut habet traductio nostra: sed globus, & massa omniũ cœloꝝ: Quod cõprobatur in eo, quod sequitur: Fecit Deus duo luminaria magna, & stellas: & posuit ea in arachiha: Nec.n. in firmamento .i. stellato cœlo posita sunt illa luminaria: sed unũquodq; in orbe suo: ex quo cõcludit̃ illud arachiha significare glomeratũ quid ex omnibus orbibus. Terræ aũt formã tribuit tertio die, in eo, qđ ait: Congregent̃ aquæ quæ sub cœlo sunt in locũ unũ: & appareat arida: quã aridam uocauit terrã: Quod ut clarius exprimeret, supra dixerat: Terra autẽ erat tohu, qđ chaos, uel rudis q̃dã massa, uel materia exponit̃. Sequit̃ ובוהו uabohu, cuius significatũ est/Et in q̃ ipm. .i. formãdũ inerat:

Plato

Procu. Chalci.

Moses

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Nã in materia omnia (ut triuiale est) potentia ꝑexistunt anteq̃ in formas proprias explicent. Intermedia igit̃ genera uigesimo septimo numero cõplent: inter quę genera multa sunt interualla, harmonicis secũdoꝝ generꝝ, & spẽrũ numeris, aut gradibus cõplenda: & in spẽꝝ latitudine singularia eodẽ ordine/ suaq; harmonia collocantur: Habet.n. latitudinẽ quãdã spẽs ipsa: quãuis numero cõparet̃: qui nullã uidet̃ hẽre latitudinẽ: Si tamẽ diligẽtius introspiciat̃: partit̃ unitas qñ tonus, qui ex unitatis excessu, nouenarii v3 ad octonariũ generat̃ in semitoniũ: & illud in lẽma dimidiũ v3 semitonii diuidit̃, mutatis numeris minoribus in maiores. octo. ſ. in. 16. & .32. 9. uero in. 18. & .36. qd̃ apud musicos cõmune hẽtur. Diuidit̃ itaq; numerus nãlis, qui est rerꝝ proportio, quãuis uocalis non diuidat̃, nisi in supiorẽ numerꝝ reductus. Tantũ.n. differt homo ab homine/ & equus ab equo: Canis quoq; a cane: ut necessarii sint gradus in ipsarꝝ specierꝝ latitudine. Viginti igit̃ & septẽ sunt prima rerꝝ ꝓductarꝝ genera in tres nouenarios distincta, supcœlestem v3/ cœlicũ, & elementarẽ: Quoꝝ concordiã harmonicã a Deo summo infusam (ipso fauente) declarare ꝓtendimus: Ex Archetypo.n. ad Angelicũ orbẽ, hinc ad sphæras, & inde ad terrestre uolumẽ unitas illa oĩa reddens cõsonantissima descẽdit: ut qcqd in unoquoq; est/ ititdẽ in reliquis suauissima ꝓportione respõdeat, uocibus utiq; uitæ energia canoris: Quas uitæ uoces spũs uitæ a primæua institutione subministrauit. Hinc Moses Moſes
ait: Et spiritus Elohim uolitabat sup aquas, primordialia v3 rerꝝ semina, ea cõfouendo/ uitãq; unicã præstãdo suauissimã. Deus enim (inquit Apls ex Paulus
Arati sñia) est in quo uiuimus/ mouemur/ & sumus/ mediante illo spiritu, qui intus alit: & mente, quæ agitat totã molem rerꝝ fabricatarꝝ: ut antiqui dixerũt uates. Sed & ipse Deus ꝑ Ieremiã inqt: Cœlũ, & terrã ego impleo. Maro
Quem spũm, & quẽ Deum infusum cœlo/ terræq;/ fretoq; Platonici animã Ierem.
mũdi dixere: ut nõnulli eorꝝ clare ꝓfitent̃: Qui mundi mẽbra uiuificando/ Platon.
colligandoq; harmonica cõcordia/ cõcentus mũdani instrumenti redderet cõsonantissimos. Hoc uidit Pythagoras: cuius studiũ in numeris, & his cõ Pytha.
sonãtibus inerat. Hoc inuit Anaxagoras: qñ unũquodq; in alio/ aut quod/ Anaxa.
libet in quolibet (ut irridendo dicunt peripatetici) contemplabatur. Non quidem Asinum in musca, aut Elephantem in carduele, uel cœlum in pulice asserens: sed species uniuscuiusq; in alio mirabili affinitate representatas, & eadem uniuersali uita uiuentes, & amica societate unitas: ut unius ad alterũ per corruptionẽ, & generationẽ propriarꝝ formarꝝ facilis relinqueretur transitus, & symbolũ, existente eadẽ materia, & uita omniũ: unde ad inuicẽ resultet ꝓportionatus cõcentus: Sed nõ explicauit: qd̃ nec clare forsitan ꝓcepit. Pythagorei aũt, & Academici lumine diuino, & ꝓphetico col Pytha.
lustrati/ qa ab eis fuerãt edocti, qui illũ spũm a diuinis hauserant oraculis/ Acade.
id aptius tradiderunt. Ipsi autẽ diuini uates ad Symposiũ illud Deificum

euecti, ubi formæ, & exẽplaria rerꝝ cõcinna suauitate, unico sono in eodẽ unico uerbo rñdent, clare ꝓceperũt concentũ illũ: Quẽ in tã uaria mẽbra mundani instrumẽti diffusum hac crassiori carne prægrauati sentire non possumus: nisi nunc unũ, nũc aliũ modulũ suscipiẽdo, oẽs in mẽte colligamus: ubi harmonicũ illũ rerꝝ creatarꝝ ad inuicẽ, & cũ Artifice cõcentũ aliquali suauitate ꝓcipiamus: unde ad cõsummatissimos hymnos cũ matutinis astris subleuari possimus: & simul cũ ciuibus illis, plenis faucibus in Plato. Opificis laudes resonare. Sola enim (inquit Plato) Philosophi, aut ueri sapientis cogitatio alas ꝑ crassiorẽ corporis molẽ demissas recuparꝝ: quibus ad supcœlestia uolãdo ꝑ mũdana hęc, & cœlestia, eorꝝ modulos aliquat̃ ꝓcipit: donec ueniat qd̃ ꝓfectum est: cui cedat, qd̃ ex parte est. Proponemus itaq; triũ Enneadũ cõcordiã: ex quoꝝ una ad aliã ordinatis gradibus conscendentes ad Archetypũ totius cõsonantiæ fœcundũ deueniamus.

Quãto ordine a trino Deo per ternarium fiat in fabricata omnia progressus. Caput II.

PHilosophoꝝ Pater, naturaliscq; ordinis, & cõcentus solertissimus indagator Pythagoras, qui priorẽ in naturalibus nõ habuit, secundũ nõ uidit, disciplinã suã non tm̃ ex Chaldeis, & Pytha. Chaldei Assyrii Assyriis hausit, sed ex Hebreoꝝ sapiẽtia occultiori imbutus, tm̃ ternario numero attribuit (sicut ab eius sectatoribus hẽmus) ut oẽm Deitatis rationẽ, & cõsequẽter uniuersum ternario ꝓfici asserat: Crescit.n. numerus omnis trino augmento/ in longũ v3/ latũ/ atq; profundũ/ ultra qd̃ nõ datur ꝓgressus. Dimensio insup perfecta in corpore, eodẽ triplici augmento cõsummat̃, tripliciq; intersecatione, recto angulo. Nec.n. plures recti anguli in aliqua figura possunt causari: q̃uis obtusi & acuti q̃plurimi. Trina itaq; est ꝓductio numerorꝝ, & q̃titatis cõtinuę: Nã si unitati addat̃ numerus, linearis fit: Et si punctum in longũ protrahitur: lineam cõstituit. Si uero numerus crescit in latũ, supficialis efficit̃: & si lineæ addatur latitudo: in supficiẽ mutat̃. Si iterꝝ numerus in profundũ deducat̃: corporalis fit, solidus, & cubus. Et si latitudini ꝓfunditas adiungit̃: corpus constituitur. Corpori ãt trimetro, & numero cubo, nihil addi põt, ut Philosophi oẽs Pythagorei, & Mathematici docẽt. Hinc Aristoteles hunc numerꝝ in Pytha. principio sermonũ de cœlo celebrat: Habemus/ inquiens/ ternariũ numerũ a natura: & sustinemus ipm̃ quasi legẽ, scd̃m quã v3 omnia disponant̃. Mathe. Hinc scd̃m eundẽ numerꝝ tenemur magnificare Deũ rerꝝ omniũ opificẽ, Ariſto. & creatorem. Tribus etiã omnia spũalia, & corporalia cõstãt, principio. ſ. medio, & fine: quã trinitatẽ hauriũt ab illo supexcælso ternario: a quo oĩa, in quo omnia, & ꝑ quẽ omnia: ut docet Paulus. Tribus insup (ut Trisme- Paulus
gistus ait) perficitur mundus. himarmene, necessitate, & ordine: quæ sunt, Triſme.
causarꝝ cõuentio ad inuicẽ, executio uel fœtura, & fœturę debita distribu-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

tio: Tribus etiam (ut ſapiens ait) Deus mundū diſpoſuit, numero, pon/ Sapiēs
dere, & menſura: Quibus omnia ſupexcælſæ trinitatis gerant ueſtigium:
Numerū enim ab illa ſumma unitate, & fonte omniū numerorum habet:
Pondus ab illa ſapientia, quæ omnia librat: Menſurā ab illo Artificis ſpi/
ritu, qui unicuiq; conuenientē portionem tribuit. Hinc Magi tres princi/ Magi
pes ſuper mundū opinabātur, Oromaſim, Mitrim, & Araminim. i. Deū,
Mentē, & Animā. Dei enim excælſi propriū eſt unitas: Mentis uel ſapiē/ Plato
tiæ ordo, uel pondus: Animæ autē, uel ſpiritus menſura, & motus. Quod
Plato per ęnigmata ad Dionyſium Regē percurrit, dum ait: Circa omniū
Regē cūcta ſunt, ipſius gratia omnia, ipſe pulchroꝝ omniū cauſa. Omnia
nāq; ſunt circa Regē eius unitate connexa: & ipſius gratia omnia ponde/
rata ſunt: & ad ipm cuncta ordinata: & ipſe omnia numerādo, & propor/
tionando pulchroꝝ omniū eſt cauſa tā efficiens, q̄ finalis, & regens, & ſu/
ſtentās, principiū vꝫ, mediū, & finis omniū: ut Orpheus antea decantaue Orphe.
rat: & Plato iteꝝ repetit in epiſtolis: Omnia, inquiēs, ab ipſo proficiſcun/ Plato
tur: & illum repetunt: atq; in eo quieſcunt: & ſuſtentantur: A Patre enim
omnia tanq̄ a primo fonte proficiſcuntur: & in filio tanq̄ in domo p ideas
reſident: Cuius filii, & ſapientiæ diuinæ ſigillum (ut habetur in theologia The.he
hebreorum) eſt ב/bet, aut bait, quod domū ſignificat: Omniaq; per ſpiri/
tum ſanctum in formas proprias explicata ſunt: unde totum opificium
ab אֱלֹהִים elohim cōfectum deſcribitur: Quod nomen non eſt plurale (ut
aliqui exiſtimant) ſicut ipſius punctatura indicat/ſed ſingularis exiſtens
in bina. i. intelligentia, quæ ſpiritui ſancto attribuit. Hinc in Eccleſiaſtico Eccſia.
dicit: Et ſpiritu intelligētię replebit illum. Quā triniratē etiā Hermes ſub Herme
ęnigmate ſphæræ docet, dum ait: Deus eſt ſphæra: cuius cētrū. i. Pater eſt
ubiq; p ſuā potentiā: circūferētia uero. i. ſapientia, & Filius Dei nuſq̄: quia
capi nō pōt, & omnia circūplectit: ut in eodē Eccleſiaſtico legimus: Gyꝝ Idem
cœli circuiui ſola, & in profundum abyſſi penetraui. Relatio uero mutua
utriuſq; centri vꝫ/& circunferentiæ ſpiritū & amorē reciprocum reſignat.
Hinc a trino Archetypo emanare nō debuit fabrica, niſi trina, & trique/ Pytha.
tro ordine, & numero ſonoro: ut Pythagorei, Platonici, & Boetius diſſe/ Platon.
runt. Non. n. oīs numerus harmoniæ cōuenit, ſed ſuis cōſonantibus ꝓpor/ Boetius
tionibus coaptatus. Ternarius itaq; ſimplex Deo ſimpliciſſimo attribuit:
qui ſūma unitas exiſtēs in tres tñ diffundit hypoſtaſes, mō qdē inexplica
bili, q̄uis multi explicare conentur. Ternario uero quadrato, aut ſuperficiali
diſtribuūtur tres enneades: ut ſint nouē intelligentiaꝝ ordines, nouē cœli,
nouēq; genera corruptibiliū, & generabiliū: Quæ oīa decimo nō ſine mi/
rabili ſacramento (ut ſuo loco declarabimus) pficiunt. Ternario aūt cu/
bo, uel ſolido complentur oēs ſimul enneades: In quo oēs muſicę propor/ Plato
tiones cōcluduntur: ut innuit Plato: & Proculus longa ſerie diſſerit. Procu.

Quō Angeli

Quomodo Angeli per nouenarium noſtrum ſimplici ternario correſpon/
dentem diſtribuantur. Caput III.

Diony. Iāblicus Theolo. NOuem eſſe Angeloꝝ ordines/ſiue gradus apud Dionyſium, Iamblicum, & nouiores Theologos exactiſſimū eſt: Et no/
uenario numero (non quidem ſimplici, ſed aliquo modo cō/
poſito) cōſūmantur: Quia, & ipſi ab intellectu ſimpliciſſimo
ſeiuncti (unde ſeparati intellectus tā a philoſophis/q̄ a ſapiētibus hebreis
dicuntur) aliquā compoſitionem admittunt: quia in eis eſt eſſentia/& uir/
tus ipſos pficiens: uel materia (ut inquiūt) metaphyſica & forma. Nec. n.
recedentes ab actu puro ſunt penitus/a/materia expoliati: cū in latitudine
rerum pateat, q̄ quicquid ab actu puro recedit, ad materiā neceſſario de/
clinat. Vnde Dionyſius de Angelis doctor p̄cipuus aſſerit ipſos imixtos Diony.
eſſe, materiæ uidelicet. Veꝝ quia in ipſis gradus ſunt perfectionis/Deo ꝓ/
ximiores p̄ ternario diſtribuunt/expreſſiorē ſimplicis ternarii gerētes ima
ginē: Sequētes uero duplato: Et ultimi tertiato ternario concludunt. Pri/
mi itaq; expreſſiori imagine trini Dei gaudentes diffuſionem illam ſūmæ
monadis in trinitatem/repręſentant: Deus. n. & Pater omniū habēs eſſen/
tiam intellectui ſuo obiectā (quæ a Theologis memoria fœcunda dicit) ſe
ipſum intelligendo ſapientiam/aut uerbū/uel cognitionē ſuiipſius gignit/
quæ filius dicit. Hinc ille patris ſibi nomen cōparat: Producta nanq; ſa/
pientia/cū ſit ꝓducenti ſimillima, & ab eo nāli ꝓgreſſu emanās, filii ſortit
nomen. Amor aūt pullulans ex utriuſq; cognitione: qui ſūmū bonū ſunt,
ſpūs/nexuſq; utriuſq; nominat: Cui amori parētē cū prole cōnectēti ordo
correſpōdet Seraphicus. Cherubicus uero plenus ſapiētia/& decore/ſūmę
ſapientiæ reſpōdet, & filio: qui patris eſt cōplacentia, & reꝝ omniū decor.
Throni uero ipſi Patri inſeruiunt, in quibus ſedens gloriat continua uer/
bi/& ſpiritus productione: In qbus & mūdū diiudicat, ut in pſalmo legi/
tur: Parauit in iudicio Thronū ſuū. Ad quē etiam Filium aduocat, omni/
modā iudicandi tribuens ei ptātē: ut in Apocal. ipſemet perhibet: Ego, in/ Apoca.
quiēs, uici: & ſedeo in Throno Pris mei. Sed cum ſummū bonum in alios
facile ſe diffundat: hinc & aliū triplicem ordinem, quo ad creaturas pro/
ducendas, nec non & gubernādas ſe haberet, produxit: Quibus ordinibus,
& miniſtris, tanq̄ magnificus opifex, & princeps, operari & regere ſtatuit.
Sed unum hic præcauendum eſt: q̄ Deus (ut in hoc Auguſtinus, & tota
Theologoꝝ ſchola cōueniunt) ſemper trinus/& indiuiſus operatur ad ex/
tra: ut nunq̄ aliqua perſonaꝝ ſine cæteris operet: Quod & exemplis com/
probat: habemus (inquit Origenes) a patre, ut ſimus: A filio, uel uerbo,
rationis uel ordinis cōmunionem: Vitam uero a ſpiritu uitæ, qui rotis in/
cūbit mūdanis/& ſupercœleſtibus. Quia igitur dat Deus Pater omnibus,
ut ſint/Dominus omnium merito dicitur: de quo in ſacro eloquio legitur:

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Dominus uniuersoꝝ tu es. Hinc ei dominationis ordo respondet. Et quia præest: debito ordine/potestate, quã tribuit filio: qui ait: Data est mihi oĩs potestas in cœlo, & in terra. Potestates nominant, qui exequũtur ea, quibus præsidere filio datũ est. Et quia dat uitã/cõstantiam/& sanctimoniam omnibus rite dispositis per spiritum sanctitatis, & uitæ alius ordo exquirebat, uirtutum v3: per quas conducerent omnia ad ueram uitam/& sanctimoniam. Et hoc est, quod Psalmographus canit: Spiritum oris eius oĩs uirtus eorum. Et quia trinus trina se cõicat ratione, trinarioq; ordine: ideo curauit producta omnia (maxime hominẽ, cuius causa facta sunt omnia/& in quo omnia cõtinentur) trifario gradu regere. Distinxit nanq; humanum genus per gradus superiores, & inferiores: partitusq; est, & distribuit regna, & prouincias: qbus iussit præferri aliquos in spirituali, alios uero in ciuili regimine. Quibus prouinciis, & regnis principatuũ ordinem præposuit: Archangelos autem principibus, & prælatis: Angelum uero unicuiq; homini unũ resignauit: ut recte sentit Hieronymus super illud sũmi Principis: Angeli eoꝝ semper uident faciem Patris mei, qui in cœlis est. Matth. Hiero.

Sicut Deus descendit in nos per tripartitum Angelorum ordinem, ita nos per eos in Deum conscendere possumus. Caput IIII.

NOtissimum est apud Dionysium non modo intelligentias inferiores, sed etiã nos illuminari, purgari, & perfici a superioribus: Quibus si assentimus, facile ad Angeloꝝ gradũ, & ordinem nobis proximiorẽ conscendimus: Ex quo recte agendo, & expurgati aliis merito præferimur, & de nobis Archangeli. i. principes Angelici curam habent: Inter quos prælatos, & subiectos principatus intersunt, ut hos subiiciant, illos autem euehant ui quadã occulta: Quam & si neuter eoꝝ percipit, sentit tamen subditus iugum quoddã præsidentis: a quo facile se absoluere nequit: immo timet, & reueretur uim illã: quã prælatis principatus influunt: prout ipsi hauriunt a terrifica sede diuinæ maiestatis: quę in aquilone sita, terrificis legibus, & igneis omnes tam angelicas, q̃ humanas mentes sub iugo seruitutis ligat: Quarum transgressio malum culpę: & punitio malũ est pœnæ: ut Ieremias spiritu diuino subuectus uaticinat: Ab aquilone panditur omne malum. Vnde ille homicida, qui ab initio in ueritate non stetit, peruicaci arrogantia prorupit dicens: Ponam sedem meã ad aquilonem: & ero similis altissimo, princeps v3 malæ, & cõfusæ syluæ: sicut ille principat in regno pacis, & quietis: Inde mũdi, idest rerũ seiunctarũ a Deo princeps sæpius a uero principe nominat: ut in Euãgelio, cuius titulus est secundũ Iohãnem: Venit, inquit, princeps mundi huius: & in me non habet quicq̃. Et iteꝝ ait, cum de triumpho quẽ de ipso erat reportaturus dissereret: Nunc Princeps mundi huius eiicietur foras. Et ad eandẽ aquilonarẽ partem mortales, dum legem trãsgrediunt, Dionys. Ieremi. Iohan.

se se conferunt: ut inde reportent suę transgressionis pœnã: ubi pauefaciẽtes filii elohim. i. iusti iudicis Dei seuere diiudicant: & iudicium acerrime exequunt: ut dęmonibus/& hominibus timorem illũ Dei incutiant: quem pahad פַּחַד hebrei dicunt: De quo Iahacob horũ sacramentoꝝ magister loquens cum socero Labã Arameo dixit: Nisi Deus patris mei Abraham, & timor patris mei Isahac affuisset mihi, forsitan nudum me dimisisses. Et iterũ: Iurauit Iahacob per timorem patris sui Isahac: Cui uim Deus pręstauerat ab illo tribunali roboris, & iustitiæ: sicut patri Abrahæ ab austro misericordiæ & pietatis: Quoꝝ symbolo decoratus Iahacob sedet in medio solio gloriæ. Ab aquilone igitur omne malũ, & transgressionis, & iustitiæ punitiẽtis, pcedit seueritate, & terrore quodã, quo inferiores in præsidentiũ timorẽ inducant. Nõne princeps est homo cęteris hominibus similis? Quõ eũ timerent, & reuererent cæteri: nisi terror Diuinus eũ eueheret: & cęteris timorẽ incutiẽs eos deprimeret: ut ipm tãq̃ principẽ reuererent? Quod totũ per principatus istos sũmus princeps exequit. Præsidentia aũt omnis deformis nimium habetur: nisi is assistat ornatus, & decor in præsidente: quo merito alioꝝ princeps habeat: Ideo & superioꝝ ministerium præsidẽti necessariũ est, quo excutiant impedimẽta, uitia uidelicet, & corporei mundi uoluptates: Et hoc uirtutũ ordo efficit: Quoꝝ fauore cõparata cõstãtia, & robore fortes cõtra uitia, & effœminantes uoluptates efficimur. Sed ut & cõtra has aereas ptãtes inuidię, & maliciæ plenas prędaleamus, etiã ptãtũ præsidiũ nobis necessariũ est: ut cũ Eliseo dicere possimus: Plures sunt nobiscũ, q̃ contra nos. Ne etiã mundanis affectibus præpediamur, sed dominemur omnibus ipsis, assistũt sua uirtute intelligẽtiæ: quæ dominationes dicuntur: Quoꝝ fauore corpus in seruitutem redigere ualeamus: & terrã submittere, iuxta Imperatoriũ decretũ, quo dicit: Replete terrã: & subiugate eam. Omniũ itaq; inferioꝝ obtento dominio, restat, ut ad Deum conuersi ipsi soli uacemus: Quod fieri potest, si memoria supercœlestiũ per thronoꝝ subsidiũ retineamus, contemplemurq; eadem illustratione cherubica, & cognato, parentiq; summo per ardorẽ seraphicũ conflati uniamur: Vnde sicut per Angelicos gradus summus opifex in nos descendit sua uirtute/& illapsu: sic etiam per eosdem ad ipsum, a quo processimus, redeamus. Nec prætermittã ea/quæ Augustinus de hoc regressu in Deũ eisdẽ gradibus pertractat. Et primo quatuor affectus, timorẽ v3, doloꝛẽ, gaudiũ, & spem connumerat: Quos ab irascibili & concupiscibili procedere existimauit: quibus addit sensum/imaginationẽ/rationẽ/intellectum/& intelligentiam/ quem nouenariũ nouem Angeloꝝ ordinibus coaptans totũ hominem in Deũ deducere conat: quãuis hoc prudẽti lectori relinquat perficiendũ: ut tamen ex eodem colligere possumus, sensus Angelis/qui nuntii dicunt/resignat: sicut & ipsi sensus corporei nuntii Iahacob Idem Eliseus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ſunt uirtutũ interioꝝ, intellectus uidelicet, rationis, & ſenſuũ animæ imaginationem, quæ pluſq̃ ſenſus percipit/Archangelis coaptat: Virtutibus timorem: Poteſtatibus dolorẽ: Qui enim metu uitioꝝ/ confortatur interiori uirtute dolẽdo de peccatis/poteſt cũ poteſtatibus dæmones effugare: & cũ uirtutibus miracula facere: Principatibus rationem reſpondere facit: Quia ſicut illi pr̃ſunt ſpiritibus: ſic ratio ſenſibus/ atq; affectibus: Dominationibus amorem, ſiue gaudium: Recte nãq; aliis dominat̃, qui omnes amat: & de eoꝝ profectu gaudet. Thronis intellectũ, qui ſedes Dei dicuntur: Et intelligentiã Cherubinis tribuit: qui tanto perfectiori ſcientia pleni ſunt: quãto Dei maieſtatem familiarius/ lucidiuſq; contemplant̃: Intelligentia nãq; animæ uis eſt, quæ imediate Deo ſupponit̃: Seraphinis autẽ ſpem æquat: cum ipſi cõducant in Deũ: qui eſt ſpes omnium finium terræ.

Caput V.

De Intelligentiarum Authore.

OPportunũ exiſtimaui/ anteq̃ progrediamur/ inueſtigare quis fuerit ſeparatarũ mentiũ progenitor/id maxime/cũ grauiſſimę authoritatis uiri Auicena, & alii aſſerere auſi ſint/primũ omnium parentem Deũ unam tantũmodo produxiſſe intelligentiam, eo q; idem ſemper eodẽ modo ſe habens/non poteſt (ut ratio naturalis indicat) producere diuerſa. Hinc ad unam tantũmodo intelligentiam Dei fœturã coartabant: Quæ a Deo producta ad primam mentem conuertebat̃: unde ſecundam producebat intelligentiã: Et intelligendo ſe/ ipſam, ſubſequentem adgenerabat, animam v3 primi orbis: Intelligendo uero operationem ſuam, in ulteriorem producendã procedebat: Et ſic de/ inceps uariata cauſa in ſubſtantia/& operatione uarii producebant̃ effectus. Huic ſententiæ facile manus dare poſſemus, ſi primus opifex ad unũ tantũ effectũ producẽdũ coartaret̃: Quod uel imaginari de uniuerſi Progenitore abſurdiſſimum eſt: cum ei non particularis, ſed uniuerſalis correſpondeat effectus, mundus v3 unicus, & unicum eſſe omnium rerũ: quia prima rerũ ꝓducta eſt eſſe/inquit Proculus: ut recte ſenſit Parmenides, & Meliſſus, & cum eis Plato in Parmenide, & Timæo: q̃uis Ariſtoteles cõtra illoꝝ ſapientum uerba, & non ſenſa, fruſtra laboret. Hoc igitur uniuerſum tanq̃ animal quoddã unicum quidem in ſe, in membris uero diuerſum ab unico parente progenitũ eſt, unicaq; uita uniuerſali uiuit. Sapientes uero catholici noſtri aliis telis contra huiuſmodi congrediuntur/ aſſerentes Artificem ſummum in opus exire nulla naturali lege ligatum, ſed liberum in quodcunq; opus uoluerit omnigena uirtute, omnimodaq; fœcunditate pleniſſimus: Nec is aliqua impulſus neceſſitate, ſed inſita beniuolentia exiuit in opus externum: quãuis etiam hi penè blaſſemi recte opinentur primã cauſam neceſſario agere, & eandem ſemper eodem modo ſe habere: Non inde tamẽ ſequitur: q; nõ poſſit producere niſi unicũ effectũ:

Auice.

Procu. Parme. Meliſſus Plato Ariſto. Theolo.

cum ab eodem ſole, qui ſemper idẽ exiſtit, & ab eadem terra quæ in æternum ſtat/nulla interueniente uarietate/nulloq; excolente uarii producant̃ effectus, herbæ uidelicet, flores, & illa, quæ terra ipſa putrefacta ſolari uirtute producunt̃. Et ſi dicent: Coagentibus aliis particularibus cauſis, conducuntur effectus uarii: hoc reliquerũt probandum, an uarietas hæc a diuerſis cauſis, uel ab eodẽ ſole multigena uirtute fœcundo procedat. Quanto magis: primus, & uerus ſol, de quo Triſmegiſtus merito philoſophorũ pater his uerbis deponit. Deus meus exiſtens utriuſq; ſexus fœcunditate pleniſſimus, uita, & lux, uerbo ſuo mentem alteram opificem peperit, filium uidelicet omnibus ideis fœcundum, & exemplaribus rerum faciendarum, quæ in ipſo tanq̃ omnium uita præexiſtebant. Omnia nanq; (ut Mercurius proſequitur) in Deo ſunt: non utiq; ut in loco poſita, ſed in mẽte collocata, ex qua omnia producens omnium dicitur parens. Hic ſolus a naturæ legibus ſolutus, nullo p̃ſuppoſito ſubiecto, nullaq; materia, omnia, & etiam materiam ipſam ſua pleniſſima fœcunditate produxit. Cauſa uero ſubſecundaria, aut naturalis (ut aiunt) ſubiectum, & materiam a Deo productam exquirunt, in quam agant: Et in his locum habet, quod peripateticorum Princeps deponit: cõmuni v3 acceptione animi conſentaneum eſſe, ex nihilo nihil fieri. Hinc Auguſtinus latinorum theologorũ merito pater cũ tota huiuſmodi familia aperta uoce aſſerit Angelos nullam omnino poſſe creare naturam: Et q; non magis Angeli ſint reꝝ creatores, quã agricolæ frugum: Quam ſententiam munire ſtuduerunt recentiores theologi, Aegidius Romanus, Henricus Gandeuenſis, Ricardus, & acerrime Iohãnes Scotus, quæ oia in ſuis libris legenda relinquo. Hic ſũma admiratione obſtupeo, quoniam tanti uiri negent Deum omniũ opificem: & q; nihilominus ſecundariæ cauſæ ex nihilo producãt contra eam philoſophiam, quã profitentur: in qua celebriores aſſerũt: nec ab ipſo ſummo opifice mundum, aut aliquid ex nihilo productum fuiſſe: Qui autem ueritatis lumen ſuſcepere, ſolum Deũ omniũ authorem profitentur. Mũdi totius (inqt Alcinous Platonicus) deoꝝ & dæmonũ author eſt: atq; id uniuerſum uoluntatis diuinæ munere nũquã in poſteꝝ diſſoluet̃. Plato ãt ipſum bonũ ſũmũ cãm eſſe ſubſtãtiaꝝ ſepataꝝ, & eaꝝ duratiõis p̃ſupponẽs ſic ipm introducit ad eas exorſũ: Vos qdẽ nõ imortales, nec oĩno diſſolubiles eſtis: nõ tñ aliqñ diſſoluemini: Nã ſi oia q̃ cõſtituta ſũt, deſtrui p̃nt, atq; diſſolui: quæ recte cõſtituta ſũt, & bñ ſe hñt diſſoluere, atq; deſtruere praui animi eſt, & ſibi repugnãtis. Mercurius quoq; cũ de planetaꝝ p̃ſidẽtibus ageret, inqt: Deiñ ſeptẽ fabricauit gubernatores: & ſic oia enumerat a Deo ꝓducta. Nec opinãdũ eſt in tanta uniuerſi conſonãtia plures fuiſſe ꝓgenitores, pluresq; eſſe regẽtes, pluraq; ex ſeipſis cõſtare: Quia inde confuſio, diſſonãtia, & ex cõſequẽti facilis diſſolutio eſſet in uniuerſo.

Triſme.
Mercu.
Augu.
Aeg.ro.
Hẽ. gã.
Ricar.
Io. Sco.
Alcino. Plato
Mercu.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Quō ſecūdo quadrato ternario cœlos fabricauerit opifex. Cap. VI.

EOdem numero/eiſdēq; gradibus ſummus moderator cœlos diſtribuit, ſecundo ȝ nouenario: ut antiquoꝝ, & communis opinio cenſet: quāuis nouitiores nōnulli decimum aſſerāt nō percipientes quomodo ſaluet' in octaua ſphęra motus, quem trepidationis dicūt ſine decimo circulo: Nec eis uidet' cōſentaneū/Vt ipſa octaua ſphæra, quæ tribus motibus uoluitur, annexa ſit primo mobili: qđ uno tm̄ gyro conducitur: Habet enim ipſa motū diurnū ab oriente in occidentē ſupra polos mūdi: Habet & ab occidente in orientem ſupra polos zodiaci/aut ſignoꝝ/quibuſlibet cētū ānis gradu uno/ut Ptolemæo placet: Sed in ſexaginta, ut alii aſſerunt: Habet & illū aſſertū motū trepidationis: unde opinant' eſſe nonum cœlum: qđ moueat' tantum duplici motu inter ipſam, & primū mobile: quod unico tantū motu reuoluitur: ut ordine debito reducant' omnia in primū mouentem: qui unico motu gyrando cætera omnia rapiat ſecum regulari, & ordinato circuitu: Et ſeruet', quod docet Ariſtoteles in ſuperiori philoſophia, neceſſe uidelicet eſſe omnia debito ordine in illud reduci, quod ipſoꝝ cauſa eſt. Veꝝ cum octo conſpiciant' orbes: & armilla, & aliis inſtrumentis cōprobent' diſtincti: & ultra hos nonum eſſe (quod primū mobile Aſtronomi, ſed alii, neſcio qua ratione, cryſtallinū uocant) ratio manifeſta cōcludit. Hos admittimus: decimū uero cum nihil habeat pro ſe, niſi ut motus ille trepidationis aſſertus ſaluet', nō admittimus: cū alio modo ſaluari poſſit. Saluant' quidem (ut inſtrumento proſpexi, & experientia clariſſima cōprobaui) omnes motus ipſius octauę ſphæræ ſub illo nono circulo abſq; decimo. Nec latuiſſet hic decimus orbis Ptolemęū, Hermetē, Aratum, & alios antiquos ſolertiſſimos cœloꝝ, & motuū, & aſpectuū eoꝝ inquiſitores: qui cōtenti ſunt numero nouenario. Sed quia Theologi decimū aſſerūt, quod empyreū uocant, uitale, igneū, atq; diuinum: ubi recipiunt', qui diuiniorē duxerūt uitam: ut Plato, & ſui academici (Plotinus maxime in eo quem de mundo ędidit) cum noſtris theologis conſentiunt: Ideo dicimus: eſto q; decimus dicatur, tamen proprie cū iſtis nouem minime numeratur: Quia iſti mobiles, illud autem ſtabile: Iſti ex una mā, illud ex alia: Quod a Moſe omniū philoſophoꝝ theologoꝝ, & ꝓphetaꝝ facile principe, imo ab ipſo reꝝ Opifice diſcere poſſumus: Vbi a Moſe rogatus ut ſecū inhabitaret: & cōtinuis oraculis inſtrueret: quæ ad cōducendū numeroſiſſimū populū, & ad legē tradēdā exquirebātur: Veniā inqt: ſed fac mihi arcā ligneā: quæ vȝ mūdi, in quo habito, typū gerat: Quā cubito cū dimidio conſummabis, nouē vȝ palmis: Cubitus. n. ſex palmos cōtinet: dimidiū uero cubiti tres palmos: Quibus nouē cœlos repſentaret. Decimū aūt. ſ. coopertoriū, ex auro fieri iuſſit, materia quippe multū a ligno diſtāte: Quod decimū cū illis nouē nō plene cōnu-

Ptole.
Ariſto.
Aſtron.
Ptole.
Hermes
Aratus
Plato
Plotinus
Moſes

meratur: ſed principium eſt alterius cōbinatiōis: Nam denarius, q̄uis primos numeros cōpleat, eſt tamen denariorum principium: ſicut cētenarius denarios perficit: & eſt millenarioꝝ exordium: Sic & cooperimentū illud (quod propitiatoriū uocant) arcam terminās melioris rei principiū præbebat: Nam ſuper illud inſidebant cherubini: unde propitiationes habebantur: Sed in arca lex, mana, & uirga profundo myſterio ſtabāt recondita. Pari modo & empyreum cœlū, q̄uis uouem cœlorum numerum cōpleat, eſt tamen rerum ſpiritualiū/& diuinaꝝ principium/Angelicam, diuinamq; naturam redolens: ut ſit proportionatum locatis illis: Sic & omnia decima/neſcio quid diuinum habētia/a Deo tanq̄ propria exiguntur ſimul cum primitiis: ut principium numerorū, uel rerum primordia, & fines/uel decimæ illi reddantur: qui principium & finis eſt omnium rerum. Nos autē de naturis ſeparatis, & de his quæ cōnumerata adinuicem conueniunt tractare prætendentes/eas, quæ tanq̄ illarum perfectio cum perfectiori cōnexæ inferiora in illud perfectum conducūt, omittemus: De qua unione cuiuſlibet enneadis in ſuum decimum perfecta earum enneadum concordia (Deo fauente) diſſeremus. Nouem itaq; ſunt cœli/Mobile primum: per quod primus motor omnia mouet: Poſtea ſtellatum cœlum/per quod opifex in numeroſa inſtrumenta rerum efficiendarū ſe diffundit: Et per ſeptem miniſtros præcipuos exequit': quibus inſident ſeptem illi præcipui ſpiritus/aut intelligentię: Qui ante thronum Dei exiſtentes fruuntur pūtia: & in facie illa diuina/tanq̄ in ſpeculo omnia complenda ſpeculantes ad nutū Principis eadem omnia exequunt': Quoꝝ nomina (ſi doctoribus hebreis credimus) hæc ſunt: Saturno præeſt Zaphchiel; Ioui Zadchiel: Marti Camael: Raphael Soli: Honiel Veneri: Michael Mercurio: & Lunæ Gabriel: Qui ꝑ cœlos, tanq̄ per inſtra/ coaceruatis omniū ſtellaꝝ & ſignoꝝ influentiis/operant' in hæc inferiora cōcurrēdo ad metalla, lapides/plantas, & aialia ꝓducenda: Sed potiſſime ad omnia quæ in homine ſunt: & ad eundem ſpectant: ſiue bona, ſiue mala uideantur: Sed quomodo malum, uel bonum operentur, aliqualiter percurrendum cenſeo.

Quō planetæ, aut ſtellæ opent' in inferiora bonū, uel malū. Cap. VII.

Ptole. STellas influere bonū & malū, & Ptolemęus & oēs, qui aſtrologica pertractant, aſſerunt: Datur per Saturnū firma, & inconcuſſa prudētia: A Ioue recta iuſtitia: A Marte cōſtans robur, & fortitudo: A Sole feruens charitas, & amor: A Venere delibatiua, & ſuauiſſima ſpes: A Mercurio penetrans fides: A Luna (quæ eſt in motu facillima, & in nullo ptinax) moderata temperantia. Nec planetæ iſti, tanq̄ haꝝ uirtutū fontes, aut domini ſupra enarrata influunt: ſed corpus & eius uires diſponēdo, facile ad prædictaꝝ uirtutum incrementa cōduc̄ūt: dummodo animus uires illas moderādo diſponat ad cōſequēda

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ea,quæ omniũ bonoꝝ largitor per ſuos miniſtros,aut inſtrumẽta influere decernit.A Saturno iteꝝ tãq̃ a grauiori,ſublimioriq; fautore ad ſecretiora trahimur vꝫ Theologica,atq; diuina,ſecretiorẽ philoſophiã,occulta utriuſq; naturæ:& ad cumulũ omniũ reꝝ cõgregãdaꝝ,temporaliũ vꝫ & diuinarum diſpoſitione quadã cõducimur:ſine qbus nemo utiq; magnus eſt: Quid.n.erit doctor,niſi ſnias multas collegerit? Quid Impator niſi aggregauerit pecunias,copias,amicitias,& uirtutes, qbus merito pfici debeat? Quid Sanctus,niſi meritis,& gratiis multiplicibus conſtipetur? Per Iouẽ debito temperamẽto cõducti legẽ cõdimus/& ſeruamus:ſubminiſtramus qd æquũ eſt:ſubiectos pacifico ordine & trãquilla quiete debita prẽlatura gubernamus:ne deteriores ſimus apibus,gruib⁹,camelis,capris,& cæteris huiuſmodi,quæ ſuũ ducẽ cognoſcunt.A Marte uim hẽmus,& impetũ ad opus pficiẽdũ:ut fortunati ſimus in opibus:Nã fortunæ cã eſt naturę impetus,ſi recte ſentit Ariſtoteles,ubi de bona,& mala fortuna ſcripſit.Ve- Ariſto.
nus leporẽ,& feſtiuitatẽ pſtat,& amorẽ:quo agitati quæcũq; ardua cũ delectatione pficiamus:qa delectatio opus pficit:Nec.n.laborẽ in pſcrutãdis rebus nãlibus,atq; diuinis ſuſtinere poſſemus,niſi adeſſet amor: Quo recreati ſupprimimus afflictionem,quã affert cogitatio aſſidua.Nec mercator inaugẽdis pecuniis/aut q pſidentiã ambiũt,ſufferrẽt labores qui in huiuſmodi pquirẽdis occurrũt:niſi rerũ acqrẽdaꝝ amore cõſolarẽtur.Mercurius próptos,acutos,& ſolertes ad omne opus reddit:ſed ad ueritatẽ potiſſime indagandã,acquirendãq; eloquentiã,muſicã,& gloriã. Luna in his omnibus ꝓpinquiorẽ,& uariũ motũ præſtat, ut homini tãq̃ fini,& mũdi cœleſtis & ſupcœleſtis typo oia ſupiora mẽbra reſpõdere faciat. De Sole nihil particulare dicã:q omnibus uelut gallus (cui moriẽs Plato ſe debere Plato
dixit) dat fœtum,operationẽ,& uitã ſicut charitas,quã ſibi accõmodauimus,oẽs uirtutes ueluti uita,& forma decorat:Male aũt diſpoſitis oia cedũt in malũ.Hinc Triſmegiſtus cũ de his ageret,quos diuinũ illud (quod cũq; fuerit) abiens dereliquit/reſiduũ vꝫ ſenſibile, & animale cõcedẽs dæmoni/His/inqt/iraſcẽdi,atq; appetẽdi uires in nãm abeũt ratione carentẽ: Et primæ dehinc zonæ creſcẽdi,atq; decreſcẽdi officiũ reliqt:Secũdæ machinationẽ maloꝝ/ocioſumq; dolũ:Tertiæ ocioſæ cõcupiſcẽtiæ deceptionẽ:Quartæ impioſam,atq; inexplebilem ãbitionẽ:Quintæ prophanã arrogantiã:& audaciæ temeritatẽ:Sextæ occaſiones diuitiaꝝ prauas,& otioſas:Septimæ mendaciũ inſitum:Et ſic animus relictis inferioribus,aut animalibus cõditionibus dæmoni,& malis influxibus,harmoniæq; motione exutus,tãq̃ diuinũ ad octauã naturã reuertitur uim ꝓpriã repetens,unàq; cũ illis,qui illic ſunt,Patrẽ laudat:Quod & Salomon innuit dicens:Spũs tedit ad eũ:qui dedit illũ.Reliqua omnia uanitatibus ſubiecta relinquuntur,ex quibus ſatis reſeratum habemus/ſphæraꝝ influxus male diſpoſitis

nocere:A quibus diuinũ,quod ipſis inerat:abſceſſit.Sed illo ſtante influẽtiæ omnes cedunt in bonũ:quæ adhuc clarius explicabimus.

Vnde proueniant mala,an influentiũ malitia,an ex mala diſpoſitione recipientis. Caput VIII.

CVm ſummus opifex omnia,quæ fecerat uiderit ualde bona: nõ ſine admiratiõe,& pſternatione animi audimus tot mala, quæ de ſideribus Dei optimi miniſtris aliqui aſſerunt decernentes planetas(quos maliuolos dicũt)potius ſceleſtos q̃ cœleſtes:q; Saturnus vꝫ omnes deuoret filios,quatuor exceptis: q; aliquo infortunio moleſtatus ſit uorax,tenax,difficilis,exiliũ,diſcrimina,dolũ,nequitiam,proditiones inducẽs,uiolentiã inſuper, captiuitatẽ,damnationẽ, perfidiam,pertinaciã,iram,omniſq; boni odium,metũ,anguſtiam, dolorem,funera,luctum,orbitatem:Item maleficia,furta,ueſpillones,polincto reſq;,& magos faciat.Et de Martis ſignificatione Firmicus ille Maternus ſua prompta eloquẽtia hæc phibet:q; eſt proditio,pugna,cædes,audacia, temeritas,elatio,ſeditio,cõtrouerſia,prædæ,inſidiæ,latrocinia,uulnera,captiuitates,fugæ,difficultates,perfidiæ,obſcœnitas,incautus amor,facilis offenſio,uaria cogitatio,nullum conſiliũ,uiolenti principes,feroces,inhumani,alienæ ſemper cędis appetentes,periuri,doloſi,incõſtãtes,maledici, incompoſiti,omnia cõtaminantes/omnia polluentes:Significat etiam deformẽ,inuerecũdum,partubus pernitioſum,aborſum pueroꝝ: Et in quacũq; cœli parte ſemper aliquid minatur mali:Si in Ariete/facit fures,clamoroſos,fraudulentos:In Tauro/audaces,temerarios,obloquutores,quibus fas & nefas iuſtum ſit:dũmodo ſuam expleãt libidinem: In Geminis/ malitiæ deditos,& occulta facinora uigili ſagacitate perquirẽtes:Et ſic de aliis ſignis proſequit̃. Pari modo & de domibus:ut ſi fuerit in horoſcopo facit callidos,audaces,furioſos,diſſipatores patrimonii:Si in ſequenti domo,maxima adhuc decernit mala,magna infortunia,alienos a parentibus,& a domo ſua ſemp peregrinos,uulnera,uincula:Et ubicunq; fuerit, ſemper eũ indefeſſo ſermone calumniantur:Cui adſtipulatur quod Ptolemæus antea dixerat:poſt quem Alcabitius,& Albumaſar: Quoꝝ alter Ptolem. Alcabi. Albu.
aſſerit:q; etiã abſq; mala irraditione oppreſſiones maliuolas,effuſionẽ ſanguinis,& multa facinora perpetrat:Alter autem iis inſequitur calumniis: quas paucis uerbis explicare nequit.Omittã/quę de Mercurio,Ioue,Venere,& Luna aſſerunt Mathematici,& poetæ:Quod Iupiter vꝫ,& Mars Venereo turpiq; congrediantur accubitu:& multa nefanda perpetrent:In cõgreſſu maxime Martis cũ Saturno,Phaethonte,Stilbone,Phoſphoro, uel Luna:cũ quoꝝ quolibet aliquid mali ſemper cõminatur/percuſſiones uidelicet ferri cũ primo,æris cũ ſecundo,nũmoꝝ aureoꝝ cũ tertio:Et ſic de aliis proſequit̃. O bone Deus quid feciſti? Quomodo ſunt cuncta bo-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

na,quæ fabricasti?Cur tam malos præsides nobis præfecisti?Quis tutus erit a tot sceleribus?Quis immunis a ministris cœlestibus,imo potius scelestis?Nec mirũ,si qui hoꝝ cognitionem profitentur,tot mala in mundo quottidie sequutura prædicunt:cũ ad ea perpetranda cœli,sidera,uel prę sidentes Angeli nos conducere uideantur.Qui aũt non scioli,sed ueræ sapientię dilectores existunt:aliter penitus sentiunt:Ab auribus omniũ (inquit Augustinus) repellendæ sunt huiusmodi stultitiæ:non solum eorum qui ueram religionem tenent:sed etiam eoꝝ,qui Deorum quorũcũq; uolunt esse cultores:Hæc enim opinio quid agit aliud,nisi ut nullus colatur, aut adoretur Deus?Magnam quippe cœlo iniuriam faciunt:cum ibi/uelut in clarissimo senatu, & splendidissima curia opinentur scelera faciẽda decerni. Citare quoq; possem Origenẽ,Hieronymũ,Ambrosiũ, & q̃plurimos ex nostris:qui cũ Augustino consentiunt:Sed cũ apud superstitiosos minus faciat christiani autoritas,ueniamus ad externos:immo ad eos, qui præcepta hoꝝ prognosticationũ præcipui tradiderunt:& cõprobabimus ipsos dogmata sua aliter tradidisse,q̃ uulgus & turba sciolorꝝ existimet.Legatur Ptolemæi contextus in principio Apotelesmatũ:qui merito in huiusmodi,& aliis præfertur:& uidebitur qd astris,quid genituręq;,quid parẽtũ spermati,quid cibariis,quid loco, & quid moribus tribuat:Valde (inquit)imitatur genitus parentũ semen,& sanguinẽ:ut triuiale est.Loco etiã multũ tribuit:qui est principiũ generationis,ait Porphyrius,quẽadmodum & pater. Hinc Ioue,aut Venere significante (prosequitur Ptolemæus) non erit natus albus, qui nascitur in Aethiopia,regione,locoq; obstante. Accedunt mores,& cibaria:quia multoties (dicit Hali eius interpres) ad morum,ciborũq; naturam trahuntur nati.Parũ igitur relinquitur astris:Quod non latuit illum,qui dixit:Pauci quos,æquus amauit. Iupiter,aut ardens euexit ad æthera uirtus. Diis geniti potuere. Quibus uerbis innuit nõ modo astra,sed genituram,& mores euehere homines ad sublimia:Vnde concludit ipse Astronomorꝝ princeps:Sicut physicos laudamus,qui infirmitatis originẽ,& causas multigenas inquirũt/pari modo nos ludibrio haberi nõ debemus,si in iudicio nati de regione,natali,cibariis,moribus,& aliis occurrẽtibus petamus:Et in eo libro,qui Alarba dicitur,cõcludit ea accidẽtia multoties in genito occurrere,ut cœlestem influxũ recipere nequeat: aliquãdo uero parũ,& aliquãdo multũ,qđ ignorant q̃plurimi.Hinc in Apotelesmatũ uolumine cõqueritur de multis:qui nõ habẽtes omnimodã causam prognosticãdi in astris,ab alia parte.s.necromantia,& geomantia (ut eius interpres exponit) accipiunt,unde diuinent deducentes homines in sophisticationẽ & errorẽ,cũ ea uelint prædicere,quæ mortalis pcipere neqt:eo q̃ nihil certi,sed opinio ex multis dissimilibus in hac arte colligi p̃t.Et cũ aliquid certa sciẽtia asserere uoluerint,

Augus.
Origes.
Hieron.
Ambros.
Augu.
Ptole.
Porphyr.
Prole.
Hali
Virgil.
Prole.

abominabilem faciũt eam doctrinã:quæ bona,& utilis est. Hæc sparsim Astronomorꝝ Dux. Sed plus dicam:q̃ si omnia cœlo regẽte disponerentẽ: essent utiq; ualde bona a bonis causis moderata.Mercurius Termaximus dictus non modo in regno,sacerdotio,& doctrina:sed philosophia,metaphysica, & theologia supremus reliquit in colũnis memphiticis (Iamblico longa serie referente) omnes astrorꝝ influxus optimos esse:Si aũt malũ sequatur:illud subiecto indisposito,non syderibus iubet ascribi: exemplo lucis solaris demonstrans,quæ bona utiq; est:Si autem lipposum oculum offendit:id prouenit ex mala dispositione recipientis: Cui Plato in Epimenide adstipulatur his uerbis:Deus lunam crescentẽ,atq; decrescentẽ fecit: & menses ad annũ constituit:omnẽq; horꝝ numerũ fœlici quadã fortuna conferri ad numerꝝ docuit.Hinc terra fœcundior facta concipit/fructũq; ad alimentum animaliũ omniũ parit:quũ & suauiter uenti flant:& hymbres in terræ gremiũ fœliciter defluũt.At si quid mali in his accidit,nõ diuina,atq; cœlestis culpanda est natura:sed humana,quæ iniuste uitã suã distribuit:hucusq; Plato.Exclamat etiã Hierocles stoicus in carmina Pythagoræ dicens:Vt malus quisq; sit,malitiæ suæ ipse sibi causa est.Nec a purissimis fontibus supioribus emanant iniqui animi sordes.Plato etiam in sexto de legibus: a quo Aristoteles decerpens itidẽ in Politicis phibet: Hominẽ vꝫ rectam disciplinã assequutũ,in diuinissimũ,mansuetissimũq; animal euadere:Si uero nõ satis,aut minus bene fuerit educatus,ferocissimũ omniũ,quæ in terris nascunt,redditur animal.Et Chrysippus:Vt caderent sua,tribuit certe amentiæ causam,& rursum.

Mercu.
Iãblicus
Plato
Hieroc.
Plato
Chrysi.

Quã falsò accusant superos,stultiq; queruntur
Mortales:etenim nostrorꝝ causa malorꝝ
Ipsi nos sumus:& sua quẽq; uecordia lædit.

Rõnibus cõprobant q̃ sapiẽtũ sentẽtiis iã decreta sunt. Cap. IX.

ET si sapientibus attestantibus omnes influxus bonos minus aliqui credunt, q̃ debeant:nisi Helleboro digni sint,cedent rationibus quas inexplicabiles adducemus in mediũ.Dicant quæso,qui influxus malos asserũt/Vnde hæc malitia?Est ne a Deo iubente,an ab intelligentia mouente,an a cœlo gyrante?Non qdẽ a Deo:qui est prima regula omniũ:Et malũ,aut peccatũ illud est:quod fit contra uoluntatẽ principis:aut declinando a suo libramine:Nec malũ in natura a fonte bonitatis prouenire potest. Hinc cõtra eos,qui culpam in Deũ proiiciũt,decantat psalmographus:Quoniã declinauerũt in te mala cogitauerunt consilia,quæ non potuerũt stabilire,quia nimis fatuum,& absurdũ est uel excogitare,q̃ a Deo optimo mala proueniãt:& a summo moderatore trãsgressio legis:cũ uelle eius sit ipsius lex.Nec dicatur:Concurrit Deus semper ad motũ:cõsequenter ad effectum inde prouenientẽ.

Psal.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Sed effectus multoties est malus, siue influētis siue recipiētis causa, tandē cōcurrit Deus ad malū: Sed esto q̄ tāq̄ prima, & uniuersalis causa influēdo ad malū cōueniat, non coopat' ad deformitatē, sed ad substratū actus: ut aiūt: in quod secūdaria causa deformitatē inducēs culpāda est: Cōmune enim habet': q̄ pluribus causis ad eundē effectum cōcurrentibus, effectus ipse semp debiliorē & deteriorē prosequit' causam: quæ si cū suprema cōueniret, bonus semp sequeret' effectus: Vnde nō prima, sed secūdaria cā culpāda est. Sunt etiā qui intelligentiā p̄sidentē criminari præsumāt: Sed dicāt istiusmodi: facit ne hoc ipsa intelligētia ex mandato sūmi principis, quē unicum moderatorē uniuersi oēs fatentur, an contra mentē, & imperium eius? Si iussu ipsius aliq̄d expleant, non quidē malū est: quia non est malū, nisi q̄d cōtra summi moderatoris ordinē perpetrat': Si uero principi aduersantes id faciūt: magna quippe est in sūmo regēte cōfusio: si ministros tanta rebellione, pteruos impunes abire sinat. Nec ad prelatos malos respiciant: qui uiatores sunt: & suo donati arbitrio, ut mereant' obsequētes imperiū principis: & demereant' trāsgressores in breui reddituri uillicationis suæ rationē. Quod & in Angelis factum fuit, anteq̄ stabilitati darent'. Vñ puniti plures a ministerio Dei expulsi sunt: ut nō modo Theologia nostra diuinissima docet/sed etiā Assyrioꝝ, Arabum, Aegyptioꝝ, atq̄ Græcoꝝ dogmata cōfirmant. Pherecydes Syrus casum dæmonū describit: & Ophin. i. serpentē dæmoniacum caput fuisse exercitus rebellantis. Aegyptioꝝ splendor Trismegistus eundē casum tetigit docens lapsum Angelū, & hominē (ut patet bene intuenti) a diapason diuinæ cōsonantiæ in harmoniā inferiorem, aut dissonantiā, & miserrimus seruus imo exodus effectus est. Homerus græcoꝝ p̄cipuus uates, & mysterioꝝ pictor casum primi rebellantis sub noīe Ataꝝ suis decantat carminibus. Arabū quoq̄ theologia hebreā æmulata idē asserit. Et ipsi quoq̄ dæmones multoties casum suū inuiti fassi sunt. Illis igit' lapsis, & exclusis, cæteri sunt tanta stabilitate muniti: ut cadere deinceps nequeāt. Sed ut cū sapiētibus, & bene initiatis loquamur, non ne dīt oēs illos motus inuariabiles & ab errore semotos in sua cōtinua reuolutiōe? Si igit' tanta diligētia uoluunt' orbes illi, ut nullus aliq̄n accidat error: cur & in significationibus, & influxibus fideꝝ nō sunt fideles? Et si obsequētes, fidiq̄ sunt ministri, nō influēt malū: neq̄ male disponēt exequendo mādatū summi boni: Quō igit' ad trāsgressionē in regē inducūt ministri: q̄ ipsius regentis iussa nūq̄ trāsgrediunt'? Quō ēt ad defectū ꝓpellūt causę illę, quæ nūq̄ deficiūt? Si aūt aliqs ipsos deficere cōtendat: cū nullū malū ipunitū relinquat in uniuerso sūmus moderator, & sine coordināte pœna: q̄n puniēt', cessabūt ne a motu, an ab errore corrigent'? Si cessabūt, quō erit (ut aiūt) ille motus ꝑpetuus? Si uero ab errore desistent correcti, cur cito nō corriguntur? Ad q̄d differt' correctio? Cur Deus

Pherecy

Trisme

Homę

tādiu nō correctis, immo rebellibus ministris credit suæ domus administrationem perpetuā? Quomodo stabit perpetuitas cū errore, cū error sit prope nihil, & in nihilum tendat? His aūt, qui cœlos ipsos de malitia culpare uolunt, post̄q̄ Deum/aut intelligentiam mouentē criminari nō possunt, dicemus: Si cœli mali sunt unde eoꝝ malitia? Sūt ne producti mali: an malis moribus deprauati? An natura eoꝝ deficiente in malū prolapsi sunt? Non quidem sunt producti mali ab opifice optimo: Nec deprauati sunt moribus: cū nō sint libero arbitrio donati: quia eoꝝ motus & influxus naturales sunt: & nō liberi: ut omnes asserūt. Sed dicent aliqui, animati sunt, & possunt eoꝝ animę deprauari: Quæ sunt quæso eoꝝ animæ? Nōne essent intelligentiæ mouentes? Sed cū nuper eas a culpa absolueri/mus, ad cœlos redeamus. Influūt ne cœli tanq̄ causæ secundariæ, an tanq̄ instrumenta? Si tanq̄ instrumenta: cū ipsa non moueantur, nec operentur nisi pro arbitrio artificis deducentis, ergo in culpa relinqueretur Artifex, quod iam explosum est: Si autem tanquā causæ secundariæ: cū opus sit a uiuente, reducetur error in animas ipsoꝝ, aut intelligentias eos mouentes: quod etiā excluſum est. Hoc etiam addamus: q̄ cœli agunt aut a natura, aut ex arbitrio: Si a natura: cū ordo ipsius naturę sit a Deo, Ideo merito celebrat' illa Peripatetica sentētia: In his quæ sunt a natura, nec laudamur, nec uituperamur: Cū laus sit ordinantis: nec uituperiū adesse potest in ordine summi boni. Si autē libere agunt: id faciūt ducti irascibili, aut cōcupiscibili: Si irascibili: cū aliquis planeta semp decernat (ut aiūt) impetuosos influxus, cur non cōsumitur ira sempiterna? Cur iteꝝ magis dicat' accendi in una domo, q̄ in alia? Quid nanciscitur in propria, aut in peregrina domo: quod ipsum ad malū decernendū accēdat? Quomodo iterū accenditur, quod inalterabile asserūt? Si autē cōcupiscentia ducunt' cœli: quid cōmodi, aut utilitatis ex inferioribus sibi cōparant? Nam ad huiusmodi tm̄modo concupiscentia extenditur: Et qui male cōcupiscit: id facit subuersus ex inebriante materia: Sed cū materia cœloꝝ sit ab alteratione semota, nō inebriat, neq̄ subuertit. Ex quo igitur loco cœlos criminātur? Sunt (inquiēt) natura mali: Vnde quæso malū in natura? Colligunt sapientes has rationes, & origines mali in natura: Aut quia causa nō potest moderari supfluū materiæ, aut satisfacere si deficit, aut debite disponere, & id genus: Quæ omnia ex debiliori uirtute causæ procedūt. Sed cū cœlorū faber sit infinitæ uirtutis: quomodo defecit in opificio suo? Nec alia deficiens causa cōcurrebat: cū ipse sine aliquo adminiculo cœlos fabricauerit: Si Mosi, immo ueritati creditur. Quid iteꝝ resistere poterat opifici: qui omnia in esse deducebat? Quis infinito resistebat: aut resistere potest?

Moses

Isaias

Hinc facundus uates Isaias ait: Dñs exercituū decreuit: quis potest infirmare? Et manus eius extenta: quis auertet eam?

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Quod nec Saturnus, neq; Mars, neq; aliud quodcũq; sidus sit malum: ut præferebatur. Cap. X.

AVdiant criminatores siderum quid primo de Saturno deponat Astronomici dogmatis princeps in tertio Apoteleſmatũ. Ptolem. Si Saturnus, inquit, fuerit solus in statu animæ significator, & Dñs loci Mercurii, & Lunæ, & ad mundi angulos bona irradiatione refertus, erit amator bonorũ, magni, & firmi consilii, secretarũ & diuinarũ rerũ perquisitor. Sed & Firmicus eũ multis prosequendo laudibus dicit: q; eius ducatus in rebus deliberãdis est, acerrimũ ingeniũ: sermo certus, stabilis amicitia, longa prudentia, regaleq; cõsiliũ: Altũ quoq; significat intellectũ, & pfundã rerũ scientiã. Et de ipso iuniores deponunt: q; cũ uita cõmunis a Ioue decernat, sepatã atq; diuinã Saturnus sibi uendicat. His aũt, qui hãc uitam simulãt, pcæteris est infensior: Quos ab eis spretus Iupiter dereliqt: nec Saturnus ut suos cognoscit: qui ueros solitarios, & diuinos diligit. Hinc finxere antiqui: q; Iupiter sibi regnũ usurpauit, fugato Saturno eis v3q bono Saturno inimicant. Is aũt in Italia latuit: qñ Italorũ ingenia subleuare cœpit: E Græcia tñ uenisse dicit: qa sublimes & pfundę speculatiões a Græcis ad Italos puenere. Sed olim ab altioribus/longioribusq; plagis oriẽtis, ubi scẽm Arabes, & Persas, subtilissimi habitãt dæmones, lõgæuę, Saturnięq; uitæ in regionibus, illis v3 Saturno subiectis: Sed (ut uerius dicamus) a diuinis oraculis sublimes speculatiões edoctę sunt. Albumasar arabes forsitan æmulatus, in regionibus Indiæ Saturno suppositis longæuos dicit esse hoies: ac extremo senio ut plurimũ, decedere: eo q; Saturnus domesticos minime lędat. Antiq aũt Philosophi, & uates Saturnũ optimũ decantarũt: & aureã ætatẽ sub eodem pcurrisse. Sulmonensis aũt Pythagoreos & Platonicos imitatus hæc carminibus cecinit. Ouidi.

Aurea prima sata est ætas, quę uindice nullo
Sponte sua sine lege fidem, rectumq; colebat.

Multaq; psequitur bona sub Saturno cucurrisse: & ab eius patrocinio soluti mortales declinasse: uñ de succedente curriculo prosequit dicẽs:

Postq̃ Saturno tenebrosa in tartara misso
Sub Ioue mundus erat: subiitq; argentea proles
Auro deterior, fuluo pretiosor ære.

Cui adstipulatur alius uates decantans: Virgil.

Ante Iouem nulli subigebant arua coloni.

Et Polioni tãq̃ quid magni auspicando ait.

Iam redit & uirgo, redeunt Saturnia regna.

Nec ridendi sunt uates: qui p poesim suã ad intima mẽtis, & naturæ (Platone teste) penetrarũt: Nec puras decantabãt fabellas, ut aliqui opinant: quas nec anus pueris, atq; puellis narraret. Theologi tñ dicti sunt, pfunda, Albu. Plato.

& arcana inuolueris fabulaꝝ occludentes. Hinc celebrant a sapientibus: qui ad illa mysteria penetrãt. Aristoteles Simonidis, & Homeri testimonio grauissima loca philosophiæ corroborat: Achesillas nouæ academiæ inuentor tm̃ Homero tribuit: ut nunq̃ in lectum se reciperet: qn prius aliqd ex eo legeret: Sed & in lucẽ ad amasiũ ire dicebat: quo sibi magis legendi daret copia. Anaxagoras, & Basilius noster egregiã uirtutis laudẽ in Homeri poesi admirant. Thuscus ille uir omni scientia p̃ditus, acerrimiq; ingenii Maronẽ Homeri imitatorẽ in omni nãli/atq; morali philosophia doctorem præponit. Sunt & qui totã eius fictionẽ ad allegoriã deducãt. Lucretius oĩa philosophiæ pręcepta carminibus ptractat. Orpheus ultra q̃ facultas extendat, humana ex sacris lr̃is (ut ipsemet fatet) Theologiæ, & sacrorũ decãtat mysteria. Ouidius ẽt Pythagorę arcana in sua metamorphosi reclusit: Sed nimis lasciuiẽti pgressu deprauãs, a dignitate illa aliquantulũ cecidit. Declinauerũt & alii, adeo ut magis lenonũ, q̃ uatum, & sapientũ officio funganť/cõtenti tm̃modo uenena texere uerborũ lepori bus: Quos merito Plato a rep. exterminari iubet, etiã q; heroũ facta decantent: ne tenues mentes ipsorũ heroũ picta lasciuia deprauarentur: quas abluere ualidior ætas nõ posset. Ad priscos aũt illos philosophicos, atq; theologicos uates redeuntes, illi Saturnũ fœlicẽ, & beniuolũ attestant. Tẽpus quoq; significare uoluerũt: qđ Græci Chronũ aspiratũ dicũt a Crono nõ aspirato, qđ Saturnũ significat: Per qđ tẽpus oẽs filios deuorat: qa omnia cõsumit/quatuor exceptis elemẽtis: ex qbus, & in quæ cũ omnia transmutentur, ipsa pmanent. Quorũ elementorũ Poetæ Iouẽ ignẽ uocarũt: Iunonẽ aerẽ: Neptunũ aquã: & Plutonẽ terrã. Ea aũt mala, quæ Saturnũ decernere nõnulli phibent, proueniunt ab eius uirtute frigida/atq; sicca: qua ad atrã bilem fauere uidet: Vnde suffocat, & cõprimitur cõcupiscens uirtus, & nãlis amor: cuius sedes est humidũ, & calidũ: Ideo ipm̃ segregant ab humana societate: ut sit non ipse planeta, sed natus / quẽ ille disposuit cõplexione ipsa partim ab influxu, partim a genitura, & cibariis, partim a moribus cõparata/ab humana societate seiunctus: Id maxime, si fuerit Martis siccitate, aut Lunæ frigiditate suffultus: sed hic contemplationi, studio, diuinisq; incũbat, ei, qui solitariã uitã ducit, amicis: & sentiet Saturnũ nõ malũ, sed bono influxu sibi fauere. Si aũt qs ex Saturnia cõplexione tristẽ se sentiat, audiat illum, qui dixit: Beati q lugẽt. Si uero cogitabundũ se nactus fuerit, audiat adhuc dicentẽ: Maria optimã partẽ elegit. Si autẽ cumulandi cupiditate laborauerit, cõgreget sibi thesauros in cœlo: Eisdẽ legibus se moderet, si Martis inflãmatione quis agitatus fuerit. Si.n. colera martialis te impetuosum, & iracundũ facit: non ipsa in paupes, & pusillos utare: sed ad uitia cõpescẽda: qa (ut Chrysostomus ille aureus ait) Vbi ira nõ est, scientia nõ proficit: iudicia nõ constant: crimina nõ compescuntur. Aristo. Arche. Anaxa. Basilius Dantes Lucre. Orphe. Ouidi. CHRISTVS. Idem Chryso.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Pugnæ ergo, cædes, audacia, elatio, ꝑdæ, captiuitates, fugæ, uiolentiæ, & ſi quæ huiuſmodi ſũt, exerceãt in hoſtes Dñi: & nõ erit malus hic Mauors: ſed cũ Phine Eleazeri filio de zelo cõmẽdato, & cũ Dauide bellãte bella Dñi inter ſanctos & amicos Dei annumerabit. Si aũt dolus, piuria, fraudes, temeritates, furię, mala homicidia, furta, & huiuſmodi ſubſequunt: ea omnia inde ueniũt: qa curuat rõnis moderamẽ: qua porta data, ruũt uenti paſſionũ, & pflant omnia turbine. Si uero ſub impio Acoli. i. rõnis debite regẽtis, uel (ut in ſacris litteris habet) ſi beſtiæ introductæ in arcã, ſtarẽt ſub impio Noe: impetus oẽs qui ex martia excandeſcẽtia ꝓueniunt, moderati, & boni utiq; eſſent. Non ſecus de Venere iudicandũ eſt: quæ ad turpem cõcubitũ inducere dr: Nã ſi debite moderaremur cõcupiſcẽtiã a Venere confotã, etiã Sole, Marteq; feruorẽ miniſtrãtibus erit amor bonus, & feruidus in Deũ ipm, & ꝓximũ. Et ſic cõprobabunt oẽs: q; falſò de natura ſui, aut ſtellaꝝ influxu (ut ait Auguſtinus) cõquerũtur mortales: & q; pec catũ adeo uoluntariũ eſt: qd ſi nõ uoluntariũ, nõ eſt petm̃. Vnde aũt obliquitas uoluntatis male eligentis proueniat: & qd ſideribus, quid materiæ, quid cõcupiſcentiæ, quid malis moribus, aut malæ cõſuetudini aſcribendum ſit/alibi Deo fauente/declarandum duximus.

Augu.

An ſtellæ agant in nos necne, & ſi agunt utrum cognoſcendo, an diſponendo. Caput. XI.

COntendũt aliq, & aſſeuerãt nos nihil a ſidereis afflatibus cõparare: Vnde hoc dogma de influxu ſideꝝ, tãq; abſurdũ & a philoſophia penitus alienũ, explodũt. Subnectũt q; grauiſſimi philoſophi, quoꝝ cura & diligẽtia fuit in pſcrutandis reꝝ cauſis, mutuando ueritatem (ſi qua ſit) a medicina, a Mathematicis, ab omniq; arte, & ſciẽtia, & tñ nunq̃ utunt aſtrologicis cauſis. Et ad hoc cõprobandũ mittunt nos ad Fauorinũ Academicũ, Panẽtiũ ſtoicũ, Carneadem, Poſſidoniũ. Timęũ, Pythagorã, Ariſtotelẽ, Platonẽ, Plotinũ, Auicennã, Aueroim. Mittant q̃ſo & ad Galenũ, Hippocratẽ, Eſculapiũ, & Apollinẽ: qa facile eis rñdebit. Recordent. n. qm̃ in fauorẽ dogmatũ ab eis inuentoꝝ meminerint de agrario ꝓcepto: quo in Deuteronomio iubet: ne qs totũ demeteret agrũ: ſed intactã portionẽ paupibus relinqueret: qui mergites, & manipulos ad famẽ tollendã ſibi acciperẽt. Vñ ſi qs in uos inuehetur dicens, Auguſtinus, Ambroſius, Hieronymus, Origenes, Damaſcenus, Rabi Salomon, & uterq; rabi Moſes, cæteriq; doctores hebrei, græci atq; latini diligẽtiſſimo labore pſcrutati ſunt ſenſa ſcripturæ: & quę ſcribitis nõ tetigerũt: ergo nõ ſũt uera, quæ dixiſtis. Quid cõcluderet cõtra uos? Nõne tritũ habet in ſcholis: q; arguendo p̃ locũ ab autoritate negatiua nihil inferẽt. Non dãnãt ſapiẽtes ea, quæ uos acerrimo ueſtro ingenio excogitaſtis optima/quãuis ab aliis nõ tacta: ſic nec quis damnari debet: ſi altius

Deuter.

pſcrutetur

pſcrutetur cauſas q̃ fecerint/quos cõnumeraſtis/philoſophi. Vltra progrediar. Si philoſophi ſunt, philoſophiæ metas tranſcendere noluerũt: ſed erãt contenti pſcrutari cauſas in uiribus, aut qualitatibus corpoꝝ inferiorum: ut multi noſtri temporis faciũt: apud quos declinata eſt nimis eoꝝ Theorica, & praxis. Cõueniũt omnes, quos laudatis, ſecretiores philoſophi, q; inferiora, & quæ naturalia dicunt, hauriunt fauorem a ſuperioribus, & cœleſtibus potius uno aſpectu, q̃ alio: qd pulchrũ ſcire exiſtimãt: q̃uis Peripatetici ſuis ſenſibilibus depreſſi contenti ſint pro cauſa omniũ effectuum aſſignare ſenſibiles qualitates. Siquis aũt effectus uideat, ad quẽ nõ poſſit qualitas ſenſibilis, dicunt illud eſſe a cã nobis ignota. Et cum de ſuperioribus loqui cõtigit: quid ſcirent ſatis patere potuit ex his, quæ coꝝ princeps

Ariſto. in Meteoris docet de calore ſolis: Prouenit (inquit) ex duabus ſimul coniunctis cauſis/ex motu v3, & ſitu: nõ ex motu ſolo/quia Iouis/Martis/atq; Saturni uelocior eſt: ſed quia diſtantes, coꝝ inflãmatio in uelociſſimo motu ad nos uſq; nõ peruenit. Nec ꝓcedit a Luna/Venere, & Mercurio, quia & ſi propinquiores, tardi tamẽ in motu nõ adeo inflãmãtur. Miror quippe, quomodo tã celebris uir imaginatus ſit inflãmationem in his, in quibus non recipit peregrina impreſſio: Diſtantiæ. n. & motui attribuere uoluit, quod naturali uirtuti aſcribi debet. Nõne, quæſo, alius debuit melius

Idem pſcrutari cauſam, cur afflatus/aut radius ſolaris calorẽ inferat, & ſi Ariſto teles ſolertiſſimus cauſaꝝ naturaliũ inquiſitor nõ indagauit? Quod forſitã neglexit: quia noluit trãſcendere metas ſibimet aſſignatas in inferiori ſua philoſophia: quã naturalem uocant: Sed in his, quæ ſcribit ad Alexãdrũ/aliquãtulũ conſcendens docet: q; in ſumendis medicinis diligenter obſeruetur cœloꝝ aſpectus, trigonus v3 aqueus, & diſtãtia Lunæ a Saturno, &

Alchin. multa eiuſdẽ generis, quę ab Alchindo diligenter habent exarata. Et quid

Triſme. ante eum Triſmegiſtus doceat in ſideribus obſeruari, alibi explicabimus.

Demo. Democritus (Hippocrate referente) aſtrologicã facultatẽ poſtpoſuit: non

Hippo. quia cœli nõ agant: ſed quia difficillimũ ſit aſtroꝝ ſemper aſpectus, & figuras inſpicere. Nõne idẽ Hippocrates morbos, euaſionem, & interitum

Idem prognoſticat ex Lunæ domicilio: & aſpectibus cũ aliis planetis? In cuius

Hali libelli principio dicit Hali de mẽte authoris, q; medicus aſtronomię impi

Plotin. tus eſt tanq̃ cæcus baculo uiã examinans. Nonne Plotinus docet reditum fieri in Deũ per Mercuriũ/Venerẽ/& Solem? Sed quomodo nos in Deũ conducunt, ſi nihil operant in nobis? Longũ eſſet retexere, quæ Plato ſuo occulto ꝓgreſſu/& quæ multi Academici, & ſecretiores philoſophi doceãt a cœlis hauriri, & quomodo, & quãdo. Quid enim faciunt cœli ſuo motu continuo, ſi in nos non agũt? Influunt (dicent) in plantas, & elemẽta: Sed dicant quæſo: Nonne corpora noſtra calefiunt a ſole: & alterantur a luna (niſi Biriq; ſimus) nõ ꝑſuadebit nobis aſtutus Mercurius/q; nõ alteremur

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

a luminaribus:quod etiã uulgares ruſtici ꝓcipiunt.Operanꝫ & alia ſidera effectus non minus cognitos ſapiẽtibus,q̃ effectus luminariũ uulgaribus: ut ſapienter dixit Aſtronomoꝝ Princeps in principio Apoteleſmatũ.Nec tamen ſideꝝ influxus plenos cõducunt effectus:cũ ad eoſdem concurrant cibaria,mores,genitura,locus,ſed potiſſime animi libertas.Hinc idẽ Ptolemæus ibidẽ,& in Fructu docet:quomodo corporea aliqua extremitate offenſa contẽperari poſſint: & quomõ animi libertas influxũ reprimat:ne ueluti pecudes ui trahamur a corporeis inclinationibus:Optimus (inqr) Aſtrologus multum malũ prohibere poterit a ſtellaꝝ diſpoſitione protectuꝝ,cum eaꝝ naturam prȩſciuerit,prȩmuniendo ne occurrat:& ne male diſpoſitum ſubiectum nocumentum ſuſcipiat,unde beneficium reportare debet:cum influxus cœleſtis omnis ſit bonus:ut diximus:Ideoq; uitioſam triſtitiam/aut rigiditatem ſupfluam non proiicias in Saturnũ, nec ferocẽ temeritatem in Martem,nec fraudolentã malitiam in Mercuriũ,nec laſciuos amores in Venerẽ:nec inſtabilem progreſſum in Lunã:ſicut nec Lipoſus calamitatem imputare debet luci,nec cõbuſtio temploꝝ,aut ędium igni,nec percuſſura mala in lapidem/nec uincula/carceres/& cædes flagitioſorum in ſeueritatem iudiciis inferantur,ſed in male operantes: ſic nec mali effectus,qui ſequuntur ex indiſpoſitione ſubiecti recipientis attribui debẽt ſideribus. Et ut a ſublimioribus exẽpla petamus,Quid excellentius ſacramẽto ſacramentoꝝ? Indigne tamen ſumentibus,& male diſpoſitis fit in iudiciũ,& cõdemnationem.Et ſi ad particularia decreta ſideꝝ deuenire lubet(ſiqua ueritas ſubeſt opinioni mathematicoꝝ) Saturnus diſponit intellectiuã uirtutẽ,uacat Saturnus prudẽtię,& ſpeculatiõi diuinaꝝ,humanarũq; reꝝ,& penetrat uſq; ad ſplendorẽ ueræ philoſophiæ.Si aũt in malum dirigat ꝓfundum ingeniũ,& ut ſuam libidinem expleat,ꝓrſus intẽdat fraudibus,dolis,ſimulationibus,renuente ſupiore & diuino,quod ſyneresim dicunt:tũc repletus atra bili ſentit anxietatem,& tædium:quibus adeo opprimit̃:ut credat bona & ꝓficua,quæ noxia ſũt:Cui ſic oppreſſo multa occurſitant deliramẽta,mortuoꝝ vȝ ſpecies,lemures,laruę,manes, ſepulchoꝝ terriculamẽta,buſtoꝝ expaueſcentia:Occurritq; interiori oculo ira Dei,dæmonũ irritamẽta,blaſſemiæ,deſpata & inuiſa ſalus.Cognoui aliquando uirũ ab huiuſmodi agitatum,cui oranti occurſitacula erant capita mortuoꝝ,nigræ & prolixę barbæ,oculi horrẽdi aſpectu terribiles: Ad quæ conduxerat miſerũ non Saturnus/cũ eſſet nã lepidus & feſtiuus/ ſed bilis atra,quæ ex mala cõſcientia cõprimẽte,& male actæ uitæ recordatione inſurgebat. Idem de martiali dicendũ eſt: qui ſi martiam uim,& impetum non in zelũ iuſtitiæ (ut debet) ſed in uoluptates inferiores explendas excitauerit:tũc prædæ,tunc rapinæ,tũc multa mala.Poſſent etiã in malum ꝺeduci influxus eorum planetaꝝ:qui beniuoli dicuntur: Nam

Ptole.

Idem

Iouis decretũ ex calido & humido,aut benigna natura,ad clementiã deducens/poſſet tantum augeri,ut animus flexus ad pleniſſimã diſſolutionẽ deducereť.Sic Veneris mollis influxus benignũ reddens,non moderatus effœminatũ facit:& libidini mancipatũ:unde ſequunť multoties/ adulteria/inceſtus/ſtupra,ſacrilegia,inſuper mortes/incendia,prędæ,euerſiones urbiũ/& odia perpetua.Sol ẽt pater uitæ/& luminis dator,qui & Apollo dicit̃,ad ueram ſapientiã conducit,& regiam dignitatem.Si quis aũt hoc animi ſplendore a Sole:imo a Deo per ſolem cõparato abutit̃,in ſuperbiã malã:elationem,arrogantiam,& alioꝝ contemptum decurret:inde multa mala ex bono proueniũt/ſicut ex uino ingurgitato orieť cordis oppreſſio/ deiectio uirtutis,& multa id genus/qnod tamen moderate ſumptũ cor lętificat,& uires corroborat.Aqua bonum eſt elementum ad multa peruti/le:ſuffocat tamen incautos:& ædificia non bene firmata deiicit.Boni ſunt itaq; influxus omnes:dummodo ſubiecta ſint bene diſpoſita:ut infra particularius diſſeremus.

Qualiter tertio ternario quadrato elementaria omnia produxerit omnium Artifex. Caput XII.

Alexã. Lucre.

ALexãder (teſte Laertio) refert in ſucceſſionibus philoſophorum/& in cõmentariis Pythagoreis adnotaſſe monadem eſſe principiũ omnium:Et ex monade indefinitã dualitatem/ueluti materiã auctori,monadi ſubieciſſe:& ex monade,ac dualitate numeros gigni,ex numeris puncta:ex pũctis lineas ſurgere,ex quibus planæ figurę conſtant:ex planis autẽ ſolida corpora conſiſtere:Quoꝝ præcipua ſunt quatuor elementa,ex quibus elementaria omnia emanant. Sed cũ de ſupercœleſti,atq; cœleſti fabrica & ſua materia iam diſſerueri/mus:reſtat,ut de elementis,& ex ipſis cõpoſitis corruptioni obnoxiis referamus.Quatuor igiť ſunt elementa,& primaria fundamenta reꝝ:ex quibus omnia componunť:Quoꝝ formas ſuperiores antiqui dixerunt afferre opem,Aquæ Neptunũ:Aeri Iunonem:Igni Vulcanũ:Hic admirãtur aliqui Auguſtinũ,& ante eum Pliniũ, has formas & earũ aſſertores irriſiſſe: Irriſit quippe Auguſtinus eos,qui has formas/ tanq̃ numina quædã mortalibus fauentia adorãda docuerũt:Nec negauit in Archetypo rerũ faciẽdaꝝ exemplaria:Sunt enim in cœlis,& in ſupramũdano mundo elementa meliori nota,& animalium imagines:Quaꝝ primaria genera quaternario diſtributa uidit Ezechiel ante Dei tribunal,tanq̃ ad ipſum pertinentia: ut docetur in theologia hebreoꝝ.Extat ibi & alius quaternarius,cuius hoc quadruplex genus animalium ſtat pro uno angulo : cui adiunguntur alii tres/vȝ Ophanini/Seraphini/& Angeli ſeruitutis/ qui ſimul cum illis animalibus ſanctitatis (ut dicunt authore Abraham in libro de formatione) cõplent tribunal Dei: Qui & ſi gaudet ternario numero/ diffunditur tamẽ

Augu. Plinius

Ezechi. Theohe.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

in creata per quaternarium: Ideo per elementa illa quadrifaria/suprema/ inferiora,& media cõsonantissimo numero (ut statim disseremus) distribuit diuidens machinam hanc in quatuor mũdi partes:Eurum,Zephyrum,Austrũ,& Boream:& cœlum per illas triplicitates/igneam,aeream, aqueam,& terreã:A quo cœlo quatuor tempora,uer,æstas,autumnus,& hyems:Vnde fauor ad quadruplicem substãtiã/corpoream/uegetabilem, sensitiuam,& rationalem:Quam subsequunt quatuor corporeæ qualitates,calidum,frigidũ,humidum,atq; siccum:Item quadruplex quantitas, punctũ,longitudo,latitudo,ꝓfunditas:Quadruplex etiam motus,ascensus,descensus,progressus,& circulus. Animus quoq; noster quadrariã uim a supernis suscipit, illud.s.rationale, quod Augustinus portionem superiorem,& Plotinus intellectum uocat,quod eodẽ Plotino authore sumus nos:& uim animalem,quã hebrei nephes dicunt:quarto spiritum illa omnia cõnectentem:Susceptoq; iste homo(ut stoici docẽt) splendorem quatuor uirtutum:Quatuor insuper subuehentes excessus (si Orpheiã Theologiam sequimur) Poesim a musis: Mysteriũ a Dionysio:Vaticinium ab Apolline: Amorem a Venere: Quæ intrant per quatuor portas: per sensum,imaginationem,phantasiam, & intelligẽtiam:Quæ omnia emanant ab opifice trino: cui tamen inest quaternionis idea:ut utrunq; ex suo magno nomine tetragrammo discere possimus,quæ suo loco declaranda reseruabimus.

Augu. Plotin.

Stoici Orphe.

Cur quaternario numero elementa distributa sint. Caput XIII.

VT aliqua de Pythagoreis,& secretioꝝ Theologoꝝ prõptuariis educamus,quaternario numero omnia fundamẽta iaciẽda sunt:cum ipse sit omnium numerorũ radix & exordium: Coacceruatio enim a monade usq; ad quatuor denariũ reddit: Vltra quẽ numeꝝ (ut meminit Aristoteles in problematibus:& Hierocles in carmina Pythagoræ) nulla regio,nullũq; idioma aliquãdo progressum est:Nam hebrei,græci,latini,& barbari omnes cum ad denariũ puenerint,iterũ monadẽ resumentes dicunt undecim,& sic deinceps imitantes naturam ducem , quæ denaria lege digitos in manibus,& pedibus partita est/immo opificem summũ:qui supercœlestem mundũ,& Archetypum(ut Theologia hebreoꝝ docet) illo numero distribuere uoluit:Qui numerus omnia numerandi genera cõtinet/par & impar,quadratũ,quadrãtalem,longum,planum,cubalem,pyramidalem primũ & compositũ: Quo etiam numero.s.denis proportionibus quatuor cubales numeri consummant: sicut ipse quaternarius est radix denarii,& per denariũ centenarii:& per hos millenarii:nam unũ,duo,tria,& quatuor decadem complent:Pari mõ per denarios ad centũ, & per centenarios ad mille deuenitur.Continet insuper quaternarius omnem musicam çonsonantiam:cũ in

Aristo. Hiero.

Thebit

ipso sit proportio dupla,tripla,quadrupla,sesqualtera,sesquitertia: Vnde diapason,bisdiapason,diapente,diatessaron/& diapason simul cũ diapente resultat. Hinc Hierocles Pythagoreꝝ interpres hunc numerum adeo extollit,ut eum opificem,& causam omnium asserat:quia nihil dici,aut fieri potest:nisi a quaternario numero/ tanq; a radice/& fundamento omnium

Hiero.

Pytha.

proueniat. Hinc per ipsum,tanq; per quoddã sacrum iurabãt Pythagorei alludentes (ut opinor) ad Tetragrãmon hebreoꝝ,a quibus secretiora illa dogmata susceperunt. Et Pythagoreꝝ sectatores Iamblicus,Syrianus,& Procu

Iambli. Syria. Procu.

lus probare nituntur supernum mundum eodem numero distributũ esse. Sed ne ab elementari nostra ratione lõgius digrediamur/q̃ deceat/ad elemẽta redeamus:quæ quatuor sunt in tota machina:Et quatuor etiã apud Metaphysicũ elemẽta:essentia/esse/uirtus/& actio:Quatuor apud physicos seminaria naturæ:uirtus/pullulatio naturalis,adulta forma,& cõpositum. Quatuor apud Mathematicos elemẽta:signũ,linea,planũ,& solidũ. Et quod est signum in mathematica,est seminaria uirtus in physicis,linea pullulatio naturalis,superficies adulta forma, profundũ siue cubũ ipsum compositũ. Quatuor apud Ethicos seminaria uirtutum:iusticia/temperãtia/fortitudo/prudẽtia:Quatuor(ut docet Hierocles) iudiciariæ potentiæ

Hiero.

in rebus existentibus:intellectus/disciplina/opinio/sensus . Quatuor iussit summus moderator esse fundamẽta perfectissimæ,æternæ/ & inconcussæ legis/quatuor vꝫ euangelia:Quatuor etiã angulis artifices naturã imitantes consummant ædificia,ut firma sint. Quatuor igitur fundamẽta totius mundanæ fabricæ merito a principio iecit Opifex.Sed quia hũc numeꝝ reducũt Pythagorei,& Academici ad quadratã figurã geometriæ/atq; ad

Pytha. Acade.

cubos/& pyramides,quomodo cũ quadrata figura conueniant elementa uideamus:Quadrata enim tria assignant,primum est solidum,secundum nequit a nobis commẽsurari circulo,tertium / quia diametrum,cum costa nulla sectione conueniet. Sic & elementa soliditate gaudent:ut sint firmũ totius mundani ædificii fundamentũ. Nec cũ circulo diuinæ essentiæ coæquatio est nobis cognita:licet sit illi manifesta,qui omnia hæc consonantissime disposuit:Nec diameter eius (quod ni fallor homo est) consectilis habetur alicui costæ:Nam homo,tanq; diameter in mũdi collocatus medio,nullio,non conuenit cum aliqua determinata creatura: sed multiformis

Th.Ch.

& dissolutoriæ naturę animal (ut habetur in Theologia Chaldeorum) liberum transitum habet ad quãcunq; imaginem;Est tamen proportio mediata reducendo elemẽtoꝝ quadraturam infimam in quadratum melioꝝrem:de quo alibi.Proportione itaq; mirabili conueniunt hæc quadrifaria elementa,sicut & quadrati numeri:qui proprio numero concluduntur:& medio aliquo conueniunt utriq; proportionato:Sunt enim.4/&/9/ quadrati numeri,medius est senarius: a quo sicut ad/4/est proportio sesqual/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

tera:Pari modo a/9/ad/6/Sic conueniunt/9/cū/16/alio quadrato/quorum medius est/12/A quo sicut ad/9/est proportio sesquitertia/& eadē est a/16/ad /12/ Eodem ordine progrediuntur omnes quadrati numeri: Quos imitantur elementa proportionata cum suis combinatis qualitatibus: quaꝝ alteram sibi propriam unūquodq; retinet:in altera tanquā medio cum sequenti conuenit elemento.Aqua est humida,atq; frigida: humidum retinet tāq̄ proprium,in frigido uero cum terra participat.Terra est frigida, atq; sicca:frigidum ei proprium est,quo cum aqua conuenit:in sicco uero igni coæquatur:Vnde sicut se habet terra in frigiditate cū aqua:pari modo in siccitate cum igne:& hic in caliditate cum aere:qui in humido aquę coaptatur. Aliam insuper conuenientiam adinuenere Academici in numero quaternario,usq; ad quadruplam proportionem deueniētes,ad quā dūtaxat musicæ rationes procedūt:ulterius enim progrediendo aures uidentur offendi: Nam ignis aere duplo subtilior est,triplo mobilior aqua, duplo acutior:Itē aer aqua duplo acutior,triplo subtilior,quadruplo mobilior:Rursus aqua duplo terra acutior,triplo subtilior,quadruplo mobilior,ut i obiecta figura cōspicitur.Et hæc secm Timœū & alios Pythagoricos est elemētoꝝ harmonia:in quibus quāuis ignis sit acutus,subtilis,& mobilis:aer subtilis,mobilis,obtusus: aqua mobilis,obtusa,corporea: terra obtusa,corporea,imobilis: est tamen eadem omnium proportio: Nam inter ignem & terram ea lege aer,& aqua interiecti sunt:ut quēadmodū se habet ignis ad aerē, sic aer ad aquam,& aqua ad terrā.At rursus sicut terra ad aquā:sic aqua ad aerem:& aer ad ignem in cōuenientia,& consonanti cōtrarietate:ut q̄ optime aiad uerterē possumus in adiehac figura.





Est igr̄ in elemētis ex oi pte tāta cōsonātia:ut nō sit miꝝ,si i cōpositis,& in locis suis magna suauitate gescāt.Hic canit Boeti.Pythagoreos imitatus. Boetius

Acade.

Herm.

Timœ.
Plato
Plotin.
Aristo.
Demo.
Alb.m.

Tu numeris elementa ligas:ut frigora flammis,
Arida conueniant liquidis:ne purior ignis
Euolet,aut mersas deducant pondere terras.

Nec alia ratio adduci potest elegantior:cur aqua terram non suffocet, cū superior ea sit:nisi quia nō uult discedere a consonantia:qua eadem ligauit opifex in seipsis,& in compositis tanto perfectius/quāto compositū partibus suis perfectius est.

Quod elemēta reperiant̄ in oibus mūdanis mēbris. Cap. XIIII.

QVatuor itaq; elementa consequūtur quatuor perfectoꝝ cōpositoꝝ genera:lapidum,metalloꝝ,plantaꝝ,& animalium. Quoꝝ primū fundatū est super angulum terreū huius mundanæ domus:Lapides.n.terrā imitantur semper uersus centrum descēdentes/nisi adusti sint:ut pumicci lapides spongiosi facti cū cauernis aere plenis.In pulucrem autē redacti propriā naturā lapideā resumentes descendūt.Et cū lapidibus numeratur crystallus,& beryllus:qui, quāuis ex aqua geniti,adeo congelati sunt, ut terrestres facti descendant: Quod nō contingit gelu & niui.Calculi ēt in uesica generati terreā naturā imitantes descēdūt: quāuis ex aqueo humore sint geniti.Et hi oēs stiptici/tate quadā concreti sunt,ut liquefieri nequeant sicut metalla,quāuis descēdant,sicut & lapides.Super secūdū angulū aqueū metalla cōstructa sunt: quæ quāuis ex omnibus elemētis(teste Hermete) conficiantur:potissime tamē ex aqua cōflata eius naturā sapiunt & liquefiunt:ut in hoc testes habemus Timœū locrū,Platonē,Plotinū,Aristotelē,Auicennā,& nouiiores eos sequētes.Nec discrepat Democritus:quē aliqui fingunt tradidisse metalla ex lixiuio & calce generari: Arefieret.n.uelut cementū:nec liquefieri posset.Hoc negotium longo sermone prosequitur Albertus ille magnus: sed cōpēdiosius Abubacher.Videmus (iste inquit) in mineris/q; propter cōtinuū quorūdam montiū calorem aquæ grossities in tantū decoquitur: & inspissatur/ut per tempus fiat argentum uiuum.Et ex pinguedine terrę eadem decoctione/& calore generatur sulfur: continuatoq; calore generantur metalla.Aurum enim nullum habens defectum ex argento uiuo, & sulfure puro/fixo,claro,& rubeo gignitur.Argentum ex eodem argento mobili & sulfure fixo,puro,claro,& albo,cui deficit color,aliqua fixio & cōsequenter pondus.Stānum imperfectum ex eisdem partibus imperfectis parca decotione/ac digestione interueniente. Plumbum ex eodem argēto terrestri/& feculento/carente puritate,& fixione/& ex sulfure grosso aliquantulum rubeo/cui deficit fixio,puritas,& decoctio:Vnde fit imperfectum ualde. Cuprum adhuc ex eodem impuro,& non fixo,terrestri, aduenti/ non claro,& ex huiusmodi sulfure combustibili, cui deest fixio, puritas,& pondus:Vnde imperfectum est & imūdum. Ferrum deniq; ex

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

eodem impuro,fixo,ex parte terrestri adurente,albo,non claro,& ex sul/
fure minus fixo, terrestri, & comburente: unde imperfectum & immun/
dum:a quo abest puritas:& deficit pondus. Quæ omnia cum ex argento
uiuo sint,& illud aqueum:Ideo aquæ naturam sapiũt.Huic adstipulatur
Auicena,tam in physicis,q̃ in epistola ad Hazem philosophum.Sed Gil/ Auice.
gil hispalensis opinabatur metalla ex cineribus gigni:eo q̃ mergantur in Gilgil
aquis/& liquefiant/sicut uitrum,quod ex terrestri cinere,& lapide contuso
extrahitur.Sed non concludit:quia mergitur metallum ex terreo, incor/
porato humido/clausis porrositatibus aerem retinentibus.Nec uitrum de
ducitur ex materia terrea/ sed ex humido radicali ipsis cineribus,& lapi/
dibus intrinseco:in omni enim composito sunt quatuor elementa. Super
tertio angulo/aereo uidelicet, plantæ constructæ sunt: quæ (nisi sub dio)
non pullulant:neq; coalescunt.Et quãuis interueniãt ad cõpositionẽ ipsius
plantæ,& alioꝝ omnium cætera elementa/aeream tamen naturam sapit.
Planta enim sibi cognatum aerem semper petit: & acre priuatum statim
corrumpitur lignum:& putrescit:nisi subueniat aqueus humor,qui cum
aere participat. Super quarto angulo huius quadrifarii ædificii,qui ignis
est/fabricatur Zoophytum:siue animal,cuius uita (ut multi sapiẽtes do/
cent,Plotinus potissime)ignea est a cœlo igneo cõparata:& a spiritu uitę, Ezechi.
qui igneus est,uiuificans oẽs mundanas rotas:ut Ezechielis oraculo edo/ Virgil.
cemur/quo ait:Et spiritus uitæ erat in rotis. Cum quo Maro antiquorum
uestigia imitans/aut furore poetico arreptus decãtat.Igneus est olli uigor
& cœlestis origo. Super quatuor igitur elementales bases fabricata sunt
quinq; genera præcipua compositorum:quæ enneadem complent, lapi/
des, metalla, plantæ,zoophyta,atq; animalia/ quæ sunt in angulo igneo.
Zoophytum autem,cum quoddam permixtum sit/& imperfectum:non
habet determinatum angulum:sed in aliorum gremio suscipitur.

De alia partitione rerum elemẽtataꝝ:per quã tolluntur instantiæ mul/
tæ:quę possent fieri circa prædicta. Caput XV.

ET si unicuiq; angulo,aut elemento huius quadratiæ domus
assignatum sit suum uniuersale genus/subdistingũtur tamen
ab inuicem.Lapides enim quãuis terrei sint/omnes tamẽ ab
alio elemento fortius interueniente denominantur aliquãdo.
Conueniunt proculdubio omnia elementa ad lapides componendos, sed
potissime terra,& aqua: Vnde opaci lapides terrei dicuntur/perspicui ue/
ro aquei.Liquefiunt aliqui fortissimo igne:ut in uitrum cõuertantur.Ali/
qui ex pluuia guttatim cadente generantur in cõchyliis:ut margaritæ in
mari Indico,& Britãnico.Crystallus & Beryllus (ut Augustinus/& Ari/ Augu.
stoteles scribunt/& experientia docet)fiunt ex aqua congelata/ euacuatis Aristo.
porrositatibus:ut nec calorẽ suscipere,nec liquefieri possint.Ignis ẽt adest

in lapidum cõpositione:qui etiã ex silice chalybe percusso/extrahitur:& in
ipso aliquãdo resoluitur:nisi decipiatur Hermes:qui inarcanis docet lapi/
dem a terra in cœlũ.i.ignem conscendere: & a cœlo iterum in terram eius
nutricẽ reuerti:Ad quod cœlum(ut ait)portauit uentus in suo uentre re/
clusus. Metalla quoq;,& si aquea sunt,ipsoꝝ tamẽ aliqua igneam naturã
sapiũt:ut aurum,& ferrũ:quoꝝ alterum solarem,alterũ martialem ignem
imitatur.Stamnum uero & cuprum aerea sunt:illud a Ioue,hoc a Venere
aeream naturam suscipiẽs.Argentum autem terreum cũ luna:plumbum
cum Saturno:& uiuum argentum in aqua conuenit cũ Mercurio:qui est
(ut aiunt) arbiter undis. Omnia tamen aquea natura dotata sunt:ut li/
quefaciant,& pondere distent.Sicut enim aqua ab aqua differt in ponde/
re:sic metallum a metallo,non tantũ ratione specifica, sed indiuidua. Di/
stat enim in põdere aurum barbaricũ ab obrizo:Tharsense ab Indico,&
Vngarico:& hoc ab Hispano:illud autem ab auro eiulat:Quod per Gion
fluuium deueniens,cũ fontis in horto delitiaꝝ existentis uirtutem persen/
tiat,omniũ optimũ est:sicut aqua quæ quanto fonti propinquior,& per/
fectior est/tanto leuior.Distant enim aquæ pro regiõe,& situ in bonitate, Vitruu.
& pondere: a quo (ut Vitruuio placet) aeris bonitas dignoscitur: & ibi
loca pro ędificiis construendis decernenda iubet.Plantæ quoq;,quãuis ae/
reæ sint naturæ,tamen aliquarum radices,succus,folia, & flores dicuntur
calidi,in primo/secundo/tertio/uel quarto gradu: aliqua frigida/uel sicca/
& huiusmodi: de quibus disputare præsens locus non patitur.Illa tamen
diuersitas prouenit:quãdo planta aliqua magis/ & minus naturam alicu/
ius elemẽti se induit. Animalia quoq;,quãuis ignea sint,aliqua tamẽ ma/
gis terrea in terra oblectantur: ut talpa/uermes/& communiter reptilia
omnia: Pisces omnes aquei aqua nutriuntur:Chamæleon aere:Salaman/
dra igne,& ipsorum aliqua calore feruent:ut columbę/leones:Aliqua hu/
mido deprimũtur/ut agnus:Aliqua sicco:ut lepus/dãmula:Omnia tamẽ
ignea sunt distincta per gradus:unde nomina mutuant ab elementis/ aut
ab eorum qualitatibus.

Quod elementa reperiantur non tm̃ in hoc terrestri mundo,sed cœle/
sti/supercœlesti,& Archetypo. Caput. XVI.

ELementa in omnibus reperiri amplissimi testes sunt:Sed ea,
quæ in mundo hoc inferiori habentur/ feculenta/& crassiora
sunt:Quæ in cœlo:nitida/atq; pura:Quæ supra cœlos:uiuen
tia/& ex omni parte benefica.Et,ut ab inferioribus incipia/
mus,est terra hæc circa centrum stabile firmamentũ pedibus/omniũ se/
minum matrix fœcundissima. Est in cœlo densitudo:quæ uideri potest in
Sole potissime/& Luna,& stellis: quæ (ut Plotino placet) radios solares Plotin.
repellunt. Est in Angelis:ut firma sint Dei sedilia:& nobis fœcundi,dan/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

tes tanq̃ miniſtri Dei terræ huic feculentę fœcunditatem. Eſt in Archetypo omniũ firma / fœcundiſſimaq; natura: de qua dicitur: Aperiatur terra: & germinet ſaluatorẽ. Eſt aqua hæc leuis, & æquatiſſima, mũdans, & lauans omnia. Eſt in cœlis ſuo affluxu terrã irrigans: & cõmixtibilis uirtus (ut Baſilius longo ſermone diſſerit) Eſt in Angelis docens, & mundans: de qua, cũ de cœlo agit̃, in pſalmis canitur: Qui tegis aquis ſupiora eius. Eſt in Opifice: qua ablutionẽ peccatorum facit, & regenerat, mundificat, colluſtrat, & paſcit. Sed uide harũ aquarũ differentiam: Humor hic uitæ calorem obruit, cœleſtis irrigat, ſupcœleſtis intelligit: diuinus mentes purgat / & paſcit. Eſt aer hic elementaris / quo reſpiramus, uidemus, audimus, & odoramus. Eſt in cœlis tranſlucens natura: ultra quã ſtellas fixas proſpicimus: Eſt in cœlo ſuperiori ſpatiũ: ubi reſonant ſuauiſſimi Beatorũ concentus: ubi patet uiſio illa, & corporis principis, & reginæ / & omniũ militum. Eſt in Angelis uitalis flatus, & aura tenuis. Eſt in Opifice ſumma, & perfectiſſima uita, & ſpiritus: quo ſpirans in oẽs dat omnibus: ut uiuant: atq; reſpirẽt: & quo tanq̃ ſibilo auræ tenui Eliæ / & aliis domeſticis loquit̃. Eſt ignis elementaris apud nos calefaciens, coquẽs, & pficiens. Eſt in cœlo Sol lucens, & calefaciens inferiora, & Mars agitans, & dans robur. Eſt in Angelis ſeraphicus, & feruidus amor: de quo Pſalmographus canit: Qui facis Angelos tuos ſpiritus: & miniſtros tuos ignem urentẽ. Eſt in Archetypo (ut Heraclitus, Empedocles, & alii ſapiẽtes deponũt) Ignis idealis: & ſpirituale lumen, Sed (ut Zenoni placet) Artificioſus ignis ad omnia producenda egrediens. Et de ſpiritu, & diuino igne habetur in libro ſapiẽtiæ: Omniũ eſt artifex: omnẽ habens uirtutem. Fauet Cleantes dicens / q̃ ignis ille incorporeus / diuinus / uitalis / & ſalubris eſt: qui omnia gignit / conſeruat / ſuſtinet / alit / & auget: ſicut hic inferior diſſipat / & diſturbat. Fauent & diuini teſtes Moſes, & Paulus: quoꝝ alter in repetitiõe legis / quæ Deuteronomiũ dicitur, & hic cũ hebreis diſſerẽs ait: Deus ignis eſt. Et ne infima pars mundi ſecludatur ab hoc ædificio: uideamus quid Homerus de inferioribus elementis decantet in decimo Odyſſeę.

Sic ubi tartareas Acherontis uoluit in undas
Se phlegethon, ſtygioq; ſimul deductus ab Alueo
Cocytus / gemino qua rupes ſcinditur amne.

Iſaias
Baſilius
Pſalmus
Elias
Pſalmus
Heracl.
Emped.
Zeno
Cleantes
Moſes
Paulus
Homerus

Quem & Virgilius imitatus canit.

Hinc uia tartarei / quæ fert Acherontis ad undas?
Turbidus hic cœno, uaſtaq; uoragine gurges
Aeſtuat: atq; omnẽ cocyto eructat arenam.

Virgil.

Quoꝝ fluuiorum Phlegeton igneus eſt: cocytus aereus: Acheron terreus: ſtyx uero aqueus: quãuis hæc ſit potius inferna palus, q̃ fluuius. Alii uero ex etymologia uocabuli hos fluuios elementis accommodant / Phle-

gerontem igni, quaſi ab exuſtione deductum: Cocytumq;, qui clamoroſos ſignificat ululatus, terræ propter uarios concauitatum anfractus: Acheronta uero fluentem fluidæ aquæ: Stygem autem aeri elementorum uinculo: Et de omnibus his ſcribit Proculus: Quæ in cœlo ſunt elemẽta, ſummitates, & excellentiæ elementorum, ſunt ea, quæ ſub orbe Lunæ ex ſecundo ordine: Illa uero, quæ infra terram ſunt: infimum quoddam ac ueluti fex elementorum: ubi mali cruciantur. Sed ad noſtros ueniamus. Eſt ignis, de quo ſummus doctor comminatur impiis ſe dicturum: Ite maledicti in ignem æternum. Eſt aer de quo Iſaias: Percutiet te Dominus aere corrupto: quod communiter de damnatis exponitur. Eſt aqua (teſte Iob qui ait) ad nimium calorem tranſibunt ab aquis niuium. Eſt denicq; infœliciſſima terra in cẽtro terræ huius: de qua iterum Iob: Dimitte me ergo: ut plangam paululum anteq̃ uadam, & non reuertar, ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine, terram miſeriæ, & tenebrarum. Sunt igitur elementa in Deo ſeminaria rerum, & producendorum ideæ, & origines: In Angelis diſtributæ poteſtates: In cœlo uirtutes quædam: In natura rerum ſemina: In mundo hoc inferiori craſſiores formæ: Niſi enim eſſent elementares uirtutes in cœlo, quomodo ab eius influxu generarentur, & tranſmutarẽtur elementa hæc: ut quod nunc eſt aer in pluuiã conuertatur / Aqua in aerem exhalet / Terra in lignum uertatur / Ex quo ignis / & ex illo aer, & cinis quæ terra eſt? Hinc aſtronomi ſigna, & planetas ab elementis denominant tria ſigna cuilibet elemento attribuentes: In Opifice uero neceſſe eſt, ut ſint omnia, quæ diſtribuit: ut celebrata eſt illa Peripatetica ſententia: Nullus tribuit ea: quæ non habet. Sunt igitur fundamenta hæc omniũ rerum quadrifaria a Deo, cui eſt nomen quatuor litterarum: Quarum quælibet circularem numerum continet: & hinc omnes numeros / qui circulares dicuntur / illæ litteræ complectuntur: Vnde magno myſterio nobis innuit̃: q; omnis reuolutio generationis, & corruptionis, & uiciſſitudinis rerum reuerti tandem debet in illud, a quo proceſſerunt: Quæ ſacramenta forſitan Domino ſuccurrente clarius alibi explicabimus.

CHRISTVS.
Iſaias
Iob
Idem
Ariſto.

De figura elementorum ſecundum Pythagoreos, & Platonicos. Caput XVII.

Timæ.
Plato

Timæus Locrus ex officina Pythagorea, & poſt eum Plato iſtiuſmodi figuras elementis aſcripſerunt: Terræ primũ cubum octo angulorũ, & ſex laterum, in forma teſſeræ: Et hoc ob eius ſtabilitatem, grauedinem, & motus difficultatem. Ignem autem in pyramidem quatuor baſium, & quatuor angulorũ formant: ut faciliorem habeat aſcenſum. Aerem in octaedrum ideſt octonorũ ſeſſuũ corpus conducunt: uq; ex octo baſibus, & ſex angulis ſolidis, uigin-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

tiquatuor uero planis:Et hoc quia in aſcenſu ignem conſequitur. Aquam deniq; figuram Icoſaedrã tenere dicunt: quæ habeat baſes uiginti,& angulos duodecim: eo q; aqua ſua flexibili natura mobilis ſit, atq; diuiſioni perfacilis:Quæ omnes figuræ ex quaternario tractæ ſunt: Nam terra ex duobus primis quadratis: Ignis ex quatuor baſibus,& totidem angulis: Aer ex bis quatuor baſibus:Duplicantur enim,ut ex utraq; parte penetratiuus ſit, & facilioris motus. Anguli uero plani ex ſex quaternariis: Aqua autem ex uiginti baſibus,& duodecim angulis, quæ.32. conducũt: Qui numerus eſt ex duobus quadratis, quorum radix eſt quaternarius. Sunt iterum baſes ex quinq; quaternariis, anguli uero ex tribus: Et hæc omnia collocant in uniuerſi figura dodecacdra,idẽſt in ſeſtili per duodecim ſitus:quæ ẽ ex duodecim baſibus pẽtagonis, & uiginti ſolidis, planis autem ſexaginta:Quæ omnia a quaternario oriũtur:duodecim ex tribus quaternariis:uiginti ex quinq;:ſexaginta ex quindecim. Eorum autẽ elementorũ omnium conſonantia ex illis baſibus, & angulis colligitur pleniſſima. Aeris ad ignem eſt proportio dupla in baſibus,in angulis ſolidis ſeſqualtera, in planis uero dupla:unde reſultat harmonia duplicis diapaſon,& diapente. Ignis uero ad terram in baſibus ſeſqualtera proportio: in angulis uero dupla:ex quibus diapaſon iteꝝ,& diapente. Terræ autem ad aquam in baſibus eſt proportio tripla ſeſquitertia: in angulis ſeſqualtera:unde diapaſon, diapente, & diateſſaron in baſibus: in angulis uero diapente reſultat. Aquæ uero ad aerẽ in baſibus dupla ſeſqualtera:in angulis uero dupla: unde diapaſon, & diapente in baſibus:in angulis uero, iteꝝ diapaſon conſurgit. Deficit tamẽ aliquantulum conſonantia,& proportio ignis ad aquam: & aeris ad terram,quibus ineſt plena in qualitatibus cõtrarietas,ab ea proportione,quã habent elementa ſuo ordine collocata:& ubi duo ſemper conueniũt per intermediũ:quod de utroq; participat:ut ſupputare poſſunt experti.

QVibus mutuis concentibus prima reꝝ genera cõueniant adinuicem,& cum Archetypo. Tonus Quartus.
Quomodo Angeli primi ordinis cõueniant cũ primo cœlo: quod primum mobile dicitur. Cap. I.
Qua concordia cherubini ſtellato cœlo rñdeant. Cap. II.
Confirmat hæc mirandum Ezechielis oraculum. Cap. III.
Thronoꝝ quinq; proprietates. Cap. IIII.
Qua cõſonãtia eiſdẽ ꝓprietatibus Saturnus coꝫqueẽ. Cap. V.
Dominationũ decem proprietates. Cap. VI.
Quo concentu eaſdem omnes Iupiter imitetur. Cap. VII.
De tribus coꝫtiõibus Mauortis ignis cũ uirtutibus. Cap. VIII.
Quõ conueniant adhuc in aliis ſex conditionibus. Cap. IX.
Magnam melodiã Sol in octo cũ poteſtatibus cũueniens quaſi diapaſon reddit. Cap. X.
In qnq; participant principatus cũ Venere. Cap. XI.
Qua cantilena Mercurius cũ Archãgelis cõcinat. Cap. XII.
Quõ deniq; Luna coaptetur cũ Angelis. Cap. XIII.
Conuenit iteꝝ terra cũ Luna. Cap. XIIII.
Aqua cũ Mercurio & Saturno interſonat. Cap. XV.
Aer cũ Ioue Venereq; reboat. Cap. XVI.
Ignis cũ Sole & Marte feruet. Cap. XVII.
Lapides cũ cœlis ſuccentant. Cap. XVIII.
Metalla ſonoriori uoce idẽ faciũt cũ Marte potiſſime. Cap. XIX.
Viuaciore ſono herbæ correſpõdẽt cœlis,maxĩe Ioui. Cap. XX.
Occentant Zoophyta cũ Saturno. Cap. XXI.
Intercinũt animalia cũ ſtellato cœlo,& ꝑ mobili. Cap. XXII.
Succentant eadẽ potiſſime cũ ſupcœleſti mũdo. Cap. XXIII.
Quæ in particulari cũ Saturno conueniant. Cap. XXIIII.
Quæ harmonizent cũ Ioue. Cap. XXV.
Quæ Marti reſpondeant. Cap. XXVI.
Quæ cũ Sole,aut Phæbo concinant. Cap. XXVII.
Quæ cũ Venere delitientur. Cap. XXVIII.
Quæ cũ Mercurio interſonent. Cap. XXIX.
Qualiter omnia iſta cũ Luna cõſũmatã harmonię cõſonantiam conducant. Cap. XXX.
Quæ in particulari cũ quibuſdam praticularibus ſtellis reſonent. Cap. XXXI.
Quam belle omnia hæc depicta ſint in Arca,quã cœleſti oraculo fabricauit Moſes. Cap. XXXII.
Quãto myſterio oẽs Enneades i ſuo decimo cõueniãt. Cap. XXXIII

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

QVOMODO ANGELI PRIMI ORDINIS CONVENIANT CVM PRIMO COELO QVOD PRIMVM MOBILE DICITVR. CAPVT PRIMVM.

POSTQVAM de triũ enneadũ genitura diſſerui-
mus:ad ipſaꝝ cõcordiã,unius vꝫ fabricæ cũ alia parti-
cularẽ cõſonãtiã deueniamus.Et a ſupremis ſpiritibus
exordiẽtes,ut ſolidũ aliqđ pſupponamus:accedemus,
ad Ariopagitã noſtrũ Dionyſiũ ueꝝ arcanoꝝ ſpecula
torẽ:Qui ea myſteria quę ei Paulus(ut aliq opinant)
ſed Hierotheus(ut ipſe fatet) crediderat,depromẽs dicit:q̃ oẽs intelligẽ-
tiæ inferiores a ſupioribus illuminantur,docẽtur,& purificant,deniq; ad
opa Dei exequẽda mittũtur:Supremi aũt a Deo tm̃mõ deſtinant:& oẽs
ſunt adminiſtratorii ſpũs in miniſteriũ miſſi. Sed differentia eſt:qa primi
ſolũ a Deo iubent:ſequẽtes aũt a Deo,& ſupioribus deſtinant,& impel-
luntur,iuſſu tm̃ Dei.Hic cõueniunt Paulus docẽs,q̃ oẽs mittunt,& Dio-
nyſius dicẽs, q̃ ſupiores nõ deſtinantur ab aliis,vꝫ intelligẽtiis:ſed a Deo
tm̃mõ:ut in cœleſti Iſaiæ oraculo hẽmus:quo dicitur:Vnus de Seraphi-
nis.i.ſupremis uolauit ad me,iuſſus vꝫ a Deo ad cuius throni,& maieſta-
tis cõtuitũ ſubuectus erat:unde ille Seraphinus erat deſtinatus.Sed quia
Dionyſius docet ſeraph eſſe nomẽ officii,nõ pſonæ:tũc aliqui decepti di-
xerũt illum nõ fuiſſe de ſupremis,ſed functum ſupioris officio: Quod (ni
fallor) nõ eſt ad mentẽ Dionyſii,cũ omnes ſeraphini denominẽtur a שָׂרָף
ideſt ſaraph hebraice,qđ latine accendere dicit:Et eoꝝ officiũ ſit ſuccen-
dere nõ modo ſe,ſed inferiores:ad quos mittunt:Nec inferior fungit eoꝝ
miniſterio:nec ſupioꝝ ſibi nomẽ uendicat.Cũ igit ille ſeraphinus,ut Iſaiã
ſuccẽderet,& eius labia ignito calculo purificaret,aduenerit: officio,& no
mine/ordineq; ſupremo ſeraphinus fuit.Iſti igitur ſupremi,qui a ſolo Deo
deſtinant,cõueniunt cũ p̃ mobili:qđ a p̃ mouente tm̃mõ agitatur,& cir-
cũuoluitur:Qui motor primus eſt,aut prima intelligentiaꝝ:qbus cœli cre
diti ſunt:aut primus moderator omniũ: Quod Proculus,& alii Platonici
pari modo cũ Triſmegiſto cõuenientes docent/ut Boetius canit.

Tu triplicis mediam naturæ cuncta mouentem
Connectens animam,per conſona membra reſoluis:
Quæ cum ſecta duos motus glomerauit in orbes.
In ſemet reditura meat:mentẽq; profundam
Circuit:atq; ſimul conuertit imagine cœlum.

Dionyſ.
Hieroꝝ
Paulus
Dionyſ.
Iſaias
Dionyſ.
Procl.
Platon.
Triſme.
Boetius

Alii aũt cœli mouent raptu quodã a primo mobili,imo a primo motore:
ab inferioribus uero intelligẽtiis motu particulari,& proprio ſpatio: Et ſi
cut primũ unico mouet impulſu:ſic unicũ influxũ recipit:Alii aũt uarios
Auerois pro uarietate mouentiũ,& motuũ.Hinc Arabs,quãuis barbarice,uere tñ
depromit dicens:Optimũ habet ſuã pfectionẽ a ſe:Quod aũt propinquũ
iſti p paucã,uel unã opationẽ,& unũ motũ tm̃mõ:Quod uero remotũ eſt
per multas:Quãto.n.qs ſupior eſt,tanto eius motus maior eſt uirtute,mi-
nor uero numero:Et q̃to quis inferior,tãto eius motus maior eſt numero:
minor uero uirtute,cæteris tñ paribus: Sol.n.q̃uis ſit in medio planetaꝝ,
uirtute tñ eſt maximus,& rex erraticoꝝ ſydeꝝ:unde tãq̃ rex mediũ tenet.
Patet etiã ille ordo in ciuili Republica,& ſupercœleſti:In ciuili.n.miniſtri
agitãtur,& turbãtur circa multa:ut expleant iuſſa imperãtis:Architricli-
ni uero iuſſi iubent,& ad pauca mouent:Dñi autẽ grauitate quadã penè
imobiles imperãt nõ recedentes a loco,nec a ppoſito.In Republica ẽt ſup
cœleſti intelligẽtiæ inferiores hebraice מַלְאָכִים Malachim,gręce Angeli,
Daniel Latini aũt nuntii uel miſſi dicunt,eo q̃ frequẽtius ad nos deſtinati,ſupre-
Paulus mi mãdata deferãt.Supiores uero intelligẽtiæ,qa raro deſtinant,aſſiſten
tes a Daniele dictæ ſunt,Mittunt tñ aliq̃n:ſi uerũ deponit Paulus dicens,
q̃ oẽs ſunt adminiſtratorii ſpũs miſſi in ſalutẽ eoꝝ,qui capaces ſunt æter
næ hæreditatis.Intermedii aũt frequentius ſupioribus,& rarius inferiori-
bus mittunt:Sic & i cœleſti Republica ſupiores circuli tardius mouent,
infimi uelocius.Luna omniũ circuloꝝ infima in octo,uel nouẽ diebus ſu-
pra uiginti cõplet motũ proprium.Saturnus ſupior in triginta ãnis:Sol,
& Venus intermedii in uno anno:Stellifeꝝ cœlũ ſupremũ omniũ ſphæra
rũ quæ uident,in multis millibus annoꝝ reuolutionẽ ſuã pficit: q̃uis oẽs
rapiant a p̃ mobili: cuius motio eſt imediate a p̃ mouente:unde unica eſt
& ſimplex:Inferioꝝ uero circuloꝝ multiplices.Particulares aũt cõuenien
tias,quas hẽt mobile illud primũ cũ ſupremo ordine intelligẽtiaꝝ:qui ſe-
raphinoꝝ eſt,ſi pcurrere lubet:uideamus qd de ipſis mentibus ſeraphicis,
Diony. ex officina p̃ceptoris ſui deponat magnus ille Dionyſius:Hic etenim ſex-
decim ipſis attribuit dicẽs:Seraphinoꝝ cognomen eſt,mobile ſemp circa
diuina,Inceſſabile calidũ,Acutũ ſup feruidũ,Inflexibilis ſemp motionis,
Suppoſitoꝝ agminũ reductiuũ,Actiuũ exẽplar,Recalefaciens illa infe-
riora,Reducens in ſimilẽ caliditatẽ cœlitus igneo illo uigore cõparato,ea
quæ tanq̃ holocauſta ſumma ui incendii expurgat:Non circũuelatũ exi-
ſtens,ſed lucidũ,inextinguibile,ſemp illuminãs, oẽm tenebroſam obſcu-
ritatẽ expellens:Et q̃tũ in huiuſmodi cũ ſeraphinis mobile primũ conue-
niat,uideamus:Cũ.n.primũ ſit,qđ mouet,& ab ipſo primo mouẽte ime-
diate,merito in reuolutiõe ſua ſemp in ipm primũ fert:ut eius iuſſa cape-
ſcẽs expleat in aliis omnia ad libitũ imperãtis.Oportet ſecũdo,ut inceſſa-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

bili calore uigeat:quo sine intercapedine moueaẽ,& tanta ui trahat secũ oia:ut a tanta machina minime impediaẽ.Acutũ insup ut sit,necesse est, in uirtute qua oia penetret:& usq; ad ultimos globos uim suam diffundat: Et cũ omnes rapiat,feruentius est sup illos oẽs:Ideo sicut dicit,supferuidum est.s.genus seraphinoꝝ:si vȝ debeant inferiores oẽs mouere,& feruescẽtes & Deificos facere,sic supferuidũ esse debet illud, qđ oẽs feruescere facit ad motũ: Et cũ inferiora omnia ad eius nutũ moueanẽ,ut semp expleant,quæ supremus iubet,coguntẽ ambo habere motũ inflexibilẽ:Et ne uideaẽ utriusq; uanus labor in mouẽdo sibi subiecta:sicut seraphini ui sua ignea reducũt inferiores mentes in Deũ:sic istud rapiẽs suo igneo impetu mouẽdo oia ea disponit:ut in primũ redeãt:Et qa utrũq; nõ modo impellit,sed p̃cedendo rapit secũ,dicunẽ actiua exẽplaria:Quoꝝ seraphini amoris incẽdio,& globus iste igneus celerrimo motu,& influxu omnia calefaciunt:reducũtq; sic in id incendiũ,quo ipsi accensi sunt:Sed illi uim hauriunt a Deo,quo fruũtur:& hic a magni nominis reuolutionibus duodecim:quas hauaia dicũt hebrei:Quaꝝ quælibet uni signo præponiẽ:& totum nomẽ,qđ hebrei quatuor lr̃aꝝ,Græci tetragrãmũ,Pythogorei tetractim dicũt,omnibus signis: Quoꝝ uirtus est in p̃ mobili:ut dicũt astrono mi:q̃uis imagies in stellato cœlo appareãt,nõ tm̃ in situ fideꝝ:sed in ucris figuris:sicut cõprobarunt certis tpibus,& instrumẽtis uiri p̃batissimi:qui oculis p̃priis uiderũt Tauri,uel Arietis figurã in orbe signoꝝ.Illius igitur sancti sanctoꝝ,& sanctissimi noĩs uirtute illi inflãmando,& hic tanq̃ rota fullonũ purgãdo,quos mouet,incendũt:ut tãq̃ holocausta ascẽdant ad supremũ.Et sicut seraphini nihil cognoscunt superius,quo obteganẽ,cũ sint primæ luci absq; medio addicti:sic iste circulus supioreẽ nõ hẽt circulũ mobilẽ:cũ sit cõtiguus empyreo globo,& Dei sedili:qđ tanta diuina luce est pfusum:ut nihil obscuret,sed illustret indutus naturã supioris:sicut omnia denaria,de quibus suo loco differetur:unde utriq; semp lucidi sunt. Continent etiã inextinguibile lumen,& incendium:quo semp inflãment,& illustrent:ut illi perpetuo collustratiuo incendio, & hic raptu,& ui sua ignea post multos circuitus,proiectis fecibus omnia purgãda reddat opifici expurgata:adeo ut in eundẽ destinatũ reditum faciant.

Hebrei
Græci
Pytha.
Plato

Qua cõcordia Cherubini stellato cœlo respondeant. Cap. II.

SVccedit ordo Cherubicus,qui q̃tũ cõueniat cũ stellifero cœlo,uideamus.Est cherub (si uere sunt interp̃tationes chaldaicæ iã triuiales) imaculata pictura:uñ cherub opus Phrygiũ, aut fictũ dicit:uel (ut Abrahæ a benazra placet) est pictura,uel imago cuiuscũq; formæ separatæ: Sed q̃ pulchrior pictura in tota mũdi machina octauo cœlo:ubi sunt imagines complures nõ a Phrygiis Indis,uel ab Arachne Lydia:sed ab ipsa Pallade,& diuina sapientia:quæ cœlum

cœlum illud figuris semper uiuentibus (ut quibusdam placet) & plenis uirtute pinxit:sicut & in cherubicis mẽtibus species pinxerat ideaꝝ.Ideo alia interpretatione dicit cherub sciẽtia multiplicata,siue scientiæ plenitudo,aut plures sciẽtiæ,& ordines,uel multus ordo:a רָבָה cara,quod est ordinauit,& רַב rab, quod est multum:In ipsis enim est multiplicata sciẽtia, & species rerũ multiplices,& in cœlo imagines multæ. Vtrobiq; autẽ pictura est sine macula,& indelebilis: quæ nulla inuidi temporis colluuione consumetur: nec peregrinam picturam,aut impressionẽ suscipiet/repletis utriq; plenis imaginibus a fonte idearum:ex quibus etiam/tanq̃ ex exẽplaribus formis,terra hæc tanta floꝝ/& herbarum uiuenti ornatu componitur.Sicut enim terra floribus , cœlum stellis/sic mens cherubica uariis formis scientificis ornatur.Ideo dicitur scientia multiplicata,eius speculatione extenta ad diuersissima cognoscenda. Est pariter stellatum cœlum multiplicatũ lumen ad diuersissima confouenda.Confouent etiam cherubini per idem cœlum hæc inferiora,dante ipsis prima causa unde influãt: Hinc psalmographus canit:Ascendit super cherubinos,& uolauit:ad oia vȝ citissime disponenda per ipsoꝝ omnigenam cognitionem,& uirtutem. Et hęc est illa prima operatrix uirtus(ut Dionysii uerbis utar)qua repleti cherubini sunt ad inferiora coaptanda dispositi:ut Vgo,& Albertus in expositione sentiunt.Et quod facit per cherubinos, tanq̃ p̃ ministros & causas secũdarias,summus opifex,idem conducit per stellifeꝝ orbem,tanquã per instrumentũ:ut cũ academicis catholici multi conueniunt.Est insuper (inqt Dionysius) cherubicus ordo repletus diuina pulchritudine,& sapiẽtifica traditione,& cõicatiuus ad secũda genera:Sic & octaua sphęra plena est pulcherrimis stellis & uirtutibus cõicandis secundo generi,erraticis vȝ sideribus.Cõmune est apud Astronomos,quantam uim signa pręstent planetis,quando eos in domiciliis suis recipiũt.Manifesta est etiam dispositio,quam inducunt in nascentis alicuius horoscopo/Neq; minus in aliis mundi inferioris rebus disponẽdis:ut moderari uideantur machinã hanc sub globo lunari,fauore tamen hausto a supremo parente,& sancto ipsius nomine:ut in Dauitico hymno canit:Dñe Dominus noster q̃ admirabile est nomen tuum in uniuersa terra:quæ per sidereas illas figuras,& uirtutes imbibitas a sancto nomine uitam,pulchritudinem,& uirtutem haurit. Quibus intercedunt septem erratica sidera:quæ & ipsa a septem mensuris uel circulis fabricę (ut hebreoꝝ Theologia docet) per septem suas intelligentias regulantes suscipiũt,unde influant. Diuiditur ille stellifer circulus in duodecim imagines præcipuas:quaꝝ quælibet,& partẽ terræ sibi subiectam,& membrũ aliquod minoris mundi disponit:Vnde uterq; mũdus ab ipso cœlo regulatur/cuius circulus medius mineruæ,aut iustitiæ circus a Memphiticis dicit,& ab Arabibus ductoria regis.Illo enim tanq̃ uirga

Dauid
Diony.
Vgo
Alber.
Diony.
Astron.
Dauid
The.he.
Aegyp.
Arabi.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

quadã ſupremus rex inferiora moderat̃ per cherubinos, tãq̃ per miniſtros: in qbus unica illa regis cognitio multiplicat̃: ut iteratis uicibus intelligãt ea, quæ ſupremus unico actu cõplectit̃. Sic & cœlum iteratis reuolutionibus explicat, quæ opifex unico influxu tribuit. Et ſicut ſtelliferũ cœlũ gyratur a primo mobili: ſic cherubini excitant̃ a primo ordine Angelorũ, ſeraphico vz: ut locũ etiam in ipſis habeat illud Academicorũ, immo diuinorum hominum dogma, quo docet̃: q̃ qui cupiũt docti effici, & ſapientes, primo amatorii efficiant̃, ut per amorẽ pulchritudini rerũ affecti/ad ipſas ſpeculandas moueant̃: de quo ampliſſime Plato in ſympoſio, & Plotinus in de triplici reditu animæ ad Deum cõſcribũt. Hinc ea quæ in Dionyſio uidebant̃ contraria facile conueniũt: Docet enim inferiores Angelos a ſuperioribus doceri: illuminari: purgari: & iterũ dicit: Cherubinos ſuſcipere immediate a Deo, quæ ſecundis cõmunicãt: Nam diuinã eſſentiã oẽs ſine medio ſpeculant̃: ut in ſolo fœlicitatis fonte beentur: A quocũq̃ enim canali citra infinitum haurirent, poſſent facile ſentire influẽtis defectũ ſimul & influxus, qui quidẽ defectus cũ beatitudine ſtare nequit. Et illa diuinæ eſſentiæ uiſio ab Auguſtino meridionalis, rerũ autẽ in uerbo matutina, in genere proprio ueſpertina dicit̃. In cognitionẽ igit̃ illam dexteræ excælſi, ubi ſunt omnes delitiæ, quæ ad dexterã dicuntur eſſe Archetypi, feruntur mentes omnes Angelicæ, & beatorũ, Deo dirigente: iuxta illud Dionyſii: Gaudent omnes mouente Patre. Ad inferiora autẽ peragenda diſponunt̃ inferiores ſuperiorũ imperio: quibus illi parẽt oculũ tamen ſemper in Deũ dirigendo: ut canit Regius Prophera: Ponite corda ueſtra in uirtute eius: & diſtribuite domos eius. Eſt. n. ſermo Principis Angelicis miniſtris imperantis: q̃ corda, & affectus ſemper in Deum dirigant per incendium ſeraphicum: quo excitati diſtribuant domos eius/cœleſtem vz/& mundialẽ: In quo miniſterio inflãmantur ab igne ſeraphico, immo a ſpũ Dei igneo per ſeraphinos: A qbus etiã illuſtrationis ad inferiora pertractanda incremẽta ſuſcipiũt: ut aũt Deo pfruant̃, lumine ipſius Dei pfuſi colluſtrant̃.

Acade.

Plato
Plotin.
Diony.

Confirmat hæc mirandum Ezechielis oraculum. Caput III.

Augu.

Dionỹ.

Ezechiẽ

EVentis q̃plimis, quę celeberrimo uati Ezechieli relata ſunt etiam negotiũ mundanæ fabricę interfuit: Cuius deſcriptionem hebraicã ueritatẽ ſequẽtes proponemus, quantũ maxime ad cherubicũ myſteriũ attinet. Extendit/inqt/cherub manum de medio cherubinorũ ad ignẽ, qui erat inter cherubinos: & leuauit, & dedit in manu eius, qui erat ueſtitus lineis, uel talaribus tunicis: & accepit, & egreſſus eſt. Et apparuit ad cherubinos ſilitudo manus hominis ſub alis eorũ. Et uidi, & ecce quatuor Ophanini apud cherubinos: & Ophanius unus apud cherubinũ unũ, & Ophaninus alter apud cherubinum alterũ. Et uiſio Ophaninorũ ſicut aſpectus lapidis tharſis. Et uiſio eorũ ſimili/

Pſalmus

tudo una ad quatuor/ſicut ſi eſſet Ophaninus i medio Ophaninorũ: Cũq̃ ambularent, in quatuor partes gradiebantur: nec reuertebantur, dũ irent: ſed ad locũ, ad quem reſpiciebat primus, uel caput ſequentes eum ibant: nec reuertebant̃, dũ irent. Et omnis caro eorũ, & dorſum eorũ, & manus, & alæ eorũ, & Ophanini pleni erant oculis in circuitu quatuor Ophaninorũ. Et ophaninos ipſos uocauit rotas in auribus meis. Hic rogatos eſſe uelim ſapiẽtes, ne me carpant: ſi a communi interpretatione locum iſtum noſtri Ezechielis ſegregauero. Admittũt omnes catholici quatuor ſenſus in ſacra pagina: Quibus ueritas litteræ, animæ negotiũ, myſteriũ eccleſiæ, & arcanum cœleſtis gloriæ eluceſcit. Et horum primus literalis/ſequens moralis/tertius allegoricus/ultimus anagogicus ab omnibus dicitur. Sed ſi cũ iſtis admittat̃ mundanæ fabricę deſcriptio, non incongrue naturalis ſenſus ille uocabit̃. Quo modo interpretandi ſæpius utit̃ omnium interpretum ſacrarum literarũ apud noſtros facile princeps Origenes, prout ab Ammonio, immo a ſapientibus hebreis acceperat. Si aũt noſtri hoc nouo interpretãdi genere (quod tamen uetuſtiſſimũ eſt) offendunt̃/collocabimus ipſum in Anagogico: poſtq̃ induximus Deũ/in quo beari debemus/huius fabricæ opificem, moderatorem, & muſicũ: Qui eam conſonantiſſimã adeo ex omni parte conduxit: ut quicquid de una dicit̃/de alia quoq; per ſymbolũ, & analogiã intelligi poſſit. Ad quarũ rerum phyſicarũ, & diuinarũ concordiam accincti ſumus. Sed ad interpretationem accedentes uideamus quid loquatur noſter Ezechiel de cherubicis mentibus diſponẽtibus fabricã: & de eorũ ratione ad Deum, ad ſeraphinos, & ad producta omnia. Extendit (inquit) cherubinus manum de medio cherubinorũ: Vni aſcribit opus, cũ ſuppoſiti, aut ſingularis ſit operatio: ut apud Ariſtotelem, & Theologos nros triuiale eſt. Sed ne credat̃ hæc adminiſtratio uni tantũmodo credita dicit, de medio cherubinorũ: ut omniũ uirtute agat: Sicut Gabriel legationem uirgini attulit: & epithalamiũ celebrauit in uirtute, & nomine omniũ Angelorũ: ſed Dei in primis, ſicut nonnulli accõmodatiſſime diſſeruerunt. Quã uirtutem extẽdit (inquit) ad ignem. i. ad uigorem ſeraphicum: quia & ipſi ſeraphini interſunt, tanq̃ uis ignea, & excalefactoria uirtus ad opus perficiẽdum. Hinc proſequit̃, q̃ ignis erat inter cherubinos, colligatos vz glutino ſeraphici, imo diuini amoris: quo excitant̃ ad miniſteriũ. Sumpſit ergo ignem: & dedit illi, qui erat ueſtitus lineis, aut ſtola ſancta, uel podere (ut ſeptuaginta interpretant̃, & cõſentit Hieronymus) .i. Chriſto, de quo in Apocalypſi dicitur: Et uidi in medio ſeptem candelabrorũ aureorũ, ideſt ſeptem planetarũ & Angelorũ ipſis pſidentium, ſimilem filio hominis ueſtitum podere, aut ſtola ſancta uſq; ad talos, qa totus ſanctus nazaræus noſter a uertice uſq; ad uolas pedũ: Cui data eſt oĩs poteſtas in cœlo, & in terra, & per quẽ pducta ſunt omnia. Nec cũ iniuria dicit̃: q̃ ignis acceptus a

Origẽ.
Ammo.

Ezechi.

Ariſto.
Theolo.

LXX.
Hieron.
Apoca.

7. cathelacha aſſyr:
7. planeta

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

seraphinis per cherubicas manus datus sit Christo: cū ipsum ignem nō de derit ei tanq̄ inferiori: sed uelut minister attribuebat opifici: cuius imperio opus perageb at. Nā & si omnia per uerbū facta sunt: multa tamen ipsum tanq̄ sūmus Princeps/per ministros exequit. Et postq̄ ignē suscepit/ infert uates/q; ad opus egressus est: quia sicut opifex amore succinctus (ut Dio/ nysius, Boetius, & alii sapientes testant) in fabricā cōducendam egressus est: sic ministri amore succēsi exequunt, quæ opifex iubet. Nec tamē ministri ipsi, eo q; cooperētur Artifici, dicuntur rerum creatores, sed executores illius, a quo oia fiunt: Vnde seqtur: Et apparuit inter cherubinos similitu/ do manus hominis, illius v3 qui dixit: Pater meus usq; modo operatur: & ego operor. Et ne quis suspicet ex hac interpretatione Cherubinos aliquo modo esse rer̄ creatores, possumus etiā cauillosos cōsolari locū aliter inter pretantes: ut cherubinus sit scientia idealis, uel cognitio rer̄ faciēdarū, quæ acceperit ignē amoris de medio cherubinor̄: idest idear̄, & picturar̄: quę in illo uerbo diuinissimo sunt, quibus afficiebatur anteq̄ in formas ꝓprias explicaret, Ideo dicit q; post acceptū ignē in opus egressus fuit. Nec aliū/ de quippe processit: ut in fabricā exiret, nisi ab amore. Subsequit partitio fabricæ cū ipsis Cherubinis. Et uidi (inquit) & ecce quatuor Ophanini apud cherubinos: Qui Ophanini (si literam sequi uelimus) sūt cunei, uel circuli ferrei (ut bene sentit Hieronymus) quibus lignor̄ radii artantur, & stringunt & non rotę/ut traductio nostra habet. Sed si altius rē pscru/ tari iuuat/ Ophanini (authore Abrahā in libro de formatione) ptinent ad mercaua. i. tribunal sūmi Dei simul cum seraphinis, & Angelis ministerii, & animalibus sanctitatis. Nā sicut cœlis & planetis agentibus respondent suæ intelligentiæ: sic materiæ, & elemētis disponēdis præsunt intellectua/ les uirtutes: quę Ophanini dicunt: qui iuxta cherubinor̄ plenam scientiā, aut secundū ideales picturas/disponūt materiam: & unicuiq; rei dispone/ dę adest Ophaninus unus: iuxta cherubinū unum. i. secundū particularem ideā rei faciendæ. Et cum omnia rer̄ exemplaria abscondita sint, tāq̄ the/ sauri sapientiæ in uerbo humanato: ut dicit magnus ille Paulus: Ideo indu cit hominis similitudo in fabrica cōducēda. Mirabili artificio uates cœle/ stis nūc summū & increatum cherubinū, idest plenissimā picturam idea/ rum meminit, nūc ministrantes, & plures cōmemorat innuens cherubinū Deificum per ꝓductos cherubinos, & Ophaninos in harmonicā fabricam disponendam exire. Et quia opus hoc habet non solum consonantiam ab Archimusæo, sed pulchritudinē a pulchro, Sequit, Aspectus autē Opha/ ninor̄ erat quasi uisio lapidis tharsis: Quod Aquila, & interpretatio nostra hēt chrysolitū/ Symmachus hyacinthum/ Septuaginta uero carbūculum traduxerūt. Sed Tharsis multoties mare significat, iuxta illud psalmi: Cō/ terens naues tharsis, idest maris. Sed ad interpretationes lapidū redeuntes

Dionys. Boetius

Paulus

Aquila Symm. Psal.

incertæ sunt, & a diuersis tam hebreis, q̄ græcis, & latinis uariæ habentur, unusquisq; tamen sua ratione mouet: Rabi Bachaie quoq; tharsim chry/ solitū interpretatur: quē hebraice det/ תַּרְשִׁישׁ /cariolic/ Et hunc esse co/ loris cœlestis, aut maris elati, & eius uirtutē fauere ad digerendū, & impin guandū. Vnde de Asser (cui addictus erat hic lapis) in Iahacob præsagio dicit: Asser pinguis panis eius: & præbebit delitias regibus. Et si uolumus omnes interpretationes accōmodare: possumus quidē ex symbolo omniū quæ uno nomine mysterioso sanctæ linguæ cōtinentur/ Si. n. significatum eius est mare: cū aqua sit rerum seminariū simul cum terra, quid materiæ disponendæ aptius cōuenit, quam uirtus aquea per Ophaninos submini/ strata? Si uero per tharsim ꝓpheta carbūculū intelligit (qui āthrax græce dicitur, & alio nomine rubit, sed ille in nocte lucet: rubit uero nequaq̄: qui & omnibus lapidibus figurā imprimit, nec suscipit: & omniū dicitur pre/ tiosissimus a Plinio, Calistrato, Aaron, Archelao, Aluredo, & Arnoldo) & hoc quidem accōmodatissimū est: Nam ophanini materiā obtenebratam disponendo illustrant, & ad formā, figuramq; suscipiendā disponunt: unde pretiosa est eor̄ operatio. Si autē per tharsim hyancinthus intelligi debet: & ipse aqueus est (ut Arnoldo placet) & cū mari & aqua conueniens sua frigiditate ardorē extinguit. Cōparat etiam gratiam, & gloriam, ait The/ thel, unde & ipse conueniens est Ophaninis disponentibus materiā uirtu/ te aquea, unde gratia, forma, & gloria in subiectū deducat. Si uero chry/ solitū bene interpretantur: ut in cōmuni usu habet/ est & ipse auro similis, cum aliquali colore marino, ut Plinius, Arnoldus, & Bochus scribūt: unde ad disponendū illa uirtus accōmodatissima est ex aquea natura molliēte, & aureo colore picturæ, maxime stellar̄ aptissimo. Si uero Bachaie sequi uoluerimus: q; sit lapis fauens digestioni, pinguendiniq;: & hoc accōmoda tissimū est: cum officium ophaninor̄ sit digerere, & pinguefacere materiā.

Plinius
Calistr.
Aaron
Archel.
Alured.
Arnol,
Idem
Thethel

Plinius
Arnol.
Bochus
Bacha.

Ezechi. Addit sacror̄ interpres: q; ophanini quatuor erant ad disponendam ma/ teriam susceptura quatuor elementor̄ formas, anteq̄ compositum cōduce retur. Sed quia in cōpositis una tm̄ cernitur facies: ideo sequit, q; aspectus eor̄ erat similitudo una: quasi esset Ophaninus in medio Ophanini: quia in compositis unumquodq; elementum est in alio: Et si cōinnctum resol/ uitur, in quatuor illa elementa reuertitur. Ideo sequitur: Cūq; ambularent, ex amicitia v3 compositi ad seipsa in quatuor partes gradiebantur: & non reuertebant, cū ambularent: quia ad resolutionem deuenientes elementa non reuertunt in cōpositum: nisi a superiori causa deducant: unde subin/ fert: Ad locū, ad quem tendebat caput, siue dux eor̄, sequebātur & ipsa ele mēta supiori causę obediētia. Quod aūt caro, dorsū, manus, & alę ophani/ nor̄ dicāt plenæ oculis, pulcherrimū est: cū in elemētis disponēdis tot ocu li requirant in disponētibus, quot sunt formę in subiecta illa introducēdæ

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

nitatis:quæ bina dicit:cui rñdet Saturnus,& intelligentia præsidens ipsi. A quo loco affluit requies/peccatoꝝ remissio,& exuberãtia illa,quæ lubi leus dicitur/post quadratũ numeri septenarii: qui cum Saturno septimo planeta contentit.Dictum fuit secũdo loco de Thronis,ꝙ sint cõpaginati ueritate,& amore. Et de Saturno Firmicus ille maternus, ꝙ est tenax:& facit saturnios suos bene compaginatos:Vnde silentio/& solitudine (teste Alchabitio) delectant.Et sunt:firmi solidiq; cõsilii/ut Ptolemęus testatur: Sũtq; ex illa cõpagine tenacissimæ naturæ/ideo auide cõgregant:& difficile dispẽsant,segregatiq; a societate,& in se collecti silẽtio,& eleuato ingenio arcana Dei,& naturæ acrius pscrutant:ut cũ Thronis fiant uiua Dei sedilia. Vnde ꝓsequunt supramemorati Astronomi:& cũ eis Democritus Plato/Aristoteles,& Auicena dicẽtes:Fauet Saturnus ad altũ intellectũ, & profundã rerũ scientiam,secretiorem philosophiã,& theologiam:cuius/modi est illa hebreoꝝ:quæ supramũdani Saturni sapit influxũ: Et in hoc optime thronis coęquatur:in quibus sedens iudex ingenio,legũ cognitione,stabili sermone,longa prouidentia,regaliq; consilio fulgere debet:Addit rectitudo, intemerata fides,& cum sedente Principe cõuenientia.Et de Saturno dicitur,ꝙ si solus regit nullo impedimento molestatus dat fidissimam amicitiã.Deiferi insuper dicuntur Throni,ac sapientiam effundẽtes,Deiformesq; habitudines.Et Saturnus Deifer est diuinos suscipiens afflatus:quos in Saturnios suos diffundit.Nõ prætermittã quod perhibet antiquitas de Saturno:ꝙ Ianũ docuerit sapientiã,& partem regni ei cesserit,in hoc inuens sapientiæ effluxũ a Saturno prouenire:qua retertus/maximam partem habet ad regnum obtinẽdum:diffuditq; Deiformes habitudines in temporibus ipsi dicatis/Ideo fœlicissima prædicãtur:& tũc auream fuisse ætatem,qua nec furtum,nec quicq; perperã cõmittebatur:Nõ galea,nõ ensis erat,nõ militis usus:nec erat sub eo tas partiri limite campũ:nec aliquẽ seruitio premi:nec tũc belli,aut famis iniuria quis molestus erat:Ideo ipsi dicata erant (ut refert Macrobius) solennia, & sacrificia, quæ saturnalia dicebant:quæ septẽ diebus celebrabãtur.In cuius rei fidẽ Nouius,& Mũmius citantur: q̃is Masurius, & Mallius aliter senserint: Quoꝝ prior unum tantum diem/alter tres ipsi consecrat: Fuit.n.diurnum eius solennium:Sed a Cæsare primo,postea dictante Augusto propagatũ fuit usq; ad trium dierũ ferias: Sigillarioꝝ autem adiecta celebritas in septem dies discursum publicũ,& lętitiam religionis extendit.Accõmodate quidem septenarius dicat saturno:qui septimus est planeta:qui requiẽ innuit:cui septimus dies ascribitur: qui millenarium septimum indicat:quo (Iohãne teste) maloꝝ suggestore uinculis detento quiescẽt mortales, trãquillam uitam degentes:Quod per septenarium annum quietis/perq; annũ magnũ Iubilei/post quadratos septenarios in Leuitico satis prefigura/

Iul.Fir. Alchabi. Ptole. Demo. Plato Aristo. Auice. Ianus uersus Macro. Nouius Mũmi. Masuri. Mallius Cæsar Augu. Leuiti

tum est.Et cum Saturnus saturnios suos Deiformes facere studeat:eos qui prauis moribus,factis magis,q̃ uerbis influxum eius bonum calumnian/tur,indignabundus merito deprimit,& castigat:ut in hebreis pluries cõprobatum cernimus: Qui affluentias diuinissimas ueri Saturni, præ cæ/teris incomparabiliter susceperunt.Vnde exultans Propheta ait: Non fecit taliter omni nationi:& iudicia sua non manifestauit eis.Hinc & tanto grauius seruitute,captiuitate,& plagis multis pressi sunt/ quanto Princi/pis,& ueri Saturni dona maiora contempserunt. Alia sequitur coaptatio

Dauid

Messa. Alcab. Saturni cum septimo in ascensu Angelorum ordine.Scribũt Messahala, & Alcabitius omnes planetas iungi cũ eo:Illum autem quia supremus sit omniũ,nulli coniungi:sic & Saturniæ religioni (quæ tamen supramundani Saturni est) omnes adhærent/uel secundũ uerum adimplementum mysterioꝝ in lege illa diuina contentoꝝ,uel imitando tanq̃ simiæ Mosem illius legislatorem: & iactitãdo se ab Apolline,Ioue,Mercurio,Minerua, Nympha Egeria,Vesta,& bono Numine accepisse,quę a Mose suffurati sunt. Ipsa uero Lex nec alicui adhæret:nec ab aliquo quicq̃ accepit,nisi a Deo ipso:Et hæc grauida diuino partu euãgelii,effœta uidetur expulsa: cũ tamẽ in summo honore habeatur ab his,qui recte sentiunt:quia euangelium legem ipsam non soluit:sed implet usq; ad minimũ iotam,& apicem. Sic omnes Angeloꝝ ordines cũ Thronis iunguntur ad iudicia Dei complenda:ipse autẽ nulli. Concurrit enim Seraphicus amor,ueritatis & iustitiæ zelus: Interuenit etiã cherubica scientia:quæ in distributiua iustitia gradus disponat:& in iudicatiua retributiõnes,& flagella, pro meritis & flagitiis decernat.Adsunt Dominationes idest mentis libertas(sic enim a Dionysio declaratur dominatio)ut liberum ab affectu,& passione proferatur iudicium.Virtutes assistunt iudicibus: ut sint uiriles,atq; constantes in iudiciis proferendis. Præsto sunt Potestates: ut iudicium prolatum exequantur coercentes (ut uerbis Dionysii utar) omnẽ tyrãnidẽ,& abutentes uiribus suæ potestatis. Conueniũt Principatus,Angeli & Archangeli præsidentes Principibus,hominibus particularibus,& prouinciis:ut approbent,& faueant iudicio,& distributioni delatæ a iudice. Nec alii ad sua officia explenda Thronos ascisciũt:Non Seraphini ut ament:nõ Cherubini,ut intelligant:nõ Angeli,ut nuncient:nec alii,ut exequantur ea,ad quæ deputati sunt officia.

Diony. Idem Diony.

Dominationum proprietates decem. Caput VI.

CVm Saturnũ (quẽ maliuolum scioli appellãt) cũ sanctissimis Dei sedibus cõuenire fecerimus:ubi nulla apparebat cõcordia:facile Iouẽ Dominationibus coaptabimus,potissime cõueniẽtibus his,quę de utrisq; a suis authoribus deponunt.

Diony. De Dominationibus hæc magnus Dionysius scribit,Sanctaq; Domina/

Rer.3 4.S.2.c.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

tionum manifestatiuã nominatione existimo declarare/Absolutã quandã, & omni pedestri minoratione liberã anagogen:in nullamq; tyrãnicarum dissimilitudinẽ,ullo modo eam uniuersaliter inclinatã/Liberaliter seuerã Dominationẽ omni minuitiuæ seruituti superpositã supiorẽ omni subiectioni,& remotam ab omni dissimilitudine,& dñationis incessanter appetentẽ:& ad ipsiusmet naturaliter subsistentis uirtutẽ similitudinẽ,quantũ possibile est,& seipsam,& quæ post ipsam sunt optime,& specioseˊ cõformantẽ:ad nullũ uane uidẽtiũ, sed ad proprie On uniuersale cõuersam:& Dominicæ semp Deiformitatis in participatione,secm quod possibile est, ipsi factã.Hucusq; Dionysius. Cuius mens est (ut ipse p̃mittit) declarare nomina,aut denoiationes sanctaꝝ Dñationum mysteriosꝝ plenas.Et hoꝝ primũ est,q; habent absolutã quandã eleuationẽ,liberã ab omni conculcante depressu:qui diminuit dñantis dignitatem. Et secũdo libera est eoꝝ mens ab omni tyrãnica dissimilitudine:adeo ut nullam in ea sentiat inclinationẽ.Nec profecto,qd proprius ascribi potuit tyrãnidi/q̃ dissimilitudo a uero principatu,cũ hic iure,& tyrãnus contra ius dominet:Alter fauere & subleuare studet subiectos:Alter uero deprimere & expillare:Alter ueritatem,pietatẽ,munificentiã,& iustitiã,& clementiã redolet:Alter mendaciis,dolis,impietate,auaritia,crudelitate omnia dissipat:Alter diuinam quãdam per imaginẽ:Alter diabolicã.Dissimilis est ergo tyrannus legitimo Principi:multo magis autẽ Deo,cuius Dominationes locũ tenent.Est tertio,liberalis cũ seuera æquitate,& ab omni famulatu,& diminuẽte seruitute expedita uera Dñatio:Nec existimet quispiã seueritatẽ liberalitati repugnare:cũ seueritas sit æqua distributio sine obliquãte affectu:ut ueritati inixus iudex coercere ualeat insolentiam:& debita munificentia magnificere benemeritos.Quod facere nequit:nisi liberꝝ habeat animum ab auaritia,odio,cõmodo proprio,& huiusmodi:quæ deducũt animũ in seruitutẽ diminuentẽ a recto libramine iustitiæ.Hinc toties summus omniũ Princeps iudicibus,& sui uicẽ tenentibus exclamat/imperat/& protestat/ ut manus habeãt ab omni munere liberas,quia munera,erutis oculis mentis,in miserrimã deducunt seruitutẽ.Hinc quarto loco infertur,q; dominans superior sit omni subiectioni:quę ex muneribus/sanguine/affinitate/ clientela,patria/ amicitia/ cõsuetudine/ambitione/uel undecũq; cõtrahat. Additur quinto,q; remota sit Dominatio ab omni dissimilitudine a sũmo Principe:qui est ipsa ueritas:Dissimilitudinẽ aũt hãc peccatũ inducit:quo discrepat qs a prima ueritate.Hinc de primo rebellãte ait sũmus doctor. Ille homicida ab initio in ueritate nõ stetit.Sed existimo q; aptius traduci posset occisor,q̃ homicida:quia ille tũc nõ fuit hominis,sed suiipsius occisor.Nec apud hebreos est in usu hoc uocabulum homicida:quo idiomate Iohãnes suũ scripsit euãgeliũ,ubi illa uerba recitantur.Sunt igitur,& esse

CHRI/ STVS.

debent tantũ Deo cõformes:ut Dii merito appellari possint: sicut de ipsis
Exodus in Exodo dicitur:Diis non detrahes.i.iudicibus.Et ibidem furẽ & periurũ
Dauid iubet appelli ad Deos.i.iudices. Et Psalmographus cũ de huiusmodi, aut de Apostolis præfectis duodecim tribubus Israel caneret,ait : Dii fortes terræ uehemẽter eleuati sunt.Sequit̃ sexto, q; incessanter dominatũ appetere debeant. Possent hic imbecilles offendi:quomodo illæ sanctæ intelligentiæ ad dominiũ indefesso desiderio aspirare dicant̃,cũ in ecclesia ista,
CHRI/ cuius illa cœlestis typus est,& exẽplar,a summo hierarcha Christo damSTVS. nentur:qui ad præsidentiã flagrant:ut in euãgelio,cui titulus est secm Lucam,ait:Reges gentiũ dominantur eaꝝ,& qui potestatẽ habent inter eos benefici uocant̃,uos autem nõ sic:sed qui uoluerit inter uos esse maior,sit tanq̃ minister,& seruus.Quibus faciemus satis ueritatẽ notam sapiẽtibus depromentes: Dominii.n.& præsidentiæ appetitus,cũ naturæ insitus sit, culpandus nõ uidetur:Nec possumus subiectionẽ,& infimũ gradũ appetere immediate,sicut nec possemus uoluntatẽ in dolorẽ extendere: cũ do-
Augu. lor (teste Augustino) accidat ex rebus,quas nolumus:sic infima appetere est cõtra naturæ instinctum:qui semp in maiora, & meliora fertur. Hinc magna appetens non superbus,sed magnanimus dici debet:si recte docet
Aristo. Aristoteles in Ethicis.Et si in culpa esset p̃sidentiæ appetitus,summus do-
CHRI/ ctor Christus nõ proposuisset illam renuntiantibus terrena in præmiũ di-
STVS. cens:Sedebitis sup sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.Et
Apoca. iteꝝ in Apocalypsi,ut ad certamen, & uictoriã nos induceret,altum consessum promittit dicens:Qui uicerit, faciã eum sedere in throno meo:sicut & ego uici,& sedeo in throno Patris mei.Criminandus igit̃ nõ est appetitus,sed malũ obiectũ:quãdo ꝝ uolumus exaltari in his momentaneis rebus pegrinationis nostræ cũ iactura cœlestiũ: ad quæ aspirare debemus. Criminãdus est & modus, p̃sumẽdo obtinere propriis uiribus,quæ a datore omniũ bonoꝝ recognosci debent.Hinc errauit ille,qui dixit:In cœlũ cõscendam,sup astra Dei exaltabo soliũ meũ:Sedebo in monte testamẽti in lateribus aquilonis:ascendã sup altitudinẽ nubium:& ero similis altissimo.Tot peccata cõmittit, quot uerba profert. Consessum sublimiorẽ sibi uendicat nullis existentibus meritis:Rursus soliũ eminẽtius scandere uolebat non uocatus,cũ sedere debuisset in nouissimo loco: quousq; sentiret Principem dicentẽ:Amice ascẽde superius:Sederecq; decreuerat in monte testamenti,in latere aquilonari:unde lex data est:unde proterui puniunt̃:
Ieremi. unde casus,& multa delicta scatent iuxta illud Ieremię:Ab aquilone pandetur omne malũ.Hinc merito sententiã,& iudiciũ Dei persensit:cũ se in loco iudicii (frustra tamẽ) collocare tentarit.Ambiebat iteꝝ conscendere sup altitudinẽ nubiũ supcœlestiũ:unde irrigãtur omnia p canales Deifeꝝ tos:Assimilariq; Altissimo nefãde cogitauerat,cui nec dignus erat seruus.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Hinc omniũ infimus,& ab altiſſimo ſemotiſſimus effectus eſt. Si igitur ſublimẽ gradum beatitudinis a ſummo diſpẽſatore comparare uoluiſſet: obtinuiſſet utiq; (ut Anſelmo, Bernardo & aliis ſapiẽtibus placet) de quo, Deo fauente, alibi pertractabimus. Appetere igitur inceſſanter cũ ſanctis Dñationibus regnũ nobis promiſſum, immo deſiderare unionẽ illam cũ Patre ſummo/pro qua orat Chriſtus in euangelio, cui titulus eſt ſecundũ Iohãnem dicens: Rogo Pater, ut ſicut ego & tu unũ ſumus: ita & iſti unũ ſint in te, nõ eſt peccatũ, ſed uirtus: quia bonus eſt gradus ille, & ad ipſum deuenitur per ſanctimoniã: ad quã nos hortatur ſummus Princeps, dũ ait in Leuitico: Sancti eſtote, quoniã ego ſanctus ſum. Hinc ſeptimo loco ſubinfert, q; totis niſibus aſpiceret ad ſimilitudinẽ uirtutis naturaliter, & a ſe/ipſa ſubſiſtentiam habentis: quæ ſummi hierarchę eſt. Recte (ut Boetius, Plato, & alii ſapientes docent) æmulantur fabrefacta omnia opificẽ ſuũ, quoad poſſunt. Sed cũ ſint ſanctæ Dñationes charitatis uinculo colligatæ, non ſolum ſibiipſis, ſed cæteris omnibus pro rei exigentia fauent: ideo octauo loco ſubinfertur: Quantũ poſſibile eſt, & ſeipſas, & quæ poſt ipſas ſunt, optime, & pulcherrime cũ perfectiſſimo cõformantes. Quod utinam ſeruarent oẽs, qui præſidentiã appetũt: quia nõ ſuperbiæ, non inuidiæ, nõ iniuſtitiæ, nõ criminis alicuius rei eſſent, ſi tm̃ prodeſſe anhelarẽt, quantũ præeſſe. Ad quod pficiendum duo exigũtur: quoꝝ alterũ ſubinfert Dionyſius nono loco dicens: Ad nullam uanitatẽ aſpiciendam conuertantur: nec ad inferiora aliqua: ſed ad proprie on.i. ad illum/qui uere eſt. Et hic ſolus dicit uere eſſe, qui Moſem docuit, ut interrogantibus/quis eũ deſtinauerat/reſpõderet/ אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה /eihie/aſſer/eihie. Quod nos interpretatũ habemus, Ego ſum, q; ſum. Aptius aũt diceret, Ero/q ero, nã utrũq; eſt uerbũ futuri tpis: ut ſit ſenſus: Ero vꝫ in oculis ueſtris, & ęgyptioꝝ: qui ero in ꝑdigiis, & portentis: & qualem in eis me uidebitis, eundẽ uos & illi reputare cogemini. Subticeo altiſſima arcana illoꝝ uerboꝝ, quomodo tres ꝑſonas ſignificent: & quomodo primũ uerbũ ſupra hocma, quæ ſapiẽtia dicit, & nos filiũ uocamus: Tertiũ ſupra bina, quæ eſt Spũs ſancti intelligentia: illud aũt mediũ ſcribit ſupra cheter: qui fons, origo & pr̃ omniũ ẽ: In quẽ nedum principantes, ſed oẽs dirigere debẽt oculos. Hinc ſummus Doctor inſtruit nos: ut orationes noſtras in eũ dirigamus præmittẽdo in exordio orationis: Pater noſter, in quẽ vꝫ oẽs tendũt. Secundũ, qd exquiritur, eſt illud ultimo loco ſanctis Dominationibus a Dionyſio aſſignatũ: quo ait: Laborant pro uirili ſua ſuſcipere dominicã Deiformitatẽ: ut efficiantur diuini, atq; Deiformes diuinã illam pulchritudinẽ cõtemplantes: & ad eandem alios conducentes. Ad quoꝝ exemplarium uitam ſi aſpiramus, Primo neceſſe eſt, ut ſemper appetamus cœleſtia: Nulli ſimus ſecundo loco tyrannice ſeruituti ſubiecti: Liberum tertio habeamus dominium

Anſel.
Bernar.
Iohãnes
Leuiti.
Boetius
Plato
IESVS

in nos ipſos, conculcando omnia a Deo abducentia. Liberi quarto ſimus mente, & affectu ab omni uili ſubiectione/Non admittẽtes quinto, in nobis quicq̃, quo diſſimiles Deo efficiamur: Nulli, ſexto, ſeruiamus ex quadam animi generoſitate, niſi ſummo Principi: Cui, ſeptimo, ſemper adhęreamus ipſi plene cõformati/ Conantes, octauo, quoad poſſumus, omnes ad ipſam ſummã pulchritudinem, & Deiformitatem cõducere. In ipſum, nono, tota mentis acie, & operibus intendamus, Vt decimo, ipſi nõ ſolum cõformes, ſed iidẽ facti eadẽ ſemp ſua pulchritudine pfruamur.

Quo concentu eaſdẽ oẽs ꝓprietates Iupiter imitetur. Cap. VII.

QVam cõcinne Iupiter hæc Dominationibus attributa conſequat, facile erit diiudicare: ſi uera ſunt, quæ de ipſo Aſtronomi deponunt: Ait enim Iulius ille maternus ex Ptolemæi officina: Eſt Iouis ſignificatio formæ dignitas, nobilitas animi, ſana ſapientia, & intellectus: Tum iura, leges, ſtatuta, religio, Tum pietas, modeſtia, gratia, fides, & qcqd egregius bene inſtituti uiri poteſt animus concipere. Quæ omnia operatur, potiſſime cũ in Horoſcopo fuerit: aut in domiciliis, aut in finibus, aut in altitudine, & ſignis, & locis, in quibus ex cõnaturali proprietate gaudens fauorẽ accipiat: ut diſponat ad ea, quæ Dominationes ex iuſſu Principis influũt. Facit etiam in locis huiuſmodi cõſtitutus nobiles, præclaros, magnos, inſigneſq; præſides, ſeu præfectos ciuitatũ, & pro menſura genituræ bonos, modeſtos, beniuolos, lætos, & diuites. Et hæc omnia (ut phyſice loquamur) operat ex natura calida, & humida reddens cõplexionem tractabilem ex humido: amicabilẽ ex ſanguine: ad ſapientiã diſpoſitũ ex calido proportionato: generoſum ex abũdanti influxu. Hinc in eo pietas, beniuolentia, fides, modeſtia, gratia, & quicquid ad iuſtum, rectũq; pertinet: contemperata enim cõplexio ad omnia bona facile diſponit. Sed ſi altius conſcendere uolumus/trahit hic influxus a Dominationibus, quæ animã diſponũt, ſydus autem tm̃modo corpus: Deus uero & influxũ, & incrementũ, tanq̃ primaria cauſa, omnibus præſtat. Sed ad cõcordiam ueniamus. De Dñationibus dictum eſt: q; ſunt ab omni pedeſtri uilitate liberæ: & de Ioue/q; diſponit ad formæ nobilitatẽ. Quis, quęſo, ſublimiorẽ conſcendit locũ, homo an bellua? Vir/an mulier? Angelus an homo? Ille nempe qui forma elegãtior eſt/cæteris digne præponit. Inter oĩa.n. animãtia ſoli homini, qui forma eſt oibus ſpecioſior, dictũ fuit: Dñare piſcibus maris, uolucrib⁹ cœli, & beſtiis terræ. Et de Principe omniũ dr̃: Specioſus forma p̃ filiis hominũ. Nec forma, q̃ tm̃mõ corporeos oculos demulcet, in p̃dñantibus exqrit: Sed illa, quã poptabat Paulus in Theſſalonicẽſibus, ut merito alioꝝ duces & principes eſſent, dicẽs. Imitatores nr̃i facti, ita ut ſitis forma oibus credẽtibus. De qua forma gloriabatur lex (ut exponũt hebrei) aut Beata uirgo dicẽs/ut nr̃i aſſerũt:

Iul. Fir. Prole.
Geneſis
Pſal.
Paulus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Nigra ſum/quantū v3 ad forinſecā apparentiā: ſed formoſa interiori pul/ Cantica
chritudine: Si tamē utraq; pulchritudo cōueniat: magis digna impio ſpe/
cies reſultabit. Dicit' ſecūdo loco de illis, q; nulli ſubiiciant' tyrānidi, iniu/
ſtitiæ, uel rapinæ. Et de iſtis ſubinfert': Nobilitas animi ſola eſt atq; unica
uirtus, ut ait Satyricus. Non ergo qui ſanguine/diuitiis/aut poteſtate ſplē Iuuena.
det: ſed qui uirtute fulget nobilis merito dicit': de qua nobilitate loquitur
ſapiens dū ait: Beata terra, cuius Rex nobilis eſt. Sic Moſes nō minus in Eccleſi.
morali diſciplina, q̄ naturali & diuina inſtructus dixit in repetitiōe legis:
Tuli de tribubus ueſtris ſapientes, & nobiles: & cōſtitui eos Principes, tri/
bunos, quinquagenarios, & decenos: Verū ubi in Deuteronomio habemus
nobiles in hebreo dicit' יְדֻעִים/ irduhim idest cogniti, in uirtute v3, & bo
nitate: quæ eſt uera nobilitas, & libertas ab omni tyrannide, & impietate
ſemota. De mentibus illis dicit' tertio, q; liberū habent dominiū ſui con/
culcantes omnia, quæ abducūt a Deo. Quid.n. eſt hoc, niſi debita omniū
rer̄ moderatio: quæ ad prudentiā ſapientiāq; ſpectat? Et de ſignificatione
huius ſexti cœli dicitur: q; eſt ſana ſapientia, & intellectus. Quis.n. ſanam
habet ſapientiā, & intellectū: niſi qui omnia faciūda bene moderatur, ad/
mittitq; ꝓficua, & noxia repellit? Hinc Firmianus diffiniēs ſapientiā ait: Lactan.
Sapientia eſt intelligentia in bonū: & abſtinentia delictor̄, improborūq;
omniū. Hierocles uero ſtoicus de prudētia, ac ſapientia ſimul hæc protu/ Hieroc.
lit. Diuinor̄, & omniū bonor̄ dux prudentia, atq; ſapientia recto homi/
nis animo collocata ſuffragatur ei, ut de omnibus bene cōſulat. Quod fa/
cit, ſi ſibiipſi recte dñatur, & deuia omnia cōculcat: ut ſurſum eleuetur ad
eum, quē ſublimem ſortitus eſt finē. Sequitur quarto, ut ſint liberæ domi
nationes affectu, & mente, a uili ſubiectione. Et de Phaethonte dicitur: q;
in horoſcopo facit genitos magnos, & ꝓpoſitos ciuitatis. Et ſi magni ſunt:
mente & corde ut ſint liberi, neceſſe eſt: Quā libertatē non ſolum in prin/
cipibus, ſed in militibus omnibus ſūmus Princeps exquirit. Hinc Paulus Paulus
cū Galatis gloriat': Non ſumus filii ancillæ, ſed liberæ: qua libertate Chri
ſtus nos donauit eripiens a ſeruitute peccati, & diabolicæ tyrānidis. Ad/
iungit qnto, ut nihil admittāt ꝑſides ipſi, quę eos degeneres ab Hierarcha
ſummo, diſſimileſq; reddat. Et de benigno noſtro ſidere dicit Firmicus, & Iul.Fir.
Alcabitius: q; ad leges/iura/ſtatutaq; decernenda/atq; obſeruāda deducit. Alcabi.
Sed & hebrei Ioue/ צֶדֶק/Zedec dicūt, qđ iuſtū ſignificat: Iuſtus nāq; eſt:
qui leges ueritatis, & regulas illas æternas: qbus (teſte Auguſtino) omnia Augu.
moderantur, rite obſeruat. Subnectitur ſexto, q; ex quadā animi genero/
ſitate nulli, niſi ſummo Principi ſeruiant. Et Iupiter ſuos phaethonteos iu
ſtitia, & bonitate ſemper proſequens ad ſublimia continuo cos prouehit.
Hinc ſequitur ſeptimo, q; ſicut illi ſemper ad Deifica pro uirili ſua pertin/
gere laborant, ſic phaethon iuſtitiæ influxu ſuos in Deū continue inducit.

Succedit octauo amor, & charitas in alios: ut illos conducant, quo & ipſi
tendunt. Itidē facit Iouialis pietas, & iuſtitia. Penultimo infertur: q; pleni
fide dñantes illi, ſemp mentis aciem in Deū dirigant. Et de hoc planeta di
cunt: q; fidē præſtat in Deū, a quo diuinis chariſmatibus repleant'. Cōclu
ditur ultimo loco, q; illę mentes cū Hierarcha unitæ idē ſint, omni boni/
tate, & pfectione refertæ: Et de planeta dicit': q; cōducit ad oia, quæ bene
inſtituti uiri poteſt animus cōcipere. Hinc Pythagoras Iouē aſſerebat eſſe Pytha.
uirtutem/& harmoniā/& animi tēperamentū/ſanitatem/omneq; bonum:
& ideo eius fauore & iuuamento ſtare omnia.

De tribus coęquatiōibus Mauortis ignis cū Virtutibus. Cap. VIII.

ATquinti ordinis ipſar̄ enneadū cōcordiā ptractemus, libeat Diony.
inſpicere, qd nr̄ Dionyſius Deo plenus de ſanctis uirtutibus
doceat. Ipſam (inqt) ſanctar̄ uirtutū forte quandā, & incō/
mutabilē uirilitatem in oēs ſec̄m earū Deiformitatem ope/
rationes ad nullā ſuſceptionē inditarū, ei diuinar̄ illuminationum imbe/
cilliter infirmatā/potenter i imitationē Dei reductam/nō relinquentē ſui/
met imbecillitate Deiformē motū/ſed firmiter ferētem in ſupeſſentialem,
& potentificā uirtutē, & ipſius imaginē uirtutis ſimilem (iuxta qđ licet)
factā: & ad ipſam qdē, ut principalē uirtutē potenter cōuerſam: ad ſecū/
dā uero uirtutē dans Deiformiter prouenientē. Hæc Dionyſius: Et antęq;
ꝓgrediamur: cur quintus hic ordo peculiari nomine uirtutū nūcupetur,
declarare conabimur/Licet oēs Angeli ab eodē Dionyſio uirtutes dican/
tur: & merito, cū omnis opatio uirtutē operatricē ꝑexigat. Ideo cū nullus
Angelor̄ ordo, aut particularis intelligētia otio torpeat: ſed oēs mandata
Principis exequantur: in quoliber eor̄ uirtus exigit': qua uirtutes denomi/
nari poſſint. Ad hanc igit' tollendā difficultatē, recordabimur, quæ de ſe/
raphinis, cherubinis, & aliis ordinibus dicta ſunt. Quāuis.n. ſeraphini in/
telligāt: omneſq; alii ſpūs ament: ab amore tñ, quo maxime calent, Sera/
phini. i. incēdentes dicūtur: Et eſto iter̄, q; oēs intelligant: Cherubini tñ ex
plenitudine ſcientiæ denominātur. Sic & a dono, quo maxime uiget, uo/
catur iſte ordo uirtutū, quāuis oēs ſua uirtute, ſuaq; fortitudine gaudeant.
Placet & hic Alberti ſentētia: q; cū ſupiores ſint nobilioribus ſtēmatibus Alber.
decorati, cedunt inferioribus in hac denominatione. Præſbyteri.n. quāuis
Diaconi gradū teneāt, a digniori tamē nomen ſibi uendicant Sacerdotis.
Idē eſt de Epiſcopis, & Patriarchis, & huiuſmodi. Virtutes ergo denomi/
nant' a dono, quo maxime fulgēt: Quod donū multiplici ꝓprietate ſcribit'
decoratū: ſeptē v3, quæ a ſūma uirtute ſuſcipiūt: & duobus/qbus inferiori
bus ſe cōmunicant. Hoc.n. ꝓpriū eſt omniū miniſtror̄ Dei in Hierarchia
cōſtitutor̄: ut inferioribus cōmunicent, quæ a ſupioribus ſuſcipiūt. Primū
igit' donū eſt uirilitas, incōcuſſaq; fortitudo ad ea expugnanda, quæ ſūmo

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Principi inimicanꝫ. Mirabile est hoc sacramẽtũ, quõ ille sũmus Impator fœliciſſimus in regno pacis, ubi confregit potentias, arcũ, ſcutũ, gladiũ, & bellũ: & exiſtens ipſe uera pax, & beatitudo omniũ adhuc decertet p ſuas uirtutes, & pugnet: & eũ bellator ille, qui Dñi ꝑlia ſuſcepat, in ſui fauorẽ deprecetur dicẽs: Expugna impugnãtes me, uel cõtende cũ cõtendẽtibus mecũ: ut hẽt ueritas hebraica: & apprehende arma, & ſcutũ, & exurge in adiutoriũ meũ. Si. n. in pace est locus eius oibus bellicis inſtrumentis cõfractis, quõ dicit̃ ꝙ pugnetur? Et ſi pugnat, quõ quieſcit in pace? Si itez omnipotẽs est: qd ei pugna: cũ ſolo nutu oia cõterere poſſit? Apiamus hic aliqd de ſecretis cœleſtibus. Est Deus ſũmus ſuprema uirtus, eſſentia pfecta, nullius indigẽs, omnipotẽs, omnia ſciẽs, ex ſeipſo ſũme fœlix, nihil patiens, nullã ſuſcipiẽs contagionẽ, nullã uim, nullã moleſtiã, nullãq; externã uoluptatẽ: qa bonoꝝ nr̃oꝝ non indiget: nec cõtrario aliquo offenditur. Est ẽt ipſe Deus in oibus omnia operãs, & omnia implens: ut lętari poſſit, pati, & pugnare in mẽbris ſuis: ut ipſemet teſtat̃ dicens: Eſuriui, ſitiui, &c. quæ ſequunt̃. Fœliciſſimus est ergo in ſeipſo, & in corregnãtibus mẽbris: pro qbus nõ ultra ſumit ſcutũ, gladiũ, nec bellũ: cũ pace pfecta gaudeant oẽs in illa triũphanti curia. Est ẽt pugnãs & patiẽs in mẽbris huius militãtis eccl̃iæ: Pugnauit nãq; i bonis Angelis cõtra malos: Pugnauit in Moſe, Ioſue, Dauid, aliiſq; militibus: q bellarũt bella ipſius: maxime cõtra Amalec: contra quẽ indictum est bellũ perpetuũ: ut in Deuteronomio iubetur, & fortius in Exodo: ubi dicit̃: Quia manus ſup ſedẽ Dei ad pugnãdũ pro Dño cõtra Amalec in gn̄atiõe, & gn̄atione. Hãc pugnã exercuit potiſſime Chriſtus Ieſus, quouſq; penitus eũ foras eieçerit. De qua pugna loquitur Moſes in libro Numeroꝝ dicẽs: Iccirco dicet̃ in libro belloꝝ Dñi. Quod multi nõ aduertẽtes laborãt in declarãdo/quis fuerit ille liber, in quo bella Dñi ſcripta ſint, & multa cõmemorãt, quæ nõ ſunt: cũ de futuro loquatur Moſes, & de libro euãgelii: ut interꝑtant̃ ſane intelligẽtes: In ipſo. n. ꝑtractantur bella Principis gloriæ cõtra principẽ tenebraꝝ. Quod clarius expreſſit Paulus ſcribẽs Coloſſenſibus in hæc uerba: Chriſtus tollens qd̃ erat aduerſus nos chirographũ decreti: & ſpoliãs principatus, & poteſtates, palam triumphãs in ſemetipſo, traduxit cõfidenter oia ſpolia, & exuuias ab inimico tyrãnice detentas. Pugnat & quotidie in mẽbris militãtibus, quouſq; cõducant̃ ad uerã quietẽ: de qua dicit̃ in Iſaia: Reqeſcet populus meus in pulchritudine pacis: in tabernaculis fiduciæ: in requie opulenta. Quieſcũt uictores in pulchritudine pacis debellatis hoſtibus: & ipſis fugatis habitant in tabernaculis fiduciæ: ſed in requie opulẽta potiẽtes exuuiis. Quã pugnã cũ Deus exerceat in mẽbris ſuis, iubet etiã ſuis peculiaribus militibus, qui uirtutes cœleſtes dicunt̃: ut pro nobis pugnẽt: ne opprimamur a ualida inimicoꝝ potẽtia. Et de extrema pugna, quæ omniũ erit acerrima, dicitur

Dauid

IESVS

Deuter.
Exodus

Numeri

Paulus

Iſaias

Matth. dicitur in euãgelio, cui titulus est ſecundũ Matthæum: Virtutes cœlorum mouebunt̃, in ſubſidium vꝫ tunc pugnantium. Iſtę igitur, quibus peculiariter cõmiſſum est bellũ, uirtutes dicuntur: atq; uirili/ & inconcuſſa fortitudine dotatæ ſunt. Et quod facit ſũmus Imperator per uirtutes, tanq̃ per miniſtros: itidem facit per Martem, tanq̃ per inſtrumentum: Quem fauere bellãtibus omnibus triuiale est, ex natura eius (ut phyſice loquamur) ſemper igneo fauore ſuccenſa/ ut colericos, iracundos, impetuoſos, fortes, uiriles, & incõcuſſos faciat ſuos martiales. Sequitur ſecundo de ſanctis Virtutibus: q aggrediantur, & perficiant omnes operationes ſuas/ tanq̃ Deificæ & Deiformes, ſicut & omnes aliæ intelligentiæ: quæ Deiformes effectæ nihil ab ipſa uniformi, & Deifica pulchritudine degenerant. Quod & Mars Iupiter, & Saturnus, & quodcunq; cœleſte inſtrumentũ efficit/ in hoc laudans ſũmũ Opificẽ, qui oia ualde bona fabricauit. Hinc canit Deiformis citharœdus: Laudate eũ ſol & luna: Laudate eũ ſtellę & lumẽ/ Stellæ utiq; tã fixæ, q̃ erraticæ/ & lumen omniũ eaꝝ in circunſonatiſſimo hoc theatro laudant Opificẽ. Exquirit̃ tertio: ut nullatenus ſint imbecilles ad hauriendum illapſum uirtutis diuinæ: ne ſuccumbant deficiẽte propria ui: quæ in nihilum tendit, niſi fauor a fonte illo ſupremo continue ſubminiſtret̃ pro ſe, & pro eis/ quibus fauẽt. Hinc Moſes pugnanti populo cũ Amalechitis ſuccurrebat uirtute, quã cõtinue orans brachiis in cruce protenſis hauriebat: Quod & Mars ꝑſtat ui ſua ignea: ut Ptolemæus, Hermes, Firmicus, Alchabitius & oẽs Aſtronomi conueniũt, unde Empyrois dicit̃: Ignea. n. uis indeficiens est: & ſine intercapedine operans. Est etiã ſemper augens, & incrementum ſuſcipiens pro augmẽto materiæ: Et ut ex ſe defectiuũ ſemper operetur, ut ſemper hauriat, neceſſe est: Ideo Mars ſimul cum præſidentibus Virtutibus, ut ſemper ſuccurrant ſuis/ quibus ꝑſunt pugnantibus, ut ſemper imbibant a ſuperiori uirtute opus est.

Ptole.
Herm.
Iul. Fir.
Alcha.

Dauid

Quõ adhuc conueniant in aliis ſex proprietatibus. Cap. IX.

Diony. Ltra ꝓgreſſus Dionyſius de Virtutibus deificis dicit: ꝙ ualidis uiribus Deũ imitant̃: & ad eundẽ conducunt ueros milites, qui pro regno Dei certant: ut in ipſo coronam accipiant: quia non coronabit̃ (intonat cœleſtis tuba) niſi qui legitime certauerit. Et quod per uirtutes bellatrices pficit̃, per Martem belli ſignificatorem diſponit̃: Quod bellum ſi recta intẽtione ſuſcipimus, bonũ utiq; est/ & ſanctum: Si uero id ambitione, odio, liuore, & ſuperbia, cõmittimus, malum utiq; est, & diabolicum. Si enim Mars (inquit Firmicus) ſit bene diſpoſitus in nona domo, fauente Ioue/ & domo ipſa, & Horoſcopali itradiatione/ fœlices facit: & qui facile omnia conſequunt̃. Sed quid est fauẽte Ioue, niſi fauẽte belli iuſtitia, & zelo Domini/ pro quo ſemper militare debemus? Quinto ſubinfertur, ꝙ ex aliqua imbecillitate nõ relinquant opus

Paulus

Diony.

Iul. Fir.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Deiforme/& pugnam,quã ſuſceperunt:nẽ de regno,& militia ſimul cum Saule non ea fide/qua debebat/bellante propellantur.Adducitur ſexto/q̃ firmiter,& inceſſanter in potiſſimã,& ſupereſſentialem uirtutem,qua per fectam Principis imaginem ſibi comparari poſſint,ferunt. Nec adeſt hic nugatio,aut repetitio:ſed ad ſublimiora ipſos ſemper conſcẽdere declarat: Primo.n.habẽt uirilem conſtantiam:Secũdo omne opus cœleſte, & Dei forme exercent:Tertio ne infirmentur,ſemper a ſupremo fonte hauriunt: Habẽt/quarto/Deum præ oculis in exemplar:Perſeuerãt quinto in incepto opere:Sexto in ſupremũ Hierarcham ſemper tendentes omnimodam ſimilitudinem,& imaginem eius ſibi cõparant:Quod ut faciant ſunt in ipſum Deũ toto affectu,totiſq̃ uiribus conuerſi:Et ſic tanq̃ uaſa ſanctiſſima omnibus chariſmatibus repleta cõicant octauo loco inferioribus ſibi creditis uirtutem,& fortitudinem:Vltimo ſtudent omni diligẽtia eos,quibus fauent,deiformes efficere:Ad quæ omnia pyrois ui ſua ignea diſponere uidetur/Et cum de quinq̃ dictũ ſit,de ſexto proſequamur. Eſt ignis (noſtro Dionyſio teſte) ſemper ſurſum tendẽs,ſed Plotinus ultra progreſſus dicit: Ignis uſq̃ ad cœlũ perueniens,cũ torpere nõ poſſit/ad alia tẽdit amplificationẽ ſuã undiq̃ perqrens.Et cũ ad inferiora ferri nõ poſſit nã impugnãte/ductu facillimus,tractuq̃ näli ab aia ꝓducit ad uitã:ut ꝓ cõionẽ cũ ſuperioribus ab unica uita cõparatã trãſitũ faciat in ſuprema.Si metas philoſophiæ,aut ueritatis trãſcẽdat Plotinus iudicẽt legẽtes.Hoc tñ pro cõſtãti hẽmus/ignem ſemp ſurſum ferri:& potius ſuprema,q̃ infima petere. Quid queſo magis accõmodatũ dici potuit cũ ſexta proprietate uirtutũ/qua ſemper ſurſum ferunt/ut ſupernis ſeruientes in eoꝝ ſimilitudinẽ trãſformari ſatagãt:Non ſecus cũ ſeptima/qua ut itidem faciãt,oibus uiribus in Deũ cõuertunt,ſicut ignis, qui ſemp ad ſurſum latus in ſuprema trãſmutare contendit/non modo ſeipſum/ſed oĩa quę accendere poteſt.Lapides uero,terram/metalla/& quæcunq̃ cedere nolunt,in ſua deiectione relinquit.Et quod de igne dictũ eſt/itidẽ efficit Mars ex natura,& impetu ſuo igneo/De quo Ptolemæus non minus phyſice,q̃ mathematice procedẽs in primo Apoteleſmatũ dicit:Martis ſtella diſſiccat,& cõburit,& eius calor igni aſſimilat.Hinc ꝓ igneas proprietates Marti accõmodatas eum cum ſanctiſſimis Virtutibus cõuenire fecimus:unde illis, quibus Mars & uirtutes fauent,ad omnia reddunt ꝓmpti, atq̃ ſolertes. Sed cum bonum contingat uno modo/malũ autem multifariã:hinc impetus nullo rationis freno moderatus,nullo interiori oculo directus ruit,uelut equus laſciuiẽs, in multigena præcipitia,tyrãnidem,oppreſſionem,homicidia iniuſta,furta,rapinas,immoderatam laſciuiam,& cætera mala,quæ ſolent ſcioli per Martis ſignificationem nimis larga licentia prognoſticari:Hoc enim non a Marte,qui tantũmodo impetum præſtat,ſed ab animo impetum illum

Dionyſi
Ploti.

Ptole.

male regulante procedit:Si autẽ bene reguletur fortior,atq̃ ualdior Maurors igneo,aut herculeo uigore reddit:Quẽ ſapiẽtes (Boetius potiſſime) carminibus celebrãt,& hic celebratũ nobis imitãdũ hortat ſubinferens:

Ite nunc fortes,ubi cælia magis
Ducit exemplar uia/cur inhertes
Terga nudatis ſuperata tellus

Sydera donat.Ad quæ conſequenda inter naturalia dona feruor coleticus exquirit:Inter cœleſtia fauor Martialis: Inter ſupcœleſtia uirtutũ uigor: Inter diuina gratia Dei,aut ſpiritalis ignis inflãmatio: Quo ſancti fortes facti ſunt in bello:uicerunt regna: operati ſunt iuſtitiã:adepti ſunt repromiſſiones:obturauerũt ora Leonũ:extinxerunt impetũ ignis:effugauerũt aciem gladii:conualuerunt de infirmitate:caſtra uerterunt exteroꝝ,& cętera,quæ cũ hebreis diſſerens meminit Paulus. Quæ ipſe,ut uerus theologus,feruori fidei attribuit: nihilominus & alia conuenientia intercedunt. Nec tantũmodo Mars (ut puri mathematici opinãtur) eſt in cauſa/Ideo tot errores ebulliunt in eoꝝ prognoſticationibus: quia.ſ.nõ attendũt cooperantes cauſas cũ cœlo/quas ipſoꝝ dux Ptolemæus attẽdendas docet.Et quia ſtellaꝝ concurſus,& eaꝝ uirtutes non plene a nobis cognoſcuntur/ut omnibus ſapientibus notiſſimũ eſt:hinc etiam de eoꝝ effectibus iudicium certũ dari non poteſt/accedente etiã arbitrii libertate,qua multa reſpuere/& multa pro uoto ſuſcipe poſſumus.Nec moueant acriora ingenia ex eo/q̃ aſtra uideant plantis/ut animalibus ꝓ putrefactionẽ generatis/cõpletã uitã præſtare,& formã:& illaꝝ formaꝝ quædã bonæ,quædã malę uident ut cõcludant bona & mala a cœleſti influxu procedere. In quã hæreſim ſi incurrerint,facile ab ea ãmouebunt,ſi attendẽt (pręter ea quæ ſupius adduximus) q̃ ſic abſurdũ nimis a fontibus illis lympidiſſimis aquaꝝ cœleſtium/aut ſupcœleſtium emanare turbida aliqua.Et de hoc Marte Ptolemæus in tertio Apoteleſmatũ decernit:q̃ ſi ſolus animę diſpoſitiõi præſit, natus erit fortiſſimus,& potens:Si uero male erit diſpoſitus,hoc nõ influxui ſidereo,ſed qualitatibus repugnãtibus ex quadã antipariſtaſi influxuũ aſcribat. Sed (ut melius dicamus) id prouenit ex ſubiecto male diſpoſito: ſicut medicamina/optima uina,& delicatiores cibi male ſe habẽtibus nocent.Et de huiuſmodi Iãblicus ex columnis,aut ꝓmptuariis magni Triſmegiſti hæc depromit: Omnes cœleſtes influxus boni,beneficiq̃ ſunt ſuſcipientes tantũmodo ipſum bonũ:Et hoc agentes intuitu æterno immutabiles ſunt: q̃uis in ipſa alterabili natura operãtes degenerent, ꝑpetuo tñ ordine ſemp benefici ſũt:Proinde a fluxu cœli in materiã diſcordiis plenã reſultat aliquãdo diſſonũ/uiribus tamẽ cœleſtibus,ſemp bonis permanẽtibus.Ideo qualitas nocẽs in terris,alia eſt a cœleſti influxu,qui dum in ſe exiſtit,ac a datore bonorum influit,quouſq̃ ad ima puenerit, bonus eſt,

Idem

Iãblicus Triſme.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

tanq̃ in primo gradu. Secundo dū in ſubiecto uiliori ſuſcipit: & ipſe ville/ſcit. Tertio ꝓpter diuerſam recipiētis naturā, diuerſimode ſuſcipit. Quarto qualitatibus inter ſe differentibus in eodē ſubiecto, & ipſe uariat. Quinto patiente ſubiecto, patitur. Sexto ex omnibus in ſubiecto cōprehēſis aliud quoddā poſtremo reſultat. Influxus igit cœleſtes, & immateriales, qui ſe in Saturni uim cōtentiuā, & Martis motricē extendunt/frequēter obſunt per accidēs: Illa, quādo in materia frigidiori ſuſcipitur: hęc autē, quādo in feruentiori. Quod oio fit pro diſpoſitione materię: Sol enim, q̃uis calore & luce nōnullos offendere uideat, neceſſarius tamen eſt ad uitā: ſimiliter oēs cœleſtes influxus ueniūt ſalutares, q̃uis uel ſubiecti puerſitas peruerſe ſuſcipiat, uel debilitas facile tolerare non poſſit efficaciam ſuperioꝝ. Omnes motus cōferūt uniuerſis, etiā minimis partibus eius: q̃uis iterim particulæ minimæ hoc, uel illo motu leuent, aut non facile illum ſuſcipiant/ſicut in chorea, dum ſinguli harmonice ſaltant, cōgruūtq; geſtibus inter ſe, & toti choro: digitus tamen, & pes offenditur, & premit: Et ſi quid debile inceſſerit, peſſundatur. Hæc ille.

Magna melodia Sol in octo cum poteſtatibus conueniens quaſi diapaſon reddit. Caput X.

VT ſanctiſſimas poteſtates cū planetaꝝ rege conuenire faciamus/quid de illis doceat Dionyſius uidēdū eſt. Ipſaꝝ (inqt) ſanctarū poteſtatū æquipotentem diuinaꝝ dominationum, & uirtutū bene ornatā, & incōfuſam circa diuinas ſuſceptiones ordinationē/ Et ordinatum ſupramūdanæ, & intellectualis poteſtatis: Nec tyrānice in ea, quæ inferiora ſunt poteſtatiuis uirtutibus pręcipitatę: Sed poter in diuina/poſt bene ordinata reductæ/& poſt eā Deiformiter reducentes/& ad potentificā cauſalem potentiā (quantū fas eſt) aſſimilatæ/& eā (ut poſſibile eſt Angelis) reuelātes in bene ordinatis p ipſam ordinibus poteſtatiua uirtute. Hæc Dionyſius. Inter cuius ſermonis principia digniſſimū ſanctaꝝ poteſtatū includit priuilegium/ut ſint illę, quæ oia mala/ſimul & malignantes coerceant. Quæ Gregorius, & Bernardus apte referant: Quoꝝ prior ait: Poteſtates uocantur hi Angeli, qui hoc potentius cæteris in ſuo ordine perceperūt: ut eoꝝ ditioni uirtutes aduerſæ ſubiectæ ſint: quoꝝ poteſtate refrenant/ne corda hominū cōprimere, aut obūbrare ualeāt. Alter uero ait: Illi ſpiritus, qui poteſtates nominant, dum crucifixi noſtri diuinā potentiā ubiq; attingētes eā magnificare delectant: hinc ad diſturbandas dæmonū/hominumq; uires pro his, qui hæreditatē capiunt ſalutis, poteſtatē accipiūt. Quæ omnia Dionyſius tangit in eo, q̃ diuinaꝝ dominationū, & uirtutū donis fulgere dicit: quibus poſſint rebelles uirtutes, & poteſtates coercere. Nec eſt ordinū cœleſtium confuſio: eo q̃ unius dona alteri cōicentur: Sicut enim omnes amant, & intelligunt: duo tamen

ſupremi ordines hoc particulari priuilegio ſunt decorati, ut unus amātiū, & alter intelligentiū ordo dicat. Non ſecus omnes Angeli inimicant malis, & contra eos pugnantes ipſis reſiſtunt: nihilominus pugna Virtutibus peculiariter aſſignat/& reſiſtētia malis authoritate quadam Poteſtatibus attribuit: Quæ omnia in Republica inferiori typū gerente illius ſupercœleſtis conſpicimus. In hac quippe Rex imperat/milites pugnāt/ Poteſtates uero, ſiue Prætores crimina cōpeſcunt: rebelles coercent, & iuſtitiæ moderamine malis reſiſtunt. In ſuperiori quoq; rep. iubet Imperator/domeſtici/& familiares ſunt Seraphini, ſapiētes moderatores cherubini, & aſſeſſores Throni/pugnātes ſub Principe Michaele ſunt uirtutes cōpeſcentes mala, & fugantes tenebras ſceleſtoꝝ. Sunt poteſtates fulgentes cū ſole, & fauentes uero Soli, qui ait: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & i terra: Quā ab omni inuidia liber ſuis ſecretioribus amicis cōicauit dicens: Ecce dedi uobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſupra omnem uirtutem inimici. Dat etiā poteſtatē, ut filii Dei fieri poſſint: Et hoc per lucem, quæ illuminat omnem hoiem, qui uult illuminari: & tenebras peccatorū, aut tenebroſaꝝ poteſtatū caliginem non opponit. Hinc poteſtatum ordo ſuauiter conuenit cum uero Sole omnia illuminante: de quo dictum eſt: Fecit Deus ſolem, ut poteſtatē haberet in diem. Sed ad ſolem ſidereū reuertēdo, uiget hic Martis feruore, & Iouis benignitate: ſic poteſtates uirtutum robore, & dominationū rectitudine refertæ ſunt: Fugantq; poteſtates dęmones tenebroſos: ne moleſtiam electis inferant: ſicut ſol fugat tenebras noctis, & tenebroſos quoſq;, ut in Iob legimus: Cū ſubito apparuerit aurora arbitrant umbra mortis. Et Dauid cum loqueretur de catulis leonum quærentibus ab Elohim deuorandi licētiā, ſubinfert: Ortus eſt ſol, & cōgregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabūtur/Quibus fugatis ſequitur/Exibit homo ad opus ſuū. Aſſiſtere dicūtur poteſtates uero Soli crucifixo tanta fidelitate: ut oīa ei ſubiicere conent. Rīdet & hic Sol ſupremo Soli tanta cōſonantia: ut Plato eū uocet conſpicuū filium ſummi boni: non quidem primū, ſed ſecūdum: per quē in cognitionē primi deueniamus. Alias utriuſq; ſolis omnimodas conuenientias alibi relinquemus declarandas. Dionyſius.n. cum Platonicis quibuſdam hunc, quē uidemus ſolem, perſpicuam Dei ſtatuā uocat: Sed Iamblicus imaginem diuinæ intelligentiæ appellat. Sequit ſecundo de poteſtatū ordine: q̃ ſit bene ornatus, & inconfuſus. Et Sol omnium ornamentum ſedet tanq̃ rex in meditullio erraticoꝝ ſydeꝝ omnes ornans, & decorans: & ad cuius greſſum regulant, & diſponunt omnes: adeo, ut inde motus eorum dicant diurni, uel nocturni, meridionales, uel aquilonares, orientales, uel occidentales. Ordinatæ ſunt utiq; poteſtates: ut ſuſcipiant a Deo, unde inferiora diſponāt. Et ſol noſter ordinatus eſt ad primum: ut ab ipſo lucem, & uirtutem ſuſcipiat, qua cætera

CHRI/STVS.

Iob

Dauid

Plato

Diony.

Iāblicus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

illustret,& uiuificet:Vnde sol pater uitæ dictus est.Sequit' tertio,q illarũ ordo sit supramũdanæ & Deificæ potestatis:ut Vgo exponit.Sed (ni fallor) sunt ordinatũ simulachrum Deifici Imperii,& non ordo ipsius:cum inferiora non ordinent superiora:sed eoq gerant imaginẽ.Sol quoq inter omnia sidera est imago,& statua summi Principis:sicut potestates simulachrum supramundanæ potestatis: qui Sol,& uera lux utriusq mundi, cœlestis/& terrestris est.Sequitur quarto,q potestatem in interiora exerceant absq aliqua tyrãnica impietate:ut doceamur qualem æquitatem exquirat sũmus Princeps ab eis, qui uicem eius in cœlesti,& mundana rep. tenent.Nam de Dominationibus: & de potestatibus dicitur: q sint absq tyrãnica ui: Et sic ille cum æquo Ioue,& iste cũ benefico sole q̃optime cõueniunt:Qui ambo ad imperia,& dominia æquo fauore disponũt:Ille (ut physice loquamur) ex natura sua aerea bene chordato,& hic ex calido tẽperato/semperq benefico.Vnde (Ptolemæo,& Firmico docentibus) ex moderato influxu disponũt ad honorificentissimã hominum recõciliationem:fortitudinem animæ & corporis:magnam uictoriam omniũ:summã expectationem:& quicquid ad Regiam pompam pertinere uidetur. Eius quoq significatio est principatus non atrox/non difficilis, nõ iniquus:sed ex iustitia,& beneficentia splendidissimus.Quod autẽ addunt solares spiritu superbiæ paululũ inflatos/honorumq cupidos:hoc ad eorum magnanimitatẽ (quæ uulgo superbia dicitur) posset referri:Nam Sol,& Phaeton suos natos decernunt iustos, bonos pro qualitate dominationum,& potestatum/quibus respondent:Faciũt etiam (maxime sol) doctrina claros.Hinc dixit antiquitas/Phæbum,aut Apollinem ueræ philosophiæ fauere,& clarę cognitioni/quæ in principe uigere debet:Vnde Plato in prouerbiis docet non digne dominari,nisi qui ex diuina quadam sorte philosophanť.Sol igitur cum suos solares maturos in consiliis,in eloquio graues/ zelantes in iustitia decernat:ad quid eos inuitat/nisi ad cœlestia quibus confirmari debent/ut conueniat sexto cum potestatibus/quæ ea,quæ post se sunt agmina ad Dei imitationem deducunt? Quod uero septimo de potestatibus subinfertur,adeo cum sole conueniũt,ut nihil aptius:Illæ enim/quoad possunt/ nituntur exprimere similitudinem illius potentificæ causę,a qua acceperũt potestatem:Et sol uera Dei statua/& imago supremi luminis adeo in notitiam Dei perducit:ut nõ habeant Academici aliquid/per quod expressius Deificam illam naturam docere possint: Cuius essentia Patrẽ/splendor Filiũ/calor Spũm sanctum resignat:& eius benefica uirtus Dei in nos munificentiã.Hinc summus Doctor Patris beneficam naturam per solem docuit dicens:Estote perfecti sicut Pater cœlestis: qui solem suum oriri facit super bonos/& malos.Pulcherrime octauo loco subnectit'/per potestates (quibus omnia Deo fauente gubernari possunt)

Vgo

Ptole.

Iul.Fir.

Ptole.

CHRI/STVS

Diony. repræsentari illam Deificam potentiam, quam Dionysius uocat potentificam,idest potentes faciens ministros suos: Qui si ardent , ab illo diuino igne inflãmantur:Si cognoscunt,id faciũt suprema luce collustrati:Si iudicant alios,hoc est ex authoritate illius,qui dixit,faciã uos sedere in Throno meo:Si dominãtur,id est ex dominio præstito ab eo,qui dixit:Dominamini piscibus maris,& uolucribus cœli:Si inimicos cohercẽt,recordẽtur sententiæ illius: Sine me nihil potestis facere:Si potestatem exercent, Paulus omnis potestas (inquit Paulus cœlestium arcanorum non inscius) a Domino Deo est: qui operatur omnia in omnibus.

In quinq participant Principatus cum Venere. Caput XI.

Diony. DE Principibus cœlestibus prosequitur Deiformis Dionysius dicens:Manifestant quidem cœlestes Principatus illud principale Deiformiter eductiuum: Et hoc,cum ordine sacro,& principalibus decẽtissimis uirtutibus: Et ad superprincipale principium eas uniuersaliter conuerti:Et alias hierarchice ducere ad illud ipsum, quãtum possibile est,formari principificum principium/manifestareq supereſſentialem eius ordinationem, ornatumq principalium uirtutum. Hucusq Dionysius.Et si omnia creata Dei simulachrum gerũt/diuersa tamen pro diuersis/quibus referta sunt/charismatibus uarias perfectiones repræsentant.Ignis robur/& amorem: Aqua clementiam/pietatemq:Aer subtilem spiritum: Terra essentiæ stabilitatem. Ex compositis homo intrinsecas operationes/& totum quod est in Deo/gaudens perfecta ipsius imagine:Stellatum cœlum exẽplaria,aut ideas multiplices:Primũ mobile Motorem primum:Seraphini amoris incẽdium:Cherubini scientificam uim:Et sic de singulis.Vnde cũ Saturnus præ se ferat grauitatem iudicii/Iupiter æquissimam præsidentiam/ Mars inconcussam uirtutem/ Sol clarissimũ imperium refert:Venus autẽ peculiarius repræsentat pulchritudinem illius/a quo omnia pulchrescunt.De qua quęrebat Socrates Socra. apud Platonem ab Hyppia / determinat in phædro & in Symposio / & Plotin. cum eo Plotinus in suo de pulchro. Vnde non est aliquod pulchrum (ut Acade. Academici, & Stoici docent) nisi quantũ participat de illa Deifica pulStoici chritudine:quãuis Peripatetici dicant pulchritudinem esse ex cõsonantia Peripa. omnium partium in toto.Quã consonantiam,aut pulchritudinem a summo pulchro acceptam,si seruarẽt,utiq ipsa pulcherrima essent: Sed quia causæ secundæ pro suæ sortis cõditione a prima deficiunt,ut sint in eis distincti gradus, ex debiliori uirtute eorum non ualentes moderari subiectum producunt nõnunquã effectum deformem.Animis autem/qui sunt suo arbitrio donati (ut rei ueritas est,delirent qui uoluerint arbitrio suo) facilius deficientibus multæ deformitates relinquũtur in moribus:Quod Theol. etiam cœlestibus mentibus contigit/anteq (ut dicunt Theologi) essent in

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

gratia Dei cõsolidatæ. Nec mirũ si nos imbecilles non conducamus ope/
rationes nostras cum summo exemplari cõcordes/ quousq; per extremum
glutinum gratiæ, & amoris ipsi pulcherrimo coniungamur: Sed hoc mẽ/
tibus tam Angelicis, q̃ humanis solummodo post pugnam, & uictoriam
cõsecutam donatur. In pugna uero hac adeo a summo pulchro, & debita
consonantia deficiunt mortales, q; hanc mundanam scænam fœditatibus,
turpitudinibus, omnigenis deformitatibus, & strepitibus complent: Quæ
nisi a supremo moderatore regularentur, aliquando tantus horror perstre
peret: ut tartareæ confusionis initium sentiremus. Sed multa mala, & de/
formitates per ministros/ quos corporeis oculis non uidemus/ coercet. Et
hi sunt Angeli hominibus præsidentes, uel Archãgeli qui p̃latos, aut prin
cipes regunt: uel principatus, quibus (ut Dionysio, Hierotheo, & Iãblico
placet) prouinciæ creditæ sunt. Sed primos suo loco reseruantes addu/
camus, quæ de Principatibus Danieli oranti pro redẽptione captiui po/
puli a Gabriele Archangelo dictum est: Venissem ad te a principio ora/
tionis tuæ, ut decreueram: sed Princeps regni persarum restitit mihi uigin
ti & uno diebus. Quæ resistentia (ut sentit Gregorius) non ex altercatio/
ne processerat, sed ex cœlo sibi creditæ gentis, moram procurabat Danie/
lis/ & religiosi populi: q̃uis a principio fuerit exauditus: Ex qua mora elon/
garentur Persæ a deturpanti infidelitate: & per fidem, & deuotionem sum
mo pulchro adhærere possent. Testatur & Iesus filius Sirach unicuiq; gẽ/
ti prepositum esse rectorem. Et bene principes illi rectores dicuntur duce/
re ad rectum, quod nihil aliud est, q̃ partes coordinare ad inuicẽ, & ad Ar
chetypum totius ordinis: unde sequitur pulchritudo, & pax. Quibus ex
aduerso principes sunt, deformare, & obtenebrare satagentes: unde tene/
brarum principes iure dicũtur. Et sicut ipsa Deifica pulchritudo per prin
cipatus ad æternum decorem nos iubet conduci: Sic per Venerem ad ex/
ternam pulchritudinem, & ad dispositionem intrinsecæ Deiformitatis cõ/
ducimur, ut pulchro addito pulchro/ resultet pulcherrimum: ut Albertus
ex promptuariis suorum Peripateticorum depromit. Hinc Deifica pul/
chritudo pulchrum hunc mundum sua mente gerens uenerea ui (si licet)
explicauit in effectum nullis externis causis impulsus, sed insita forma bo
ni, qua (ut Dionysius inquit) quisq; facile se cõmunicat. Et ne quempiam
offendat Veneris nomen in Dei negotium cõmixtum, sciant legentes nos
non intelligere, nec meretricem Venerem Paphi reginam, nec sidus collo/
catum in tertio cœli uolumine: sed amoris uim, quæ in omnibus uiget: De
quo multa celeberrima deponit Plato in Symposio. Hoc quoq; Deus sũ/
mus opifex agit nobiscum: & eundem reciprocatione quadam a nobis ex
quirit, & mãdat: ut uidelicet Deum ipsum diligamus, & proximum/ inde
totam legem, & prophetas dependere docẽs. Hęc est enim illa amoris uis,

Dionys. Hierot. Iãblicus Daniel

Grego.

In eccli.

Alber.

Dionys.

Plato

quæ ad beatitudinem/ summãq; pulchritudinem introducit/ non ad cupi/
dinem inferiorem sub typo pueri cæci, alati, nudi, pharetram & arcum
Affran. gerentis a poetis depictum: ut sapienter dicat Affranius: Amabit sapiens,
Apule. cupiunt cæteri. Hinc Apuleius duas Veneres describit/ alteram cœlestem/
quæ solis hominibus, & eorum paucis præsit, nullis ad turpitudinem sti
mulis, uel illecebris amatores suos percellentem: Alteram uero uulgarem:
quæ sit percita populari amore, nõ modo humanis animis/ uerum & iam
pecuinis, & ferinis, ad libidinem imperitare: & immodico, truciq; percul/
sorum animalium captiua corpora complexu uincientem: Eademq; lege,
Ptole. qua geminatur Venus, geminatur & Saturnus, & Mercurius, cæteriq;
Planetæ: ut ex Ptolemæo, & aliis sapientibus discere possumus. Est igitur
bona Venus: quando ei fauent principatus, & numen illud amoris supra/
mundani: Cuius significatio est (ut dicunt inferiores, & superiores Astro/
nomi) gratia, iocus, omnis decor, omnisq; uenustas, ut grati sint huius/
Diony. modi Venerei Deo, & hominibus. Et de principatibus ait noster Diony/
sius: q; deducunt ea, quibus principantur, in conformitatem Opificis: cu/
ius imaginem gerũt: Ipsius enim pulcherrimi non gerunt imaginem, nisi
pulchra: Ideo principatus omnia deturpantia a prouinciis, quibus præsi/
dent, coercere nituntur, & hoc ingenti uirtute. Hinc de eisdem subinfer/
tur: Confœderati sunt ordine sancto, & conuenientissimo cum principa/
libus uirtutibus/ a quibus uim suscipiunt: ut opus suum efficacius con/
ducant. Et quia non exigitur uirtus exigua ad redintegranda, quæ detur/
pata sunt: ideo non solum a sanctis Virtutibus, sed a summo Principe sibi
fauorem comparãt: ut tertio loco sequitur: Ad summũ principatum sunt
tota intentione conuersi. Et quantũ eos in omnibus prosequatur Venus,
Mathe. in propatulo est: si qua de ipsa mathematici uera deponũt: Docent enim,
q; bona sunt Veneris decreta: & si bona fuerit radiatione illustrata, me/
liora sunt. Hinc Ioue, aut Sole ipsi fauente, ad iustum/ clarumq; amorem
facile conducit conueniẽs cum Principatibus: qui, ut uirtutem hauriant,
ad uerum Solem semper aspiciũt: A quo habent etiam uerum Principa/
tum: unde possint aliis dominari. Hinc sequitur quarto, ut sint alioq; prę/
cipua dignitate duces, ad illud principificans principium, quantum possi/
bile est, conuersi informantur. Duces quippe sunt Dominationes, Duces
Potestates, Duces & Principatus: Sed primi ex magnitudine quadam ab
omni pedestri summissione elongati. Potestates autem claritate quadam
præcellentes, & quasi ex prẽmio rerum clarissime gestarum habẽt, ut ca/
ptiuis dominentur, & iubeant. Principatus uero, tanquã architriclini in
palatio Regis, aut in prouinciis sibi creditis prẽsidentes, curant/ ut omnia
bene composita splendeãt. Hinc dicitur, q; præcipua dignitate sunt duces
ad conducendos, quos curant: ut summo, & pulcherrimo Principe digni

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

sint. Ad cœlos quoq; descendendo/Iupiter ex iustitia, & temperamento quodam compositissimus præsidet cum dominationibus: Sol ex claritate, & magnifica uirtute cũ potestatibus: Venus autem præcipua elegantia suos facit cõpositos: ut omnia, quæ pertractant, suauissima consonantia moderantes pulchrifaciant: In quo uterq; exprimit nobis pro uiribus supremum illum, ac pulcherrimum principatum: Nam operationes habent simulachrum mentis: & mens bene dispositа simulachrũ Dei. Hinc de Principatibus ultimo subinfert Dionysius: q̃ conantur manifestare in nobis illud sũmũ principiũ dans oibus principatũ. Patefaciũt insup deifi cũ illũ ordinẽ, & decorẽ in intrinsecis: Phosphorus ãt corporea, & extrinseca pulchra, uenusta, & corporeis luminibus grata reddere satagit oblectãs in supficie/sicut Saturnus sua oblectamẽta ad cẽtrũ, & intrinseca colligit.

Dionys.

Qua cantilena Mercurius cũ Archangelis cõcinat. Caput XII.

Idem.

AD Archangelos deueniens noster Dionysius ait: Ipsa autem sanctorum Archangelo; uirtus æquipotens quidem est cœlestibus Principatibus: Est enim eo;, & Angelo; (ut dixi) Hierarchia, & dispositio una: Siquidem non est Hierarchia nisi & primas, & medias, & ultimas uirtutes habens. Archãgelorum sanctus ordo in cõmunicatiuo medio constitutus cõmuni quodam, socialiq; iure extrema complectitur: Altioribus nãq; Principatibus, & sanctis Angelis communicat: Illis quidem, quonlam ad supremum ipsum Principatum præcipue intentus est, & ad eius (quantum fas est) formatur imaginem: & Angelos ordinatissimis, & inuisibilibus ductibus unit, & iungit: Ipsis uero Archangelis inest Prophcticum officium: ut diuinas illuminationes hierarchice per primas uirtutes suscipiant: & Angelis eas Deiformiter annuncient: & per Angelos nobis manifestent secundũ sacrã uniuscuiusq; illuminato; analogiam. Hæc noster Dionysius. Arcanũ celeberrimũ depromit: q; non sit hierarchia, nisi in ipsa fulgeant uirtutes, & charismata suprema, media, & infima: ut quælibet hierarchia a trino Opifice procedẽs tribus sit cõnexa ordinibus: & tota multitudo in tres hierarchias distribuatur: Quarũ prima ad ipsum Deum semper aspiciens illi immediate seruiat, Seraphini v3/Cherubini, & Throni: Sequẽs uero ad Deiformẽ uirtutem nobis conferendam: quod in Dominationibus, Virtutibus, & Potestatibus declaratum est: Sed ultima ad dispositionem humanam, ut Deiformis efficiatur homo, addicta est: Nec tantũ ad prouincias, principes, & particulares homines cõducẽdos, ut omnibus triuiale est, sed etiã ad quædam secretiora in nos deducenda: Pro cuius explicatu accedemus ad triplicẽ reditũ animæ in Deum: de quo Academici (Plotinus maxime nescio quo spiritu attractus) sedulo disserũt. Qui reditus fit (ut dicũt) per musicã amatoriã, & philosophiã: ut per musicã numeris, atq; mensuris ad

Acade. Plotin.

canoras uniuersi, & Archetypi harmonias excitemur: Per amatoriam modis pulcherrimis afficiamur: Per philosophiam uero rationis, & discursus beneficio adiuti abstrahamus uniuersales rationes: aut (ut habent in usu scholastici) quidditates rerum: Quo; primus fit per sensibilem quandam rationem, qua percipimus rerum consonantiam: Secundus per rationem concupiscibilem, qua afficimur illi perceptæ numerosæ cõsonantiæ: Tertius uero per rationẽ intellectualem abstrahẽtẽ ab omnibus sensibilibus/per quos gradus euecti ad altiora conscendentes animum inducimus ad ideas totius pulchritudinis, & cõsonantiæ: Demũ ad ipsum bonũ, & pulchrũ, ad quod omnes ministri, & instrumenta eius inuitant, & attrahunt. Ad numerũ enim Mercurius, ad amorẽ Venus, ad abstractam uero contemplationem Phæbus impellit: Et aliquando Luna Soli familiaris eius fungitur officio, & nomen sibi uendicat a Phæbo dicta phæbe: Quæ (ut Firmicus, & alii Mathematici asserunt) facit bonarum artium cultores, ac omniũ rerum sublimium exploratores diligẽtissimos. In causis autem supercœlestibus, & ministris summi Principis eadẽ fiunt per Hierarchiã hanc extremam: Angeli enim absolutos a sensitiuis uinculis, & supernis uacantes suscipiunt: Archangeli uero cũ uero suo Mercurio diuinos numeros cõtemplandos apponunt: qui numeri sequũtur abstractionẽ a sensibus, sicut sensitiui & uocales præcedunt. Principatus postea, qui omnes æquanimiter curant, omniaq; disponunt, ad summũ illud pulchrum, cui uere affici debemus, introducunt: Quo tendit illud Iamblici, sed ut melius dicam, Trismegisti: a quo Iamblicus didicit, quod scriberet: Angeli absoluũt a materię uinculis: Archangeli sonoritate sua sursum euocant: Principatus ad pulchritudinem ipsam ui amoris trahunt, & couniunt: Et sic omnes ministri Principis officia sibi credita fidissime exequentes omnes, quo; curam gerunt, deducere ad cõmunem Principem satagunt: nisi aduersentur sibi commissi. Vnde quęrenti, cur Angeli Persarum, Chaldeo;, & aliarum nationum non deduxerint ipsis creditos ad ueri Dei cognitionem, respõdet Dionysius dicens: Non possumus Dominationes, aut Archangelos rectos, & iustos accusare: si gẽtes eis creditæ ad eorum, qui Dii falsò dicuntur, culturam sunt deuolutæ, sed illis imputãdũ est: qui moribus propriis a recto calle in Deum tendente sponte sua deuiarunt: Cuius erroris adeo pernitiosi causa fuit amor proprius, atq; superbia. Vnde & aliquando rebelli populo hebraico idem crimen impingitur per Prophetam dicentem: Scientiam Dei repulisti: & post cor tuum ambulasti. Hucusq; Dionysius. Et cum ipsum Deum cognouerint, aspernati sunt semitas eius/Ideo familiares, & ipsis fauentes Angeli illud dicunt, quod in Ieremia scriptum est: Curauimus Babylonem: & non est sanata: derelinquamus eam. Et iterum contra elatos idumæos zelo Dei succensus exclamat.

Iul. Fir. Mathe.

Iãblicus Trisme.

Diony.

Ieremi.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Arrogãtia tua, & ſupbia cordis tui decepit te. Docet.n. noſter Dionyſius: Dionys.
ꝙ Archangeli cũ Principatibus, & Angelis qui ſunt in eadem hierarchia, ſatis cõueniunt, paucis exceptis: vꝫ ꝙ iſti extrema loca tenent, Archangeli autẽ mediũ: Item qa Archangeli cũ utriſq; illoꝝ cõueniunt: ſed illoꝝ quilibet cũ ipſis tm̃modo: & quia habent ſe ordine quodã ſcd̃m ſub, & ſupra: Vnde Principatus Archãgelos: & iſti Angelos, tanq̃ eoꝝ prophetæ colluſtrant: Et poſtq̃ tertius hic ordo in aſcẽdendo. i. Principatuũ eſt tanq̃ propheticus, non eſt mirũ ſi Paulus euectus fuit uſq; ad hunc tertiũ cœlum: ut Paulus
inde hauriret ea, quæ gentes, & principes, & filios Iſrael doceret: Ad quod tertiũ ſupernũ cœlum conſcenderũt & prophetæ omnes lactentes ab illis ſacris uberibus, de quibus in Canticis dicit̃: Inter ubera mea cõmorabit̃ Cãtico.
dilectus. Et iterꝫ: Quãpulchræ ſunt mãmæ tuæ: quãdo vꝫ lacte plenę ſunt: qd̃ per Principatus, & Archãgelos, & Angelos exprimit̃: ut per ipſos nos paſcat Deus: ſicut pauit electã familiã illã Iſraeliticã in terra lacte & melle manante: Et hoc propriũ eſt paſtoris officiũ paſcere ſibi creditũ gregem: & eum facibus ueraꝝ doctrinaꝝ illuminare, & accẽdere. Hinc Apoſtolis
quos prætulit duodenis tribubus, & uniuerſæ eccleſiæ militanti, dixit ue- CHRI/
rus Sol: Vos eſtis lux mũdi: & de Iohãne/ qui docebat dirigere uias Dñi, STVS.
& rectas facere ſemitas eius/ dixit. Ille erat lucerna ardens, & lucens: & ſi- Alchabi.
cut muſicus omnes fibras, & uoces diſſimiles conatur ad unicum ſonum deducere/ ſic Archangeli cũ imagine ſummi Principis omnia cõformare, & cõponere ſtudent: ut ſibi perfecta unione copulentur. Sic & Mercurius numeros uocales, & formales, aut rationales conducere in eandem conſonantiam laborat. Hinc docet Alchabitius, ꝙ ſi Mercurius cum Saturno coniungitur/ decernit ad numerum quo terræ, uel ædificia menſurantur: Si cũ Ioue, ad numerum pſallendi: Si cũ Marte, ad numerũ bellicum: Si cũ Venere ad numerũ fidium, ſonoꝝ, atq; fiſtulaꝝ. Hæc ſcd̃m doctrinam eoꝝ, qui inferiora tantũmodo ſapiũt, dicta ſint. Si autem altius conſcendere uoluerimus, deducit Stilbon noſter (quẽ hebrei ſtellam per antonomaſiam uocant) ad compoſitionem numeri rationalis cũ diuino: docetq; Hebrei
ueram cõcordiam, & unionem cũ Deo: de qua dicitur: Qui adhęret Deo, Paulus
unus ſpiritus efficitur cũ eo. Vnde (ſi rite docẽt ſecretiores hebrei) Mercurio præſidet Archangelus Michael ſupracceleſtis ſacerdos: Qui conſtitutus ſuper omnes animas ſuſcipiendas conatur eas in Deũ deducere illa cõſonantia, & harmonia, qua ipſi perpetuo coniunctæ ſemp prorũpãt in ꝓpetuos hymnos, & laudes illius maieſtatis æternę. Et hoc eſt, qd̃ de ipſo, Dionyſ.
cęteriſq; Archangelis ꝓdixerat Dionyſius: ꝙ Angelos, & oẽs ſibi creditos unificat pro q̃to ſunt bene ornati, & diſpoſiti uirtutibus, & meritis: aptiq; ſunt ad unionẽ illã cũ ſummo pulchro, & cõſonãtiſſima unitate: quæ nullã diſſonãtiã in ſuo regno pacis, & trãqllitatis admittit. Et hoc faciũt Angeli

officio quodã prophetico ſuſcipientes illuminationes per primas uirtutes, & eas inferioribus Angelis, & hoibus manifeſtant magis, & minus, ſcd̃m analogiam recipientiũ: Non enim æqualiter Angeli omnes docẽt: ſed pro captu uniuſcuiuſq; ut in libro triginta duaꝝ ſemitaꝝ apud ſecretiores theo- The.he.
logos hebreoꝝ celeberrimo ſcribitur. Eſt etiã hoc celebratũ apud Peripa- Ariſto.
teticos in eo, qui de anima ſcribitur: ꝙ agunt agẽtes in ſubiecta ſcd̃m eoꝝ diſpoſitionem: Quos Archãgelos tanq̃ ueros præſides, & duces imitantur boni prælati docentes gregem, & dirigentes in Deũ pro uirili ſua, & unũquẽq; pro quanto diſpoſiti ſunt.

Quó deniq; Luna coapteť cũ Angelis. Caput XIII.

Dionys. AD Angelos tãdẽ ueniẽs nr̃ Dionyſius ait: Ipſi.n. Angeli (ſicut ꝓdiximus) cõpletiue cõſummãt oẽs cœleſtiũ animoꝝ diſpõnes, ſcd̃m qd̃ cõſummandũ eſt. In cœleſtibus quippe eſſentiis hñtes Angelicã proprietatẽ, & magis nobis ꝓpinqui Angeli aptius nominanť, q̃ priores/ quãto circa euidẽtiora uerſanť: & familiarius nobis diuina nuntiantes nr̃a oĩa ornare ſtudẽt. Hæc pauca de inferioribus miniſtris depromit: Primo, ꝙ cõcludunt, & cõplent diſpõnẽ omniũ cœleſtiũ ſpirituũ, cũ ultimi ſint: Secundo, ꝙ uere annumeranť inter Angelos: Tertio, ꝙ magis dicũtur Angeli. i. nũtii: eo qd̃ frequẽtius mittanť, & familiarius agant nobiſcũ: Vltimo cõcludit, ꝙ hæc mũdana negotia ab eis fere me oĩa diſponunť. Hinc paulo inferius ſubnectit. Statuit altiſſimos termi- Deuter.
nos gẽtiũ, iuxta numeꝝ Angeloꝝ Dei. Quod ſi a Deuteronomio accipiť, nr̃a traductio ſimul cũ ueritate hebraica hẽt: Cõſtituit terminos populoꝝ, iuxta numeꝝ filioꝝ iſrael: Sed Dionyſius forſitan iuxta numeꝝ Angeloꝝ CHRI/
dixit: qa ꝓ ueros filios iſrael electi deſignanť/ iuxta illud Saluatoris: Non STVS.
ueni, niſi ad oues, quæ perierãt, domus iſrael. i. electoꝝ: Nã oues collocan dę in dextris electos, qui tandẽ ſunt in Angelos, imo in ipm̃ Deũ trãſformandi, ſignificãt: ideo Angeli dicunť. Aequiperat ẽt, magno myſterio ſuo loco declarãdo, numerũ Angeloꝝ cũ tribubus iſrael. i. electis. Opinanť. n. nõnulli ſapientes numeꝝ electoꝝ æquãdũ cũ numero ſanctoꝝ Angeloꝝ: ut plena ſit ad inuicẽ mutua proportio, & harmonicus cõcentus. Quantũ aũt Luna cũ Angelis cõueniat ꝓcurramus: Eſt.n. Luna ultima planetaꝝ, claudens, & cõplens diſpõnes eoꝝ: Annumeratur ſecũdo loco inter planetas: Tertio, cũ magis dicať planeta q̃ alii: ſicut illi de ultimo ordine peculiari uocabulo dicunť Angeli: Et quarto manifeſtius hęc oĩa inferiora diſponit. Quoad primũ/ Influũt oẽs planetæ in ipm̃ ultimũ ſuſcipientẽ oẽs ſupioꝝ influxus inferioribus cõicãdos: ſicut Luna Deifera, quæ a ſecretioribus hebreis Malcut dr̃: & nobis imediate cõicat oĩa: quæ a ſupioribus canalibus imbibit iteꝝ refundenda. Et q̃is ſit ultima planetaꝝ, cõnumeratť tñ cũ illis, ſicut Malcut cũ diuinis illis menſuris. Quó aũt magis dicatur

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Planeta, dicimus q̃ hoc est sec̃m obseruationẽ: quia magis lunæ decreta, q̃ alioꝝ planetarum attenduntur: Et hoc aut ex familiaritate, quã habet nobiscum, siue quia maior citra Solem, q̃ alii apparet: uel quia magis uaria in motu, aut qa nocumenta eius ex suapte natura frigida euidẽtiora sunt: aut quia receptaculum est omniũ alioꝝ influxuũ: siue quia motus eius est magis sensibilis uulgaribus (inquit Ptolemęus) & etiã sapiẽtibus, qui hãc sibi disciplinã uendicant. Vnde a quibusdã huiusmodi generis scilcitanti mihi, cur tm̃modo in dandis pharmacis, in aliisq̃ rebus administrandis Lunæ decreta, & non alioꝝ planetaꝝ obseruabant, respondẽrũt ipsi: Quia luna magna est, motusq̃ eius clare ꝑcipit: & nobis propinquior est. Risi recordatus, quæ Ptolemæus in principio Apotelesmatũ præmittit: q̃ luminariũ effectus, quia maiores, & euidentiores, ab imperitis obseruãtur: qd etiã quibusdã animalibus contingit: ut sentiant luminariũ effectus: sed experti, & prudentiores etiã ad alioꝝ siderum decreta aspiciũt prognosticando ex eoꝝ aspectibus hyemes longiores, ualidos, ac diuturniores uentos, & niues, & grãdines, & huiusmodi: quæ ex uariis stellaꝝ fixaꝝ, & errantiũ sideꝝ dignoscuntur: siue ab ipsis procedant illi effectus: siue ab intelligentiis ꝑsidentibus, siue a Deo iubente: ut istę exequant, & illa signẽt: aut tanq̃ instrumẽta coagant. Veꝝ quia Galenus in prognosticãdis infirmitatibus, & morte inde ꝓueniente, & Alchindus in Pharmacis, potionibus, & pillulis tribuendis decreta Lunæ obseruare uidentur: nõ gaudeãt: qui tm̃modo luminaria simul cũ irrationabilibus animalibus cognoscũt. Nam utriq̃, simul cũ luna executrice eoꝝ, quæ supiora decernunt, obseruant etiã illoꝝ decreta. Extat & alius effectus, quo luna potest magis dici planeta q̃ alii: frequẽs v3 (ut inquit Ptolemæus) & uaria mutatio: ut patet in diothotomitate, & plenilunio: qa tũc fiunt sensibiles alterationes, maxime in debilibus: Et per quartas reuolutiones cœli apparẽt euidẽtes fluxus maris, & refluxus. In quadrato autẽ aspectu cũ Sole, eo q̃ uires amittat, debilissimũ fit augmentũ, & decrementũ aquaꝝ. Sic & angeloꝝ effectus magis sentiuntur: qui aliquãdo bene expurgatis animis sese etiã uisibiles præbent: ut uirgini Ceciliæ, & marito Tiburtio/ & Valeriano leuito purificatis/ baptismate suscepto ab Vrbano episcopo. Viderũt eos & sanctæ mulieres: quæ ad sepulchrũ christi sollicitæ cõuenerant. Petrũ de carcere liberauit Angelus, qui adeo illi familiaris erat: ut pulsante ipso ad hostiũ Mariæ Iohãnis mris post liberationẽ, idq̃ ingenti gaudio Rode ancilla nuntiaret astãtibus, nõnulli dixerũt: Angelus illius est: Vnde colligit Angeli cõsuetudo cũ Petro. Loquebat & Angelus cũ Iohãne. Luctabatur cũ Iahacob. Tres simul cũ Abrahã familiarius egerũt comedentes, ut uidebatur, & denũtiantes fœlicissimũ uxoris partũ, & horribilẽ pentapolis stragem. Egit & Angelus Abrahę domesticus nimis familiariter cũ Agar

Ptole.

Idem

Alchin.

Ptole.

Agar

Gedeon Manue

Elias

Iudicũ Tres p. Daniel Zacha. Mª uir.

Diony.

Astron.

Ptole.

Salomõ

expulsa a Sara. Gedeoni quoq̃ triticũ expurganti ꝑsto fuit Angelus Dñi tribuẽs ei robur cõtra Madianitas. Manueh etiã & uxorẽ eius de conceptu, & partu fortissimi Sãsonis, deq̃ uita, & sanctimonia eius, & de sacrificio Dño libãdo familiarissime docuit: Insup uidẽtibus ipsis cũ flãma holocausti in cœlo cõscẽdit. Angelus Eliã in Bersabee bis excussit: bis pabulum subministrauit: & in Horeb docet, quẽ sup Israel, & quẽ sup Assyrios ungat in reges, & quẽ sibi successorẽ ꝓphetã cõstituat. Flẽtes populos Angelus in libro Iudicũ apta uoce redarguit: quoꝝ ꝑs tanta celebritate ꝓcedens de Aegypto liberauit, p mare, & desertũ cõduxit. Tres pueros in fornace solat, igneã flãmã ueluti gelidũ rorẽ ꝑbens. Loquit Gabriel cũ Daniele recõdita mysteria, & Zachariæ magni Iohãnis cõceptum denũtiat. Reginę quoq̃ cœloꝝ plena legatiõe fungẽs, celeberrimoq̃ nũtio cõceptũ, & partũ Messiæ salubertimũ prædixit. Longũ esset oẽs retexere, cũ qbus Angeli cõsuetudinẽ habuere: sed de eoꝝ cõditione ꝓsequamur. Concludit ultimo loco Dionysius: q̃ negotia nra disponũt ea uirtute, & influxu, quẽ a supioribus susceperũt. Et Luna omniũ supioꝝ afflationes colligens, corpus nostrum undiq̃ agitat & disponit, caput v3 cũ est in Ariete/ collum in Tauro, & sic deinceps, ut iã in ꝓpatulo omnibus est: & Astronomi de hoc passim deponũt. Corpus itaq̃ extra, & in penetralibus totũ disponit. Patentia. n. mẽbra patefaciũt Lunæ dispõnes ferro tacta: qñ Luna est v3 in signis mẽbris illis ꝑsidentibus: In intestinis aũt eius sunt decreta manifesta: ut uideantur ad eius imperium pharmaca operari: & nequicq̃ aliqñ sumi: ut Ptolemæus scribit: & clara expientia comprobatũ est, utputa, qñ Luna cũ Ioue cõgreditur, quasi ipsi cedens, uix quicq̃ operatur. Cõprobatũ est etiã idẽ efficere Veneri cõiunctã: Et qd̃ operatur Luna in exteriori tm̃mõ, idem in utroq̃ homine faciunt Angeli.

Conuenit iteꝝ terra cũ Luna. Cap. XIIII.

ABsoluta cõcordia primæ, & secũdæ Enneadis flectendus stilus est ad cõuenientiã elemẽtoꝝ cũ cœlis, & supracœlestibus mẽtibus. Et ꝑ est terra Lunæ respõdẽs multiplici cõsonãtia, Primo qa terra aquã attrahit, & imbibit: adeo ut sapiẽs inter insaturabilia terrã annumeret: quæ nunq̃ satiatur aqua: sic Luna perpetuo attractu aquã deducit, aliqñ ascendere faciens, quãdo v3 ipsa ab orizonte orientali ad mediũ cœli cõscendit, & ab ipso medio cœlo descẽdẽs ad orizontẽ occidentalẽ ipsam aquã secũ deducit tanta ui, ut uideatur fugere a nobis. Cum iteꝝ inde ad oppositũ medii cœli pergit, aquã secum deducit: Rursus rediens ad ipm orizontẽ orientis aquas tanq̃ sibi pedisequas conducit: Humores etiã in arboribus, corporibusq̃ humanis excrescendo sursum trahit, decrescendo ad ima depellit. Conuenit secundo in qualitatibus primis, frigido atq̃ sicco: quibus terra actu, Luna uero uirtute referta est.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Hinc nocua, hinc maligna immerito culpatur, cũ bñfica sit: Imbíbit.n. ex natura sua terrea aquas illas cœlestes, & affluxus oẽs: quos ex uicinitate sua nobis cómunicat. Ab aliis ergo planetis, maxime Sole recipit qđ terre stribus impartit'. Hinc Plato in cõuiuio dicit Lunã Solis/terræq; partici- Plato pẽ. Est insup uarietate singularis: uñ modo curuata est in cornua, mõ ęqua ꝓportione diuisa, modo sinuata in orbẽ consperſa est maculis/aliqñ pleno orbe imensa, ac repẽte nulla/nunc in aqlonẽ elata, nunc in austrũ deiecta, Iam subiecta coitui breui dieꝫ spatio, & statim grauidatiõe plena, moxq; parit conceptũ. Terrã igitur in hac multigena uarietate sibi assimilat, quæ nunc ornatu suo spoliata subfusca apparet: nunc herbis, floribusq; depicta pulcherrima uidet': Pars aliqua petrosa, alia paludosa, macra alicubi, pinguissima alibi, depressa uallibus, elata montibus, fertilis hic, alibi sterilis cõspicitur: Pars consperſa uariis maculis, pars rubea, pars nigra, pars alba, uel subfusca uidet': Tenax ẽt ex ea portio reperitur, & alia harenosa & fluida: Nũc iterum effœta, nũc stellarum coitũ suscipit, & breui spatio prẽgnans fœtum deducit. Gaudet igitur inter sidera Luna, inter elementa Terra uarietate multigena: qua etiam assimilantur.

Aqua cũ Mercurio, & Saturno intersonat. Cap. XV.

MErcurii natura tanto difficilior est explicatu, quãto ipsa stella occultior est: adeo ut uix, & raro uideat'. Latet aũt eius uis: qa facile induẽs naturã planetæ, cui cõiungitur: aut signi in quo residet, operari uidet' nõ scđm qđ est ipsi propriũ, sed ut alterius executor. Hinc Hermes, i. interpres dicit' fœtuũ, quos cõceperũt alia sidera: Cũ Sole.n. (Ptolemęo teste) desiccat: cũ Luna infrigidat: cũ Saturno fauet intelligẽtię: ut alibi idem phibet: Cũ Marte in rebus bellicis (ubi audacia exquirit') ingeniũ præstat: Cũ Venere aũt ꝑmixtus androgynũ, aut hermaphroditũ gñat (ut fingit antiqtas) ab Hermete & Aphrodite denominatũ: Et id occurrit, qñ qs ingeniũ a Mercurio ꝑstitum in lasciuia secũdę. i. deordinatæ Veneris exercet: Et huiusmodi in sacra pagina effœminati dicuntur utriusq; sexus pignus tenẽtes. Quod Plato sub alio ęnigmate describit: hominẽ v3 ex Sole/Luna/terraq; cõfectum/& hunc hẽre a Sole, ut masculus sit: a Terra uim fœmineã: a Luna, quæ de utroq; participat, promiscuã naturã, ut Androgynus sit: Masculus itaq; & uir, qñ uero Soli adhærẽs a facie eius cõcipit, & parit opus dignũ Deo: Fœmina uero cũ solũ aialis, aut corporis terrei opus exercet: Promiscuũ aũt, cũ Sole & suprema luce relicta naturale lumẽ cũ aiali terreo cõponit: Vñ huiusmodi a Platone sectus dicit' in duas partes, relicto meliori, deterioriq; uacãs. Sic noster Mercurius cũ rõnali discursu cõueniẽs, ipsiq; fauẽs, nunc ad superiora, nunc ad inferiora cõuersus uarios parit effectus: adeo ut eius cõplexio facile apprehẽdi nequeat: Est tñ (ni fallor) aqueus nã. Hinc Lucanus decantat, Ptolei Idem Antiq. Plato Idem Lucanꝰ

decantat ipsum arbitrum undis: Sic etiam planetaꝝ ordo exquirit: ut post Lunam terream sit Mercurius aqueus: Venus aerea: Sol igneus. Et iterũ/ Mars igneus: Iupiter aereus: Saturnus aqueus: Signiferꝫ cœlũ terreũ: Primum mobile igneum. Quo ordine etiã Angelicæ mentes succedunt: Habent.n. Angeli naturam terream cum Luna: Archãgeli aqueam cũ Mercurio: Principatus aereã cũ Venere: Potestates igneam cũ Sole: Virtutes iterum igneam cum Marte: Dominatiões aereã cum Ioue: Throni aquẽ cum Saturno: Cherubini terream cum firmamento: Seraphini igneã cum primo mobili: & cum Archetypo in ignea ui Spiritui sancto conueniunt: Throni uero cũ filio, qui est aqua supramundana, de qua omniũ philolophoꝝ, & theologoꝝ facile Princeps Moses pertractat/ quando aquas sub globo, aut cortina cœloꝝ segregat ab iis, quæ desup erant: Quæ sunt aquę Angelicæ Deũ/teste Dauide/laudantes: Sunt & summa affluẽtia bonitatis diuinę, quæ ne plus q̃ inferioꝝ gradus, & opera merentur effundat'/interposita est cõtinens illa cœlestis: in qua tanq̃ in tribunali quodã diiudicatur/q̃tum ex ipsa aqua cuiq; tribui debeat. Sed huiusmodi arcana Moses sub testa reclusit pribus/populisq; illis / quibus in figura omnia contingebant: Ex qbus multigenis, & occultissimis sacramẽtis antiqui philosophi, & uates aliquos cortices extrahentes sibi multa uendicarunt: adeo/ut credatur Pythagoræ, Socratis, Platonis/Aristotelis/& alioꝝ sapientia/quæ a sũmo fonte Deo per Mosem ad mortales emanauit, ut ipse Moses, & non Socrates (sicut scribit Cicero) sapientiã uocauerit de cœlo/& primus literis publicis cõmendauerit. Sed clarius hæc explicata habent' a Christo/& eius assẽclis/ quibus eadẽ credidit. Et forsitã hæc aqua sapientiæ salutaris diffusius adhuc propinabit' mortalibus/ quãdo superiores Dei ministri in aqueũ cœli atriũ conuenient omnes/quibus a supremo fonte dabit' facultas aperiendi excælsos illos canales/nũc ob infœlicia tempora conclusos: immo ob mala merita illoꝝ/qui his deterioribus offuscati, infœliceſq; tenebræ effecti illã supremam lucẽ, & aquam apprehendere nequeunt: nec merent': Quos canales iubeat Deus sua clemẽtia aperiri: quia terrena facies iã in summa ariditate reperit', & propinet, sicut propinauit Mosi: qui merito sumptus ex aquis dicit': Profundatq; ipsam Dei filius aqua suprema per ministros in cubiculum aqueũ colligendos/sicut olim tanta copia propinauit discipulis, ut flumina de uentre eoꝝ scaturirẽt aquæ uiuentis: unde fieret fons saliens in uitã æternam. Sed ad nostrũ Mercuriũ redeundo, naturã sapit aqueã: Nam sicut hæc lauãdo aufert obtegentẽ maculã: ut appareat nuda rei forma: sic ille Hermes uerus interpres ãmouet testã extranei idiomatis/obscuritatem ęnigmatũ/& parabolaꝝ, aut cuiuscunq; detrusi sermonis difficultatẽ: Et apiẽs ea, quæ in penetralibus arcanis Dei: & naturæ recondita sunt, nudam offert ueritatem contuendam. Et ut cum

Moſes Cicero

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Mercurio aliquid prodamus de internis, diuiniſq; p̄optuariis/eſt in coor/
dinationibus ſuperioribus ſuprema aqua: Quę ſapiẽtia, & Dei filius dicit̃:
Eſt media pietas, miſericordia, & pax: Et iferior, uber lacteũ/ quod omnes
prophetæ, & Paulus ſimul cũ aliis, quibus datũ eſt cõſcendere ad tertium
cœlũ, ut illis inuolueris propinarent: quibus p̃miſſum eſt cognoſcere my/
ſteriũ regni Dei tantũmodo in parabolis. Habet ergo Hermes, ut ſapiat/
interpretet̃/reuelet a ſuprema aqua, quæ ait: Nemo nouit Patrem, niſi fi/
lius, & cui uoluerit filius reuelare: Et itę: Omnia/quæ audiui a Patre/no/
ta feci uobis. Nec dicimus/q; hoc faciat ſtella Mercurii/ niſi quãtum ipſa
operari poteſt aut diſponendo/aut ueluti inſtrumẽtũ intelligẽtiæ p̃ſidẽtis.
Dicitur inſuper Mercurius a mercibus/ quibus præeſt: quæ cõmutantur
pretio metallorum/quæ aquea ſunt: ut uirtute aquea elemẽtari, & cœleſti
currant ipſæ merces.

Aer cum Ioue/Venereq; reboat. Caput. XVI.

AEr Veneri reſpondet ipſius natura (ut phyſice in aſtris loqua
tur) humida, & calida: Hinc animalia aerea ipſi dedicarũt.
Et ſicut aer, & ſpiritus diſgregata copulat/& coniũgit, ſic uir
tus illa uenerea. Sed duas Veneres eſſe apto dogmate docent
Academici: Alteram quippe æthereã: Alterã uero aeream: ſuperior mũda/
caſta/ ordinata, cũ Ioue conueniens, ſuperiora, diuina, & ſpiritualia cõne/
ctens: Inferior deordinata, lubrica, uaria, & laſciua, animalia, & illis infe/
riora cõiungit. Deq; iſta Venere tot obſcœna a poetis decãtanť: qa omniũ
maloꝝ eſt cauſa/ſicut illa omniũ bonoꝝ. Hinc ait Auguſtinus: Duo Amo
res fecerũt duas ciuitates: amor Dei regulatus & bonus/amorq; proximo
rum uſq; ad cõtemptũ ſui fecit ciuitatem Dei: Sed inuerſus amor ſui uſq;
ad contẽptũ Dei fecit ciuitatẽ diaboli. Vnde uis huius ſideris a grãmaticis
Venus dicit̃: quia ad omnia ueniat, malũ. ſ. & bonũ: Quod Orpheus canit
in hymnis: Generas (inqt) omnia/quæcũq; in cœlo ſunt/& in terra/urgẽs
mortales, & immenſum genus feraꝝ amoris furentibus philtris: Omniaq;
amore replent̃: & nihil eo uacuũ eſt, ſicut omnia aere complet̃, qui naturæ
uacuũ abhorrẽtis appetitũ replet. Amore. n. (inqt Boetius) cœli iungunt̃:
& elementa cõueniũt in cõpoſitis. Amore animalia cohabitant: Ciuitas cõ
ſeruat̃: & incremẽtũ ſuſcipit omnis Reſp. Amore Deus orbem fabricauit/
& gubernat: & ſũma omniũ, quæ a nobis exquirit, eſt ipſe amor. Diuinus
amor (inquit Dionyſius) non permiſit regẽ omniũ ſine germine in ſeipſo
manere: Et ſicut amore ſe diffudit in omnia extra ſe, ſic amore omnia ad ſe
trahere delectat̃/hominẽ potiſſime: in quo cõcluſa ſunt oĩa: Ideo ipſo unito
oĩa unita erũt. Et cũcta hæc cõcludit Dionyſius de mẽte Hierothei dicens:
Amorẽ ſiue diuinũ, ſiue angelicũ, ſiue ſpritualẽ, ſiue aĩalem, ſiue naturalẽ
dixerimus, inſitã quãdam intelligamus, cõmiſcentẽq; uirtutẽ: quæ ſupiora

CHR
STV
Idem

Acade

Augu

Gráma
Orphe

Boetiu

Dionys

Idem
Hiero

quidẽ ad inferioꝝ prouidẽtiã mouet: equalia ad ſocialẽ inuicẽ cõmunionẽ
cõciliat: & poſtremo inferiora quæq; admonet, ut ad potiora, ſublimioraq;
conuertant̃. Et quia in omnibus exquirit̃ amor, & Venus, Ideo utroq; ſexu
Cyprii eã pingebãt barba quidẽ prolixa, & ueſte fœminea. Et Ariſtopha/
Ariſto. nes uocabat eam Aphroditõ, nõ Aphroditem: quia in omni ſexu, omniq;
animo reperit̃. Hæc quoq; Lucifer dicit̃, quaſi ferens lucem: Solis vȝ, aut
ferens nos ad ipſam lucem/ideo Phoſphoros dicit̃: Nã amor & appetitus
ueritatis per oĩa conducit, q̃tũcũq; ardua: ut ipſam ueritatẽ adipiſcamur.
Dicitur etiam Heſperos, quãdo Solem ſubſequtur: quia adepta uirtute nõ
Poetæ minori diletiõe ei afficimur/q̃ antea. Quę aũt p̃cedit, eſt (ut fingũt Poetæ)
cœli/& diei filia. i. paruula lux, & nouella claræ ueritatis, quã iqrimus: alio
qn ad ipſam pquirẽdã non moueremur. Quæ uero ſequitur, Iouis & Dio/
nes. i. humiditatis filia: quæ ætherea eſt, & nitida. Aliã autẽ fingunt Poetæ
progenitam ex pudẽdis cœli, & ſpuma maris, & hęc eſt polluta ex ſpuma
Macro. genita, & fece aquaꝝ inferioꝝ nutrita, ut dicit Macrobius. Sed ueritatem
pãdendo/ideo ex pudẽdis cœli genitã dicũt: qa generãdi appetitus a cœlo
aĩantibus iſitus eſt: Sed polluit̃ & ſordidat̃ a deordinatis animis. Bona q̃q;
Venus trahi cygnis cãdidiſſimis dr: q puritatẽ in colore, Delitias in cantu
Herod. ſignificãt: Eiq; roſam iter flores ſuauſſimã dicatã ſcribit Herodotus: inter
plãtas uero myrtũ potiſſime: iter gẽmas margaritã: iter aues colũbã: Qua/
rum cõueniẽtiã ſuo loco reſeruabimus declarãdã: nũc de ea/quã habet cũ
aere p̃ſequamur: Videmus enim omnia/quæ de duplici Venere dicta ſunt
in duplici aere reperiri: hoc turbulento vȝ, & puro æthere. Hinc enim ad
fœtũ, cõnubiaq; conducit per uim ſpiritus ipſi incubantis: qui eſt uera uis
aerea: unde uterq;, & ſpiritus, & aer, aut uẽtus eodẽ nomine nuncupat̃ ab
his qui res uocant ſecũdũ earum proprietates/Turbulentus autem aer in
Iunone deſcribit̃ infeſtus ſupremę ueneri, & his q ſuo fauore gaudẽt. Sed
tandẽ Venus ſui Iouis p̃ſidio p̃ualet deteriori, & infeſtæ fortunæ.

Ignis cum Sole, & Marte feruet. Caput XVII.

Speuſi. ELementaris hic ignis Soli reſpõdet: qui eſt uerus, & cœleſtis
ignis (ut ex officina Platonica Speuſippus deprõpſit) deco/
quẽs oĩa/quæ ad cibũ magni animalis pertinẽt: ſicut hic ele/
mentaris humani aialis cibũ coquẽdo perficit. Dictus eſt q̃q;
Idem Apollo (ut eidẽ Speuſippo placet) eo q; uis eius ex multis ignibus cõſtet:
omniũ vȝ ſiderũ uim & lucem ſolus cõtinens. Nec ſtellaꝝ concurſus ſuos
Chryſi. cõducũt effectus/quouſq; phębeo ſemine grauident̃. Cui & gallus (q dat
Latini ut oua gallinaꝝ fœcunda ſint) dedicatus eſt. Hinc opinabat̃ Chryſippus
Aſſyrii Apollinem dici ab à/qđ eſt ſine/& poly/multitudine/ quaſi ſolus ſit cœlo/
Hebrei rũ & ſiderũ uim continens. Vnde & latini Solem dicunt/quaſi ſolum lu/
centem: Et Aſſyrii Adad, quod lingua eoꝝ ſolum ſignificat. Hebrei uero

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

שמש Semes, quod proprium interpetrari potest, eo q̄ lux/ & eius beneficium sibiipsi proprium sit. Alia autem sidera ab eo utrunq̄ impartitum habent: Lucetq̄ tanto excellentius/quanto sublimior est ignis ille cœlestis hoc elementari: Calefacit uterq̄, sed hic intropellendo, Ille extrahendo humiditates: Hic tantūmodo propinquis beneficium præstat: Ille remotissimis/ut etiam in uiscera terræ penetret eius radiorum uirtus: qua metalla coquit, & pficit: quæ hic elementaris postea expurgat. Vulcanus quoq̄ is dictus est a maiori ui, ac uiolentia ignea, aut qa canus. i. candidus in flāma uolat: Ille uero cœlestis dicit̄ Phæbus a specie & nitore, unde pulcherrimū uolat: Illo uero cœlestis dicit̄ Phæbus a specie & nitore, unde pulcherrimū fingebant antiq. Medicinę insup inuētorem dicebāt, ex calore uiuifico, & benefica uirtute, aut forsitā secretiores philosophos imitantes: q dicūt Raphaelē (q medicina, aut medicus Dei interpretat̄) eidē pesse. Eius simulachrū hic inferior ignis tenet: q obfrigescētia animātia calefaciēs uitā quodammodo sibi restituit. Fugat cœlestis ignis tenebrosos principes, & eoꝝ turmas: ut canit̄ i psalmis: Ortus est Sol, & cōgregati sunt, & in cubiculis suis collocabunt̄. Et in Iob dicit̄: Cū uiderint aurorā, arbitrant̄ umbram mortis. Fugat & hic inferior eosdē: ut ualeat p socio. Vnde nō ab re primi pullulantis ecclesiæ sapientissimi institutores iusserūt lumina ad cadauera mortuoꝝ accēdi: a qbus nō āmoueant̄, quousq̄ pfectis sacris sacræ terræ cōdant̄: Publicasq̄ orationes, & psalmodias, accēso lumine fieri docuerūt: Qđ & Deus, cui sacra ipsa exhibēt̄, exqrit. ſ. ut oia sacrificia igne offerāt̄, & in altari semp ignis ardeat. Hinc Pythagoras in symbolis: Ne loq̄ris de Deo sine lumine. Quod tñ alii, & ēt nosipsi alibi scđm analogiā interp̄tati sumus: Cōfert. n. ad sacra ifimus hic ignis lucēs/cœlestis quoq̄/Angelicus/ itellectualis/& diuinus: Obtenebrosus aūt ignis nequaq̄/nō infernus ardor nō malę cōcupiscentiæ incendiū/ non imoderata excandescentia/nō exusta itelligētia: Nā hic obscurus ignis omnia cōsumit/oia sterilitate cōplet: ut nihil in nocturna illa flāma possit quis operari. Hinc aliqui iterpretari uoluerūt ignē: eo q̄ nihil ab eo gignat̄. Est tamē bonus & naturalis ignis calor uitā tribuēs, & fœcūditatem. Nec. n. oua in pullos mutant̄/nec eruca uel bombix in necydalū, nec plantę crescūt: nec alunt̄, & fouent̄ animalia, nisi calore, aut superiori, aut aianti, aut elementari, quæ symbolo quodam cōgenea sūt analogia quadā. Et adeo ignis fœcūdus ē/ut seipsum gignat: & cæteris, ut generent, p̄stat nō calore solo/ sed lucis ui, quā haurit ab illo qui dixit: Ego sum lux mundi. Et ut declararet Moses oia lucis beneficio p̄ducta/post fabricatā materiā (quā terrā uocat) opertā tenebris/dixit lucem statim fabricatā: qua oibus dareť uita, & forma: & qua (ut ait Plato) cūcta uideri possent. Qui uitę uigor est in igne illo diuino: qui spiritus uitę dictus incubās sup faciē aquaꝝ omnibus uitā p̄stabat, & formas, p quas unaquæq̄ res ab alia seiūcta a cōspiciētibus discerneret̄. Nec. n. a materia

Antiq.

Psal.
Iob

Pytha.

CHRISTVS.
Moses
Plato

(ut aliq̄ opinātur) est (ut aiūt) indiuiduatio, aut determinatio rei particularis: sed a propria forma singulari (ut acutiores docēt) quæq̄ distinguntur. Sed si uoluerimus acutius inspicere, unde ueniat hæc determinatio/ cōperietur: q̄ a materia, forma, & spiritu, puenit: quod p litteras, pūctaturas, & accētus sacri idiomatis innuitur/ ut habetur in recōditissimis arcanis hebraicæ theologiæ. Quos Plato imitari uolēs in Cratylo/tātū defecit/ quantum græcū idioma hebreæ linguæ fœtus (ut ita dicā) spurius deficit ab ipso sacro, & mysterioso eloquio: In quo secūdum rerum proprietates nomina ab Adam/iubente Deo/imposita fuere.

Idem

Lapides cum cœlis succentant. Caput. XVIII.

CVm mixta multigenā habeāt naturā/ nō facile cū uno cœlo cōueniūt: id maxime/quia in unoquoq̄ primoꝝ generꝝ/multa interueniūt genera subalterna/ & species: quæ diuersoꝝ siderū naturā sapiūt. In lapidū. n. genere diuersæ sunt species: sicut in metallis, plātis, & aialibus. Et q̄is lapides terrei sint, quadā suffulti stabilitate: & metalla fluida, & ui ignea liquefiant, ut in aqueā naturā trāsire uideant̄: In utrisq̄ tamen species diuersissimæ cōtinent̄: & cū diuersis nō tantū planetis/ sed stellis fixis cōueniūt: Adamas cū capite Olgol, cum corde leonis granata: Et caudæ ursę conuenit magnes: Alis corui smaragdus achamec iaspis: Scorpiōis cordis ardonius: chrysolitus uulturi cadēti. Et multa huiusmodi pertractant̄ a Mercurio, & nouitioribus nōnullis, forsitā suo loco latius declarāda. Multa sunt etiā Marmoꝝ genera: Est marmor Thæbanū cæteris hilarius/uiride/maculosum/ serpentū maculis aspersum: unde latine Serpētinus/Græce Ophites dicit̄. Et hoc multiplex/lacedæmoniū, augusteū, & tiberiū. Porphyrites rubet cādidis interuenientibus pūctis/Leucostictos uocatus/Basaltes ferrei coloris, atq̄ duritiei. Onychites in Arabia antiquitus/postea in Germania reptus. Alabastrites ex Thebis/Damasco, Carmania, India, Asiaq̄ originē trahit: quē cauant ad uasa unguētaria, & ustū cōtundūt pro emplastris. Est etiam Ligdinus eximii cādoris Thebaicus/intercinctus aureis guttis. Coralus nigro/albo/rubeoq̄ colore, quē aliqui Pyritē uocāt. Simites, quē antea Pyropæcilū uocabant: quia sit flāmis igneis uarius. Est etiā thuscū marmor niuei cādoris, & uariis uenis distinctum. Magnes quincugenea. Tasio/silex cotes/tuphus, & q̄ plurima genera, quæ a Plinio, Alberto, Vitruuio pro ędificiis faciēdis memorant̄. Sunt etiā lapides p̄tiosi multigeni, qui diuersas naturas sapiunt. Si tamen uolumus ex coꝝ cōi, p̄prietate ad unū genus suū primariū reducēdo uni elemēto, uniq̄ planetæ cōsignare dicemus/q̄ terrei sunt: & cum Marte Saturno supposito cōueniūt ex natura duriori, & terrea, igne bene decocta, & adeo cōstipata, ut tenuissimo spiritu uiuāt: Viuūt nihilominus unde nō imerito dicuntur lapides uiui: sola tñ uita gaudētes, rōne, sensu, &

Plinius
Alber.
Vitruu.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

omni motu priuatim, præter augmẽti & alteratiõis: Creſcũt.n.& alterãtur ignis & ſolis caliditate. Ineſt etiam eis appetitus tendendi ad centꝝ aut ex grauitate, aut ex ſuapte natura. Ex eorũdem autem benefico tẽperamento cũ Ioue: ex pondere, glutino, & ſtipticitate cũ Saturno, ex duritie cum Marte, ex uita uero cum Sole conueniũt. Et ſi quid gratiæ in eis eſt, cum Venere, ex occulta uirtute cum Mercurio, & cõi beneficio cũ Luna.

Metalla idem faciunt, cum Marte potiſſime. Caput XIX.

METalla ẽt multigena ſũt, ſed ſeptẽ potiora cũ erraticis ſideribꝰ (ut tritiſſimũ eſt) coæquantꝫ. Aurũ ſoli merito cõparatꝫ (ut inquit Hierocles) quia nullis tenebris ſit admixtus: & quia excedit omnia/quæ ſunt ei confinia, Argentũ, æs, ſtannũ, & huiuſmodi. Et ſolũ ex metallis rubiginẽ non recipit: ſicut ſol nihil obſcurũ admittit. Argentũ ſimul & argẽtea oĩa, ut marcheſita, & huiuſmodi ſubiiciuntur Lunæ: quæ quãtũ diſtat a Sole, tantũ argentũ ab auro. Stannum Ioui: Sunt tamen qui ei attribuant aurũ, argentum/ & omnia aurata: Alii uero aurũ Saturno reſignant ex põdere, ex uirtute uero Soli: Stãnum tamen ꝓpriũ eſt Iouis: Aes Veneris: Aes uero rubeũ, ut aliqui aſſerunt. Sulphurea oĩa, & ferrũ, cũ Marte cõueniũt. Plumbũ cũ Saturno, ut pondus & color indicat: ipſius.n. ſunt fuſca oĩa. Argẽtum autem uiuũ cum Mercurio/qui facile induit naturã planetæ, cum quo coniungitur, aut ſigni in quo peregrinatꝫ: ſicut ipſum uiuum argentũ aut natura operãte, aut arte ſuccurrente (ut aiunt) facile in aliud metallũ tranſmutatꝫ. Et q̃uis ad metallorꝫ productionẽ oẽs cœli cõcurrant, Sol tamẽ potiſſime, qui omnium planetarꝫ uirtutẽ cõtinens penetrat ſuis radiis in uiſcera terræ, decoquens/ & ꝓficiens metalla oĩa: Ad ſingulare tamen genus ipſius opitulatꝫ planeta. Eſto ẽt, q̃ aqueã naturã ſapiãt metalla oĩa: & unũquodq̃ ſuo planetæ natura reſpõdeat: in ditione tamen Martis eſſe uidentꝫ/ ut ex ſupremi Archetypi arcanis docemur: in cuius ꝑte aqlonari, quæ ab hebreis גְּבוּרָה gebura dicitꝫ/ & Marti p̃ſidet, collocatꝫ: & hunc tãq̃ inſtrumentũ habet ſui opificii, aut interpretẽ, aut executorẽ ſuę fœturę. Hinc dicitꝫ in Iob: Ab aquilone aurũ uenit. Eorꝝ autem intelligentia in cratere ſupiori eſt Zamael, ut aſſerunt hebrei: uel typhõ/ ut ait Orpheus. In cratere aũt inferiori, Ille qui dixit ponã ſedem meã ad aquilonẽ: Qui a Saluatore princeps huius mundi Mamona, & diuitiarũ dominus dictus eſt: ut in euãgelio, cui titulus eſt ſecũdũ Matthæũ, dixit: Facite uobis amicos de Mamona iniqtatis. Quod oẽs exponũt de diuitiis, & pecunia, ſit argẽtea, aurea, uel ærea. In euãgelio quoq̃ Lucæ ait: Nemo põt duobus dñis ſeruire. Hic Mamona ĩ Ieremia dicitꝫ עַמִּי נִנְאָא .i. Amon mino: Quod nos interꝑtatũ hẽmus tumultũ Alexãdriæ: Præerat.n. ægyptiis, q̃ opulenti erãt argẽto, & auro: ideo eius uim Deus ꝑ Moſem auferẽs iuſſit hebreis, ut ſibi tollerẽt auꝝ, argentũ, & uaſa

Heroe.

Iob

Hebrei

Orphe.

CHRI/STVS.

quæq̃ pretioſa ab ipſis Aegyptiis: quę tãdẽ in ſacra ſummi Principis oĩbus rite dominãtis offerrẽt: Cuius imperio expoliatus fuit Mamona a populo Iſraelitico, & a Moſe debilitatus uirtute: ut ſuos Aegyptios defendere nequiret: Vnde ſublato fauore dominãtis ruerũt Aegyptii letali, ſubitoq̃ ꝑcipitio. Romani autẽ & ſacramẽta, & ſubordinatã ptãtem ipſius Mamonæ non aduertentes, ut ſibi accerſirent auri dominatorẽ, templũ in monte aduentino Ioui Ammonio dedicarũt, ideſt Deo Ammonio ab Ammo, qui Mamona dicitur: & nõ ab arena, nec ab Ammone paſtore, ut aliqui opinantꝫ. Et hũc in ſpecie Arietis (q̃ eſt ipſius Martis domus, aut roboris excęlſi inſtrumẽtũ) uenerabantꝫ. Qui Aries ægypto dñatꝫ: ut hebreoꝝ ſapiẽtiſſimi aſſerũt: q̃uis alii ipſam Virgini ſubiiciãt. Ideo (ut ipſi hebrei proſequũtur) in exitu patrũ eoꝝ de Aegypto primogeniti mẽphitici interfecti ſunt: ut demõſtraretur eliſa uirtus, quam eis pręſtabat princeps, & primogenitus ſigniferi cœli. Quę ſi ſecũdũ anagogiã intelligere uoluerimus, ſublimiora hic includuntꝫ myſteria ſuo loco forſitã declaranda. Cur etiã a redẽptis ab illa ſeruitute primogenita a liberatore exquirebantꝫ: Qui & immolari iuſſit pro peccato Arietẽ, caput v3 triplicitatis aqlonaris: ut Ptolemæus in primo ſui Tetrabibli docet: A qua parte (Ieremia teſte) Pãditur oẽ malũ. Inde ereptus ille hebreus populus ueꝝ trãſitũ fecit in Dei uiui celeberrimũ cultũ: Quibus pluries indictum fuit, ne timerent ultra cœlorꝝ ſigna, ſicut cæteræ gentes: quia ab ipſorꝝ uiribus exẽpti, tãq̃ peculiaris familia ſoli Deo ſubiecta, ſuo liberatori ſoluerẽt debitas gratias: a quo tyranno ægyptiaco, & aquilonari, ſicut Moſes eripuit populũ iſraeliticũ, ſic Meſſiach oẽ hominũ genus: ut diceret/ Nũc princeps huius mũdi eiicietꝫ foras. In quo ſingulari certamine lętus de uictoria citra pctũm, itemꝝ dicit: Venit enim princeps mũdi huius, & in me nõ hẽt q̃q̃ nec in ꝑ, nec in ſecũdo bello. Primũ.n. geſſit pro ſe in monte deſerti: ſecũm pro nobis in cruce: In qua ſpoliãdo principatus, & ptãtes aqlonares, & tenebrarꝝ hasꝝ traduxit ſpolia, cõfidẽtia magna docẽs nos, ut hos inferiores theſauros cõgregare non curaremus: quorꝝ princeps eſt Mamona: ſed ꝓcuraremus theſauros in cœlo: quorꝝ princeps eſt ille, in quo (ut inqt Paulus) ſunt oẽs theſauri abſcõditi. In quos theſauros has inferiores diuitias ꝓmutare debemus. Hucuſq̃ ꝓceſſimus de Metallis, & theſauris ptractãtes: ne has feces, & ſcoriã uerorũ theſaurorꝝ in Idolũ nobis cõſtituẽtes ſimul cũ eorum Principe ruamus amiſſis ueris theſauris: In q̃bus pleniſſime diuites eſſe poſſumus.

Hebrei

Ptole.

Paulus

CHRI/STVS.

Idem

Viuaciori ſono reſpõdẽt herbę cœlis, maxime Ioui. Caput XX.

DVo occurrũt tã in herbis, q̃ metallis nõ mediocri indagatiõe digna: Vnde v3, & quõ ab eis hauriatur uirtus. Nõ quidẽ ex calido, frigido, humido, atq̃ ſicco, ut aſſerũt Peripatetici facile ſeſe expediẽtes ab aſſignatione cauſę effectuũ, & opationũ

Petipa.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

rerum: Nã uirtutẽ cõprobamus in eis omnẽ qualitatẽ excedentem, unde
prosint, aut noceãt. Nec cõtẽti abire a theologis: qui dicũt, & uere/hoc in-
sitũ eis a Deo. Pulchrũ erit aliqualiter percurrere qbus mediis infundatur
rebus illa uis, quã hebrei כח coah dicũt. Docẽt Academici simul cũ Tris-
megisto & inuit Hiarchas Brachmanaꝝ Princeps apud Philostratũ/ Sed
in secretiori Theologia hebreoꝝ ubiq; asserit, oĩa quæ sunt sub globo luna
ri, & in mũdo hoc generationi, & corruptioni obnoxio, eadẽ meliori nota
esse in cœlesti mũdo, perfectiori in intelligẽtiis, pfectissima in Archetypo:
& eadẽ serie unũquodq; supiori, & supremo pro suo genere respõdere; &
ab eisdem suscipe, & cœlis quidẽ uim illã cœlestẽ, quã quintã essentiã uo-
cant, ab intelligẽtiis spiritualẽ, uiuentẽq; uigorẽ omnẽ qualitatiuã uirtutẽ
trãscẽdẽtẽ/ ab Archetypo aũt per ista intermedia pro gradu suo origina-
lem uim totius pfectionis. Hinc ad planetas ad fixa sidera, hinc ad intelli
gentias, eaꝝ & inde ad Archetypum unaquæq; res apte reduci potest: Ex
cuius rei serie tota magia naturalis, & secretior, ueraq; philosophia ema-
nat. Hinc rerum consonantia in hoc multiplici mundo, & mystica intelli-
gentia in exponendo, quod non dicitur per illud, quod scribitur: Quod cũ
in toto hoc nostro progressu referare propositum sit/nunc tantũ in genere
percurremus, quomodo herbę cum cœlis conueniant: sicut & de metallis
tetigimus: Quoꝝ, quãuis unũquodq; ad suum (ut diximus) Planetã de-
ducatur: tamen ad Martiã ditionẽ, tã in cœlis, q̃ in Angelis, & Archetypo
redigitur: sic herbæ, quibus inest benignior uitæ spiritus, cum acre, Iouiq;
aereo conueniunt in genere: in specie autem unaquæq; cum suo planeta,
& fixo sidere. Cum enim lapides terrei, Metalla aquea sint, plantæ recta
serie procedendo aereæ comprobant. Cuius rei signum est: quia sub aere
pullulant, coalescunt, & crescũt, aere uero priuatæ nedum non coalescũt,
sed moriuntur. Viuunt enim, & pullulant herbę sub Dio, Veneris, Iouisq;
beneficio/ Sole tamẽ uim quãdam seminalem infundẽte: Animalem enim
uim inferiora a Sole hauriũt/ generatiuam a Venere/ naturalem a Ioue sic
dicto, quia semper iuuet. Quælibet enim stella, imo omnes simul minusq̃
Iupiter naturales uires in nobis fouẽt/ atq; corroborãt. Vnde hũc accipere
semp faustũ est: Solem forsitan (ut quibusdam placet) non semper tutũ:
quia immensus ille uigor recipientis debilitatem aliquãdo offendit. Quia
igitur Veneris/ Iouisq; beneficio potissime coalescunt plantæ/ dicimus/ q;
aereæ, Iouiæq; sunt, licet quælibet subsit suo sidori: Vnde aliquæ ex exce-
denti influxu ad nocuũ uirus tendant. Pro quibus tamen, & antidota bo-
nus Iupiter, imo summus opifex præparauit: Ideo nunq̃ usui humano in-
terdictæ sunt herbæ, nec fructus arborum, nec earum cultus: Nam in hor
to uoluptatis positus fuit homo, ut ederet de fructibus arborum, & exco-
leret illas: quãuis altius cõscendat negotiũ, q̃ præ se ferat in cortice littera:

Hebrei
Acade.
Trisme.
Hiarch.
Philost.
The.he.

A quo loco electo homini ante, & post diluuiũ, & in utraq; lege, Mosaica,
& Euangelica etiã semper eadem concessa fuere/ nisi quæ aliquo graui ex-
cessu uirosa, & nocua effecta sunt in radicibus, stipitibus, foliis, aut fructi-
bus sese uitanda reddidere. Carnes autem ante diluuium non erãt in usu,
imo (ut aliqui asseuerant) interdictæ: Metalla uero (quibus thesaurizatẽ
in hac peregrinatione) in euangelio denegantur: quæ sub Martis ditione
(ut diximus) continentur: Sic animaliũ sanguis, morticina prædata, di-
laniata rostris, uel unguibus, aut dẽtibus, & huiusmodi, quæ Martia sunt,
& ex parte sinistra in lege prohibentur his, qui in dextris collocandi sunt:
A quibus (ne ultra progrediamur, q̃ licear) abstinendũ duximus.

Occentant Zoophyta cum Saturno. Caput XXI.

ASserunt hi, qui secretiores origines naturæ pscrutantur, ani-
malia, quæ per putrefactionem nascuntur, in aquis, in terra,
& in ædiũ ruinis, Saturni fauore generari: & Saturnia esse.
Et quãuis id a quibusdam attribuatur Soli, tãq̃ inter sidera
ex suo calore benefico omniũ cõmuni parenti/ est tamẽ subtiliori diligen-
tia perscrutatũ, & assertum hoc a Saturno prouenire: Qui superioris, &
contigui cœli uirtutem sentiens, si nõ potest animalia perfecta disponere,
aut conducere, quantum patitur natura sideris, saltem feces animaliũ, &
imperfecta coalescunt uirtute ipsius, cõparata tamen a superiori, immo a
supramũdano cœlo, & ab intelligentia præsidente: Vnusquisq; enim pla-
neta suam habet intelligẽtiã, & in diuinis suã mensurã: ad cuius amussim
regulatur: & illę dicunt mensuræ fabricæ. Saturnus itaq; illa mensura re-
gulatur (sicut docetur in hebreoꝝ theologia) ubi residere dicũt Elohim:
qui in omnibus operibus sex dieꝝ inducitur opifex, & iussor: Sed ille cũ
deficiat ab opifice causa, & ab omnigeno instrumento stelliferi cœli, pro
sua uirtute usq; ad animalia impfecta extenditur. Hinc eidẽ attribuuntur
mures/ uermes/ scorpiones/ & huiusmodi ex putrefactione progenita: sic
ostreæ/ spõgiæ marinæ/ cõchylia & huiusce generis, quæ Zoophyta a Pla
tonicis nominantur. Hinc forsitan antiquitas illam primæuam sapientiã
redolens finxit Saturnũ ex cœlo natum: nec ut patrem generare, sed eius
uirilibus abscissis, & in mare proiectis, inde Venerem generatam fuisse:
uim ꝟ generatiuam ex humore calefacto.

The.he.

Antiq

Intercinũt animalia cũ stellato cœlo, & primo mobili. Cap. XXII.

SI stellifero cœlo respõdeant animalia, ubi eoꝝ sunt expressæ
imagines, nemo est, qui dubitat: Ibi enim ab animãtium si-
mulachris diuiduntur, & denominantur signa regii circuli:
qui zodiacus dicitur a ζωα/ qđ græce animalia significat: & la
tine signifer, quasi ferẽs signa, & effigies animaliũ. Quod signiferũ quãuis
totũ cœlũ in duodecim scindas diuidat, tamẽ ei assignantur limites a tro-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

pĩco Cancri/ uſq; ad tropicũ Capricorni:ultra quos limites multæ figuræ animaliũ obſeruatæ ſunt ab Aſtronomis.Et primo Draco ingens/ & flexuoſo corpore inter ambas arctos.Ophiuchus,qui & ſerpẽtarius dicitur, ſupra ſcorpionem.Boote,qui & arctophylax uocatur,plauſtri cuſtos depictus.Herichthonius cũ ſua capra,cuius genua apponunt Geminis,& pedes iuxta Tauri cornua. Cepheus, quem ſeptẽtrionalis circulus occupat. Caſſiopea iuxta latus ſinuoſi Anguis.Et non pcul eſt Andromeda:& ſub ipſa dimidiatus equus:propeq; Caſſiopeã Perſeus.Sunt & Pleiades pené omnibus notæ:Cygnuſq; iuxta Cepheum. Eſt & Aquila ad orientẽ ſemp ſpectans: Delphinuſq; cũ ſtellis nouem muſarum numero gaudens:unde muſicũ ſignum dicitur.Orion inſuper ante Tauri ueſtigia fulget.Canis in cœli cẽtro,poſt cuius caudã Nauis:& ſub pedibus Orionis Lepus:& ad huius pedem ſiniſtrũ Eridanus:& ſub Ariete & Piſcibus cetus.Prope aũt Aquariũ piſcis magnus: poſtq; Scorpionis caudam ſacrarium:ante quẽ Centaurus. In parte Auſtrali ad Cãcrũ eſt hydra cũ ſuo coruo in cauda, & multa huiuſmodi non ſine cauſa finxit antiquitas.Quæ animalia,cum multa ſint,& natura uaria,in octaua ſphęra merito ſunt collocata:& uera animalia ſubiiciũtur ei:quæ uaga eſt in motu triplici,& ſtellaꝝ figuris diuerſiſſima: Quarũ numerus ſicut ſoli Deo cognitus eſt:ſic earum effectus circa aues/animalia/reptilia/piſces/ & herbas: Quas & ſi cum Ioue conuenire fecerimus:nõ tamen ſunt ſtelliferi cœli beneficio priuatæ. Planetæ enim exequũtur ea/quæ ſuperiores ſtellæ influunt.Vnde magna concordia uniuſcuiuſq; cũ ſuo ſigno/domo/aut triplicitate,& particularibus ſtellis:A quibus nõ minus,q̃ ab erraticis procedunt effectus,licet attribuantur iſtis/ tanq̃ uicinioribus/ & magis diſtinctis/ magiſq; mortalibus manifeſtis.Et ſi ſuperius adhuc conſcendere uellemus,& altius pſcrutari animalium cauſas/ origines/ & formas:forſitan comprobaremus has non de gremio materiæ,ut ſomniantur phyſici,ſed aliunde procedere:Cũ nõ ſine cauſa ter repetaſ a Moſe animaliũ productio:Cuius primo aqua/poſtea Elohim/tertio loco terra inducitur author.Et iterũ repetendo/ultimo loco cõcludit,q; Elohim illa omnia fecerit.Nec prætereundum eſt/ q; ab aquis introducatur producta auis ſupra faciem cœloꝝ, & non ſub cœlo,ut habet traductio noſtra:Id enim tactum eſt,ut inuatur nobis & auiũ,& animaliũ imagines prius ſupra cœlos productas/q̃ in terra pullularent:ut nõ a terra,ſed a cœlo,& a ſupramundanis fontibus ſit eorum origo.Cum ſuperiori cœlo igitur non ab re conuenire fecimus animalia, quæ & ſi cum omnibus aliis ab omniũ Authore procedunt,per cœlum ſtelliferũ tamen, tanq̃ per præcipuum inſtrumentum fabricantur.Aſſerunt etiam Mathematici/In primo mobili eſſe rerum,& ſignorum imagines potioris uirtutis/ſecundũ quas in genituris prognoſticantur.

Moſes

Mathe.

Succentant eadẽ potiſſime cũ ſupcœleſti mũdo. Caput XXIII.

CVm oĩa a p̃,& uno pceſſerint:ut ab eodẽ depẽdeãt/ipſiq; correſpõdeãt/neceſſe eſt.De Opifice.n.ſapia ſcriptũ eſt/q; ipũ in telligẽtię ſuę oẽm uirtutẽ cõplectĩ,oĩa pſpicit,oẽs intelligentiæ ſpũs cõtinet: & in ſe pmanẽs unica uirtus omnia inouat. Quo etiã ſpiritu replet orbẽ terraꝝ uniuerſum,uiuificans,uniẽs,& circũſonare faciens,omnia attingens a fine uſq; ad finẽ,& diſponẽs omnia ſuauiter.Quæ ſuo loco latius differenda differimus.

Quæ in particulari cũ Saturno conueniant. Cap. XXIIII.

ABſoluta cõueniẽtia reꝝ in gñe,quõ ẽt ipſaꝝ ſpẽs cũ ſupioribus cõueniãt,pcurramus:ut undiq; accipe poſſimus,in qbus opificẽ laudare ualeamus.Et ut ab inferioribus cõpoſitis incipiamus,Ex elemẽtis hẽt terrã:Ex lapidib' cõueniũt Saturno qui nigri ſũt:Onichinus,ziazaa,ut color indicat,& effectus formiculoſus in geſtante,potiſſime cũ in ſomnis meliores ſpũs ſopiunt.Et ipſi ſimul cũ Mercurio,& cauda Scorpiõis cõuenit calcedonius,ſicut color ſubſapphyrinus,fuſcus,& pallidus inuit:habetq; a bono Saturno,ut phãraſticas illuſiones expellat:cõſeruet,& compaginet uires corporis:ſed a Mercurio,ut raucedinẽ,phibeat:& uocẽ clarificet,nigrior potiſſime.Ex mineralib' plũbũ regit:Etiã ſibi ſubiicit iaſpidẽ, magnetẽ, & camoinũ. Ex herbis ipſi & ſerpẽtario cœleſti rñdet ſerpẽtaria.Dñatur quoq; rutæ,cimino,helleboro, aſſæ fetidæ,quã græci Silphion appellãt:Itẽ opio,mãdragoręq;,& illis quæ ſtipticant. Ex aĩalibus poſſidet camelũ ſuem,ſimiã,urſum,catũ pcipue nigrũ,mulũ,aſellũ:Aues aũt eas,quæ ſunt longi colli,& groſſæ uocis,grues ſtruthios,pauones & id genus:unde de Argo cõuerſo in pauonẽ decantat Poeta: Excipit hos oculos uolucris Saturnia pẽnis. Serpentes inſup, ſcorpiones,& reptãtia in terris,aquis,& ruinis muroꝝ,aut tectoꝝ:ut mures,formicas,& uermes multiplices.Ex humoribus atrã bilẽ humectantẽ regit,tã natiuã,q̃ aduentitiam,præter aduſtã.Coloꝝ uero niger,plũbeus, & liuidus ipm cõſequunt.Sapores ẽt acetoſi,acriores,& graues eius gratiuẽ naturã imitant.Similr & ea,quæ grauiter olent. In tpibus aũt autũno,& hyemi pſidet,uentiſq; fortioribus,& grauibus.Itẽ indis,& æthiopibus:ut color atteſtat.Sic & locis obſcuris,ſubterraneis,& ſolitariis.Inſup piſcinis,ſtagnis,& paludibus,lociſq; horrẽdis.Theſauris ẽt occultis,& his qui longis itineribus,& cũ difficultate acquirunt.Quæ aũt in hoie poſſideat,ad utriuſq; mũdi maioris,& minoris cõcordiã reſeruabimus.

Ouidi.

Quæ harmonizent cũ Ioue. Caput XXV.

EX elemẽtis (ut diximus) Ioui reſpõdet Aer,& omnia,in quibus hic dñatur:Stãnũ in mineris,calidaq; & humida:cuncta quoq; ad uitę nutrimentũ/augmentũq; ſpectantia,potiſſime

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

quæ maſculina ſunt:Et quæ dulcia & ſuauia reperiunt in odoribus,& ſa/
poribus.In omnibus animantibus ſanguis,& in parte hac alterabilis aeris
uenti,qui animantium calorem confortant naturalem,pariter & uegeta/
tiuum:qui ſunt (ut quibuſdam placet) præcipui aquilonares,aut ſepten/
trionales:ubi reſidet ignis,& uigor ille ſupremus:qui uiuificat,& confor/
tat abſq; uſtione:Sed meo iudicio aptius auſtrales Ioui reſpõdent: & ille
auſtro ſupramũdano:de quibus in Canticis dicitur:Surge aquilo,& ueni Cãticoꝝ
auſter:perfla ortum meũ:& fluent aromata illius.Ab aquilone igitur uim
trahit corroborantẽ:& ab auſtro beneficum temperamentũ, & affluentiã
omniũ bonorum.Colores etiam,uirides clari, & qui confortant ipſi dedi/
cati ſunt:Vnde ex lapidibus ſmaragdus uiridis, eſto q; aliũde Mercurio,
Veneriq; reſpondeat.Dedicati ſunt ei omnes lapilli uirentes,& crocei ap/
preciati,& aliqui albi,ut cryſtallus.Sapphyrus uero cũ Ioue,& Saturno:
ſed habet a Ioue,ut uenuſtum reddat:& obſiſtat inuidiæ,& fraudi:& pla/
cabilem cõſtituat,pacemq; appetentem:a Saturno,ut calorem refrigeret:
& faueat ad intelligentiã occultoꝝ,& magiã.Sed in ſuperioribus cõuenit
cũ Alaiot,tutiam aliqui eidem dicatã aſſerunt,quãuis ex fauore,quẽ prę/
ſtat luminibus,uideatur luminaribus cõuenire. Ex arboribus,in primis a
poetis paſſim cantatur,ipſi quercus dedicata.Ab eodem quoq; regitur oli
ua,& oleum, & frumentũ,hordeũ,paſſulæ,uitella ouoꝝ,zachaꝝ album,
glycithirę,phaſiani,perdices,& ſimilia naturę cõuenientiſſima:& omnia,
quoꝝ dulcedo eſt manifeſta,& ſubtilis,paulumq; habet ſtipici,& acuti ſa
poris,cuiuſmodi ſunt nuces , amigdalæ, pinei nuclei, auellanæ, piſtaci,
amidi,bugloſa,ocimum,beeniæ radices candidæ & rubentes : Enula in/
ſuper,ſpica nardi, macis,mãna,ſi modo mirabolani uirtute conſtipetur:
qui totus Iouius eſt.Ipſi autem cum Phœbo maſtix, & menta / Sed cum
Venere rheubarbarum quod in choleram prævalet,& expellit ſicut Iupi/
ter,& Venus Martium impetum. Orpheus ipſi attribuit Styracem. Ex
floribus autem eſt lilium,& uiola/Sed ex auibus aquila potiſſime Impe/
ratorum inſigne:qui ueri Iouis iuſtitiam cum clementia adminiſtrare de/
bent ſubiectis. Gallinæ quoq;,coturnices,& aues complexionis tempe/
ratæ.In quadrupedibus elephantes,oues,agni,& manſueta quæq; anima
lia:Cui cum ipſius piſcibus ſecundum ſubiicitur clima, & regiones in eo
exiſtentes Lyciæ uidelicet,Pamphiliæ, Phazaniæ,Garamanticæ, Naſa/
monitis,& ſimiles.Si uero ad exercitia humana deſcendere uolumus/ſa/
uet religioſis,prælatis, regibus,iudicibus rite iudicantibus: Vnde ab he/
breis Iupiter צדיק ideſt Zadic nominatur:quod apud nos iuſtum ſigni/
ficat:& ſabſequenter prædominatur lucris inde prouenientibus, & licite
acquiſitis. Arabes Ioui aliqui ſubiiciunt : quia ſunt morigerati , fideles,
nec non inuiolabilis fidei,nitidi,mundi,regni cupidi,& eorum regio,ma/

ximè Arabia fœlix eſt uariis odoramentis reſperſa. Alii Ptolemęo ſuffulti
Marti eos ſubiiciũt:quia prædis, & rapinis uiuere delectantur.Sed opi/
Prole. nentur iſti/& Ptolemæus quicquid uelint:In Arabibus omnibus,qui uere
Agareni ſunt,hẽt locũ oraculi uox ad Agar deferẽs:q; natus eius,& tota
poſteritas figere debebat tabernacula ſua iuxta fratres eius,& manus ſuas
cõtra omnes/manuſq; omniũ cõtra eũ:Quod totũ hucuſq; ad unguẽ com
pletur.Sed ad Iouẽ reuertẽdo/eius eſt ſpũs uitæ:qui & in oibus uiuẽtibus
reperitur,& in toto mũdano hoc aiali/ſi mundũ animal uocare licet.Ad
quẽ ſpũm cõducendũ interuenit quoq; Sol/atq; Venus/Oritur.n.a Sole,
& in aiali a corde,quod Solare eſt.Infundit q; ñ Iupiter ingentẽ Solis in ſe
temperat poteſtatẽ:Exundat autẽ/profluit/tranſfertur/prolem propagat/
& ad uoluptatẽ cuiuſq; ſenſus ſeſe dilatat/fauente Venere.

Quæ robur a Marte ſuſcipiant. Caput XXVI.

IAm cõcluſimus ignẽ Marti dicatũ:pari modo ei conueniũt
aduſta & acuta omnia:ſapores acres,& amari linguã perurẽ
tes:ut caſtorii/euforbii/raffani,& ſimiliũ. Colores uero flam
mei/uiolacei & purpurei.Ex lapidibus amethiſtus Marti cũ
Hermes Ioue (Hermete authore) dicatus eſt:Habetq; ex Marte unde faueat ca/
pturæ feraꝝ:& uictorẽ reddat in pugna cũ eis:& uigilem faciat:& exper/
tũ:A Ioue aũt ut bonũ intellectum augeat,& ęquã mentẽ:ſicut ex Aaron
Aaron & Artephio diſcere poſſumus.Eiſdẽ ſubiicit Ialpis multigenus:Qui hẽt a
Arteph. Marte,ut potentẽ reddat:ſed a Ioue,ut febres,& diſtẽperamẽta expellat:
& ad æquã compoſitionẽ inducat:& in ſupioribus conuenit cũ Alramet.
Hermes Rñdet ẽt Marti & capiti Olgol:Et utriſq; (docente Hermete) æquatur
helleboꝝ. Marti iterũ euforbiũ/armoniacũ/laureola/napelus/ſcamonea,
& cõiter uenenoſa calida,ex caloris ſupabũdãtia.Itẽ alliũ ſatiuũ,uel ſyl/
Dioſco.ueſtre (q; Dioſcorides ophioſcorodũ,uel elaphoſcorodum uocat) cæpe,
aſcalonia,& oĩa huiuſmodi:quoꝝ ſapor lachrymoſus dr. Ex aĩalibus aũt,
Augu. Equi in primis ad bellũ aptiſſimi/muli/hyrci/hædi/lupi(ut etiam Augu/
ſtinus teſtatur) pardi/ onagri/ & cõmuniter aĩalia rapacia:& etiã homini
infeſta:ut muſcæ/pulices/ & huiuſmodi:Serpentes quoq; & dracones ue/
neno inſultãtes.Ex mineris uero/uitrũ/æs citrinũ/& ferrũ/furni/fornacis/
piſtriniq; magiſtri/flebotomãtes/chirurgici/tonſores/ macellarii/ militeſq;
oẽs/qui paſſim mauortii a Marte dicunt.Ex regionibus ipſi cũ Scorpio/
Ptole. ne Ptolemęus ſubiicit Syriã/Cappadociã/Metagonitẽ/Comagenã/ Mau
ritaniã/& Getuliã/Cũ Ariete autẽ Britãniã/Galatiã/Germaniã/ Barſaniã/
concauã Syriã/Idumęã/Iudęã:In particulari terras,& gentes armigeras:
Ventos quoq; impetuoſos,maxime ex plaga aquilonari tendentes ad oc/
caſum,& oĩa impetuoſa,& uiolentia.Non quidẽ hęc ex malitia ſtellæ ſic
decernentis,ſed ex impetu male moderato:Origo eni eſt a Marte cœleſti,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

& ēt ſupcœleſti:deordinatio uero a nobis male regulātibus: hinc ipſi attri buunt ſpolia,rapinę,p̄dę,depopulationes,deceptiões,& nefanda omnia, quæ uiolentia,& impetu perpetrant. Sed ſi rationis,& legū freno mode raretur uis,& impulſus ille:omnia hæc iuſte cōducerentur.

Quæ cū Sole/aut Phæbo cōcinant. Caput XXVII.

SOl mediā ſedem inter planetas/tāq; rex omniū poſſidet, luce, magnitudine,uirtute,& pulchritudine oēs excedēs oēs collu ſtrat:& cōſequēter ad inferiora oia diſponēda interuenit. Sed quæ p̄cipue eius motū ſequunt/inter elementa eſt ignis,inter metalla Aurū/& aurata oia:Ex cōſequenti ea,quæ eodē colore fulgent,tā in floribus,q̄ lapillis/Carbūculus nocte rutilās/Lapis,qui Solis oculus di citur,figurā habēs pupillę:ex qua lumē emicat. Chryſolithus/topacius ad aureū eius colorē declinās/hyacinthus/rubinus/balagius/& huiuſmodi au reo/uel rubeo colore referti. Panthaura,uel Pātheus ſic dictus:qa Pātherę aīali maculoſo aſſimilat:Habet.n.quaſdā nigras,rubeas,pallētes,uirides, roſeas,purpureas,& uarias notulas:hinc cōtinet (ait Albertus) tot uirtu tes,quot colores:& potiſſime uictorē reddit geſtantē:aut qui eum reſpicit (ut ait)oriēte ſole. Et hūc Aaron euanthū appellat:Alii aūt Panthocreos: qa oēs colores cōtinere uidetur. Ex herbis multæ reducunt ad Solē:& per ip̄m ad ſtellā:quæ Canicularis a latinis dr:uñ dies caniculares,& feruētio res pp coniunctionē ſolis cū ea,Quā Græci Sirion ἀπὸ τοῦ σειριάω/ qđ eſt arefacio:qa tūc maxima ſiccitas eſt:uel ἀπὸ τοῦ σκίρω mutata/α/in/ε/ quod hiare ſignificat:quia tūc facit hiare homines, & canes potiſſime:Et collo cata eſt in medio cœli:ut Aratus/Iginius/& alii mathematici ſcribūt. In ter ſolares aūt plantas periti cōnumerāt Balſamū,Palmā,Cedrū,Laurū, quæ uenenoſa,& fulgur repellit: & ex calore ſuo ſolari algores hyemales nō timet:qua & uates Phæbei coronant. Hinc oēs Poetæ ipſi eam ſoli di catam prædicāt. Fraxinū quoq;,quæ cadē uirtute Phæbea uenenoſa lon gius arcet. P̄oniā,ut nō ſolū uirtus,ſed nomē indicat,nō quidē illam,quā Dioſcorides Chelidoniā, uel Crateā, Romani Fabiū,Galli Tonā,Aegy ptii Mothon uocāt: Sed illam,quā Græci Glyciſidē,& Theodorus apud nos Dulciſidā, & Antiqui Ephialtion dixere:utpoté contra ſuppreſſiones nocturnas incubo⁊,& fauno⁊ prævalidam. Lotū etiam Aegyptiam,quæ rotunda folia,& poma habet: Nam (Theophraſto authore) multa ſunt huius plantæ genera,flore,fructu,& caule diſtincta:ſed de illa loquimur, quā Cratinus Stephanē uocat:Cuius caules cōprimuntur ad Solis occa ſum:aperiūturq; ad ortum. Ex cuius ſemine panes fiunt ab ægyptiis pa ſtoribus,aqua uel lacte ſubacti:quo cibo negāt quicq̄ ſalubrius eſſe: unde Lothophagi dicti ſunt. Ad idē quoq; attinent omnes herbæ,& flores He liotropiæ dictæ: quæ reſtringuntur abeunte Sole/uerſa uice illo redeunte

Alber.

Aratus
Iginius

Dioſco.
Romāi
Galli
Aegyp.
Græci
Theodl
Antiqui
Theop.
Cratin.

protinus explicantur:& eundē cōtinue p̄ſequunt. Eius inſup motū ſequit citraria:crocus,qui in oibus ſolaris ē: quāuis eius odor ab aſtrologis oibus gratiis dedicet. Itē muſcus,ambra,mel flauū,calamus aromaticus,lignū aloe,cinamomū,piper,gariofalus,zinziber,cæteraq; aromata: Thus etiā, & amaracus,& ea,in qbus ē ſapor acutus dulcedini imixtus: Et etiā (au thore Orpheo) Libamomana,quā ſuā magiā proſequēs dicit Solis Thy miama. Inter Phębea aūt aīalia ſunt/Leo in primis feraꝝ rex:ut nō ſine cā in Leonis ſigno Sol augeat uim. Inter aues uero Gallus:quē Leo ueretur, cū ſit in ordine Phæbeo ſupior. Eadē rōne/inquit Proculus/apollincū dæ monē,qui nōnunq̄ apparet ſub figura Leonis, ſtatim obiecto gallo fuge re. Sunt ēt Phębei cygnus,aſtur,& coruus:ut qbuſdā placet: Accipiter,ut phibet Porphyrius in de myſtica theologia ægyptioꝝ,& græcoꝝ: qa lu cis,& ſpūs ſymbolū apud eos eſt:& qa altiora,& lucidiora uolando petit. Sed de aīalibus poſt Leonē eſt Aries:in cuius ſigno exaltat Sol,cocodril lus,& uitulus marinus,qui ēt ſubeſt cordi Leoni:ex cuius corio cingulum cōfectum a dolore rhenū redimit,& raucedine,reddēs gutturi Phæbeā cō ſonantiā:ut ſæpius cōprobatū eſt. Fulguris etiā impetū mitigat: Quæ oia ſolares influxus redolent. Nō erubuerūt ægyptii ēt Scarabęū,qui & Can tharus dicit,iter ſolaria cōnumerare aīalia. Hic utroq; ſexu ſemp gaudēs, ſpermate in ſtercus effuſo pilā cōficit,pedibus inuoluēs, cœlū,& menſem Lunarē:aut Solis coitū pro gīnatione expectat. Ex puinciis ipſi cū Leone Ptolemæus ſubiicit Italiā,p̄cipue Romā: Itē Appuliā,Siciliā,Phœnices, Chaldeos,& Orchenios. Ex ædibus,magnifica quæq;,ſedes regales,thro nos,palatia magna,pulpita,theatra,& oia regia. Habet ēt ſuū diē & horā, ſicut & alii planetæ:ſed ipſe p̄cipuū,ſicut & in mēbris humanis primariū mēbrū regit.ſ.cor. Sed hæc ſuo loco clarius reſeranda ſeruant.

Orphe.

Procu.

Porph.

Ptole.

Quæ cū Venere delitientur. Caput XXVIII.

VEnus copulæ dña cū omnibus bene cōpoſitis ſymbolū hēt: & cū his quoꝝ ſapor eſt dulcis,& unctuoſus:odorq; delecta bilis,& color ad albedinē tendit. Hu midis delitiatur:& uires auget:uñ potius aquas,q̄ aliud elemētū ſibi uēdicat. Ex me tallis croceū æs,atq; rubeū: Ex lapidibus,ipſi potiſſime dicatur Beryllus: qui geſtantē (inqt Aaron) reddit alacrē:diuitē:magnificū:ad unionē,cō iugalēq; amorē p̄optiſſimū: Solat deſolatos: fauet mulieribus prægnanti bus:ne eaꝝ cōtamineť partus. Et aqua,in qua iacet,ſuſpiria tollit,& cun ctas infirmitates epatis. Argento aūt imixtus a lepra liberat,cōtagione vꝫ martia. In quibus q̄ belle Veneri cōueniat,facillimū eſt huius naturā co gnoſcēti diiudicare. Chryſolithus uero fauēs ſapiētiæ (ut aſſeritur) & ſtul titiæ reſiſtēs dicat Veneri,& Mercurio: Qui (ſicut Plotino & aliis Plato nicis placet) p̄ſtat igeniū,& captū ad reꝝ cōſonātiā:qua affectū reddit ēt

Aaron

Plotin.
Platoni.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

cupidũ intelligẽdi res ipſas cõſonantes/interueniente maxime Phæbeo ui/
gore:qui a materialibus,& craſſioribus expurgat. Smaragdus etiã eiſdẽ/
& Ioui (ut diximus) reſpõdet:Hinc(Aaron teſte) uim eloquẽtię p̃ſtat/& Aaron
gratiã:luminibuſq; gratiſſimus eſt:Et cũ ſtellis ſupioribus/Athimor Alaa/
ra.Sapphyrus quoq;/Corneola,lapis lazuli,Corallus, omneſq; pulchri,&
delectabilis coloris.Ex herbis Veneri.i.lucifero dat̃ roſa,heſpero Mirtus/
Item bene redolẽtia/ & ſuauis odoris/Thymus,Laudanus,Ambra,Thy/
miamata.Et cũ Sole dat̃ Muſcus,& Sãdalus:cũ Saturno aũt Coriãdrũ.
Fructus q̃q; ſuaues,& delectabiles:Ficus,Vua muſa,quę eſt genus fici,ut
aliqui aſſerunt/Pira dulcia,Malum punicũ a Carthagine punica habens
cognomen,ubi laudatiſſimũ eſt:unde finxere Poetæ malũ punicã in Cy/ Poetæ
pro aVenere p̃ ſatã. Volatiliũ Colũba cõmuni uoce ipſi dicata eſt.Turtur
etiã,quæ adeo Symbolũ cum colũba continet,ut in purificatione partus
abſq; differẽtia alterutrũ illoꝝ iubeat̃ offerri.Paſſer etiam,qui dat̃/iubẽte
lege/in purificationẽ leprę,infirmitatis quidẽ martiæ:cõtra quã nihil ma/
gis pficuũ uenereis.Itẽ Motacilla a uulgaribus cauda tremula nominata.
Ex regiõibus,ip̃i cũ Libra Ptolemęus ſubiicit Bactrianã,Caſpiã,Syriacã, Ptole.
Thebaim,Oaſim,& Troglodyticã regionẽ.Cum Tauro Cyclades,mari/
tima paruæ Aſiæ,Cyprũ potiſſime,Parthiã, Perſidẽ,& Mediã. Item (ut
Orpheo placet) Cęrulea littora,Balnea,Choreę,Muliebria cũcta,mollia, Orphe.
& facilis cõmixtionis. Hinc Aphrodite a Græcis dicta eſt:quia ex ſpuma
maris nata/& mr̃ Hymenei.i.nuptiaꝝ numinis,& copulę:Ideo ab ea ,pue
niũt facultates:quæ ex nuptiis,& amore mulieꝝ ſunt.Præſt ẽt leuiori mu
ſicæ,ſicut Mercurius mediocri:& grauiori Iupiter,atq; Sol.Itẽ omnibus
uoluptatibus in circunferentiam diſſolutis,& dilatatis:ſicut Saturnus co/
arctatis ad centrũ:& Iupiter,atq; Sol ex utroq; cõmixtis.

Quæ cum Mercurio interſonent. Caput XXIX.

MErcurius eleméta indiſtincte mouet,ſingulariter nullũ:Eſt.n.
ſtellę/cui cõmiſcetur/adiutor:Ideo cõplexionẽ nullã regulat,
niſi quatenus cũ alio iunctus ip̃m coadiuuat. Similiter ſapo
res, colores nullos,niſi pmixtos,ut Iridis,& caudæ Pauonis,
& ſimiles:aut eos,qui regunt̃ a ſidere,cui cõnectitur.Sic etiã nullũ ſexum
ſibi uendicat:ſed pmixtũ,hermophroditũ v3,aut androgynũ.In ætatibus
quoq; nullã regit:ſed eã,quæ apta eſt in aliã mutari. Ex climatibus,aliqui
ipſi aſcribũt quintũ:ſed Ptolemæus eidẽ cum Virgine aſſignat Græciam, Ptole.
Achaiã,Cretã,Babylonem,Meſopotamiã,Aſſyriã:Cum Geminis autem
Hyrcaniã,Armeniã,Mantianã,Cyreniacã,Marmaricã,& inferiorem re
gionem ægypti.Ex mineris,ipſius eſt argentũ uiuũ,& marcheſita argen/
tea.Ex Lapidibus,q̃ ſunt diuerſoꝝ coloꝝ,& figuræ uariæ a natura inſitæ:
ut uideant̃ picti: Et huiuſmodi multi ſũt,Achates,Porphyritũ,& ſimiles.

Item

Item uitrum/& lacha:& ſimul cũ Venere & Ioue ſmaragdus:ſed cũ Sole
topatius:qui ex Phæbea ui gratiam geſtantibus apud principes præſtare
dicit̃:& ex Mercurio ſanare freneticos,& feruentes undas maris tepidas
reddere:& in ſupioribus cõuenit cũ Elpheta.Animalia,quæ ab ipſo regũ/
tur/ſunt ſagacia/& ingenioſa:ut uulpes,& ſimia:q̃uis alia rõne a Saturno
regat̃.Itẽ quæ uelociter currũt:ut dãmulæ/ capræ ſyluestres/ cerui cũ ſuis
hinulis,lepores,qui utroq; ſexu gaudẽtes ſuũ Hermetẽ imitant̃.Ea inſup
quæ facilẽ cõſuetudinẽ cũ hominibus hñt:ut canes (ſecm aliquos) præſer
tim magis domeſtici.Ex auibus oẽs,quæ a natura muſicę ſunt:ut cardue/
lis/ficedula/milyaria/a cibis quos comedũt ſic denominatę: Item merula/
turdus/alauda/calẽdris/& ſimiles.Inſup igenioſa quæq;:ut pſittacus/pica/
porphyrio/& ſimiles:ſicut & homines ſagaces/acuti/uerſatiles/Mercuria/
les dicunt̃.Sed ex terræ naſcẽtibus,ip̃m ſequũtur plãtulę,quæ breuiores,
& minutis foliis ſunt,mixtiſq; naturis,& uario colore cõpoſitæ:Inter quæ
cõnumerantur fumus terræ/pimpinella/petroſelinon/maiorana,& huiuſ/
modi.In exercitiis uero,ad ea cõducit,in q̃bus ſubtilius exquirit̃ ingeniũ:
Fauet.n.ad philoſophiã,ſcripturaꝝ inueſtigationẽ,indagationẽ ęnigma/
tum,ad metricã poeſim/ Geometricã/ Arithmeticã diſputatiuã/Sophiſti/
cam/pictoriã/ſcalptoriã,& omnia/ in q̃bus occurrũt figuræ,& caracteres
formandi. Regit inſup facultates ꝓuenientes ex cõputis/annumerationi/
bus/cælaturis/ſcripturis/& menſuris.Sed multa aut pauca congregat pro
natura ſideris,cui coniungitur:ut ſit coadiutor (ut diximus) & interpres
alioꝝ planetaꝝ,& ſuperioꝝ ſideꝝ,& ſubtiliter in omnia penetrans,omniũ
uirtutem ſecum deducens in ſubiecta penetrare facit.

Qualiter omnia iſta cũ Luna conſummatam harmoniæ cõſonantiam
deducant. Caput XXX.

LVna alter Sol non incongrue a quibuſdã dicitur:qa ea,quæ
Sol ſupius ui maſculina generat:hæc ipſius,& alioꝝ plane/
taꝝ fœtum ſuſcipiens inferiori mundo ſibi uicino ædit. Ideo
eius motus præ cæteris obſeruat̃,quaſi omniũ conceptũ pa/
rientis:A Mercurio.n.accipit uim humores cõmiſcentem:a Venere eam,
quæ cõducit ad formas genituræ cõuenientes:a Marte robur,& impetũ:
a Ioue naturalem ſpũm,& omniũ reꝝ fomentum:a Saturno cõpaginem,
& ſtabilitatẽ:Sed a Sole,qui omnimodã uirtutẽ continet (ut Iamblicus, Iabli.
Iulianus/Proculus/& alii q̃plurimi aſſerũt) omnimodã fœturã/& lumen. Iulia.
Quæ omnia uarie explicat pro uaria ſui complexione/gyro/& aſpectibus Proc.
diuerſis/tã cũ planetis/q̃ cũ aliis ſideribus:In prima.n.quarta Peripatetici
putant eſſe calidam/atq; humidã:In ſecunda calidam/& ſiccã:In tertia fri
gidam/& ſiccam:In quarta frigidam & humidã.Nunc quoq; eſt in auge,
nunc depreſſa,nũc in extremo ſui epicicli diſtat ab ea:nunc plena lumine,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

nunc media, nunc uix uidetur, postea totaliter occulta: Iamq; est in coniunctione cum uno planeta, in sextili cum alio, & cum illo in quadratura, aut oppositione. Et hæc eadem in Ariete caput regit, collum in Tauro, & sic prosequendo. Quod etiam in maiori mundo facere non dubitamus, regendo v3 diuersa in diuersis signis collocata, ut sic semp uaria uarios producat effectus: & per frequentes coniunctiones cum planetis, & aliis stellis, uxor omnium facta, ab eis suscipiat ea, quæ tanq̃ rerum omnium inferiorum mater, & media inter utraq; / superiora uidelicet & inferiora / istis omnibus cõicet. Ideo non ab re ipsi assimilatur mater illa omnium gratiarum plena: quæ ea quæ a supernis fontibus per diuersos canales haurit, largitur inferioribus pro recipientium dispositione. Sed ad Lunam reuertendo, & si ab omnibus stellis suscipit, id potissime facit a Sole: cui quoties coniungitur, toties fœtu, & uiuifica repletur uirtute: quam humectatis, & dispositis inferioribus infundat. Ab ea etiã in cœlestibus incipit rerũ series: quam Plato cathenam uocat: qua unaquæq; res, aut causa alteri connexa, ab ipsa dependet, quousq; deueniat ad supremam omniũ causam, a qua omnia. Et hanc seriem etiam inferiora sequũtur. Conueniunt enim Lapides cum herbis, & istæ cum animalibus: hæc uero cum cœlis: & illi cum intelligentiis separatis: & istę cum diuinis illis proprietatibus, aut attributis: de quibus suo loco disseremus. Sed in præsenti deueniamus ad ea (si qua sunt) quæ a Luna particulariter reguntur. Et primo aqua tam maris q̃ fluuiorum, ut manifestum est, eius sequit̃ motum. Sic & omnia humida, & humores arborũ, & animalium, maxime albi: ut albumina ouorum, pinguedines, sudores, superfluitates corporum: Et ea, quorum sapor est parumper salsus, & insipidus: Floresq; albi, quorum complexio est frigida, & humida. Ex gẽmis, si aliquę attribuuntur ei, potissime sunt uniones: qui ex aqua in conchis (Varrone & experientia testibus) generãtur / Peculiarius in mare oceano: Aliqui tamen circa Bosphorum Thracium, & in Archania, & Britãnia. In regionibus enim omnibus, quãuis exequatur ea, quæ superiora decernunt, peculiarius tamen eidem cũ cancro Ptolemæus subiicit Bithyniam, Phrygiam Colchim, Numidiã, Carchedoniã, Aphrycã, Carthaginẽq;. Ex animalibus q̃uis (ut diximus) omnia sequantur octauũ cœlum, tamẽ (Mercurio, Timœo Locro, aliisq; sapiẽtibus attestantibus) quædam sunt Saturnia, aliqua Iouialia, alia uero Martialia, Solaria, Venerea, uel Mercurialia: Lunaria uero aliqua, & ab aliquo istorum syderum (ut ipsi autumant) fluunt eorum animæ: Sunt (ut rectius dicamus) fauore, aut medio alicuius illorum materiã disponentis, infunditur anima a formarum datore. Inter quæ animalia Lunaria (ut uidere uideor) sunt potissime, Canes fideles, & præ cæteris animãtibus domestici, sicut Luna præ cæteris planetis, q̃uis inter Mercurialia animantia eos

Plato

Varro

Ptole.

Mercu. Timæ.

connumerauerimus secũdum quorumdam opinionem. Sed Lunares ipsos existimamus, non tantum quia sunt familiares, sed ex eorum natura uaria, qua & amore, & odio superexcellunt. Varii sunt etiam magnitudine, colore, & moribus super omnia animantia. Aliqui enim sunt fidi custodes, Alii leporarii, Alii auium exploratores, Alii tauros inuadunt, Alii lupos, Alii aues, Alii homines extraneos, Alii nullos offendũt: Sed omni humana consuetudine lætantur. Item inter Lunaria connumerare possumus Chamæleontem: qui pro uarietate coloris obiecti nouum indui colorem uidetur, sicut Lunã suscipere uariam naturam comprobamus, pro uarietate signi in quo reperitur. Ex magisteriis, cõmuniter sunt plebeia, & uulgaria, & depressa, sicut ipsa infima est omnium siderum: superiorum tamen cõceptus omnes explicat: Ideo (ut Thebit docet) si captare uirtutem alicuius stellæ quis uoluerit: accipiat lapidem, & herbam stellæ illius: a qua attrahere uim desiderat: quando Luna subit stellam illam: aut eandẽ aspicit aspectu trino, uel sextili, quasi absq; ipsa Luna media uim superiorum attrahere nequeamus. Hinc dicimus eam inducere in consonantissimos effectus superiorum omnium: & ipsorum harmoniam in his inferioribus complere. Et his contenti ad præsens / omittemus multa: quæ in particulari dici possent de herba Lunaria, & aliis multis ad Lunam reducendis: quæ forsitan nimis curiosa, aut superstitiosa uiderentur. Hæc tamen pauluscula dicta sint pro quãto, quæ a sapientibus allegatis asserunt, subsunt ueritati, & decreto Sanctæ matris ecclesiæ: cuius fidem profitemur.

Thebit

Quæ in particulari cum quibusdam particularibus stellis resonent. Cap. XXXI.

Mercu:

NOn cõtenti planetaꝝ in fluxu ii, qui in rebus naturalibus operari desiderant / stellaꝝ etiam affluẽtias attrahere conati sunt, earũ v3, ad quaꝝ cognitionem peruenire potuerunt. Reperimus enim in particulari tractatu Mercurio ascripto, & apud nouitiores nonnullos, quædam inferiora conuenire quibusdam syderibus maioribus: & quæ maiorem, & expressiorem uim habere uidẽtur cum inferioribus: Et hęc omnia cõnectere student: ut efficacior sit uirtus, & opus. In Tauri enim decimo octauo gradu est caput olgol Iouia, atq; Saturnia præstans, audaciam, & uictoriam: cui subest Adamas, Helleborum nigrũ, & Artemisia. In uigesimo secũdo gradu eiusdem sunt Pleiades, uel uergiliæ de natura Lunæ, & cõplexionis Martiæ, quibus respondet Crystallus: sed melius Diadocus in colore beryllo similis, semen Fœniculi cum Thure. Hircus in gradu tertio decimo Geminorũ, cui dant Sapphyrum, Prasium, Itẽ Artemisiam, & Mandragorã. Aldebara in uigesimo quinto gradu Arietis secundum Hermetem: quãuis alii eam collocent in primo, uel tertio gradu Geminoꝝ ex natura Martis, & cõplexione Venerea: cuius est

Hermes

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Rubinus, Tithymallus mater ſylua diuitiaꝝ & glorię augmentū. In Cancri ſexto uel ſeptimo Canis maior ex natura Veneris: & ſibi uendicat Beryllum, Sauinā, Draconteam, & gratię fauorem. In decimo ſeptimo eiuſdem eſt Canis minor, Mercurialis natura & ex complexione Martis prę/eſt Achati Sol ſequiæ Pullegio, & gratiæ dono. In uigeſimo primo Leonis, Cor Leonis, ſtella quippe regia Iouialis, & Martia: hęc regit Gergonzam ſiue granatum, Chelidoniam, & Maſticem: Atram bilem reprimit: temperatumq; reddit. In Virginis decimo nono, Cauda Vrſę maioris Venerea, & Lunaris: eius eſt Magnes, Cichorea: cuius folia, & flores uoluuntur ad Septentrionem. A raptoribus, ueneficiis, & incantationibus ſimul unita hæc omnia tuentur: ut ſcribit Hermes. In Librę ſeptimo eſt ala cor/ui dextra in duodecimo ala ſiniſtra, Saturnia, & Martia: Ipſam ſequitur/ Onicinus niger, Lapathum quadrigenum, Iuſquiamum, & Lingua ranę: Et hęc fauent contra malos homines, dæmones, & malos uentos. In eiuſdem quintodecimo, Alaazel, uel ſpica Venerea, & Mercurialis, cui attribuunt Smaragdum, Saluiam, Trifolium, & Mandragoram. Et hęc quidem præbent honeſtatem, Lætitiam, diuitiarum augmentum, & uictoriam. In eiuſdem adhuc decimo ſeptimo eſt Alchameth de natura Iouis, & Martis: ſed illius, cum luminaria bono aſpectu reſpexerint, iſtius autē, cum ex contrario. Et ipſi dedicant Iaſpidem, Plantaginemq;, ſanguinē ſiſtere, & febres expellere. In Scorpionis quarto, Elpheia Venerea, & Martia: Huius eſt Topatius, Trifoliū, Hedera, & Roſmarinus: qui tamen ad aliud pertinet, q̄ uulgo creditur. Et hęc reddunt hominem dilectum Deo & hominibus, ꝓpter cauſas non multis cognitas: Vnde nō ab re Roſmarinus erat infrequenti uſu ſacrificiorum in lege ueteri: quem hebraice uocant אזוב Ezob: ſed ex uicinitate uocabuli noſtri traduxerunt hyſopum. In Sagittarii tertio eſt cor Scorpionis ex natura Martis, & Ioui aſtans, Marſ.
preſidens Sardonio, Amethyſto, Ariſtolochię longæ, Croco, bono colori, animo læto, ſapientiæ, & dæmonum fugæ. In Capricorni ſeptimo, uultur cadens ex natura Veneris/& Mercurii tēperata nimis: quæ poſſidet Chryſolithum, Saturegiam, Fumum terræ. In Aquarii ſexto decimo eſt cauda Capricorni Saturnia, & Mercurialis: Cuius eſt Calcedonius, Maiorana, Nepita, quę Calamintha dicitur Pulegio ſimilis: Item gratia in cauſis, diuitiarum augmentum, atq; incolumitatis donum. Hęc pauca ex Herme/te, quæ uel nulla ſunt reſpectu eorum/quæ in hac materia poſſent adduci: Virtus enim eſt in unaquaq; herba/& lapide: ſed maior in ſtella a natura inſita: ultraq̄ etiam a ſuperiori ſuo unumquodq; inferius multa ſibi comparat, maxime uero ab intelligentiis preſidentibus: ſed potiſſime a ſuprema cauſa: cui omnia unica, & cōſummata reſpondēt cōſonantia, qua ſemper ſuum opificem laudant ſuis hymnis, ſuoq; concentu, prout inuitantur

Hermes

Idem

a ſanctis pueris in fornace chaldaica canētibus: Bñdicite montes, & colles Dño/Bñdicite uniuerſa germinātia in terra: Bñdicite fontes, maria, flumina, & omnia quæ mouentur in aquis: oēs uolucres cœli/beſtiæ & pecora, ſimul cū filiis hominū, & Angelis laudent ſuū opificē, & Dñm.

Quā belle omnia hæc depicta ſint in arca, quam cœleſti oraculo fabricauit Moſes. Caput XXXII.

CVm grande onus humeris ſancti Moſi a Deo eſſet impoſitū/nec ipm lateret humana imbecillitas/illud ſubire recuſauit: ſed ſic decernente Deo, ut populū de ægypto traduceret, pro eius ducatu & tutela Angelū ſuū promiſit: Hoc nō cōtentus Moſes magna confidentia Deū proteſtatus eſt dicens: Niſi ueneris tu/nō uadam: Cognoſcebat.n.ad multa Dei preſentiā neceſſariā/unde nec Angelo promiſſo/nec in ſignis, & portentis perpetrādis poteſtate tradita cōtentus, Deum ipm flagitabat ductorē/Niſi tu (inquit) pcedas, nō facias nos aſcendere de loco iſto. Et iterū: In quo cognoſcemus, q̄ inuenerimus gratiā in oculis tuis ego, & populus tuus, niſi tu ueneris nobiſcū? Cui aſſentiens Dñs ait: Fac mihi ſanctuariū, & habitabo in medio ueſtri: & hoc iuxta oēm ſimilitudinē tabernaculi, qđ oſtendam tibi, huius ỹ mundanæ domus, quæ Dei ipſius habitaculū eſt: ut per Iſaiæ oraculū aperto ſermone ipſemet atteſtat̄/dū ait: Cœlū ſedes mihi eſt, & terra ſcabellū pedū meoꝝ. Quā fabricā cū totā oſtēderet Moſi/ſubiunxit: Vide, & fac ſcđm exēplar, qđ tibi in monte mōſtratū eſt. Sed cū longum nimis eſſet/omnia retexere demōſtrata/quæ ad fabricandā arcā mundo conformē ptinent/aliqua uel pauca pcurremus. Et primo partitionē, de qua dī: Altitudo eius / ſimiliter & latitudo hēat cubitū/& ſemiſſem. i. nouē palmos: Cubitus.n. in ſex palmos diuidit̄: & dimidiū in tres: Quæ partitio p nouenariū nouē cœlos repræſentat: Quibus p̄eſt empyreū alterius quippe, & nobilioris materiæ: Et hoc p coopertoriū aureū denotat̄: qđ nobilioris materię erat tota arcę machina: quæ iuſſa fuit fieri ex lignis ſetim, aut cedrinis: qđ idē eſt ſcđm doctores hebreos: Et eſt illud lignū (ut nōnulli aſſerūt) quod nos Laricē dicimus: q̄uis pro Larice interpretatio noſtra hēat Cedros. Erat & alia partitio trifaria totius machinę: cuius una pars nullo defenſa tecto, aut umbraculo, imbribus, niui, ſoli, calori, frigoriq; ſubdebatur: quæ iſtā ſignificat fabricā omni trāſmutationi ſubiectā: Quā nō modo hoies mūdi, ſed mūdi, & prophani, & omnifaria aialia inhabitāt: Eratq; in ea ob ſacrificia/iugeſq; īmolationes, ſicut & in iſta, uitę & mortis ꝓpetua uiciſſitudo. Reliquę duę partes/ambæ obtectæ, & undiq; ab omni pegrina iniuria liberę, quēadmodū uterq; mūdus, cœleſtis/ & ſupcœleſtis/nec iniuriæ, nec contumeliæ capax. Ambæ itē ſanctitatis noie honeſtatæ, ſecretiorq; pars Sancti ſanctoꝝ, reliqua tantūmō ſancti titulo decorata: Et hæc cœleſtem mundū, ubi Angeli

Exodus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

inhabitant,& resignat:in qbus post Luciferi casum (ut nra theologia docet) nec peccatū,nec macula quæpiā reperiē. Supcœlestis aūt per interiorem,& secretiorē locū denotaē:in quē ueniunt,qui uere sacerdotes effecti seipsos hostiā uiuentē,& Deo placentē cōsecrarunt:ut cū ipso eodē uniri mereanē:qui uere Sanctus sanctoꝝ est.Et hic (ut reor) est uerus delitiarꝝ hortus/in q̄ plātatę sunt/& fœlicitanē arbores oēs Adonai electæ/quas plātauit Pr̄ cœlestis a nullo amplius eradicandas:Cui p̄sidet nō sine mysterio cherubica uirtus/sicuti & Dei p̄cepto p̄sidebāt arcæ/quæ collocata erat in loco illo/q sctūs sctōꝝ nūcupabaē:sed in hoc figuratiuo hēbanē remissiones,& domestica cū Deo colloquia:Ibi aūt in uero habitaculo iā expiatis itrocūtibus hētur cū ipo Deo pfecta unio,& plena ex omni pte oblectatio. Iussę sunt ēt fieri septē lucernæ aureæ:quæ septē sidera lucētia in suis orbibus repsentarent. Sed & candelabrū seorsum nominaē cū calamis tribus ex utroq̄ latere,cūq̄ scyphis,sphęrulis,& floribus ipsoꝝ:Quod Solem resignat in medio planetarꝝ habentē ex utraq̄ parte tres planetas in forma sphęrica:qui tāq̄ scyphi,& uasa recipiētia,quæ a supnis influuntur,flores pducunt circa inferiora influendo.Et sic,qui nunc inter septē lucernas cōnumerabaē,seiunctus ctiā,dicitur fabricatus simul cū adiacētibus sideribus:ut intelligant hęc a Sole lucē accipere,& oriri quodāmō.Prosequitur de quatuor tētoriis ad quatuor mūdi partes situatis:Quæ oēs cœlestes,& supcœlestes mansiones repræsentarent:& q̄is multę sint in utraq̄ domo, ad quatuor tamē plagas omnis partitio eoꝝ consummaē: Sed orientalis, & occidentalis per qnquagenariū:australis uero,& aquilonaris per centenariū numerū partitur:quia hinc retributio per cētuplum,numerū quidē perfectum,& inde remissio per quinquaginta/numerū remissiuū/fit in supercœlesti tentorio:ad cuius exēplar hoc erat fabricatū. Aderant & cortinæ in tentoriis ipsis cū quinquaginta foraminibus:pro quibus nostra traductio habet ansas:per quæ foramina,tanq̄ per canales,& uasa quædam, susciperētur remissiui influxus. Altare quoq̄ unū in medio tabernaculi pro holocausto quindecim cubitoꝝ tā in longitudine,q̄ in latitudine:& Aliud pro thymiamate:Quod utrinq̄ cubito consūmabaē:Aliud uero aureū ad aquilonē: Vnde(teste Iob)auꝝ uenit.Illa aūt duo in medio collocata,ubi est lignū uitæ,ex lignis confecta dicunē:ut per holocaustū recuperareē uita deperdita per peccatū:& per ueꝝ thymiama ascēderet hō,quò tēdit.Et illud cōsūmabaē numero quindenario:quātū reddit nomen יה Iah:Quod crebrius laudare iubemur,dū dicię alleluia.i.laudate Iah:Quod cōpōitur ex decē,& qnq̄:unde uenit remissio,ut patet sciētibus. Sed illud thymiamatis cubito cōsūmabaē:quia reddat diuinū nomē in supputatiōe, quicquid uelit,ad exprimendos effectus ipsius,ipse tamē Deus unicus est:cui oēs p̄ces,& oblatiōes offeruntē:Quicq̄ habitat in uero tabernaculo:ad quē

Dauid CHRISTVS. suspirans,ppheta dicebat:Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo? Et iteꝝ: Ingrediar in locū tabernaculi admirabilis. Quod/qa in multas mansiones partitū est/Christus plura esse dicit,dū ait:Facite uobis amicos de mamona iniquitatis:ut cū defecerit is,recipiant uos in æterna tabernacula. Quod tamē unū est omnia cōplectendo:Cuius subsellium,& scabellū est hoc,qd habitamus mundanū tabernaculū:Ad cuius utriusq̄ effigiē maximis mysteriis & illud a Mose,& templū a Salomone fabricatū est:sed hoc a Dauide dispositū,& ordinatū: Quoꝝ quoq̄ imaginē gerit hoc humanū tabernaculū,& templū:quod scdm Apostolum sumus nos. Sed prosequendo adhuc sacramēta recondita huius tabernaculi,attēdendę sunt etiā cortinæ decē uiginti octo cubitoꝝ:Hic.n.numerus continet tres nouenarios, eos p unū excedēs,illudq̄ unū significans,ad qd terminanē oēs nouenarii: ut statim dicemus. Denario itaq̄ numero,qui oēs inferiores numeros cōplectitur,distribuūtur cortinæ:quæ oia uelabāt circumcirca, & uigesima octaua mēsura pficiebanē:ut oia illa ab Academicis distributa suo uigesimo septimo numero cōtinerent. Tabulæ aūt elemēta signabant:ex qbus omnia cōstant:ut numerus,& proportio utroꝝ indicat: Vicenę.n.erant, octonariæ,& senæ. Et ex elemētis,aqua describię a Timœo locro in figura icosaedra.i.ex uigīti basibus:& aer octaedrus.i.octonoꝝ sessuū:terra uero ex sex:& ignis ex quatuor. Quæ denotabāt tabulæ uicenæ,octonæ,senæ, collocatæ ad quatuor mūdi plagas:In qbus est proportio sesqualtera,dupla sesquitertia,quincupla,tripla, sesquitertia dupla sesqualtera,qualis est pportio elemētoꝝ:ut antea retigimus. Illud quoq̄ aduertēdū est: q̄ quælibet tabula habebat duas incastraturas: qbus cū binis tabulis sibi adiacentibus coniungereē:sic quodlibet elementū duas habet qualitates: qbus cū duobus uicinis elemētis cōnectatur. Terra.n.frigiditate cū aqua:siccitate uero cū igne colligatur. Eadē serie cætera elementa cōueniūt. Et sicut quælibet tabulaꝝ ducibus basibus firmabatur:sic quodlibet elementū in duplici mūdo resident,corruptibili,vȝ & incorruptibili,& cœlesti. Vtrinq̄ aūt tabulæ cōnectebantur qnq̄ uectibus,aut phalangis:qa in unoquoq̄ cōpositio elemēta colligantur quinario quodam:qd quintā essentiā nō inepte dicūt. Sed si altius cōscēdere libet:docēt secretiores theologi hebreoꝝ: q̄ omnia sunt colligata per ה/qd quinq̄ significat:& est sigillum spūs sancti,qui nexus dicię omnia ligans. Omnia igitur quæ ad tabernaculū pertinent colligata dicūtur in unū:dissolubilia tamē,& iteꝝ cōnectibilia per ministros leuitas:sicut oīa,quæ in hoc mūdo inferiori sunt,nūc p Angelos eos ministros,& cœlos dissoluunē:nūc uicissitudine quadā iteꝝ cōponūē, uirtute tñ supremi nexus:ut semp unū sit mundanū tabernaculū. Cætera quoq̄ omnia ad tabernaculū illud attinentia membrū aliquod huius mūdani tēpli,& consequenter humani resignat, etiā illius,de quo Apostolus:

Acade.

Timœ.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Tabernaculū nō manufactum.i.nō huius creationis. Ad qđ p hoc manufactum inuitamur: cuius cætera multa: quæ ibi tanguntur, reſeruabimus declarāda:qñ, Deo fauēte, deueniemus ad ſacraꝝ lr̄aꝝ interpretamēta.

Quāto myſterio oēs enneades in ſuo decio cōueniāt. Cap. XXXIII.

NOn abſq; ſacramento omniū opifex exquirit a nobis primarias,& decimas portiones omnium:primas vȝ,& ultimas:cū ipſe ſit omniū principiū,& finis: Cui principio fructus primarios:& cui fini decimas offerre debemus. Denarius.n.eſt finis,& complementū omniū numeroꝝ:ultra quē nec ingenium, nec natio aliqua excogitauit:qa ulterior non datur. Et quia cōplementū eſt denarius:ideo non trī operum,& fructuū a nobis productoꝝ exquirit decimū:ſed in naturali ſerie,& genealogia hominū celebriori electione denarium ſibi aſciſcere uoluit. Decimus enim ab Adā fuit Noe:& ab hoc decimus fuit Abrahā:Chriſtus uero omniū gratiſſimus, ſcđm genealogiā legalem a Luca cōtextam decimus eſt ſeptimi denarii a Deo incipiendo:ut per reuolutionē denarii,& ſeptenarii ſecretiori ſacramento in Deū reuertens cæteros conducendo ſecū adduceret. In Matthæi uero textura naturali,& ſcđm carnē eſt ſexageſimus tertius a Deo, poſt nouem vȝ ſeptenarios. Sic enim Euangeliſtæ, qui diſcrepantes uidentur (ut Hieronymus, & Auguſtinus docēt) conueniūt:q; Matthæus vȝ carnalem,& Lucas legalem genealogiā deſcribit. Illud quoq; aduertendū eſt: q; decimus ſemp ſapit duplicē naturā:& numeri, cuius eſt finis:& illius, cuius eſt principiū: Decem.n.finis eſt numeroꝝ,& principiū denarioꝝ: Nam cū pueneris ad decē, dicis, unus denarius, duo denarii, & ſic deinceps:ut indicāt caracteres hebrei in ſuis ſignificatiōibus numeralibus. Sic decimus in unoquoq; primarioꝝ generū ſapit utriuſq; naturā. Primus.n.nouenarius.ſ.rerū corruptibiliū terminatur in hominē:qui ex incorruptibili,& corruptibili cōpaginatur. Nouenarius aūt cœloꝝ terminatur in cœlū empyreū:qđ quia materiale, cū cœlis cōuenit: ſed in dignitate materiæ cū ſupioribus habet ſymbolū. Ideo in arca, quæ cœloꝝ fabricam reſignabat, decima portio.ſ. coopertoriū erat ex auro:altera quippe materia ab illa totius arce:quæ in nouē partes (ut pauloante diximus) partiebatur. Nouē etiā Angelici ordines terminant in Chriſtū eoꝝ regē:qui & Angeloꝝ,& Dei naturā amplectitur:in quē ēt terminant omnia:ut ait Aplūs:Quoniā placuit.ſ.Deo/ oēm plenitudinē habitare facere in eo: & in ipſo recōciliari, aut recapitulari oīa:ut hēt textus græcus. Hæc in ſecūdo uolumine (opitulāte diuina gr̄a) explicare conabimur. Et oīa tandē terminant in illū ueꝝ decimū,& primum:de quo iteꝝ Aplūs:Et cū ipſo Plato in eplis:a quo oīa, in quo oīa, & per quē oīa:Sed inferiores nouenarii per medios,& medii p ſupremos (ſcđm Dionyſiū) uniuntur cū ipſo:cui oīs laus,& cōcentus debet.

Hiero.
Augu.

Paulus

Idem
Plato
Diony.

QVa conſonantia interualla primorum generum repleantur. Tonus Quintus.
Cur uigeſimo ſeptimo numero a Platone fiat illa prima deſcriptio. Cap. Primū.
Quæ interualla eiuſdē nūeri repleri poſſint,& quæ nō. Cap. II.
Cur ad maiores numeros reducat hæc ordinatio. Cap. III.
Cur iteꝝ ad maximos numeros reducatur. Cap. IIII.
Quare in huiuſmodi deſcriptione Plato uſus ſit magis diatonico genere, q̄ chromatico,& enharmonico. Cap. V.
Quo mirabili artificio in prima omnium creaturarū, quā hebrei מטטרון mitatron dicunt, contineantur illi tres nouenarii:qui uigintiſeptem, cubum vȝ eorum compleant. Cap. VI.
Quod idē numerus,& eodē ordine i ſuperioribus uirtute quadam ſuperexcellenti contineatur. Cap. VII.
Quod ex unitate primi reſultet in omnibus cōſonantia. Cap. VIII.
Qua nota eptachordum exaratū animæ cōueniat. Cap. IX.
Quomodo tres illi nouenarii reperiantur in homine. Cap. X.
Quid ſibi uelint illæ tres ꝓportiones/muſica/ geometrica/& arithmetica/ quibus & anima,& totus mundus diſponitur. Cap. XI.
Cur ſeptem limitibus/mūdi/& animæ negotium cōplectantur Pythagorici,& Academici. Cap. XII.
Quomodo in mundi anima (more Platonico loquendo) limitum eorum interualla repleantur. Cap. XIII.
Quod ea, quæ de exiſtentibus in ſphæris dicta ſunt, ſcripturæ ſacræ conuenire uideantur. Cap. XIIII.
Quid poſſit dici de complemētis interualloꝝ trium enneadum. Cap. XV.
Quomodo omnia ſuo numero/pōdere/& menſura conſtituta ſint. Cap. XVI.
Quibus cauſis interueniētibus hęc multiplicia genera cōducantur. Cap. XVII.
Quomodo oēs iſti tres nouenarii adhuc cōtineantur in ſupremo nomine Dei,& ab ipſo emanent. Cap. XVIII.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

CVR VIGESIMO SEPTIMO NVMERO A PLATONE FIAT ILLA PRIMA DESCRIPTIO. CAPVT PRIMVM.

OMNIBVS Pythagoricis,& Academicis manifestissimum est,mũdũ,& animã primo a Timæo locro, postea a Platone describi quibusdam legibus,& proportionibus musicis,ueluti eptachordũ quoddam ex septem limitibus confectum / incipiendo ab unitate / duplando usq; ad cubũ binarii, triplando usq; ad cubum,& solidum ternarii:quibus numeris,& proportionibus rebantur disponi,& compleri animæ,mũdiq; totius fabricam:iuxta Pythagoræ monumenta.Et hoc ex impari,tanq; ex masculo : & pari:tanquã ex fœmina: ex quibus uirtutibus complexis omnia propagant. Sed in cubo utriusq; terminari dicebant opificiũ:quia ultra trinã dimensionẽ,in longũ,latũ, atq; pfundũ non datur progressus.In his itaq; numeris,& pportionibus, omnis uis actiui,& passiui cõtinet:& omnis glomerat cõsonantia.Quoq; numeroq; figurã (si Adrastũ & Calcidiũ sequi uoluerimus) formabimus triãgularẽ: In cuius triãguli uertice unitas collocat:sex alii numeri utrinq; scindũt partes. In uno qdẽ latere omniũ duploq; ordo:In alio uero triploq; series subsistit.Porphyriũ aũt,Seueq;,& Proclũ sequẽdo utroq; numeros p rectas lineas triplici ordine ab unitate disponemus, 1. 2. 4. 8. Aut cõmixtũ i eadem linea,ut sentit Proculus fuisse de mẽte 1. 3. 9. 27. Platonis.1. 2. 3. 4. 8. 9. 27. Quæ interualla eiusdẽ numeri repleri possit,& quæ nõ. Cap. II.

Timæ.



Adrast.
Calci.
Porph.
Seue.
Proc.

HOrum autẽ numeroq;,aut limitũ aliqua replent:aliqua uero cõpleri nequeũt:maxime illud,qd est inter unũ & duo:cũ nõ interiaceat mediũ,nisi uelimus incidere unitatẽ:ut tãgit Proculus.Ideo nõ bene replent media,nec cõducũt harmonice, nisi augeant numeri:ut statim declarabimus.Inter duo aũt,& q̃tuor iteruenit solus ternarius cũ pportione sesqualtera ad minorẽ numeroq;,& subsesquitertia ad maiorẽ:vñ neq; hic põt harmonice cõpleri interuallũ.Nõ secus inter q̃tuor & octo interiacet senarius cũ eisdẽ pportiõibus diminutis pro cõplenda harmonia.Ex altero aũt latere,ubi sũt numeri impares, inter unũ & tria sunt duo cũ pportione dupla ad unũ/ad.3.uero sesqualtera.Et inter.3. &.9.est senarius : a quo pari modo ad.3.proportio dupla, & ad.9.sesqualtera.Eadem lege occurrũt.18.inter.9.&.27.Et hucusq; extenditur hoq; numeroq; proportio.

Idem

Cur ad maiores numeros reducatur hæc coordinatio. Caput III.

ET si in.27.numero omnia genera rerum primaria, & aliqua intermedia continentur, non tamen omnia: cum non adsint spatia, quibus illa potiora interiacẽtia genera collocari possint: Ideo alia assignatur figura eisdem limitibus, & eadem proportione,sed latiori campo,& amplioribus interuallis replẽdis. Assumendus est igitur loco unitatis senarius,duplando per.12.24.&.48:& triplando per.18.54.&.162. in qua figura omnia interualla suis generibus replentur:Nam media interiecta inter.6.&.12. sunt.8.&.9.ubi.9.æquali secundum numerum portione exceditur,& excedit:Ipsum uero.8.eadem parte excedit,& ab ipsis exceditur extremis. Hinc inuenimus unitatem, & dualitatem per sex multiplicantes numeros,prædictas suscipiẽtes medietates:quod prior numerus facere nequibat.Et inter.12.&.24.sunt.16. &.18:& inter.24.&.48,sunt.32.&.34.medietates quidem alteræ harmonicæ: alteræ uero arithmeticæ, & geometricæ: quæ tamen omnes ad harmoniam pertinent : Nam maioris extremitatis ad minorem,est proportio dupla : & facit diapason: A minori uero extremitate ad maiorem medietatem est sesqualtera : & facit diapente : Sed extremitatis ciusdem ad minorem medietatem est proportio sesquitertia: & diatessaron reddit. Et idem est ex maiori medietate ad maiorem extremitatem.Diapente aũt facit a minori medietate ad maiorem extremitatem:Ipsius medietatis aũt ad medietatem est sesquioctaua': & facit tonum:Vnde habetur tota harmonia resultans ex tonis : Pariq; modo est ex alio latere multiplicato per triplũ,ubi primæ extremitates sunt.6.&.18.inter quas sunt medietates.9. &.12.Aliæ autẽ extremitates sunt.18.&.54.inter quas habẽtur media interiacentia.27.&.36. Rursus sunt.54. &.162.inter quæ extrema intercidunt.81.&.108:Quæ media cum extremitatibus,& inter se,eadem proportione correspondent : qua conueniebant media inter duplatas extremitates. Quæ autem sint media geometrica, arithmetica, & harmonica, ex multis quæ diuersi scripserunt,hæc pauca subinferã.Medietas quippe arithmetica est proportio excessuum:Geometrica uero est proportio proportionum: ex quibus ambabus resultat harmonica. Et quomodo se habeant, Proculum imitabimur sic eam deducentem.Est inter.12.&.6.medius ipse.9.secundum arithmeticam inquã medietatem:In ternario enim numero reperitur excessus,& maioris ad medium,& medii ad minorem: Rursum extremorum differentiam accipio:quæ est ipsum.6.& hoc cum minori termino multiplico:fitq; mihi.36.Hoc diuido per.18:quod ex ipsis extremis conficitur:fitq; comparationis huius latitudo dualitas:Hanc addo ipsi.6. & hinc resultantem habeo harmonicam medietatẽ ipsum.8.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Qua enim parte maioris ab ipso excedítur maiore: eadem minoris parte ipsum minorem excedit terminum: Tertia enim a.12. separatur: tertiaq; ipsum.6.excedit: Rursum interuallum & eius triplũ ponamus: ueluti.18. & 6:hos complicans facio.24:cuius medietatẽ capiens.12.uidelicet arithmeticum medium habeo:Accipiens uero iterum excessum.18.ad.6.ipsum uidelicet.12.cum minori multiplico termino.6. uidelicet,& tunc resultat mihi.72.Hoc partior per.24.quod ex extremis componitur:fitq; mihi totius cõpositionis latitudo/ternarius:Hũc addo ipsis sex:& habeo harmonicam medietatem inuẽtam,eadem parte minus extremum superantem, qua ipsa a maiori extremo superat: Quibus regulis omnia interualla docet repleri,citra semitonia & dieses. Alii autem harmonicam medietatem hoc modo colligunt:siquidem accipiunt duos terminos,& medium inter illos sic se habens,ut sicut se habet maior terminus ad minorem,sic excessus maioris ad medium,ad excessum medii ad minorem terminum/quales sunt hi numeri.3.4.6.Ibi nanq; a.6.ad.3.est proportio dupla:Eadem est excessus.6.ad.4:qui sunt.2.ad excessum.3:ad.2.qui est unus: Datq; mihi duplam proportionem:quæ excipitur ex excessu, tanq̃ ex arithmetica: & ex proportione, tanq̃ ex geometrica medietate. Proculus autẽ Timœum, & Platonem imitatus,celebriori magisterio colligit harmonicum medium ex arithmetico: quo omnia interualla repleantur. Et hæc omnia in triangulari figura aliqui sic collocare uoluerunt.Si autem Proculum,Porphyrium,& Seuerũ sequi uoluerimus, eadem linea omnia sic collocabimus.

Procu. Timæ. Plato Procu. Porphy. Seuerus



Cur iterum ad maximos numeros reducatur coordinatio ad.3.84. v3 usq; ad 10368. Caput IIII.

Procu.

ratũ, & uirtutes elementorꝝ: initiũ, & consummationẽ, & medietatẽ temporꝝ: uicissitudinũ pmutationes: cõsummationes tẽporꝝ: mutationes morꝝ: stellarꝝ dispositiones: naturas animaliũ: iras bestiarꝝ: uim uentorꝝ: & cogitationes hominũ: differẽtias uirgultorꝝ: uirtutes radicum: & quæcũq; sunt abscõdita, & improuisa didici. Et hoc fit illa mẽte adepta, & illius charismatis pfusione, de quo Iohãnes ait: Vos unctionẽ habetis a sancto: & nostis omnia. Et iterꝝ: Non necesse habetis, ut aliqs uos doceat: qa unctio eius Iohã. docet uos de omnibus: Vnctio quippe illius, de quo sũma Veritas ait: Ille suggeret uobis omnia: & docebit uos omnia. Et hoc fit p mortẽ osculi, ut secretiores theologi docent: de qua dicitur in Psalmo: Pretiosa in cõspectu CHRISTVS. Dñi mors sanctorꝝ eius. Vel ut Paulus ait: p trãsformationẽ in eandẽ imaPsal. ginẽ: aut scđm Platonicos, cõtactu quodã essentiali idearꝝ ipsius primi in-Paulus tellectus potentis oia facere in suscipiente. Ex quo contactu, quasi ex coitu Platon. quædã cõcipiunt imagines: & inferunt rerꝝ spẽs: aut expgiscitur anima: & purgatur ambrosia & nectare a contagione inducta ex letheo gurgite: ut Pytha. Pythagoras, Empedocles, Heraclitus, & Socrates in phædro deponũt: & Emped. post eos turba q̃plurima decãtauit. Sed Peripateticorꝝ familia asserit aniHeracl. mã rõnalẽ a principio fuisse tanq̃ tabulã rasam, & hãc semp nouas suscipePeripa. formas. Sed neutri illorꝝ suã probant sententiã: vñ quæ sit rei ueritas Deus nouit, & q sunt diuino lumine collustrati. Et de purgatiõe quę exquirit ad sapientiã illã suscipiendã loquẽs Plotinus ait: q illucusq; pgit: ut a rubigine, & ab extraneis affectibus nudatus animus purus possit cognato, & Plotín. parẽti p adhęrere/ipmq; cõtẽplari. Quod exerta uoce admonet sũma Veritas dicẽs: Beati mũdo corde: qm̃ ipsi Deũ uidebũt. In quo ẽt, tanq̃ in archiuo, & idearꝝ fonte oẽs rerꝝ gradus distincte, & clare pcipere possint cognitiõe illa, quã Augustinus matutinã uocat: & postea descẽdere ad eã cognitionẽ rerꝝ in seipsis: quæ ab eodẽ uesptina nominatur. Qua nedũ Btõrꝝ animæ, sed & nõ plene a corporibus absolutæ potiuntur inextasi, & mẽtis quodã excessu, ultra q̃ patiat hac caligine obtenebrata humana cõditio: Aut edocti sunt diuinis oraculis: sicut de Abrahã magno Patriarcha cõiectare possumus ex libro de formatione, ab eo (ut asserit) cõpilato: ubi ex Abrahã cõnotatis p litteras nominũ rerꝝ in idiomate hebraico, & p reuolutiones, & pmutatões earꝝ, pq; numeros ab eis cõsignatos: & pũctaturas, atq; accẽtus inuit rerꝝ quidditates, & cõuentũ earꝝ mirando quodã artificio, potius cõtẽplando, q̃ exprimẽdo. Ideo hic rem nostrã psequamur.

Quõ oia suo numero/põdere/& mẽsura cõstituta sint. Cap. XVI.

POstq̃ igitur plenam rerum conuenientiam describere nequimus, methaphoricos sermones, & a rebus inferioribus mutuatos prosequemur: Qui quãuis uarii sæpius uideãtur, multoties tamẽ cõueniũt in sententia: qui in uerbis discrepantes,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

aut extranei iudicantur. Quod enim ſapiens innuit per numerũ, pondus, & menſuram / Plato deſcribit per numeros, figuras, atq; ſolida: Numeris nãq; ſignificare uoluit formas rerũ ſpecificas: quas etiam Ariſtoteles numeris comparauit: Per menſuras uero uires unicuiq; rei præſtitas indicat: de quibus etiã ſumma Veritas in euangelio loquitur dicens: Vnicuiq; dedit ſecundum propriam menſuram, ideſt ſcẽm id quod unicuiq; menſura tũ eſt ab illis Archetypi menſuris, quæ omnia iuſtiſſimo examine metiuntur: Per ſolida autem, reꝫ pondera deprehendi/atq; grauia elementa, quæ nos ſemper ad ima deducunt: aut rerũ inclinationes, quæ quaſi pondera, ſiue in bonum, ſiue in malũ trahũt, & impellunt. Hinc Auguſtinus amorem pondus nuncupat dicens: Pondus meum amor meus, illuc feror, ubi amo. Iterum per numeros mediũ arithmeticũ deſignatur. Per dimenſiones, atq; menſuras medium geometricũ. Per pondera autem mediũ muſicum: quod in librata portione, aut ſimilitudine uelocitatem, tarditatẽq; motionũ, & acumen, grauitatẽq; uocum, ac rerũ inclinationes grauiores, ſiue leuiores comprehendit. Et ſicut in fibris, aut fiſtulis, ſiue inſtrumentis, quibuſcunq; ſonantibus, temperamenta ex ponderibus deducta neceſſaria ſunt. Sic in rebus quibuſlibet, maxime in homine, omniũ reꝫ uinculo/ ut ſit bene chordatus temperandi ſunt appetitus: & inclinationes naturales ad metã rationis, aut diuinæ legis in humanis mentibus inſitæ. Temperandi ſunt quoq; cibi, & omnia, quæ in noſtrũ uſum cõuertimus, ponderibus ſuis: ſicut in maiori hac machina, elementa, cœli, & omnia, propriis gaudent temperamẽtis: adeo, ut inumerabiles ſpecies, & formæ, ſuis menſuris libratæ concine conueniant: Quorum ſubiecta corpora, quãuis cuncta ex quatuor elementis componantur, tamen innumerabilia reperiuntur. Nec mirum: Nam ſi ex cubo, qui ex tribus numeris, lineari videlicet, plano, & ſolido conficitur: & ex quatuor figuratur ſuperficiebus, diuerſæ lineæ, & pené infinitæ a centro ad circunferentiam conducuntur: quanto magis in mundano cubo, a ternario (ut ſupra exarauimus) in uigintiſeptem deducto reperientur innumerabiles formæ / ac innumerabilia compoſita ſubiecta: quãuis omnia ex quatuor elementis, tanquã ex quatuor præcipuis ſuperficiebus per ſuos meliores numeros, quibus formæ multiplicatæ ſubiectis corporibus correſpondeant. Quæ conduntur per ſeptẽ ſidera, perq; ſeptẽ intelligentias ipſis p̃ſidentes: ac per ſeptem numina: a quibus intelligentiæ ſuſcipiũt: unde influant. Et q̃optime ſeptenarius ille ex quatuor ſuperficiebus, & tribus numeris reſultans conducitur in compoſitum per ſeptenarium cœleſtem, Angelicum, & diuinũ, interueniente quoq; duodenario ſignorum: qui per partes ſeptenarii conducitur. Nam ter quatuor, & quater tria, duodenarium conſtituũt. Vnde ſancta cõſonantia reſultat: ut artifices muſici, naturã ducẽ proſequẽtes ſua

Plato
Ariſto.

CHRI
STVS

Augu.

harmonica inſtrumẽta huiuſmodi concinnis cauſis coaptare ſtuduerint.

Mete. Priſci.n.elemẽtoꝝ numero cõtenti, Mercurio inuẽtore, quatuor habuere
Nico. neruos: ut Nicomachus eſt author, quoꝝ Hypate terrã, Parhypate aquã, Nete ignẽ, Paranete aerẽ reſignare uoluerũt. Qui numerus ipſis ſatis fuit uſq; ad Orphei tẽpora. Et qa inuẽta facilẽ exitũ p̃bẽt addere uolentibus, poſteri facile ultra ꝓgreſſi ſunt: Nã qntã chordã Chorebus rex lydoꝝ adiunxit: Sextã Hyagnis Phryx: Septimã Terpãder Leſbius inueniẽs ſeptẽ

Chore. Hyag. Terpã. planetaꝝ numero ęquauit. Et huius ſeptenarii fibraꝝ graniorẽ, & tardiorem graui Saturno/ & tardiſſimo in motu attribuerũt. Sic reliquaꝝ unãquãq; ſuo ordine planetis coæquarũt. Poſteriores aũt adhuc ulterius ſunt ꝓgreſſi: Lycaon.n.octauã addidit. Prophraſtus uero Periotes nonã: ut cõcẽtũ nouẽ ſphæraꝝ reſignaret/ aut primę, ẽneadis quã deſcripſimus. Eſtiacus autẽ Colophonius/ decimã appoſuit: Timotheus Mileſius undecimã.

Lycaon Proph. Eſtiac? Timot. Eoꝝ uero ſemitonia interponẽtes uſq; ad qntãdecimã protraxerũt: Vnde bis diapaſonicũ inſtrumẽtũ cõfecere. Tandẽ enharmonicũ/ atq; chromaticum genus cũ diatonico intermiſcẽtes/ uſq; ad uigeſimã octauã deuenerũt: Qui numerus tres noſtras enneades cõtinet, uno ſupaddito, animavꝫ, quæ eſt uita unica oĩa replens, oĩa perfundens, oĩa colligãs: ut unũ reddat corpus totius humanæ machinæ: ut Platonici aſſerunt: ſitq; uerũ monochordum ex tribus generibus creaturaꝝ, angelica, cœleſti, & corruptibili

Ezechi. reboans unico flatu tm̃mõ, & unica uita: de qua Ezechiel ait: Et ſp̃us uitę erat in rotis. Eſt igit hæc mundi machina ex numero ſimplici, quadrato, & cubo ſũma cõſonãtia cõducta. Nec ſolũ ex ternario in uigintiſeptẽ, ſed ex ſenario in .162. & ex .384. in .10068: ſicuti ſupra explicauimus: Et ex quo cũq; numero conſonanti eodẽ mõ protenſo in longũ/ latũ/ atq; profundũ: ut omnia interualla debita conſonantia repleta reſignent omnia interme/ dia genera, & ſpẽs cõſonãtiſſimas ad inuicẽ, & in toto mũdano inſtro: quę ſpẽs diſtinguntꝫ p numeros/ formantꝫ p figuras/ & ſuſtẽtantꝫ in ſolidis.

Quibus cauſis interuenientibus hæc multiplicia genera conducantur. Cap. XVII.

Ariſtot. OMnium rerum cauſas ꝓſcrutatus Ariſtoteles quatuor tantũmodo reperit omnibus iam cõmunes materiã, formam, efficientem, & finem. Quarũ tres ſatis copioſe deſcripſit: ſed de cauſa agente in particulari, aut parũ, aut nihil reſeruit hoc tm̃ dicens: quoniã Deus, & natura in huiuſmodi operatur: Sed quo influxu, q̃bus inſtrumẽtis, & quando ea conducat, nullatenus tetigit. Et qa reꝫ initiũ deprehẽdere nequiuit, cõtendit defendere mũdũ æternũ. Alia quoq; tanq̃ aliena, & a ſua doctrina, & ab humanis ingeniis ſilentio præteriit.

Hebrei Abrahã Illi autem, qa meliori doctore ſunt inſtructi, Abrahã potiſſime, de huiuſmodi rebus ꝓfundiori quodã modo ꝓtractãt. Tria enim elemẽtaria prin/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

cipia præsupponũt/terrã/aquã/& ignẽ:Aerẽ uero nõ habẽt tanq̃ materiã: sed ueluti glutinũ,& spiritum illa tria connectentẽ. Quibus ternis, principiis tres litteras Alphabeti ipsoꝝ applicuerũt, אמש. Et qa illa a quibusdã intelligẽtiis (quas Ophaninos uocãt) disponũtur ꝑ septẽ erratica sidera: quæ aliqñ in propria, aliqñ in peregrina domo reperiũtur, ꝑ septẽ litteras denotare uoluerũt:quæ sunt bifariæ ꝓductiõis, remissius vʒ/& fortius pro uarietate apicum ipsis appositoꝝ. Quæ litteræ huiusmodi sunt בגדכפרת/ Reliquas aũt duodecim lras semp uniformis prolationis, duodenis signis ascribũt:quæ sunt הוזחטילמנסעץ. Et sic oẽs lras alphabeti iplos distribuerũt:quæ uigintiduo sunt. Eæ aũt ꝑmixtæ,& ꝑmutatæ inexplicabiles cõstituũt dictiones:quas signare uolũt innumerabilia corpora:quæ ex illis, quas supra adduximus/planis/& solidis/& eoꝝ ꝑmixtionibus cõducunt. Volunt insup unũquodq̃ cõpositũ denominari illis litteris: quæ designãt causas cõgredientes ad cõpositũ illud conducendũ. Et qa in unoquoq̃ fabrificio supeminet aliqd elemẽtũ, aliquis planeta,& aliqd signũ, opinant unũquodq̃ rite denominatũ:qñ cõponit nomen ex tribus lris denotantibus illas tres supeminẽtes causas: Sicq̃ asserũt aliqui Adã cognouisse, qd nomẽ unicuiq̃ rei accõmodatũ imponeret. Sed qa corpora absq̃ uita,& anima mortua sunt,& impfecta: hinc lris illis, certa,& accõmodata addiderũt puncta. Quæ sicut litteris illis pstant, quõ proferantur:& quodãmõ uiuant: sic ꝑ ipsa designare uolunt uitã reꝝ cõpositaꝝ. Et qa omnia emanant,& incremẽta suscipiũt a supramũdanis fontibus, ab ipsisq̃ semp dependẽt, uoluerũt ẽt ꝑ accentus suprapositos lris illis designare fontes, canales,& influxus illos a denis numinibus, uel fontibus ꝓcedẽtes. Qui denarius numerus, si iungatur cũ illis uigintiduobus, trigintaduo constituit. Hinc Abrahã docẽs de mũdi genitura, atq̃ de cõcinna formatione,& cõpositione ipsius inquit: In trigintaduabus semitis sapiẽtiæ Deus Bñdictus suũ mundũ creauit: Quãuis hoc dictum interpretari possimus de triginta duobus gradibus intellectualibus. Sed ꝓsequentes negotiũ nostrũ explicabimus, qd sibi uelit ille quaternarius: quo/32/excedit nup numeratũ numeꝝ/28: quo monochordũ mundi declarauimus completũ,& repletũ sua unica uita. Quaternarius.n. hic est illius tetragrãmi, aut quadriliteri (ut latino sermone loquamur) qui dum adest, omnia fœlicẽ sortẽ consequũtur. Nã aduenit tãq̃ pficiẽs/cõplens/pulchrifaciẽs,& ut omnia iã inter se consonãtia reddat cũ Deo cõsonantissima: sicuti ex sacris litteris discere possumus. Ipse.n. est, qui in Ieremia loquitur dicẽs: Cœlum,& terrã ego impleo. Hinc nõ sine mysterio in mũdanæ fabricæ descriptione a Mose introducitur post oẽm mundi fabricã tãq̃ pficiẽs,& cõplens omnia: dum in principio secũdi capitis libri Geneseos ait. Hæ sunt generatiões cœli,& terræ, in creatione eoꝝ, in die, qua creauit יְהוָה אֱלֹהִים Adonai Elohim terram, & cœlũ/

Abrahã

Ieremi.

Genes.

& cœlũ/ꝑ quo nostra diminuta traductio habet: In die qua creauit Deus terram,& cœlum. Id n. obseruandum est: quoniam cum unũquodq̃ in fabrica hac mundana productum enarretur sub nomine Elohim, solũmodo introducit opifex. Sed dum repetit cõplementa,& consummationes rerũ describit, simul cũ Elohim introducitur tetragrãmus. Quando etiã describit hominis fabricam: qui est totius mũdi perfectum uinculũ,& pulcherrimum Dei opus, prę cæteris diuinitate repletum/ quadriliterꝝ simul cum Elohim introducitur plasmator: dum dicit: Et formauit יְהוָה אֱלֹהִים Adonai Elohim hominem puluerem de terra. Hic nãq̃ quaternarius est, tanq̃ fons, a quo nedũ quatuor elemẽtaria flumina (sicut alibi explicabimus) emanant, sed etiã quæcũq̃ ex eis, in quacũq̃ nota reperiantur, composita sunt: sicuti ex quaternario numerali, tanq̃ ex radice,& fundamento omnis numerus pullulare comprobatur: ut patet per arithmeticas deductiones: Qui tamen quaternarius in diuinis quaternitatẽ non constituit: cũ nunq̃ ab unitate diuinitatis discedat. Et cũ sit fons,& origo totius harmoniæ,& cuiusuis pulchritudinis/ ideo in Archetypo ꝑcipuã sedẽ, secũdũ Hebreoꝝ Theologiã, obtinet in תִּפְאֶרֶת Tipheret: Quod pulchritudinẽ, gloriã, maiestatẽ, omnimodã pfectionẽ,& cõsũmatissimã cõsonãtiã importat, a nobis minime expressibilẽ. Bene igit introducit in mũdano monochordo, tanq̃ uiuificans,& ornans, ille a quo omnis uita,& pulchritudo.

Hebrei CHRISTVS. Hebrei

Quomodo omnes isti tres nouenarii adhuc contineantur in supremo nomine Dei,& ab ipso emanent. Caput XVIII.

Sed ut usq̃ ad primum,& supremum conscendamus principium, ultra quod non datur accessus, adumbrabimus quanto mysterio, qualiue sacramento, illi tres nouenarii, siue cubus ternarii supercœlestis, a quo totus cubus rerum creataꝝ descendit, contineat in supremo Dei nomine:& in superexcælsa Dei mensura: cui illud nomen attribuit:& inde emanant omnia, quæ in illo lineari quadrato, siue superficiali,& cubo cõtinent: Ab illa.n. suprema mensura,& fonte omniũ emanationũ (quẽ Hebrei Coronã superiorẽ,& nos/Christo docente/Patrem uocamus) primo emanat filius: qui ab Hebreis,& a nobis sapientia uocatur: Et ab utroq̃ spiritus producit: qui primum,& uerũ ternarium perficit. Nec, quia ad ternarium peruenit, efficta est prima illa unitas,& infœcunda: immo fœcundissima tota trinitas fuit:& ternarium suum quadrans nouem choros Angeloꝝ produxit: atq̃ iterum quadrans nouem cœlos fabricauit. Et per iteratam quadraturam, nouenarium rerũ inferiorum eduxit: Ex quibus nouenariis cubus resultat 27: ultra quem nõ extenditur ternarius. Idcirco ad illum cubum deueniens, ultra non est progressus: cum numerus suapte natura, cum in lõgum/latum/profundumq̃ creuerit, ulterius extendi nequeat. Sed/quia omnis generans prius est illa

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

genitura fœcundus/ut innueretur fœcũditas hæc in Patre, & in ſupremo fonte præfuiſſe, nomen ſibi uendicauit, quod utrũq; cubum ternarii continere: qui/27/eſt/Vtrumq; dixi: quia cubo ad extra producto reſpondet ille, a quo iſte productus eſt: Qui in fonte illo ſupremo exiſtens, tanq̃ idea, & principium pullulatiuũ, nunq̃ ab unitate recedit. Quod nomen hebraico ſermone hoc ipſum eſt אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה ehieh aſſer ehieh/Quod nos tra ductũ habemus/Ego ſum/q ſum. Quaꝝ litteraꝝ numerus, ſi ſupputeꝫ in prima dictione cũ ſecũda: & iteꝝ in ſecũda cũ tertia: utrobiq; ſecũdum cõputationẽ numeri maioris in dictione media, 27/reddit: Siquidem utrũq; אהיה/21/pſtat אשר aũt/6/Nã א dat unũ/ש/3/ר/uero, 2/q ſimul iũcti cõſtituũt/6. Et is numerus cũ/21/reddit 27: Ecce igiꝫ qũo/27/in illo nomine bifariæ reperiunt: ut denoteꝫ & ille numerus diuinus, q nũq̃ ab unitate diſcedens eſt idea, & fons numeroꝝ: & ille creaturaꝝ, q in generibus reꝝ diſtinguiꝫ, & numeraꝫ. Et nõ ſine myſterio geminus/27/connectiꝫ p illã dictionẽ aſſer: quæ apud nos relatiuũ importat/quod eſt/q. Per quã relationẽ, aut in qua cõiũguntꝫ illi duo numeri: & exprimiꝫ eoꝝ cõiũctio: ſicuti p relationes indicantꝫ oẽs opationes, quas Deus habet ad intra/& ad extra. Nã ſummus doctor Chriſtus Ieſus, dũ explicare uoluit illas ſãctiſſimas p/ſonas ꝓductas/& ꝓducẽtes/nõ aliter expreſſit, niſi p relationes quaſdã, uocãs Patrẽ, Filiũ, & Spũm ſanctũ. Pari modo, & i oibus quæ agit nobiſcũ, ſortiꝫ aliquod nomẽ relatiuũ: p qd̃ opus q̃q; ipſius indiceꝫ. Dũ.n. mũdum fabricauit, ſortitus eſt nomẽ fabricatoris, ſiue creatoris: & id reſpectu creaturæ ꝓductæ. Similiter, dũ regit, atq; ordinat ipm mundũ, dicitur rector, & gubernator: ac p regimẽ, & gubernationẽ cõiũgiꝫ nobiſcũ: ſicut & per creationẽ, qñ creauit, aut ꝓduxit. Sic deniq; ſemp repies Deũ agere, & cõiũgi nobiſcũ p relationes quaſdã: quæ an ſint reales, uel rõnes, ut diſputaꝫ a Theologis, nõ ſit cõtẽtio ad p̃ſens. Et dũ etiã re ipſa ſeſe in nobis nõ modo per gratiã, ſed meliori modo diffundit, ex iſta diffuſione reſultat relatio replentis ad repletũ. Nõ miꝝ igiꝫ ſi etiã ille bifarius numerus, 27, relatiuo cõplectiꝫ: quod tñ in Deo abſolutiſſimũ quoddã eſt, multo plura, multoq; maiora importãs. Quod tãq̃ maximũ arcanũ Moſi indicauit referẽdũ pribus, & fribus ſuis, dum in manu graui, & brachio extẽto, multiſq; ꝓdigiis uoluit liberare eos de ægyptiaca ſeruitute. Et ut de multis, & maximis mirabilibus illo ſanctiſſimo noie cõtẽtis aliqua adũbremus, id primũ obſeruãdũ eſt: in illo noie cõtineri tres dictiones: quaꝝ media habet tres litteras: Quaꝝ litteraꝝ media, quæ eſt/ש/habet tres ramuſculos in unũ colligatos: Quæ indicat trinitatẽ p̃ſonaꝝ colligataꝝ in una eſſentia diuina. Illæ autẽ duę trinitates quę ex litteris, & dictionibus diſiũctis, trinitates reꝝ ab ipſo emanataꝝ deſignare uidentꝫ: Nã diximus numeꝝ reꝝ creataꝝ eſſe nouenariũ/ubi trinitas reducitꝫ in ſeipſam/dicendo ter tria faciunt nouẽ. Deductus iteꝝ nouenarius p ternariũ/mũdi cubũ ꝓfectũ cõſtituit. Eſtq; multiplex trinitas in rebus oibus: cũ eadẽ oia ſimulachrũ, aut ueſtigiũ Dei trini habeãt, ſaltẽ in hoc: qa cũcta habent egreſſum, & principiũ a Deo: ꝓgreſſumq;, ac finẽ in ipſum a quo ꝓceſſerunt. Quod principiũ, & finis reꝝ eſt ipſe Deus: ſicut p litteras ipſius ſupremi nominis indicaꝫ. Nã ibi eſt, א, quę eſt principiũ litteraꝝ: & unitatẽ ſignificat: quæ principiũ numeroꝝ eſt. Et י/iod, quæ denariũ, & cõplementũ numeroꝝ importat. Et ſic iſtæ duæ litteræ denotãt ipſum nominatũ eſſe principiũ, & finẽ rerũ omniũ. Interceditur quoq; duo/ה/he: quaꝝ prima mediat iter unitatẽ, & denariũ/indicãs primã reꝝ creataꝝ fœturã, quæ in mẽte Dei fit, emanãtem a primo principio ſignificato p, א, Aleph, & tẽdẽtẽ in ultimũ finẽ indicatũ p, י, iod. Aliud uero, ה, quæ eſt ultima lĩa, tam iſtius ſupremi nominis, q̃ tetragrãmi, explicationẽ reꝝ innuit in genere ꝓprio. Ideo dicũt Hebrei Deũ fabricaſſe mũdũ, ה, he. In primo qdẽ ꝓduxit in mẽte: In ſecũdo uero explicauit in proprias formas/hac tamẽ lege/ut res in ſecũda ꝓductione explicatę cõſequãtur, & æmulentꝫ primã ꝓductionẽ in ſimulachro, & cõſonãtia. Illud quoq; obſeruãdũ eſt in utroq; noie Dei magno, eſſe quaternariũ litteraꝝ: q tamẽ a ternario non diſcedit: nã utrobiq; ſunt tres litteræ tm̃: ſed una geminata, quæ indicat utrãq; fœturã in mẽte, & in effectu. Vnde nõ eſt quaternarius proprie, in illa diuinitate, quæ ſemper ternario gaudet. Et ut denotentꝫ oia numina, ſiue attributa, aut ꝓprietates, uel menſuræ, ſiue quæcũq; in Deo numerari uidentꝫ, oẽs illi numeri Tetragrãmi, q ſũt/26/reducunt in/א/quæ littera unũ importat: & figuraꝫ ex/ו/uau: quæ littera/6/dat in numero: & ex duobus/יי/iod: quoꝝ quodlibet dat decẽ: Qui denarii ſimul iuncti reddũt, 20: Qui numerus ſimul cũ illis/6/cõſtituũt/26/A qua lĩa/ /incipiunt ferè oia diuina nomina celebriora: quæ ſunt אֲדֹנָי אֱלֹהִים. Et ſimilia: & potiſſime illud ſupremũ nomẽ, cuius prncipiũ eſt ẽt ipſum/א/aleph: quod etiã ſignificat mille, finẽ/v3, & terminũ omniũ numeroꝝ, decadũ, & cẽtenarioꝝ: inuẽs illud qd̃ eſt principiũ, & finis omniũ, eſſe penitus unũ: Deus igiꝫ unicus in ſeipſo exiſtit, & etiã diffuſus in multigenas creaturas, ſicut unũ diffundiꝫ in oẽs numeros, nũq̃ diſcedit ab unitate ipſi ꝓpria, & peculiari: Immo ex hac unitate oẽs chordas mũdani Enharmonii in unũ colligẽs, tẽperatas, & cõcinnas reddit. Nã ſicut in muſica uocali (ut Boetius docet) harmonia, & cõſonãtia eſt pariũ, diſpariũq; uocũ, in unũ redacta concordia/pari modo in Enharmonio machinæ huius, harmonia & cõſonãtia eſt pariũ, diſpariũq; generꝝ, ſpecieꝝ, & indiuiduoꝝ in unũ redacta conueniẽtia: In illo qppe uno, a quo oĩs multitudo emanat, ſuſtẽtaꝫ/regiꝫ/& perfundiꝫ: ſicut ab unico ſole colluſtrantꝫ oia domicilia, & ſpatia nõ impedita illius hemiſphęrii, in quo eſt. Et ſicut unũ colligit omnes numeros/poſt quadratũ primi numeri in denariũ, & poſt tot denarios, quot numeri ſunt

Hebrei

Boetius

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

in quadrato ternarii, colligit ipſos denarios ī unū cētenariū: & deniq; enumeratis tot centenariis, quot numeri, & denarii, colligit oia in millenariū: quod ſignificat̄ per א aleph: Quæ littera in lineis, qbus format̄ caracter, cōprehendit (ut diximus) oēs numeros litteraꝝ tetragrāmi: Quaꝝ qlibet non ſine magno ſacramēto importat numerū circulare: adeo ut oēs numeri illi ſint circulares: & oēs numeri circulares in eiſdē litteris cōprehēdant̄: Qui ſunt quinarius, ſenarius, & denarius: Et quinarius denotat̄ p litteram ה, he: Senarius p ו uau: Denarius uero p י iod: Qui ſinguli numeri, & oēs ſimul, ueram illā ſphærā intelligibilē, Deū ꝓprie ſignificāt: q & omnibus rebus ab eo productis ſuū ipſius ſimulachrū dedit in circulo: ut redire coneant̄ cōpleto mūdi curſu, ad id, a quo proceſſerūt. Aliud quoq; ſacramētū, quod in eiſdē litteris cōtinet̄, obſeruādū eſt. Nā ה he quinariū ſignificās quintā eſſentiā indicat, inſitā omnibus rebus ex quatuor elemētis cōpoſitis: ו Vau uero ſenariū numeꝝ pfectū importās uitā denotat illā, qua omnia uiuūt/ Et י iod importās denariū numeꝝ pfectū/ diuinitatē ipſam repræſentat, qua oia replent̄: ut ſæpius dictū eſt: & quam oia repræſentāt: uel p imaginē, aut p ueſtigiū, & ſimulachrū. Si aūt reuertamur ad ſupremū nomē, in quo, loco ו Vau ponit̄ א aleph: & id in prima frōte dictionis: ut intelligat̄, nunq̄ nominatū diſcedere ab eius circulari priprietate: & ipſum א aleph unū importās, qđ eſt principiū omniū numeroꝝ circulariū. Nam & ipſe redit in ſeipſum: & oēs numeros potētia cōtinet: & ipſos deducit ad actū p unitatē multiplicatā: Et tādē conducit ad unitatē denarii, centenarii, & millenarii, qđ iteꝝ ſignificat̄ per א aleph. In hoc accommodatiſſime Deū figurās: q ſūme unū exiſtēs, oia numerata, poteſtate cōtinet, & oia in particulares, & numeratas explicat formas; atq; tādē in ſeipſum illa eadē oia reuocat: ut totū mundanū enharmoniū ab uno procedens, unica uita, & flatu conſonātiſſimum, in unū tendat, & redeat.

QVa concordia omnia, in homine tanq̄ in paruo inſtrumento contineantur. Tonus Sextus.

De modo procedendi, & concordia generali hominis cum mūdo maiori, & Archetypo. Cap. Primus

Quod Homo imitet̄ mūdū in figura circulari. Cap. II.

De Proportione menſurarum in homine. Cap. III.

De Cōſonātia mēbroꝝ & lineamētoꝝ eius adinuicē. Cap. IIII.

Quod oia includantur in homine ſermo generalis. Cap. V.

Quanta elegātia elemēta in hoc homine repiant̄. Cap. VI.

Quid in ipſo homine elemētis reſpondeat. Cap. VII.

Ex cōpoſitis cū quibus lapides conueniant. Cap. VIII.

Quibus reſpondeant metalla. Cap. IX.

Quibus concinant quædam mixta mineralia miranda artificio. Cap. X.

Cum quibus plantæ uireſcant, & uegetent. Cap. XI.

Animales cōditiones in homine uiuere oibus patet. Cap. XII.

Quid de tranſmigratione animæ humanæ in beſtias ſenſerint antiqui: & quæ ſit rei ueritas. Cap. XIII.

Quid de particularibus trāſmutationibus mira conſonantia cum noſtris depoſuerint externi. Cap. XIIII.

Omnia contineri in homine ſacro artificio deſcribit Moſes in arca Noe. Cap. XV.

Cur animalia immunda bina ex utroq; ſexu, munda autem ſeptena in arcam dicantur introducta. Cap. XVI.

Quod omnes quoq; cœli in homine contineantur. Cap. XVII.

Vnde unumquodq; ſignorum zodiaci habeat denominationem: & quid agant illa animalia/ a quibus denominanturcū Sole. Cap. XVIII.

Cur illa ſigna, & præcipui articuli in hoie ſint duodenario numero diſtributi. Cap. XIX.

De correſpōdentia qualitatum cū planetis/ & octauo cœlo. Cap. XX.

Quod intellectus conueniat cū orbe ſignorum. Cap. XXI.

Quod primum mobile rapiat cum corde, & libertate animi ibi reſidente. Cap. XXII.

Quæ conſtipentur, & ſolidentur cum Saturno. Cap. XXIII.

Quæ æquentur cum Ioue. Cap. XXIIII.

Quæ ferueant cum Marte. Cap. XXV.

Quæ uiuificent̄, & clareſcant cum Sole. Cap. XXVI.

Quæ molleſcant cum Venere. Cap. XXVII.

Quæ acuant̄, & penetrent cum Mercurio. Cap. XXVIII.

Quæ agitentur a Luna. Cap. XXIX.

Quod ex proportione motuum planetarum adinuicem/ & cum octauo cœlo innuat̄ proportio uiriū noſtrarum. Cap. XXX.

De concordia admirabili rerum inordinataꝝ, & ſecum utriuſq; mundi. Cap. XXXI.

Quod Homo cōcinat cū Angelis eos continens. Cap. XXXII.

Quod Homo moduletur cum Deo ipſius templum/ & imago exiſtens. Cap. XXXIII.

De conſonantia membrorum Dei & hominis. Cap. XXXIIII.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

DE MODO PROCEDENDI, ET CONCORDIA GENERALI HOMINIS CVM MVNDO MAIORI, ET ARCHETYPO. CAPVT PRIMVM.

PICTORES naturæ æmuli accuratissimi ea, quæ figurant/quoad possunt/sedulo imitantur: Nã pictura (inquit Apollonius Pythagoreus) est imitatio quędã rei naturalis, a natura cõparata: sed colorũ compositio est ab arte: In prima autẽ potior pingẽdi uis collocata est. Et quod faciũt illi coloribus, itidẽ pro uirili sua & ueri descriptores facere conant: siue Poetę, siue Oratores, siue Historiographi sint: In quibus omnibus magis imitatio, & plena rerũ descriptio, quã natura tribuit/q̃ artificiosa caracterũ compositio commendatur. Ideo, cum nos descriptores simus operũ summi Artificis, æquum est, ut iis, quæ exaramus, scribendi modus pro uiribus congruat: Cuius rei noster Moses Deo plenus extat exẽplar clarissimũ: qui utriusq; mundi fabricam scribens, prout illorũ uterq; exquirebat, accõmodata cura contexuit: Nam macrocosmi partes (prout naturæ ordo poscebat) solo iussu ꝓductas enarrat. Ad minorem uero mundũ deueniens, (qui tamen maior est uirtute & mysterio) eius opificiũ tanto celebriori artificio describit/quãto ipse est excellentiori munere fabricatus: Quod manifestum est in his/quæ circa eũ gesta sunt: Nam domũ pro eodem antea præparauerat/ in quam iam confectam, & paratã induxit. Ditionem postea in animantia quęcũq; tribuit: amœnitatis locũ omnibus delitiis consitum ad eius uoluptatẽ plantauit: sociam iucundissimã dedit: Atq; omnia, tãq̃ legitimo hæredi, eius donauit arbitrio: unica tantum arbore excepta: ut inde superiorẽ Dominũ recognosceret: in hoc enim tanq̃ in propria forma (inquit Mercurius, & Salomon) deliciabat. Sed & ipsum fabricans, solẽnissimo accersito collegio, aut sanctissimæ Trinitatis, ut catholici dicunt: aut sanctorũ Angelorũ, ut nonnulli hebreorum autumant: siue supramundanorũ numinũ, aut mensurarum rerũ faciendarũ (quas ideas dicere possumus simul cum attributis, & personis) ut secretiores Theologi asserũt: exordio quodam præmisso, non solo iussu/ sed propriis manibus, & uirtute eum plasmauit. Quod obseruans sapientissimus Moses longiori, & celebriori sermone hominis opificium narrat: Bis enim eius formationem repetit/nũc creatum, nunc factum/nũc spiratũ in nares eius spiraculũ uitarũ, nõ sine mysterio exarans distincte omnia, quæ ab Artifice circa eũ gesta sunt, depromit: Cætera quoq; ad eũdẽ pertinẽtia solẽnissima enarratione differit. Merito itaq; opifex, & scriptor hoiem tãta diligẽtia ꝓsequunt/cum in eo tota naturæ uis, & numẽ sublimissimũ

Apollo.

Mercu.

Moses

Algazel

Galen.

Hermes

Orige.

Plato

Procu.

Iohan.

sit collocatũ/ut dicat sapiens ille saracenus Algazel: Ad cõpositionẽ hois ueniens natura cessauit/tãq̃ nihil honoratius cõponendũ prę manibus habens. In ipso enim cõclusa est (Galeno teste) omnis sapiẽtia/ultra quã non reperiẽ/sed (ut rectius dicamus) nõ excogitaẽ a nobis. Cognoscebat insuper in terris solũ hominẽ uirtutẽ, & superna esse culturũ/ideo ipsum ea diligentia fabricauit. Vnde cũ Mosem in utriusq; mũdi descriptione merito prætulerimus/ipsum uestigio sequẽtes & nos operosiori diligẽtia humani mũdi artificiũ describemus: In quo arte quadã inextimabili, & sapiẽtia incõprehensibili omnia glomerauit Artifex, quæ in tam spatiosa machina distribuerat: ut omniũ rerũ uinculũ factus/ omniaq; in unum conglomerans, sicut ab uno emanarunt ipsa omnia, ita ad idem in homine conglobata per eũdem reducerent. Quod necesse est/si opus debet imitari artificem: qui sphæra quædã, & circulus est, ait Hermes. Paricq; modo & fabrica eius est circulus: cuius extremũ alterũ est exemplar eius, uel idea in unica illa mente, uel uerbo residens/mediũ fabricata oĩa/sed alterũ extremum homo/qui & ultimo est ab Artifice productus, & producẽti simillimus: ut & in hoc locũ habeat illud Origenis: q̃ semper finis in recte agẽtibus iniitiis cõsimilis est. Stabat igit circulus rerum creatarũ apertus/quousq; hoie cum uerbo unito, illa duo clauderẽtur extrema: Quod potissime fecit ille, qui dixit: Ego sum α & ω. Et sicut Trinitas illa diuina una includit essentia/sic tres isti mundi unico concludunt circulo: De quo amplissime Plato in Phędro/ Et post eũ Proculus in de uotis & precibus sũmatim tradit: Is enim ait; Circuli gyrũ quẽdã creata efficiũt a Deo incipientia, & in ipsum desinentia Deũ: Omnia.n.in ipso manẽt/& ad eũdem cõuertunt: quã cõuersionẽ secundũ perfectricem trinitatẽ habent. Hos trinos mũdos Iohannes cõmemorat dicẽs: In mũdo erat, & mũdus per ipsum factus est, & mũdus eũ non cognouit: Vocat omnes mundos/ut idẽ omnium esse declaret: Omnia.n.sunt, & esse habẽt cõicatũ ab illo/qui dixit: Qui est/misit me ad uos: Eos tñ distinguit: ut & differentiã inter eos esse demõstret: Alter tñ est alterius simulachrũ: Mũdus.n.quẽ habitamus/simulachrũ Dei continet: & homo mũdi, & Archetypi habet imaginẽ: Hicq; est hoi cũ utroq; cõcordia. Sed incipiamus a cõueniẽtia, quã habet ꝓ corpus cũ fabrica ista mũdana/ut a uisibilibus ad inuisibilia debito ordine cõscendamus.

Quod Homo imitetur mundum in figura circulari. Cap. II.

EXtat sententia sapientũ/q̃ inferiora semper superiora æmulantur: adeo/ut si fieri posset, etiã supremi consequerent perfectionem: sed cũ id fieri nequeat/alterũ alterius typum prosequitur. Hinc metalla plantarũ/& planta/Zoophyti, & hoc animalis/animal autẽ hominis/& homo Dei simulachrum habet: ut docẽt Platonici. Eodem cursu (inquit Boetius) tẽpus æuiternorũ mensurã, & illa

Platon. Boetius

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Noh Commercial 3.0 Unported License

Dei ęternitatem, & totam simul plenitudinem imitatur: Quam cũ ęquare non possint, ex tota simul plenitudine in successionem, & illud ex immobilitate declinat ad motum. Imitatur enim ignis hic elementaris phœbeam lucem, & illam diuinã & inaccessibilem: Sed quanto Sol a luce suprema deficit, tanto hæc elementaris a solari: si comparatio cum infinitis permittitur. Omnia igitur inferiora suprema imitantur, etiam summum opificem: qui merito Archetypus dicitur, quasi primus omnium typus, principatumq; in omnibus tenens, immo omnium imaginum, quæ in inferioribus conspiciuntur idea existens, ea quæ magis ipsi accedunt, perfectius assimilat. Cùm igitur Deus sit intelligibilis sphæra, & mundus hic totum se præbeat in sphærica figura cõspiciẽdum, homo etiam, qui inter Deum, mundumq; hunc medium tenet, eadem figura terminari necesse est: & imitari intellectualem illam sphæram in anima/sensibilem uero in corpore: ut hæc præsens pictura docere potest: A cuius umbilico secundũ aliquos, sed a pectine, (ut uerius est) si circinus ducatur, circulus ille perfecte conducit: Vnde tota corporis mensura a rotunditate prouenire, & ad ipsam tendere dignoscitur. Caput enim rotundum est, globo, & orbi simile/inquit Lactantius: Corpus quoq; omne tornatile mẽsura ꝓportionatissima: Nã ab extremitate lacerti uersus manum, ubi pulsus agitatur, ad pollicem in circulari mensura reperitur proportio dupla sesqualtera: A collo uero ad tibias eadem proportio: Pollicis ad brachiũ prope spatulam tripla: Brachii pari modo ad pulpam coxæ tripla. Alia quoq; multa de numeris, & proportionibus humani corporis prosequi possemus, tam patentibus, q̃ occultis: sed timeo/ne dum de numeris differimus / numerum, & mensuram excedamus: & tenues uires tanto oneri succumbant: cum ea lateant (harmonice tamen conducta) in uenis/neruis/& interioribus uisceribus: quæ nullus aliquando reperit, inquit Augustinus/nec etiam crudelis diligentia anatomicorum: qui corpora mortuorum dilaniant/ut abdita cuncta rimentur: & inde, quomodo, & quibus locis curandum sit, addiscant: Completos tamen numeros, quibus coaptatio hæc harmonica, tanq̃ cuiusdam organi intrinsecus, atq; extrinsecus totius corporis constat, nullus ualuit inuenire: quos forsitan



Lactã.

Augu.

Idem Hippo. Pytha. nullus est ausus quærere. Extant tamen (ut prosequit Augustinus, & docet Hippocrates/& Pythagorei) Vnde nos uel quædã (si non omnia) in hoc harmonico opere saltem adumbrare possimus.

De proportione mensurarum in homine. Cap. III.

Damas. CVm nihil temere, nihilq; dissonum factum sit in homine, sed omnia his numeris conducta, ut seruent (inquit Damascenus) illius membra proportionem quandam ad inuicem/& ad mũdi partes/ sicut chordæ in cithara: Ideo etiam de cura summi Opificis circa consonantissimam dispositionem, & mensuras membrorum, ex multis pauca percurremus: In quibus omnis concentus, omnisq; harmonia consummata uidebitur, cæteris omissis, quibus intermedia, tanquam interualla repleta perficiuntur: Totius enim corporis ad truncum est proportio sesquioctaua: A trunco uel thorace ad crura tota usq; ad plantas, sesquitertia: Pectoris uero a collo usq; ad umbilicum, & ad lumbos, uel aluum usq; ad finẽ trunci dupla: Latitudo uero iliorum ad coxæ latitudines sesqualtera: In quibus tonus, diatessaron, diapente, & diapason resultant. Est etiam capitis ad collum tripla/ubi est diapason simul & diapente: Et iterum capitis ad genu tripla: Eademq; ad pernam, uel petasonem: Et sic omnia membra humani corporis mensuris exactissimis conducta comprobantur / sicut Hippocrates Thessalum filium sapienter docet: Et Boetius id longiori sermone differit: Hoc quidem placuit Opifici per Mosem sub typo arcæ a Noe fabricatæ explicare: Ait etenim Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ/Quinquaginta cubitorum latitudo / & triginta altitudo: ut sit longitudinis ad latitudinem sescupla proportio/ad altitudinẽ decupla: Quibus mensuris corporis nostri structura docetur: ut non modo mea sententia est / sed diui Augustini: Quem legens post mea inuenta gauisus sum testimonio, & fauore tanti uiri: sed (ut uerum fatear) dolui, q̃ ante me inuenta mea aliquis dixerit. Extat itaq; eadem proportio in arca illa / quæ & in humano corpore: Sed si etiam numerum coaptare desideramus, attendendum est ad mensuras: quibus nonnulli microcosmographi metiuntur ipsum humanum corpus: Diuidunt enim id per sex pedes / qui aliquantulum minorantur a communibus: & mensuram unius ex iis pedibus hexipedam uocant: & hanc partiuntur in gradus decem: unde ex sex hexipedis sexaginta gradus resultant: Gradum uero quemlibet in decem, secundum aliquos: sed melius, ut alii dicunt, in quinq; minuta: ut omnes gradus simul trecenta minuta reddant: quæ Moses cubitos uocat: Qui si communes intelligerentur, nec ad arcam, nec ad humanum opificium conuenire possent: Nam si ad arcam referantur, paruula fuisset ex cõmunibus

Hippo. Boetius Moses

Augu.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

cubitis:qui sunt duoꝝ dūtaxat spithamaꝝ,pedem habentes & dimidium, aut sex palmos.Ideo prudenter Augustinus, & Origenes (ut capax esset arca, ad omnium animalium genera capescenda) opinati sunt illos fuisse Geometricos:Geometricus enim sex cōmunes capit: Et hoc nō ignorabat ille,qui instructus erat in omni sapientia Aegyptioꝝ,apud quos hæc doctrina uigebat q̄maxime.Si etiam ad opificium humani corporis hoc referre uoluerimus,huiusmodi mensura cōuenire minime potest.Conueniūt itaq; minuta, & proportio ex numero ipsoꝝ resultans, quæ in huiusmodi a sapientioribus penditur. Est igitur corpus humanū in longitudine trecē torum minutorum,in latitudine quinquaginta,& triginta in altitudine:ut cū arca cōueniat:Cuius corporis artificium summus curauit Artifex potius,q̄ arcæ,quæ ab arte naturā imitante constituenda erat. Duas insuper fenestras cōmemorat,alterum desuper tanq̄ spiraculum ad aerē, cæteraq; necessaria capescenda:Alteram uero deorsum ad euacuanda superflua.Et quid aptius corpori humano dici potest, cui est fenestra superior, multiplex tamē,qua & necessaria pro sustentando corpore,& lucē pro eo conducēdo suscipimus? Sed hæc cubito dicitur cōsummata, modica quidem mensura,cū paruū sit os in cōparatione cæteroꝝ animantiū. Hostii autē inferioris nec mensurā,nec officium ob honestatem describit:sed ex fenestra dimissum coruum immundū,atq; columbam mundissimā cōmemorat:& q̄ coruus fœtentia petierit,colūba uero cū oliua signo pacis reuersa sit.Clarum est harum auium mysteriū:Nam ex superiori fenestra nostra, ore vȝ,exeunt mūda,& immunda q̄plurima.De immūdis cœlestis doctor aperto sermone loquit̄ dicens:Quæ de ore exeūt,a corde procedūt,& coinquinant hominē,cogitationes malę vȝ,homicidia,adulteria,fornicationes,furta,falsa testimonia,blasphemiæ,& huiusmodi rite p coruū significata,qui semp immūdis delectat̄,uoce,& prognostication infaustus.Exeūt quoq; ex eadē fenestra laudes,hymni,orationes,cōfessiones,instructiones, & uerba bona multigena per colūbā simplicissimā q̄optime descripta:Et hæc pacis signū reportat ad arcā:qa bona uerba (inquit Sapiēs) amicos multiplicāt,diuinos vȝ,Angelicos, & humanos. Et q̄ sibi grata sit laus,in psalmo Deus declarat dicēs:Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter,quo ostendam illi salutare Dei,& pacē,unionēq; cū ipso.

Augu. Origē.

CHRI/ STVS.

Sapiēs

Psalm.

Cōsonantia mēbroꝝ,& lineamētoꝝ eius ad inuicē. Cap. IIII.

ET nisi,uel nimia curiositate accusari dubitaremus (qđ tamē solūmō a uulgaribus cōtingeret) accederemus & ad ipsa lineaméta faciei,& manuū:Quæ omnia sagacissimus Artifex non casu in tā eleganti corpore euenire pmittit,sed accurato sigillo,sicut animā,& corpus format:pariq; modo & omnia,quæ adiacent corpori cōsignat,& imprimit:ut eo artificio,quo p corporis & animæ par

tes ordinatissimas machinā hanc cū Archetypo representat:artē etiā/magisterium,& secretissimā compaginē,dispositionēq; animalis humani resignaret tanto secretiori indicio,quāto & ipsa, quæ indicat, sunt obscuriori uelo recluſa. Hinc multi in metoposcopoꝝ prognosticationibus errores, & plures in chiromantia: quia sunt in manibus inferiora, & debiliora signa.Nec existimet quispiā hæc ad uitia,uirtutesq; conducere: qa talia nihil penitus operant̄,sed uim,dispositionesq; naturæ indicant,bonas utiq; oēs,dūmodo dux totius corporis animus eas in bonū sua prudentia dirigat.Et cū suo homo ducatur arbitrio,hinc secūdo errant prognosticātes, si uolunt ultra naturæ dispositionē mores quoq; ipsos, & effectus auspicari.Quod in Zopyri iudicio cōprobatū fuisse,in scholis,& in triuiis iam inoleuit:Qui cū ex forma Socratē non ad uitia (ut uulgo dicitur) sed ad Venereū opus propagationi necessarium, & hinc illis uitiis,quæ inde ex malo regimine oriri solent,inquinatū iudicaret, & ideo irrideretur a Socraticis discipulis,qa huiusmodi uitia in præceptore nō cognoscerent,cōpressit eos Socrates dicēs:Ne irrideatis hominē:Talis quippe essem,qualēme Zopyrus adiudicauit/nisi rōne,& philosophię p̄ceptis naturam superassem:sed melius dixisset,in bonū direxissem.Quo forsitan sensu est illud Saluatoris:Nolite iudicare sc̄m faciē.Nec omnino aspernēda est huiusmodi doctrina,quæ non ex supstitione,sed ex partium omniū harmonica correspōdentia ꝓcedit. Hinc quoq; accuratissimā Artificis diligentiā admirari,& laudare cogimur:qui ēt corporis huius corruptibilis lineamēta, & colores tanto artificio,tantoq; sacramēto cōduxit.Hinc grauissimi iudicii uiri, se eiusmodi doctrinæ dediderunt. Aristoteles Peripateticoꝝ dux, & naturæ solertissimus indagator in tractatu particulari,& ad Alexādrū, & in p̄ de ptibus aialiū,multa de huiusmodi cōscripsit.Aedidit quoq; Cōstantinus Aphricanus de hac re uolumē egregiū.Rasis in secundo ad Almāsorē.Scripsit Galenus,Auicena,Albertus magnus,Michael,Scotus, Cōciliator, & multi nr̄i tpis uiri nō infimi.Pythagoras quoq; (ut ad antiquos,& grauissimos uiros redeamus) adolescētes,qui sese ad eius discipli nā suscipiēdā offerebāt ꝓspiciēs,φῦσιογνωμώνημα.i.mores, naturasq; eoꝝ cōiectatiōe quadā ex oris,& uultus ingenio/deq; totius corporis filo,atq; habitu scisitabatur:Et quē idoneum iudicabat,in disciplinā recipi iubebat. Hoc & a Pharaote Indoꝝ rege celebratū fuit:qui iuuenes ad philosophiā admittēdos,ex qbus parētibus ꝓgeniti forent,qbus moribus imbuti,quo pudore,& affectu referti,examinari suadebat.Ideo cū Apollonio loquens subintulit: Oculi nāq; mores hominum plærosq; indicant. Multa quoq; in superciliis/genis/totoq; uultu posita sunt:ex quibus sapientes,& naturaperiti homines imagines,tanq̄ in speculo aspicientes, quæ mens illis sit, quodq; ingenium contemplantur. Lucius enim Sylla, & Cæsar dictator

Zopy.

Socra.

CHRI/ STVS.

Aristo.

Cōstāt. Rasis Galeñ. Auice. Alb.m. Micha. Scotus Cōcili. Pytha. Phara.

Lu.Sy. Cæsar

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

(ut Horatius canit,& Liuius narrat) hoc iudicio mores aduersarioꝝ ſub uulpe latẽtes ſæpius cõiectabãt.Nec ab re Plautus in Comœdiis lenones, & facinoroſos:& Martialis Zoilũ peſſimũ ex mẽdoſa phyſiognomia deſcribũt.Et Satyricus ille Aquinàs de Plebeia muliere ait:Frõtẽq; manũq; Præbebat uati.Sed ne credat hoc alienũ a debita pietate,adducamus Iob Dei teſtimonio cõprobatũ, q̃ ait:In manibus hominũ ſignat,ut nouerint ſinguli opa ſua:Quãuis doctores nr̃i magis ad aĩos moribus inſtruendos, q̃ ad naturę,& opificis ſacramẽta attendentes in alio ſenſu interp̃tati ſint. Triuiale eſt ẽt apud phyſicos iudiciũ de cõplexione,& ꝓprietate naturę p colores. Terreus.n.color ex frigido,ſiccoq; cõductus atrã bilẽ Saturniãq; naturã pollicet.Cæruleus uero,aut ad albedinẽ tendens pituitã ſignificat: Nã frigus (teſte Auicena) albefacit mãm humidã/ſiccãq; denigrat.Sub rubeus aũt color,ueluti ſpiſſus aer ex radiis phæbeis rubẽs ſanguinẽ indicat:ſed igneus,tãq; flãma excãdeſcẽs,colerã:Quæ quãuis ſit ex acutiſſima uirtute actiua aliis p̃dominãs,facile tñ ex eius ſubtilitate eſt alteri cõmixtibilis,ſanguini maxime,& atræ bili.Vnde ſi cũ ſanguine ſupabũdãte miſceatur,rubore uiget:Si uero colera ſupabũdat,ſubruffum efficit: Si aũt æquali mixtiõe,ruffum:ſed ſi colera eſt aduſta cũ ſanguie canopũ reddit, rubicundũ p̃dominãte ſanguine,& ſubrubicũdũ p̃ualẽte colera. Si aũt bilis cũ atra bili miſceat,nigredine tingit:ſi cũ atra bili,& flegmate æquali mixtione,erit color canopus:Supabũdante flegmate,luteus:uincẽte uero atra bili glaucus:Si aũt cũ flegmate miſceat æquali portiõe,color erit citrinus:Si p ſupabũdãtiã alterius,pallidus aut ſubpallidus:Hinc dr̃ colera rubea/citrina/uitellina/nigra/& huiuſmodi.Ex actibus quoq;,& opationibus cõiectat hois nã:Tardus.n.motus,& ſolidus atrã bilẽ terreã ſignat:Pauor & inertia/remiſſũq; opus flegma:Alacritas,& amicabiles mores ſanguinẽ:Impetus acutus,igneaq; uis colerã.Multa quoq; huiuſce gñis ablin ſtructis in naturæ opificio traduntur:ſed hæc pauca tetigimus,ut inuerẽmus q̃to ordine,q̃taq; correſpõdẽtia cõſtruxerit ſũmus opifex hoc tabernaculũ,& corticẽ ueri hominis in eo habitãtis:ut inde ſubleuemur ad cõtemplandã cõſonantiã ipſius melioris hominis, q̃ intrinſecus habet, & cũ Archetypo:ſicut exterior figura cũ ipſo homine interiori.

Horati. Liuius Plautus Martia. Iuuena. Iob

Auice.

Quod omnia includant in homine/ſermo generalis. Cap. V.

QVanta plenitudine,q̃taq; cõcordia oĩa in hoc hoie ab Artifice ſũmo fuerint cõcluſa,Moſes nr̃ integerrimus phũs unico,& myſterioſo uerbo inuit dicẽs:Formauit Dñs Deus hoiem puluerẽ de terra:& inſpirauit in faciẽ eius,aut inares eius ſpiraculũ uitarũ.Vtrũq; extremũ rerũ omniũ tãgit/ut itermedia quęq;/q̃ iter illa extrema cõtinent,incluſa q̃q; itelligant in hoie:in cuius opificio ſũmũ,& infimũ cõciliata deſcribit:Infimũ.n.& p̃ oib⁹ minoratũ eſt terrę elemẽtũ:

Moſes

CHRI/STVS. Supremũ uero ille,qui ait:Ego ſum uita,in omnia vȝ uitæ radios diffundens.Et ut oẽs uitæ gradus in homine cõcluſos declararet Moſes/nõ ab re dixit ſpiraculum uitarũ:qa omnibus uitę gradibus uiuit hic homo.Ambo igit extrema,& mediũ conueniſſe innuit in homine:dum terrã,puluerem, & ſpiraculum uitarũ in eo cõueniſſe dicit.Et ſicut in maiori mundo diuina uniuntur cũ terrenis influendo p̃ cœlos,& illa ecõuerſo ſuſcipiẽdo p̃ eoſdẽ cœlos,qui naturã ſapiunt utriuſq; extremi:ſic diuinũ illud homini cõmunicatũ per cœleſte quoddã ſignatũ per puluerẽ ſecreto indicio,ut & nomẽ hominis primo expreſſum indicat,qd eſt אדם:Vbi/א/diuinitatem/ד/cœleſtem naturã/ם/uero corporeũ corruptibile apud peritos ſportat. Eſt itaq; in homine corruptibile,cœleſte,& diuinũ,aut uitale omnigenũ: Viuit.n. homo elementorũ,& lapidum uita:qbus eſſendi/augendi/& alterabilitatis uigor cõtinue ſubminiſtratur.Viuit cũ metallis ſuperiori uita : quæ ſpũm quẽdam occultiſſimũ hñt:ideo aut nunq̃,aut q̃riſſime ab artificibus inuẽtus, q̃is multa ſit diligẽtia pquiſitus.Viuit cũ plantis uegetatiua uita/ cũ animalibus motiua/ cũ mẽtibus ſeparatis rationali,aut intellectiua/cũ Deo uero diuina & ęterna:de qua Iohãnes:Vita erat lux hominũ.Et iterũ: Sũma Veritas:Veni,ut uitã habeant:& abũdantius habeant.Merito igit dicit inſufflatũ in hũc hominẽ ſpiraculũ uitarũ,omnigenũ vȝ/ Et qd Moſes p̃ duo extrema,& mediũ occulte inuit/Salomon,ſiue Philon apto ſermone exprimit dicẽs:Eduxit Deus hominẽ de limo terræ/ aut puluerẽ de terra:& dedit ei uirtutẽ cõtinendi oĩa:Cui adſtipulat Triſmegiſtus:qui interrogatus a filio de hois gñatiõe rñdit:Homo eſt quoddã omne,& quoddam totũ in omni.i.in Deo,qui oĩa uirtute cõſtat,nõ quidẽ compoſitione: homo aũt cõpoſitione conſtans eſt ex oibus rerũ poteſtatibus.Auguſtinus aũt ne dũ in toto hoie,ſed in anima tm̃mõ hanc omnimodã rerũ continentiam cõtemplabat:Ad totius (inquit) ſapientiæ ſimilitudinẽ facta anima omniũ rerũ in ſe gerit imaginẽ/unde a philoſopho diffinita eſt omniũ rerũ ſimilitudo:Habet.n.in ſe uires,qbus oĩa cõprehendit/oĩa inueſtigat/omnibuſq; ſimilis exiſtit:Cũ.n.ſit una,ſimilis eſt terræ p̃ ſenſum,aquæ p̃ imaginationẽ,Aeri p̃ rationẽ,firmamento p̃ intellectum,Cœlorũ cœlo per intelligentiam.Et ſicut Deus eſt oibus captibilis,& participabilis:ſic anima eſt omniũ capax. Sed ad hoiem ip̃m reuertamur: qui oĩa ne dũ ſi/litudine,ſed uirtute/& actu tanta dignitate,& cõſonãtia cõtinet:ut merito Boetius priſcos illos pr̃es imitatus uocet ip̃m ſcd̃m muſicæ genus ſic diſſerẽdo de eo: uiuacitas illa rõnis incorporea q̃dã coaptatiõe miſceat:& ueluti grauiũ,leuiũq; uocũ in unã cõſonãtiã ẽ efficiẽs tẽpatio. Sed hãc Mercurius uocat harmoniã ſupiorẽ,ad eã vȝ/q̃ corpis/aut corpei mũdi eſt. Illã Zoroaſtres (forſitã i ſolitudie,quã biſdenis ãnis icoluit) rite pſenſit:ut diceret:Exultat hõ ob harmoniã/in q̃ mortale corpus exiſtit,ſimul vȝ cũ aĩa tẽpatũ.De q̃

Iohã. CHRI/STVS. Salomõ Philon Triſme.

Augu.

Philoſo.

Boetius

Mercu. Zoroa.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

(ut Origeni placet) meminit Moſes,cũ ait: Maſculũ,& fœminã creauit eos/diuinũ vȝ illud p maſculũ intelligens/& per fœminã corpus hoc animale:qđ ſpiritui & diuino illi ſubiiciat:ut ipſo incubante,cõcipiat,& pariat tanta cõſonantia,q̃ nõ ſolum homo opus Dei, ſed & opus ipſius hominis reddatur harmonicũ & cõſonantiſſimũ:Quã utriuſq̃ conſonantiã ſuo loco reſeruãtes,p̃ſequemur eã,quã ex partibus omnibus maioris mũdi,quibus homo cõponitur,reſultare non ambigimus. Origẽ

Quanta elegãtia elemẽta in hoc homine reperiant. Cap. VI.

POstq̃ primã enneadẽ conclusam in homine demõstrauimus, secundã quoq; in eodẽ contineri nobis declarandũ est, cœlos v3, qui adeo cũ homine cõueniunt, ut aliquãdo homines cœli nominent̃/dicente Dauide: Cœli enarrant gloriã Dei: Quod quidẽ oẽs de Apostolis/& prędicatoribus interpretandũ autumant: Nã si uera est Ptolemæi doctrina, q̃ aspectus huius terrestris mundi cœlestibus uultibus subiiciant̃, ut sit Scorpio terrestris sub scorpione cœlesti: & Taurus, aut Aries hic degens sub cœlestibus imaginibus: multomagis homo, qui est totus mũdus, conuenit cũ omnibus cœlor̃ aspectibus: adeo, ut oẽs ipsor̃ cœlor̃/& intelligentiar̃ eis præsidentiũ uires suscipiat, & cõtineat.

Trisme.

Vnde Trismegistus ait: Cũq; homo in se omniũ potestatẽ contineret, opifícia septem gubernator̃ animaduertit: Ii autẽ humanæ mentis meditatione gaudentes, singuli eor̃ proprii ordinis participẽ hominẽ reddidere: Sed altius loquit̃, q̃ in cortice litterę uideatur. Quomodo aũt ab ipsis platonetis hauriat homo, docet Plato, Plotinus, cęteriq; Academici. Recipit (inquiunt) anima in descensu a Saturno ratiocinationẽ/intelligentiã/& speculatiuã uim: A Ioue uires agendi, & practicam: A Marte irascibilem, & animositatis ardorẽ: A Sole imaginationẽ sciendi, & opinandi naturam: A Venere concupiscibilem/& desiderii motũ: A Mercurio interpretandi, pronuntiandi, penetrandiq; uigorem: A Luna unde plantare, generare, & augere possit. Corpus autem ipsum tractabile ex elemẽtis, & inferiori enneade cõfectum/& eidẽ simile declarauimus. Et ut ab uniuerso accipiat, & totũ quoddam conficiatur, etiã a supremo septenario (ut Mercurius innuit) immo a toto Archetypo haurit ea, quæ saltem pro parte suo loco (Deo fauente) declarabimus. Nunc autem prosequamur ea, in quibus cũ signis duodenis cõuenit: & omissis multis, qbus q̃plurimi uolumina compleuere, adducam tantũmodo, quæ Manilius Mathematicus insignis decantat dicens.

Plato Plotin. Acade. Mercu. Manil.

Accipe diuersas hominis per sydera partes:
Singulaq; in propriis patentia signa figuris:
In quis præcipuas toto de corpore uires
Exercent: Aries caput est ante omnia princeps:
Sortitur censusq; sui pulcherrima colla
Taurus: Et in Geminis æquali brachia sorte
Scribuntur cõnexa humeris: pectusq; locatum

Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Sub Cancro est:laterum regnum,scapulæq; leoni:
Virginis in propriam descendunt ilia sortem:
Libra regit clunes:Et Scorpius inguine gaudet:
Centauro femora accedunt:Capricornus utrisq;
In genibus:Piscesq; pedum sibi iura poposcit.

Nec credantur hæc poetice tm̃mō decantata:Nam Chirurgici exptissimi clara cōprobarūt expientia incisiones multis nocuisse,etiā usq; ad mortē: qñ vȝ ferrū applicatū fuerit mēbro subiecto,aut correspōdenti signo,p qđ tūc luna decurrit: Quod aduertētibus minime cōtingit.Inde quoq; comprobatur cōuenientia cœlestis, & humani corporis,quia triplicitas manifeste correspondens in hoc,sicut in illo experientia clara coniicitur /quando ex frigore pedum dolet uenter,& pectus,quæ respondent eidē triplicitati:unde & medela uni apposita alteri medetur:Nam calefactis pedibus cessat dolor uentris: & huiusmodi multa sunt, quæ alios aspectus triquetros quadratos,& sextiles,& oēm cœlorȝ uim comprobant esse in corpore humano,sicut & in cœlesti:Quod non latebat illum Termaximū, qui cū Tatio filio dissérens ait:Tabernaculū istud o fili est zodiaco constitutum: qui ex duodenario numero cōstat: Et ne dū planetæ & signa:quæ sunt in octauo cœlo,sed etiā primi mobilis,& empyrei uirtus in homine continetur.Nūc autem prosequamur de imaginibus octaui cœli,& nono correspondentibus. Mercu

Vnde unūquodq; signorȝ zodiaci habeat denominationē,& quid agāt illa animalia,a quibus denominantur/cū Sole. Cap. XVIII.

HArum denominationū ratiōes Macrobius ex fontibus Academicis,uel leuiter tetigit:quibus addemus ea:quæ ex melioribus riuulis hausta sunt. Primū itaq; signū Aries dicitur:qđ animal sex menses hybernales siniſtro incumbit lateri:sed ab æquinoctio uerno sup dextro:Sic & sol eodē tempore dextrū Hemisphęrium,reliquo ambit siniſtrū.Est insup Aries caput, & dux ouiū,& signū illud ab eo denominatū caput signorȝ est,& dux mensiū āni:Vnde Astronomi ab introitu solis in primā partē Arietis,totius anni euentus prognosticantur.Ab eodē quoq; uaticinant philosophātes rurales,qui (ut refert Isahac) si uiderint Arietes seniores magis ꝓcliuos ad coitū,q̄ iuuenes statuto tempore:inde arguunt fœlix, faustūq; anni curriculum,& optimam temperiem.Succedit Taurus/quē ad solem referri multiplici rōne Aegyptius cultus ostendit/ uel quia apud Heliopolim Taurum Soli consecratum (quem neritē cognomināt) maxime colunt:uel quia bos apis in ciuitate Memphi Solis instar excipitur:uel qa in oppido Herminti magnifico Apollinis templo consecratum Soli colunt Taurū,Pachim eundē cognominantes,insignē miraculis naturæ Solis cōuenientibus:Nam & per Macro

Astron.

singulas horas colores mutasse asserit,& hirsutus setis dicitur in aduersum nascētibus contra omniū animaliū naturā:uñ habet ueluti imago solis in aduersam mūdi ptē nitētis.Sed cū hæc sapiāt fabellas satis meracissimas, aliq; rōnes quærendæ sunt:Est.n.Taurus armētorȝ rex,sicut Aries pecorȝ, Leo ferarȝ,& Homo omniū creaturarȝ rōnabiliū:quorȝ imagines Sol pla netarȝ rex pro suis domiciliis uēdicat:Et ab Ariete, cuius uirtus est in capite,ad Taurū uim in collo potissime cōtinentē ascendit:& ex rege pecorȝ ad regē armētorȝ,& hinc ad regē rōne utentiū ꝓgit:Et hinc Geminos uocant alternis mortibus semp succedētes,ut finxit antiquitas de Castore & Polluce:Nā hō ꝓsequat uita/aut succedat mors/semp uiuit in potiori ꝑte, quæ in ęternū ꝑmanet/pecudū animis i nihilū resolutis:Viuit ēt hac mortali uita ipse hō ꝑpetua indiuiduorȝ uicissitudine.Geminorȝ insup dicit signū/aut qa/illuc cū applicauerit/Sol uires gemiat: aut qa tūc gemiat iter descēdēdo/sicut ascēderat.Sequit ergo Cancer aial qdē retrocedēs,qa Sol cū ad eius primū limē aduenerit/ad ima retrocedere incipit.Est ēt Cancer sup oīa animalia Lunaris/merito Lunę domiciliū:Et hoc tā̄ pectus cœli, Gemini āt brachia.Succedit Leo tā̄ scapulę,& latera eiusdē cœli,in quo signo,tan̄ in ꝓprio domicilio,& imagine sibi potissime dicata feruet Sol sup oīa tēpora,licet eius radii magis flectant/q̄ dū p Cācrū/& Geminos ꝓgeret:Nā inde uires suscipit,tā̄ a loco a Leone iter solaria aialia ꝑcipuo denoiato:Hic.n.ex substātia solis naturā deducere uidet:uñ ex caloris intēperie sępius languet,sicut & corpora nr̃a,qñ Sol est in codē signo:Ideo tunc Physici Pharmaca/flebotomiā,& sanguinis diminutionē uetant,nisi quatenus cogit necessitas. Succedēs signū Virgo iure uocat:qa tūc Sol, a quo signorȝ ꝑcipua denoiatio fit/omnē uirtutē ꝓducēdi amittere uidet: & ad sterilitatē quandā deuenire:qa illac cōmeante,iā segetes,uinū,& fructus terræ maturi,& parti terrę fœturā claudere uident.Quod postea subsequit signū,Libra merito dicit: qa tūc diuidi libra,aut mensura fructus collecti ineipiūt:Partitur q; Solaris cursus in portiones ęquales diurnā/& nocturnā:Statera quoq; librari uidetur tēpus maxima gaudens temperie inter calorē/friguſq; mediū.Huic adiicit Scorpio/uenenosum animal/eo cæteris importunior,quo grauiori supplicio afficit:In cauda uirus habet: ferit semp obliquo ictu:Et id mirandū uidetur,ꝙ nūq̄ ei deest uenenū,medio die potissime,quando ardoribus feruet Sol,cū tñ Phæbus medicus sit omnibus medelā afferēs: Quod tñ sane inspiciētibus absonū minime uideri debet,cū omnia quāto ꝓnitiosius uenenū habent,tanto & efficacius antidotū:Viperę.n.aut tiri caro,ex qua tiriaca cōficit,remediū uirulentis præbet:cū tamē ipsa sanie uenenosa ebulliat: Itidē efficit caro ipsius scorpionis ēt ab eodē uenenatis:Sic/undecūq; prouenit unū extremū,& aliud inde procedit: Nam & ipse Deus summe bonus hæc de seipso testimonia

The Warburg Institute: This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

profert:Ego pcutiã,& ſanabo:occidã,& uiuere faciã.Et de Sole diximus, Deuter.
ꝙ aliqñ ſit diſcerpẽs Dionyſius,& aliqñ Phœbus reuniens:Nec mirꝝ igit̃
ſi pro domicilio ſuo aliqñ ſcorpionẽ aſciſcit.Hic forſitan ad illũ ſcorpionẽ
alluditur,de quo in Ioſuhe,& in numerorꝝ uolumine legimus: Terminus Ioſuhe
Iehuda erit ab extremo maris ſalſi,a ſinu,qui reſpicit ad meridiẽ,& egre- Nume.
ditur de meridie ad aſcẽſum ſcorpionis,uel ſcorpionũ,ut hebraica ueritas
habet:Quæ altius cõſcendũt,q̃ ꝑ ſe ferãt in cortice lĩa:Eſt.n.Scorpius ter-
reus/cœleſtis/& ſupcœleſtis/a quo ſol aliquã ſuſcipit uim.Sunt ẽt in infe-
riori cratere ſcorpiones,de qbus ſumma Veritas ait:Ecce dedi uobis pote- CHRI-
ſtatem calcandi ſup ſerpentes,& ſcorpiones,& ſup omnẽ uirtutẽ inimici: STVS.
Nec.n.de ſigno cœleſti/aut paruulo aĩali,qđ quilibet facile cõprimere po-
teſt,tm̃õ loquebat̃.Adiungit̃ Sagittarius/ubi exiſtens Sol hyeme grã-
dinũ/& imbriũ in nos ſagittas dirigit.Mõſtrũ quoq; dicitur in poſteriori
parte degenerãs,qa ſol illuc pgens luce,influxu,& effectu degenerare ui-
detur.Capricornus ſequitur/quẽ hebrei expreſſo uocabulo גְּדִי .i.gedi no-
minãt/qđ nos hædũ poſſumus interpretari,qui eſt aial:ſemp ad alta ten-
dens/dũ paſcit̃,domus quippe ſoli cõueniens,dũ aſcẽdere incipit.Illuc.n.
intrãs iter cõuertit ex deſcenſu in aſcenſum,Ideoq; tropicus dicitur locus
ille ἀπὸ τῆς τροπῆς qđ eſt cõuerſio: Inde ad Aquarium pgit,quod hebraice
דְּלִי /ideſt deli dicitur:& hoc ſitula,uel uas hauriens iterpretat̃. Aptiſſime
quidẽ tũc in hauriẽte uaſe cõtineri dicit̃,qñ terra,& inferiora omnia inci-
piũt a cœleſtibus haurire uim iam cõtractam,ſicut cœli a ſupramũdanis
fontibus.Poſtremo ſunt Piſces/in quos terminat̃ zodiacus,quos ẽt conſe-
crauit Sol,ut nõ tm̃ aereis/terreniſq; aĩalibus uitã præbere dignoſcat̃,ſed
illis quoq;,quoꝝ cõuerſatio in aquis eſt merſa:Tãta eſt.n.uis Solis:ut ab-
ſtruſa quęq; penetrando uiuificet uſq; ad infima terræ.Fœlici quippe hoie
terminat̃ ſolis curſus i piſces,quos humani generis redẽptor/& uerus mũ
di Sol comedit pfecto uitæ curriculo,& tranſmutatus in meliorẽ ſortem.
Eadẽ quoq; ſerie Deifica uita,& influxus p Solẽ ſignificatus deſcendit in
hominem a capite incipiens uſq; ad pedes,& fimbrias:ut Pſalmographus Pſalm.
ſub alio typo decantat dicẽs:Sicut unguentum in capite,qđ deſcendit in
barbã/barbã Aaron,qđ deſcendit in orã ueſtimenti eius.Incipit igit̃ a ca-
pite,uel ab Ariete,tranſit p taurũ,qa p colli uirtutẽ diffundit̃ ad brachia,
& geminas partes dupliciũ uirtutũ,& operationũ:& trãſmeat p Cancreũ
pectus,& uirilẽ,Leoninãq; uim ſcapularꝝ & lateꝝ:Ad ilia aũt ueniens ſte-
riles reddit fontes illos a carnis opibus:Si tñ id naturæ cõſeruatio exigit,
uoluptatẽ ſaltẽ libra ſubſequenti moderat̃,& ſupioris ſcorpionis influxu
coercet huius Scorpionis extremum morſum caudæ.i.nouiſſimæ excælſa
præponẽdo,quibus nouiſſima uoluptatis mortificet. Fetit inſup lumbos, Iob
& carnis fomẽta p arcitenẽtis ſagittas:De qbus in Iob dicit̃:Sagittæ Dñi
militant

militant cõtra me.In parte enim ſuperiori fauentes uirtutes/& in interio-
ri coercentes exquirunt̃:Tãdem uis illa cœleſtis per Capricornum genua
CHRI- flectit:unde iterũ aſcendere incipiat/iuxta Imperatoris edictũ: Qui ſe hu-
STVS. miliat/exaltabit̃:Crura quoq; confouens/per hauſtus rerum ſupernarꝝ ad
currendum in uiã mandatorꝝ Dei. Virtus autem piſcium perambulantiũ
ſemitas maris ducit pedes noſtros per hos mundanos latices ad mare illud
excęlſum/& aquas,quæ ſuper cœlos exiſtentes continue laudãt Dominũ:
& quæ producunt ueros piſces/quibus paſcamur cũ Chriſto cõpleto cur-
riculo uolubilis uitæ huius.Hinc nõ ſine myſterio dicũt ſecretiores Theo-
logi/ꝙ Deus in cõuiuio iuſtorꝝ parat auem, taurum/& piſcem,duo illa iu-
IDEM xta illud euãgelicũ:Tauros meos paraui,& altilia mea occiſa ſunt:Piſcem
uero tãq; nouiſſimum ferculum,in quod pedes affectuum noſtrorum ſem-
per tendere debent.

Cur illa ſigna/& præcipui articuli in homine ſint duodenario numero diſtributi. Cap. XIX.

IN archiuis ſapientum binos cõperimus progreſſus rerũ/Al-
terũ quippe per ternariũ a ſupremis infima petentem/Alte-
rum uero per quaternarium ab inferioribus cõſcẽdentem ad
Plato ſuperna:& illum a diuinis ad deteriora ſecutus eſt Plato:hũc
Ariſto. uero ab infimis ad ſuperna proſequẽs Ariſtoteles tantum procedit/q̃tum
ex his per ſuos ſenſus poterat manuduci. Quaternarius igit̃ eſt elementa-
ris numerus/& etiam myſterio magno diuinus reperitur pro rei condecẽ-
Orphe. tia:ut Orpheus & ante eum ſapientiores dixere:Et hic parit omniũ infati-
gabilem (ut proſequit̃ idem Orpheus) impermutabilemq; numeꝝ dena-
rium/ultra quem nõ datur numerus.Quaternarius aũt ipſe per ternarium
complicatus numerum conducit duodenarium primũ creſcentem/& ma-
gis cœleſtem/& diuinum/q̃ terreſtrem:Vnde creſcẽtia omnia,& diuina q̃-
plurima ipſo diſtribuũtur. Eſt etiam hic numerus compoſitus ex duobus
primo perfectis,ſenariis v3:& eſt primus creſcens/& hoc in ſexdecim abũ
dans per quatuor/unde illa excreſcẽtia fœlix eſt/qa fit per quadratũ ęqui-
Plato laterum/& parentem denarii:Ideo merito Plato in phædone/& plęriſq; in
locis hũc numerũ ueneratur/& ipſo ſupernum mundũ partitur duodecim
faciebus/totidemq; coloribus/perfectiori tamen nota:Nã lapides, fructus,
arbores,flores/& huiuſmodi in ſuperna regione reperiri aſſerit tanta perfe
ctione,ꝙ ad noſtram notitiã hucuſq; nec deuenere,nec illa eadem imagi-
nari poſſumus: Hæc enim ab eis ſuſceperant,qui diuinis oraculis edocti
Iohan. fuere:Quibus etiam inſtructus Iohãnes/in calce ſuæ Pathmoticæ uiſionis
ab arbore uitæ per ſingulos menſes duodecim fructus produci enarrat:
Ciuitatem quoq; illam ſupernã conſtructã deſcribit duodecim fundamen
tis ex lapidibus pretioſis cum duodecim nominibus Apoſtolorꝝ/duode-

Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

cimq; distinctam portis / quibus totidem Angeli præsidebant:& in ipsis
inscripta meminit duodecim tribuũ nomina. Insuper ex omni latere eius/
mensurã duodecim millibus stadioꝝ consummat/ut uates Ezechiel antea
fecerat. Hos itaq; secutus Plato/ut Rẽpu. suã cœlesti cõformaret: ciuitatẽ, Plato
& agros in suo de legibus hoc numero disponit/& in libro de Repu. duo/
denariũ solidat/in corpusq; reducit, v3 1728, ad quẽ cum deuenerit Resp,
aut dominium, disciplina si uigeat, suũ (ut asserit) finem consequitur:& si
ulterius progredi', sensim in peius fatali lege decurrit, id maxime degene
rante disciplina: Et idem huius numeri solidũ Reip. terminum fore existi/
mauit, cum sit crescens primus, & ultra solidum non de' progressus: tum
quia haurit totũ cœlestem influxum: Per millenarium. n. qui est solidus de
narii, stelliferi cœli denotat' influxus multiplex millenarius, p numero stel
larum ibidem residentium. In septingentis autẽ septem planetaꝝ uires, &
p uiginti octo lunæ fauor designat': Eius enim motus distans a cursu alio/
rum siderum erraticoꝝ, quasi solitarius habetur, reuolutionem cõplens ui/
gesimo octauo die, quo redit ad idem punctum Zodiaci: sed uigesimo no
no ad solem, quo tempore ipse processit gradu ferè uno. Plato igitur hunc Idem
numerũ celebrat Mercurium æmulatus, & ambo Mosem, & Deificos ua
tes, immo ipsum Deũ: qui elegit duodenam familiam illam Israëliticam,
quam semper sic partitam stare iussit, & eidem pfici duodecim principes:
& totidem lapides locari in fundo Iordanis, dum per ipsum ad terrã pro/
missionis transmearent:& in pectore sũmi sacerdotis eodem numero lapi/
des figi præcepit. Duodecim insuper panes faciẽꝝ/pro quo nos habemus
panes propositionis, in arca collocant':& totidẽ lapidibus altare cõstruit'. Salomõ
Quo etiã numero mare æneũ a Salomone fabricatum pro offerendoꝝ la/
uacro/boues sustinebant. Mari quoq; rubro transacto, illi electæ familiæ
duodecim fontes in helim parati fuere:& ad explorandã promissam terrã
duodecim exploratores missi sunt. Ad cuius numeri metam Christus Dei
sapientia Apostolicã familiã secernit/quos & duodenis tribubus pficit: Et
illaꝝ consignati/& electi pcipui a Iohãne per duodena millia enumerant':
Cuius ẽt populi Reginã stellis duodẽis coronatã describit: Ex crescẽtibus
panibus cophynis duodenis fragmẽta colligũtur. Diem insup p bis duo/
denas hora partiunt', & Luna quotidie gradus duodecim pcurrit: & Iupi
ter oia æquãs duodenis ãnis cursum propriũ pficit. Hinc nõ absq; cã Ti/ Tim. lo.
mœus locrus totũ mũdũ duodenis faciebus describit. Et si ad inferiora de
scẽdamus/crescentia multa hoc numero pgrediunt'. Lepus/& Cuniculus
fœcũdissimi duodecies in anno generãt. Camela duodecim mẽsibus fœtũ
gerit. Pauo duodecim oua ponit. Quadrat ulterius Plato millenariũ/& so/ Plato
lidat cẽtenarios in decies cẽtena millia/ut ẽt superna/& ministrãtes/& assi
stẽtes intelligẽtias/iuxta Danielis uaticinium/cõnumeret Quaꝝ præcipui

Principes per duodenariũ cõplicatum ex eius medietate/senario v3 distri/
buunt' in septuaginta duos: Quo numero & seniores in figuratiuo popu/
lo/& discipuli in ucro, iuxta idiomatum numerum pferunt': Quibus idio/
Sapiẽ. matibus (ut ab antiqs sapiẽtibus discere possumus) totidẽ Angelici prin/
Hiero. cipes pferunt': Quę ab Hieronymo super illud psalmi/Circũamicta ua/
rietate, aliqualiter pertractant'. Sed assignando cuilibet suũ senarium, non
Procu. sine mysterio duodecim principes potiores restant: Ideo Proculus hũc nu/
merum Diis, generibusq; his, quę ab eis procedũt, consecratũ asserit. Hinc
cœlum diuinitatis sedes in duodecim signa partitur, quibus psident duo/
decim Angeli pcipui suffulti duodenis irrigatiõibus magni nominis Dei:
Poetæ Quod poetæ uelut simiæ imitãtes duodecim adinuenere numina, quæ si/
gnis illis pferrent: Palladẽ Arieti, & cõsequenter humano capiti: Venerem
Tauro, ceruici, & collo: Phæbũ particularem Geminis, & brachiis: Mer/
curium Cancro, & pectori: Iouẽ particularem Leoni, humeris, aut Scapu
lis: Cererem Virgini, & iliis: Vulcanũ Librę, & natibus: Martẽ Scorpioni,
& pudendis: Dianam Sagittario, & femori: Vestam Capricorno, & geni/
Mani. bus: Iunonem Aquario, simul & cruribus: Neptunum uero Piscibus, atq;
pedibus: Vnde Manilius decantat.

Lanigerum Pallas, Taurum cytherea tuetur,
Famosos Phœbus Gemínos, Cyllenius Cancrum,
Iupiter & cum matre Deum regit ipse Leonem.
Spiciferæ est Virgo Cereris, fabricaraq; Libra
Vulcano, pugnans Mauorti Scorpius hæret:
Venantemq; Diana uirum, sed partis equinæ
Atq; angusta fouet, Capricorni sydera Vesta:
Et Iouis aduersum, Iunonis Aquarius signum est:
Agnoscitq; suos Neptunus in æquore Pisces.

Quoꝝ numinũ non sine causa aliqua masculina, & aliqua fœminina assi/
gnant', ut innuat' utraq; uis a supernis descendere. Illud quoq; obseruan/
dum censeo, q; cœlũ sedẽ diuinoꝝ, & ultimum corporalium duodenarius
part' numerus: qui ex quaternario elemẽtari, & ternario diuino deductus
resultat, ac quasi uinculũ existens corporea cũ diuinis connectit. Continet
insuper hic numerus (ut Pythagorei dicunt) perfectã harmoniã diapaso/
Pytha. nicã in partibus, ex quibus cõponit', 7 v3 & 5. Quoꝝ, 7, cõtinet sesqtertiam
proportionẽ ex 4. ad. 3. & 5. sesqualterã ex. 3. ad. 2. ex qbus pportionibus
resultat diapason: Cuius extrema quasi circulũ quẽdam efficiũt ad eandẽ
notã, sed altiorẽ, terminãdo extremũ unũ, a quo alteꝝ icipit, ut circularis,
cõueniat circulari cœlo, & harmonico. Vltra hæc quasi necessario cœlum
eiusq; signa sunt duodenario numero distributa: ut in eo cõperirẽtur aspe
ctus oppositi trini, q̃drati, & sextiles, q, nisi in duodenario, haberi minime

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

possunt: Ibidē insuper continerētur elementa secundū principiū, medium, & finem. Ad huius quoq; numeri metā dispositi sunt articuli in humano corpore correspondentes duodecim signis (ut diximus) secūdū proprietatem figuratoꝝ, quæ in illis imaginibus repræsentantur. Aries, cuius robur est in capite, capiti merito correspondet: Taurus collo / & ceruici: & sic de reliqs. Sed hoc parū foret / nisi adesset homini etiā supernum robur multiplex, cui respōdent humana mēbra: adeo ut inferiore moto / moueat & superius, cui illud correspōdet / sicut nerui in citharis bene chordatis. Et hoc innuit sūma Veritas dū ait: Date, & dabit uobis / tanq̄ si diceret / si manus uestra in pietatē proximi moueat / extendet quoq; diuina multo plura uobis impartiens. Et huiusmodi multa prosequi possemus: sed illa relinquimus suo loco latius declaranda.

Correspōdētia qualitatū cū planetis / & octauo cœlo. Cap. XX.

EXtant in humano corpe qualitates / & cōplexiones suā habētes consonantiā cum planetis, & stellifero cœlo: Eā enim, quā hoc habet cum eis manifestam, in suis triplicitatibus postponentes / ad eā ueniamus / quā Saturnus habet conuenientiam cum atra bili: ut ii, in quibus hæc ꝓualet, Saturnii dicant / motūq; & influxum eius adeo cōsequentes / ut omnibus eoꝝ operationibus Saturnus interesse uideat: Et ab eodē attracti ui quadā consonanti semper in Saturniis rebus delectent, solitudine / contemplatione / profunda imaginatione / appetitu congregandi ex timore illato a terra frigida / siccaq; natura / & in huiusmodi Saturni decretis. Iupiter aūt cum sanguine suū habet concentum / & cum acre humido / atq; calido / & cōsequenter cum uita, quæ potissime in huiusmodi residet: Qui & cōcinna sua dilatatione æquante ui suos phaetōteos tractabiles, & benignos reddit / & ad opus facillimos / sicut Saturnus constipans ad quietem, & concentricā delectationem inuitat: ex ui tamē bene cōpaginātе / robore / & fortitudie munit. Mars igneus totus / cū bili / & omnibus igneis symbolū habens ad oēs igneos impetus suos mauortios, tā ciuiles, q̄ spirituales impellit: hos quidē ad feruidū amorē, illos aūt ad bella, & inuasiones. Sol etiā cum rubea colera, & igneis cōtempera tis cōueniēs phœbeos suos ad illustriora opera, & satis cōtemperata deducit. Venus cū aereo calore, & bulliēti colera, uel saltem excitata, & aqueis rarioribus, quæ quasi aereā naturā sapiūt, cōueniēs, ad mollia quæq; scalpenti quadā ui trahit: & ad uoluptatē circūferentias uersus fluentē allicit: nisi eius influxus cōtinua ꝓpinqtate Solis corroboret: & in humano mūdo rationis freno coerceat: Est enim ipsa ueluti aurora, in qua pro maiori anni spatio dominat humida atq; lasciua, rorem dimittens, somnum prouocans, artus dissoluens: sed confota uigore succedentis, aut sociātis Solis faciles effluxus aliq̄tulū cōprimit. Mercurius cū subtiliori, & acutiori spū

conuentū habens penetrat: & ad quodcunq; opus peragendū prōptū, faciliq; cōstituit nullū suapte natura habens determinatum opus: sed huc, illucq; uagās in penetralia oia sua acutie sese recipit: Sed effectus eius nō minori difficultate dignoscitur / q̄ eius aspectus corporeis oculis uideatur. Luna & si aquarum ductrix habeatur / non tamen aquea tantūmodo / sed omnia / quæ superiora influunt in inferioribus, explicat.

Quod intellectus conueniat cum orbe signorum. Cap. XXI.

CHRISTVS. Orige. Cātica

COncinere demōstrauimus stellifeꝝ cœlū uariis pictū figuris cū Cherubinis, qui pulchræ figuræ interpretant: Nunc autē cōuenire faciemus cū intellectu pleno imaginibus, & cōceptibus reꝝ, quas intelligimus, plenoq; ideis eoꝝ, quæ facturi sumus. Et ut doceat cœlū ipm cuncta cōplecti nō trn reuolutiōe, sed uirtute, sapientes partiti sunt illa signa in quatuor ternarios, iuxta quatuor elemēta, & fundamenta omniū rerum, cuilibet ternario assignantes principiū, medium, & finem ipsius elementi ipsi cōuenientis: Vnde generationes, status, & resolutiones reꝝ omnium conficiunt: Principium enim ignis Arieti dederūt, augmentū, uel progressum Leoni, finem uero Sagittario: Terræ aūt principium Tauro, progressum Virgini, & extremum Capricorno: Aeris principium Geminis, processum Libræ, terminū uero Aquario: Sed aquæ principium Cancer possidet, mediū Scorpio, finem autē Pisces. Sic intellectus apprehendit principium, progressum, finēq; rerum omniū ex ipsis elemētis productaꝝ, & producēdaꝝ, ultra quæ nihil reperitur, quod intelligi possit: quia extra ipsa nihil est. Et sicut in intellectu opificis diuini uel humani omnia ab eo facienda concipiuntur, sic omnium rerum fœtura in cœlo concipitur: explicatur autem, & producitur per planetas, sicut per uires inferiores ad effectum conducuntur ea, quæ noster concipit intellectus: qui potissime residet in cerebro, & hoc in craneo pleno innumerabilibus capillis: Sic uirtus illa gignendi est (ut dicunt Theologi hebreorū) in sacro Dei nomine diffuso ꝑ cœlū, & replente ipsum tāq̄ craneum, & testā quandā plenā innumerabilibus stellis: Numerus trn cognitus est illi, q̄ numerat multitudinē stellarū, sicut & capillos capitis, ut ait Veritas summa: Capilli capitis uestri oēs numerati sūt: Nō utiq; illi, q̄ abcisi pessundātur (inqt Origenes) sed illi, q̄ erāt in nazaræis Spū sancto repletis: ut alios prosternerēt: de qbus dicit in cāticis: Comæ capitis tui sicut purpura regis iūcta canalibus, illis vz supnis, per quos fluūt oēs effusiones gratiaꝝ, qbus excisis debilis hō a fœmina. i. parte sensitiua uincit, ut de Sāsone legimus: Qui capilli influxū, & uim suscipiūt a supno fonte, sicut & stellæ. Sed ad intellectū redeamus. Cōponit &. n. conceptus, & imagines, quas continet, & orationes, & sentētias, qbus instruimur: & generat sciētia tota, sicut qn̄ stellaꝝ influxus cōponunt cū uirtutibus planetaꝝ, & elementis: quoꝝ uis

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

in cœlis cõtinetur, interueniente potissime magni nominis, aut ipsius opi/
ficis uirtute, producunt diuersę species, & particulares res, quarũ nomina
(ut aiunt) resultant secundũ proprietatem influxuum, & influentiũ: Quæ
cognoscens Protoplastes nomina rebus secũdũ earũ quidditates imposuit:
Quo forsitan tendit illud sũmæ Veritatis: Nomia uestra scripta sunt in cœ
lis. Trifariã enim partiunt hebrei uiginti duas litteras sui alphabeti: quarũ
tres tria elementa, septem totidem planetas/ & duodecim duodena signa,
tanq̃ characteres eorũ significare asserũt: Et illas septẽ litteras duplices uo/
cant, tum quia bifariã pronunciant, blæse, & acute: tum quia planetas re
presentant/qui pro diuersitate signorũ, in quibus reperiuntur, remittunt, &
acuunt uim: Duodecim uero simplices uocant, quia unico modo proferũ/
tur semper, & quia signa repræsentãt: quorũ uirtus semper eodem modo se
habet: Tres autem tribus elementis ascribũt, Igni vȝ, Aquæ, & terræ: Aerẽ
uero nõ tanq̃ elementũ, sed ueluti glutinũ elemẽtorũ habent. Sicut igit ex
planetarũ, & signorũ aspectibus simul cũ elemẽtis conficiunt oia corpora,
ita ex litteris, & characteribus illas partes significantibus cõstituunt no/
mina rerũ ex ipsis compositarũ: ut in libro de formatione, q̃ Abrahæ inscri
bitur, mysterio nõ mediocri innuit: Quorũ compositorũ corporũ spiritum,
& animam per puncta, & accentus significari nonnulli asserunt.

CHRI/
STVS.

Rapit primum mobile cum corde, aut libertate animi ibi re/sidentis. Caput XXII.

Aristo.

ESt nonus circulus, qđ primum mobile dicitur, cœlorũ dux, ui
sua omnes cœlos rapiens secum cõducit: & ipse a nullo infe/
riori circulo ducit, sed a sola intelligẽtia ipsum mouente, uel
a Deo iubente: In quẽ, tãq̃ in primũ motorẽ, ne tota cœli har
monia cõfundat, ducit oĩs motus, ut in calce organi sui ꝓbat Aristoteles.
Sic in nro hoc paruo mũdo est uoluntas dña omniũ, aliarũ uirium, & ear
ductrix ad libitũ: Cui merito regnũ, & pricipatus debet, qa semp ad bo/
nũ, tãq̃ in obiectũ sibi adequatũ tẽdit: q̃uis aliqñ errore, aut ui aiali impel
lẽte, malũ eligat credẽs, aut pfingẽs illud esse bonũ: Et tũc nõ domina, sed
serua miserrima efficit, ut summa Veritas ait: Qui facit peccatũ, seruus est
peccati. Recte igit & in bonũ tendens iure pferẽ, sicut in Politiis, q in me/
lius, & magis bonũ respicit merito ꝓponit. Hæc aũt uolũtas, aut syndere/
sis cũ portione supiori iuncta, ueluti mobile primũ, oẽs inferiores uires se/
cũ ducit ad uotũ: sed ipsa recta a nullo deducitur, nisi a summo mouente,
uel ab eo influxu, quẽ gratiã, charitatẽ, uel amorẽ ifusum dicũt theologi.

CHRI/
STVS.

Theolo.

De qua iterũ summa Veritas: Nemo uenit ad me, nisi Pater meus traxerit
eũ: Et Regius ꝓpheta, tũc currere dicit p uiã mãdatorũ Dei, quãdo p amo
rẽ dilatatũ, & motũ fuerat eius cor. Ad eius quoq̃ uolũtatis ordinatũ mo
tũ reliqui inferiorũ uiriũ progressus sequunt, sicut orbiũ motus oẽs ipsius.

Dauid

primi mobilis gyro regulant. Nec qspiã dicat uolũtatẽ, tãq̃ cæcã ab intel
lectu deduci: qa nihil amare possumus, nisi ꝓcognitũ: in qđ solũ fert ipa uo
lũtas, ut Augustinus/& Aristoteles cõsentiũt: Nã sicut lux oculo uiã ostẽ/
dit/ipsũ tñ minime ducit/sic intellectus demõstrat uolũtati semitas, non tñ
p eas ipsum cõducit/sed restat suæ opatiõis dña. Sic q̃q; stelliferi cœlũ pri
mo mobili q̃dãmõ repsentat gradus/& noĩa rerũ p ipsum/& planetas ꝓdu
cẽdarũ/& ad ea exeq̃nda primũ mobile accẽdit: & uoluit oĩa motu diur/
no. Est igit in hoie uolũtas/& cor (ut ait Aristoteles) sicut prima intelligẽ
tia in orbe/primo vȝ, ipsiusq̃ primę sphęræ simulachrũ habẽs gyrat/& tra
hit oĩa/sicut primũ mobile cęteros orbes. Et sicuti peccatũ in nã cõsequit/
qñ inferiores causæ a prima discrepãt/& inferiores orbes a primo mobili:
Sic qñ mẽbrorũ/& inferiorũ uiriũ lex mẽti repugnãs ducit hoiem captiuũ
in legẽ peccati. Cedere itaq̃ debet oĩs mẽbrorũ lex mentis dictamini/sicut
oẽs sphærę cedũt primæ mouẽti/& rapienti eas oẽs suo diurno motu. Et q̃
uis unaquæq̃ inferiorũ pagat cursũ suũ/multo tñ tardiores sũt in suis mo/
tibus q̃ prima/pulcherrime nos instruẽtes uires inferiores, & si aliqd, secũ/
dũ qđ est sibi ꝓpriũ, opant, tardũ uel paucũ illud opus esse respectu opis
arbitrii bñ regulati. Omniũ aũt motuũ tardissimus ẽ ille stelliferi cœli/qđ
in cẽtũ ãnis mouet gradu uno/ut Ptolemæo placet: q est numerus q̃dratus
denarii, q cõficit ex partibus q̃ternarii nũeri elemẽtaris: Vñ inuit, q̃ cœlũ
illud corpus repsentat elemẽtare: & ẽt qa integrat ex quadruplici genere
signorũ/pro nã quatuor elemẽtorũ/sicut & corpus ex eisdem cõponit. Nec
carpat me qspiã/qđ paulo supius cõuenire fecerimus stellatũ cœlũ cũ in/
tellectu/nũc aũt æquemus cũ corpore: Nã serpẽs nũc diaboli/nũc Christi
typũ tenet: & hoc, dũ ipsemet ait: Sicut Moses serpẽtẽ exaltauit in eremo,
sic oportet exaltari Filium hois. Et planeta qlibet nũc alicui elemẽto/nũc
alicui Angelorũ ordini æqperat. Huiusmodi q̃q; multa repiunt cũ diuersis
cõparata ex symboleitate, quã diuersa nota res habẽt ad inuicẽ: Respectu
enim supiorũ mẽtiũ cœlũ illud se habet, ut corpus: & respectu rerũ inferiorũ
producẽdarũ similitudinem habet intellectus ꝓducẽtis ideas. Sic quoq; in
coordinatiõe rerũ a Porphyrio, & Aristotele assignata idẽ ad supius cõpa/
ratũ habet rationẽ speciei, ad inferius uero rationẽ gẽris. Est itaq; in ꝓpo/
sito nro motus primi mobilis, ueluti motus animi, & motus stelliferi cœli,
corporei motus simulachrũ habens: sed planetarũ reuolutiões motus uiriũ
iter corpus, animũq; existẽtiũ repręsentãt. Sed si ista hæc cũ infimis, & su
premis æquare uoluerimus, est in cœlis feruidius oĩum mobile primũ, In
paruo mũdo cor, & uolũtas, In Angelico seraphinus ardẽs. Est iterum uis
ignea in seraphinis inflãmãs, in primo mobili rapiẽs, in uolũtate & corde
nro ferues uirtus: Ideo hęc habitat in corde calidissimo oĩum mẽbrorũ, ca/
lore qppe & nãli & meliori: de quo Psalmographus ait: Cõcaluit cor meũ.

Porph.

Aristo.

Ptole.

Idem

Augu.

Aristo.

Dauid.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

intra me:Et iterꝫ:Inflāmatum eſt cor meū.Eſt quoq; uis terrea in Cherubinis pulcherrima ideaꝫ figura,in ſtellifero cœlo ſplēdida ſideꝫ pictura, in infimo uero elemento ex uariis herbis,& floribus ornatus.

Quæ conſtipentur,& ſolidentur cum Saturno. Cap. XXIII.

Ser. 1.8.3.

SEntētia Ptolemæi eſt explicata ab Aſſeclis ſuis/planetas oēs ad hoīem hūc fouendū deſtinatos/quoꝫ quatuor ad cōſeruā/dum indiuiduū,tres uero ad opus cōducendū:Quatuor ſunt Luna/Sol/Iupiter/& Saturnus:Sol aūt,ut idē dicit ad uerbū,eſt origo uirtutis uitalis,quæ eſt in corde:Iupiter reſpicit uirtutē nālē in epate:Saturnus uim receptiuā:& Luna creſcentē,& decreſcētē uigorē: Sed tres alii ad mores & opationes exqrunt: Phātaſtica.n.uis,& penetratiua in rebus faciēdis a Mercurio expetēda eſt:Appetitus,cōcupiſcētia,& delectatio,quæ opus pficit a Venere: Impulſus cū iraſcibili,& impetu,ut fortunatū ſit opus,a Marte.Saturnus igit̄ uirtutē receptiuā regit,& inter intellectuales uires potiſſime memoria receptiua ē,adeo,ut a Iohāne Scoto & ab aſſeclis nō cōnumeret̄ inter potētias actiuas:cū ſit tātūmodo (ut aſſerūt)uirtus ſuſcipiēs.Huic.n. Saturnus pſidens reddit Saturnios ſuos bene memorātes,cū hēant uim illā aqueā adeo cōſtipatā,ut diu cōſeruare poſſint ſuſceptas imagines.Regit quoq; aures (teſte Alcabitio) ſuper oēs ſenſus receptiuas:ſed Firmicus ei potiſſime aſcribit dexterā.Eſt inſup auditus oīum ſenſuū ſpūalior,& cōſequenter inſtrm ſecretioris,& pfundioris ſapiētiæ:ad quā Saturnus peculiari uirtute cōducit.Audiēs(inqt ſcriptura)ſapiēs ſapiētior erit:uel adiiciet,ut accipiat:ut hꝫ textus hebreus.Et hoc eſt ꝑpriū Saturnioꝫ,ut audiāt,& cū ſilētio audita ruminantes ad ſecretiora penetralia ingrediant̄:ubi diuturna,lōgaq; reꝫ multaꝫ cōſideratione,& experiētia prudētes efficiant̄, qđ propriū eſt Saturni cœleſtis,& ſupramūdani,quē hebrei בִּנָה bina dicūt,qđ intelligētiā, uel prudētiā interptant̄.Cōueniūt quoq; cū ipſo lien,ſtomachus,ueſica,& matrix. Et bñ ſplen ipſi dicat̄,q(teſte Galeno & Auicena)eſt uas,& receptaculū ſupfluitatū terreſtriū,& groſſaꝫ:quæ potiſſime a Saturno reguńt.Eſt inſup (ut iidē teſtant̄) rarus,mollis,& ſpongię ſimilis:ut attrahat,& recipiat ſuperfluitatem nigram:nutriturq; ſanguine ſubtili nigro:Quæ omnia ad ipſum Saturnū referunt̄.Stomachus quoq; a Saturno cōueniētiſſime regit̄,qui eſt ex ſui nā uincētibus partibus neruoſis frigidus/atq; ſiccus:ideo attrahēs humiditates,ſicut terra, Saturnus, & Luna. Calefacit uero,& digerit ex caliditate inſita carni eius cōfota caliditate mēbroꝫ illi adiacētiū.ſ.epatis, cordis,ſplenis,fellis,& hymenei,ut docet Auicena:ex qbus adminiculis calidior epate reddit̄,q̄uis cōtrariū ſortitus ſit a natura:quæ (teſte Galeno) prope uētrē ipſius excalefactoria collocauit.Et ſicut ſtomachus cōſtipatus eſt ui Saturnia ad cōtinēdū cibū,ita matrix ad continendū fœtū,& uterq;

Ptole.

Idem

Scotus

Alcabi.

Iul.Fir.

Hebrei

Galen.

Auice.

Idem Galen'

neruoſis partibus compaginatur. Si aūt humores Saturnii nimium aucti ad diſtemperamētū deueniant,pariunt infirmitates chronicas ex humore melāchonico groſſo,& uiſcoſo flegmate generatas/epilepſiam/apoplexiā/paralyſim/apoſtemata dura/quæ ſclirotica dicuntur/cancros/podagras, phthiſim,hæmorrhoides ani, & uuluæ,ragadias,fiſtulas, ulcera occulta, chronicos defluxus uentris,icteritiam nigrā,elephantiā,quartanā febrem, & huiuſmodi morbos,qui cū difficultate curantur:& corpus exterminat. Et ſi tēpus adeſt, etiā ad mortē prædicta nimia alteratione agitata deducunt. In facie quoq; hominis & cute hæc, dum diſpoſitor fuerit,imprimit ſuę cōplexionis ſigna,maculas uarias,oculos impares,longā faciem,aſpectum indecentē,& fœtidum,dentes uarios,& turpes,ſtaturā diuerſam,pedes deformes,cōtortos,calcaneos corrugatos/nigros quoq; pilos,raros,& groſſos,iuncta ſupcilia,colorē fuſcum,glaucum,uel plumbeum:Sed hæc pro Solis diſpoſitione uariantur. Ad mores etiā melāchonicos ducit,nigra induméta,tardas operationes,ſolitudinē,cauernis & antris aliquādo mancipatos,puteoꝫ,& cocleaꝫ foſſores,calcis & cemēti cōpoſitores,& multa huiuſmodi exercitia uilia,ſi depreſſus fuerit,inducit:Bene autē diſpoſitus, ad profundiſſima quæq;,& ſublimia euehit.

Quæ æquentur cū Ioue. Cap. XXIIII.

AEquans omnia Iupiter,ſibi uendicat aurem ſiniſtrā,ad complendam ſapientiam iam a Saturno excitatam.Et amori fauens æquat iecur amoris ſedem,tamq̄ peculiare domicilium. Hic enim amorē incohat,quē explicat Venus,cui amor aſcribitur:Nam a iecore Iouis ſede trahit originē:unde apud authores medicinæ iam eſt uulgatum adagium: Splen ridere facit, cogit amare iecur. Galen. Cui adſtipulat̄,qđ Galenus/& Moſes Cordubenſis ex antiquoꝫ inſtitutis Moſes deducunt:qui malefactores in mēbris,qbus peccauerant punire ſolebant. Aſcēdentes.n.domos alienas,fuſtigabant̄ pedibus,maledici & blaſphemi lingua torquebant̄,& multa huiuſmodi.Sed Titionē nimio amore laſciuientē iuſſu Apollinis punitū deſcribūt Vates in iecore pfoſſo roſtro uulturis,& falconis.Cōtēpatus igit̄ Iupiter in uirtute,ex calido & humido,recte epati pſidet:qđeadē qualitate gaudēs,alitur ex ſanguine ingroſſato,ut Galen. inqt Galenus,Haliabas,& Cōciliator:Cuius rei ſignū adducūt:q; ſanguis Haliab. extra uenas coagulatus ipſi aſſimilet̄:unde a Galeno uocat̄ primū ſangui Cōcilia. nis organū.Aequat ſibi & ſtomachū ſimul cū Saturno:ſed hic parti neruoſę,frigidę,atq; ſiccę pdominās,ille uero parti carneę,calidę,& humidę. Et cū uenter ſit etiā humido calore ſuffultus, ipſum quoq; Ioui ſubiiciūt: Occurrerēt hic multa de muſculis uētris,& aliis particularibus differēda: Sed cū forſitan hæc nimis longa/& ſupuacanea cura foret/abducēſq; nos a propoſito/non breui ſemita,Ideo illis omiſſis,de ſolis mēbris principali/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

bus,psequamur. Supponunt quoq; eidē brachia/dexterāq; manū nō absq; sublimi sacramēto,ut pius Iupiter supramundanus deducat ad ea opera, per quæ qs possit merito in Iudicis dextera collocari. Addūt umbilicū,ad quē,tāq; ad centrū referunt circūadiacentia: Vnde in tēplo Iouis Ammonii effigiē umbilici repositā tradit antiquitas. Sunt,& qui asseuerant etiā costas,pecten,intestina,& sanguinē Iouia esse. Et si superabūdauerit sanguis,usq; ad distemperamentū,proueniunt morbi synochi.i.cōtinuati,uenarum fracturæ,sputa sanguinea,sanguinisq; defluxus per hęmorrhoides per mēstrua,p nares,& undecūq; fluāt: Apostemata quoq; epatis calida, & ex plurimo sanguine concreta. Et si ad mortem deducit infirmitas,eius mortis genera sunt,p synochas febres,p tertias notas, cardiacā.i.corporis imbecillitatē lacescente stomacho,squinantiā,colicā,& iliacam passionē, & ea,quæ huiusmodi consequūtur. Corporis autē dispositor figurā tribuit condecentē,staturā moderatā,& formosam, oculos ad magnitudinē tendentes,subnigros,capillos flauos cū caluitie quadā,duosq; dentes incisorios cęteris longiores. Sed oriente sole reddit cutē satis albā,& oculos mediocres: occidente uero,albedinē remissiorē præstat. In moribus aūt honestos facit,fideles,parentibus obsequētes,iustos,legales,& huiusmodi multa,quæ ab Astronomis memorant. Sed hæc tamē quantū uirtus illa cœlestis se extendit,aut disponens corpus ipm cœleste sydus/aut ulterius operans præsidens intelligentia,iubente & cooperante prima.

Quæ ferueant cum Marte. Cap. XXV.

MArs sua sedilia hēt in rhenibus,uenis,& discursu spermatis p dorsum,& in chisti i fellis. Sed hæc quidē solus,cum Ioue aūt (authore Firmico) i epate,& naribus. In rhenibus itaq; cōue nienter feruet,cum & ipsi (teste Auicena) calidi sint,& sicci: quāuis alii ipsos calidos,& humidos opinent. Sed hoc est,qa calidū & humidū & radicale,calore uiuifico informatū uiget in eis,ex sui aūt simplici natura sicci sunt,& Martii. Cuius rei signū pbent calculi, qui in ipsis generant: qa feruēt potissime i Martialibus,& Marte fauēte. Et hos naturæ dispositor cōbinauit,sicut & multa corporis mēbra: ut Galenus,& Auicena disputant. Ii autē dati sunt ad coquendū supfluū aqueū,& sanguineū: sicut chistis pro receptaculo colerę,& spleni pro susceptorio humoris melanchonici grossi,ut idē Galenus determinat. Præterea etiā decursui spermatis & dorso,p quod descendit: ut suo calore calefiat semen: & uigorem suscipiat ad prolem gignendā. Adiudicant insup, qui de re huiusmodi tractant,eundē præesse uenis: quāuis ex natura neruea pāniculari,& ligamētali frigidæ,& siccæ,ut forsitan (nō obstāte natura frigida,quæ ad eas cōstipādas exqritur) calefactæ ab eo,sanguinē in suo calore cōseruēt. Et (ut secretiorē rōnē educamus de prōptuariis naturæ) ēt ex loco id conclude/

Iul. Fir.
Auice.

Galen.
Auice.
Galen.

mus. Nā iter epar Iouiū/& cor solare situ hūt/sicut Mars iter utrūq;. Venæ eteni oēs siue epatis porta,siue maseraicę,in qs ipsa diuidit/ortū hūt a cōcauo epatis,in cuius pūcto,ueluti corde tētorii i clauo (Galēo authore) colligāt,cui sapiētes multi cōsentiūt. Sil'r & uena/quę maior ab Aristotele nūcupat/a Galeno/& ab Haliabate cōcaua/ab Auicena uēter/ab aliis pgibba: qa iuxta gibbū,& cōuexū epatis est/omnīūq; pdictoꝝ opione (Auicena excepto) collocat in epate/& ab eodē orit/qūis physici nō cōsentiāt: Sed ab Auicena/tāq; neutro iter eosdē iter epar/& cor collocat: & oēs alii noiati,ipsi epati eas cōtinuari assentiunt: sicut Mars Ioui. Et sicut iter epar & cor sanguis fluit p uenas uitā baiulās,sic iter Iouē & Solē est Mars,qsi uehiculū/aut fomētū uitę/suo calore/& ipulsu illā cōfouēs. Et ne dū ex situ sed ex pprietate/& uirtute,quę est ultra qlitates ipsas,uenis cōueniētissime psidet: & canali spmatis i ipsa istis cōueniēs: sed potissime chisti uasi feruētis bilis/qui ei ppriissima est. Hæc āt distēpata excedēs nimis/aut corrupta (maxie i pdictis locis) causat infirmitates Martias/pustulas malignas,carbūculos,antraces,erisipillā,formicā,ipetigines,febres,q ex colera fiūt/acutas freneses,& morbos oēs,ex feruēti & aduēti colera ,pueniētes/cancros, cācrenas/fistulas/scabiē/pruritū/uariolas/excoriationē/aduſtionē/aborsū/ uenenosas infirmitates,& i diuersis corpis mēbris ulcerā/pro māsiōe uaria in cœlestib' signis mēbris ipis cōueniētib': Et si i hmōi tātus sit excessus/ut nā aut ars cohibere nō possit/mortē iducit. Narib' q̄q; pest: ex qbus feruor bilis accensę in chisti/inflāmatę in corde/& uaporātis ad cerebrū exhalat: Et aliqn ibi sistens tm exęstuare hominē facit,ut dicat Isaias: Quiescite ab hoie,cuius spūs in naribus eius est. In figura q̄q; exteriori rubeū facit: oculos uarios/ad citrinū tendētes/barbā/capillos/cæteroscq; corporis pilos rubeos/obscuros/spissos/& grossos/staturā mediā/faciē rotūdā/lintiginibus & maculis qbusdā cōspsam/nares āplas/& latas/plenas spū/aspectū horridū/dētes lōgiores/gressus distātes. In cōplexiōe uero efficit calidū/& inde impetū/& uim maximā confert: & ppmptū reddit ad oia: hinc & ad mala pualidū. Et nisi impetus ille rōnis freno moderet/facile ducit in pceps.

Isaias

Quæ uiuificentur,& clarescant cū Sole. Cap. XXVI.

Pytha.

CVm Sol (omniū sapientum testimonio) sit pater uitæ,& in quo residet (ut Pythagorei opinantur) uirtute quadam uitæ, & uerus Sol,ideo ipsum cordi assignant,tāq; præcipuo uitæ sedili. Et sicut ipse Sol in maiori mūdo est principiū lucis,& uitæ,dans omnibus planetis,ut luceant: sic cor in humano mundo (teste Galeno,& aliis sapientibus) est origo uitæ,& caloris,dans omnibus mēbris,ut uiuant & operent. Est enim anima (cuius primaria sedes est cor,ut ait Aristoteles) principiū intelligendi,sentiendi,& secm locum mouendi: Et sicut Sol ipse ex uita conuenit cordi,ita ex luce oculis,maxime dextro,

Galen.

Aristo.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

rñdet/siniſtrũ Lunę relinquẽs:p̃ferť ẽt medullę,quæ nõ ueluti ſupflua aſp
nenda eſt,inqt Ariſtoteles,ſed tãq̃ uita oſſiũ,& fomẽtũ eoꝝ,eſt in ipſis re/ Idem
cluſa:Eſt.n.alter ſanguis,ſed ex decoctiõe,& calore in albedinẽ mutatã ait
Auicena,& cũ ipſo Ariſtoteles. Cuius rei ſignũ hic reddẽs dicit,q̃ nouel/ Auice,
lis adhuc aialibus medulla cruenta admodũ eſt:ætate aũt,puectis,& pin/ Ariſto.
gueſcẽtibus ad adipẽ trahiť. Subiiciũt quoq; Soli p̃i gñationis,femora,
& lũbos uaſa quippe ſeminaria:uñ nõ ſine cã ſapiẽtiſſimus priſcoꝝ patrũ
Abrahã,ab alũno ſuo iuramẽtũ exegit ſup femora Meſſię,ſeminariũ uas,
pro cuius mũda & myſterioſa gñatiõe,ſollicitus erat ipſe Abrahã,dũ mit
teret ſeruũ iuramẽto aſtrictũ ad accipiẽdã uxorẽ Arameã pro Iſahac:ex
cuius ſemine Meſſiah gñari debebat.Regulat inſup tãq̃ uitæ inſtrumẽtũ
uitalẽ ſp̃ũm:intellectũ quoq;,& rationẽ:uñ doctrinę,& uerę philoſophiæ,
& cognitioi ſegregatę a ſenſibilibus mirũimodũ fauet:Fidẽq; facit pro ui
rili ſua,magnanimũ,cõpoſitũ moribus,ſublimia appetẽtẽ,& principatus,
per fidẽ tñ claꝝ,& excellens ingeniũ,& uirtutẽ.In exteriori autẽ,p̃ſpectu
reddit hoiem formoſũ,& pulchrũ:nec imerito,cũ ipſe rñdeat ſupramũda
nę pulchritudini,& ſit eius uas,receptaculũ,& inſtrm. Varios q̃q;,& pul/
cherrimos prębet oculos,animi potiſſimũ indiciũ.Hinc de Dauid nõ ſine
myſterio dr̃ in p̃ uolumine Regũ:q̃ erat ruffus,cũ pulchritudine oculoꝝ, Regũ
& bono aſpectu,pro q̃ nos hẽmus,pulcher aſpectu,decoraq; facie. Et his
potiſſime fauet cũ in ortu fuerit:& ſi altius cõſcẽdere uoluerimus,id facit
Sol,qñ ſuſcipit influxũ a ſupno oriẽte,de quo dr̃. Veniet ab oriẽte iuſtus.
Staturã inſup decẽtẽ p̃ſtat,in colore albũ cũ fuſcedine q̃dã,aut rubedine, Iſaias
capillos criſpos & multos,faciẽ rotundã/atq; uenuſtã/os decẽs,labia exi/
gua,ſupcilia gracilia,colloq; dulcẽ,& grauẽ,inceſſumq; uenuſtũ:In com
plexione ãt tẽpate calidũ. Si ãt corpus male fuerit diſpoſitũ,uarias mouet
infirmitates,in oculis potiſſime:In ore aũt alcolã,& cãcrenã:& puſtulas in
corpore:Mouetq; mẽbra,unũqdq; pro domicilio in q̃ repiť:ſed diuerſimo
de a Luna.In Ariete.n.mouet femora:In Tauro genua:In Geminis tibias,
& cauillas:In Cancro pedes:In Leone,& Virgine/collũ:In Libra/brachia
& hũeros:In Scorpiõe,pectus & cor:In Sagittario/ſtomachũ & uẽtrẽ:In
Capricorno dorſũ:In Aquario coxas,& ueręda:In Piſcibus, itęꝝ femora
cũ ſuccedẽte Ariete.Sed ſi nimis ebullit humor ab eo motus/& corpus ſit
(ut diximus)male diſpoſitũ/bñficio ipſius fauore abutẽs,exęſtuatões fiũt/
anxietates & inqetudines/apoſtemata,potẽtes oppreſſiões,uel ſãguinis flu
xus ex ebullitiõe illa/qua nimiũ aucta,letalia eadẽ fiũt.Et ſic Phœbus me
dicus,& medẽs,atq; uiuifica uirtus eius,ex mala diſpõne recipiẽtis nocu/
mẽta etiã mortifera infert.Nec mirũ qa ex uaria diſpoſitione recipientiũ
lutum indurat,ceram autem liquefacit. Sic & de uero/diuinoq; Sole di/
ctum eſt:Poſitus eſt hic in ruinã,& in reſurrectionẽ multoꝝ in Iſrael.

Quæ molleſcant cũ Venere. Cap. XXVII.

VEnus ex mẽbris capitis,ori præeſſe dicitur:quo oſculũ,amo/
ris pignus, donať. In corpore autẽ dominatur anchæ, ſpinæ
dorſi,ſpermati,pinguedini,carnibus,rhenibus,uuluę,uel ma
trici cũ Saturno, uentri,pectini, & umbilico, & huiuſmodi
Aſtron. omnibus,quæ operi uenereo inſeruiũt:ut Aſtronomi docẽt.Ancha.n.quę
Galen. a Galeno os ſacrum dicitur,ſiue latus amplum,ut carnẽ multã circa illud
amictã ſuſtinere ualeat,quaſi pixidẽ quandã habet:in qua extremitas co/
xæ ſupior (quæ uertebrũ dicitur) ingreditur,& in ea uertitur,& mouet:
unde quadrifariã nuncupať ad quatuor aſpiciens:In eo.n.q̃ ad partẽ ſyl/
Auice. ueſtrẽ tendit (teſte Auicena/& Alberto) uocať os ilii,arabice aũt alharta/
Alber. pha:Ad iterius ãt relatũ os femoris dr̃,ad poſterius os anchæ:& ad ſubie/
ctũ uertebrũ pixis coxæ:In qua regiõe ueluti intra parietes cõtinent ueſi/
ca,matrix ſpmatis receptaculũ,& huiuſmodi,quæ ueneri inſeruiũt:& ſũt
quaſi p̃mptuaria Venereaꝝ reꝝ.Cur autẽ Venus ſpinæ dorſi p̃ferať,duæ
tñmõ rõnes occurrũt:Altera,qa eſt q̃ſi canalis,& colatoriũ Venereę ſub/
ſtãtiæ:Altera uero,qa in illa ſpinula colligant oſſa:uñ eſt q̃ſi uinculũ cor/
poris,& eoꝝ ſuſtẽtaculũ,& q̃ſi platea publica (ut aiũt) arteriaꝝ/neruoꝝ/
Cõcilia. ſp̃ũm/& uirtutũ/cõtinẽs medullã uerę humiditatis/ut ait Cõciliator.Et ẽ
Galen. (Galeno authore) tãq̃ carina neceſſaria uitæ,& motui aialiũ,hic q̃optime
Veneri corrñdẽs,q̃ſi uinculũ cõnectens hoīs ptes,affectus/mores/& ſpũs:
Amor.n.in Archetypo nexus/ & neuma dr̃:in maiori uero mũdo amore/
Anaxa. & amicitia gñant/& colligant oia/ſi recte ſentit Anagoras/Boetius/& alii
Boetius ſapiẽtes q̃plimi:Pariq; mõ in minori mũdo/ut ipſe utriq; ſit cõformis,oia
Græci Venere colligant.In ſemine q̃q; (qđ Græci ſpma dicũt)tãq̃ in maſſa q̃dã
ſunt aialis ptes oẽs colligatę,exitq; ſemẽ eo actu,uocatũ,q paſſim uene/
reus dr̃:uñ oia,quæ ad ip̃m ptinẽt,merito Veneri cõuenire uidentur:Pin/
Ariſto. guedini ẽt p̃ferť/qa aerea eſt:Cuius ſignũ dabat Ariſtoteles/ qa natat ſup
Galen. aquas delata ab aere,quaſi ab utre.Concordat Galenus dicẽs,q̃ pingue/
do,& oleũ ſunt de natura aeris tẽperati,& utrũq; ex natura humida col/
Io.Ser. latur,ex calida aũt ardet:Sed Iohãnes Serapion pinguedinẽ collocat in/
ter elemẽta grauiora:& leuia/calida/& frigida:Habet enim (inquit) ſu/
pra ſe ignẽ,& aerẽ,unde tempatiſſimæ eſt cõplexiõis/ſicut & Venus,quæ
eis p̃fertur. Eadẽ rõne ſubiicitur ei caro calida,& humida cũ debito tem/
Auice. peramẽto:ut ab Auicena/& Galeno diſcere poſſumus: Rhenes etiã,& ſi
Galen. ratione ſuæ calidæ,& ſiccæ cõplexionis ſubiiciebant Marti, tñ qa uiget
in eis humidũ radicale,Veneri quoq; mancipant.Addiť uenter,qui Ioui,
Veneriq; ex ſymbolica eoꝝ natura rñdet:uñ Venus Iouis diciť filia: & in
eadẽ ſede ambo regnare dicunt.Cur aũt uulua,& matrix Veneri ſubiiciã
tur/magis ſilentio p̃tereundũ,q̃ ſermone declarãdũ duxi:cũ nã illa mẽbra

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

eo pudore affecerit, ut cū uiroꝝ cadauera a fluctibus uehant̃ supina, mulieꝝ prona ducunt̃, ut occultēt occultāda, sicut Plinius & Solinus referūt. Pectini ēt, & umbilico tāq̄ ppriis instrīs pferē: Virtus.n. uenerea (authore Iob, & Gregorio eius interpte) fœminis est in umbilico, sed uiris in lūbis: Si autē humores in eisdē ptibus existentes distēperant̃, tunc ægritudines uariæ Veneris motū cōsequētes inducunt̃: & facilius, si supfluūt humores ipsi: Nā ex supfluo cibo, & potu, & nimio luxu istiusmodi generant̃ infirmitates, quæ inualescētes mortē inducūt: febres vꝫ & morbi flegmatici, & proueniētes ex humoribus supabūdantibus in mēbris pdictis, in qbus est uirtus concupiscibilis, & qbus (Ptolemæo authore) Venus pſidet: Quæ si dña fuerit in horoscopo, hęc sui dominii sigilla imprimit, colorem albū cū fuscedine quadā, aut rubedine, capillos pulchros, multos, & spissos, faciem rotūdā, uenustā, & uagā, oculos nigros, supcilia gracilia, dulcia colloquia, decentē incessum, motus faciles, & lepidos. Sed si mala, & inferior Venus prævaluerit, delitiis deditos efficit, mulieꝝ amatores, labiles ad omnia uitia mollia: Si aūt bona, cui animus legum freno coercitus respōdet, recto, & sancto amore omnia peragit.

Plinius
Solinus
Iob
Grego.
Ptole.

Quæ acuantur/& penetrent cū Mercurio. Cap. XXVIII.

MErcurius in capite sibi uendicat linguā, cuius sermo penetrat usq; ad iteriora mētis: hinc eloquētiæ fautor, & Hermes. s. natura interps: Quę lingua occultissima omniū mēbroꝝ effacissime opat̃ ēt in magnā distantiā, sicut Mercurius adeo occultus, ut cū difficultate, & raro uideatur, tñ acutissime penetrādo magna cū efficacia pagit: sicut & ei pſidēs itelligētia Michael Angeloꝝ Princeps, ut nōnulli asserūt. Quia ēt Mercurius sua subtilitate efficaci, & astu (Ptolemæo teste) reddit hoiem ad opa dispositū, & pmptū, ideo manibus tāq̄ omniū opeꝝ instro necessario pferē: Addūt neruos, quoꝝ aliqui, passiui vꝫ sunt frigidæ & ficcæ naturæ/motiui uero calidiores tū ex motu, tū ex simpliciori spū in eis existētes: Sic Mercurius (authore Ptolemęo, & suo interprete Hali) bifariā hēt uirtutē: aliqñ desiccat, id maxime cū soli applicat̃, a quo abūdātiorē uirtutē suscipit: aliquādo humectat, & hoc qñ cū Luna annectitur uirtute, sicut contigui eoꝝ sunt orbes. Ex suapte autem natura constringit Mercurius, unde reddit suos mercuriales graciles, & neruosos: Neruis etenim pest, qui sunt generale opeꝝ instrumētū, sicut manus particulare. Et si ulterius procedere iuuat, etiā ex ortu ipsoꝝ neruoꝝ cōvenientiam eorūdē cū Mercurio cōiectare possumus, ēt uarias authoꝝ sequēdo opiniones. Aristoteles.n. ipsos a corde originem trahere autumat: Galenus a cerebro: Auicena uero, Auerois, Albertus, & Cōciliator Aristoteli fauere uident̃: Sed qui recte sapiūt, eos cōcordantes dicūt neruos ipsos hre ortū imediatū a corde, a quo & cerebrū: formari aūt, & diuidi ab ipso cerebro.

Idem
Idem
Hali
Aristo.
Galen.
Auice.
Auero.
Alber.
Cōcili.

Alber. A corde iteꝝ (ut inqt Albertus) hūt duritiē/mollitiē uero a cerebro/a quo diuidunt̃. Sic & Mercurius, cuius uirtus in neruis uiget, a Sole, q est cor mundani corporis, hēt uim: & tāq̄ eius filius semp sequit̃ patrē eidē obsequēs/ adeo ut ab eo uel nullis/ uel paucis gradibus distet: Et est lunæ, quæ cōuenientiā hēt cū cerebro, cōtiguus: uñ uim suscipit ab utroq;. In cerebro quoq; uim hēt cū uentriculis eius/uenis/& arteriis. Vltimo pferē cruribus/ & pedibus manuū coadiutoribus, tā ēt fidelibus, ut alteris deficiētibus altera suppleāt: Visi nāq; fuere nōnulli, qbus manus deficiebāt/pedib' suere, scribere, & multa huiusmodi officia manuū pagere. Si aūt ꝓualet eius uirtus in hoie/ reddit ipm statura mediocrē/ & gracilē/colore subalbū/capillos/barbā/& oculos nigros & pulchros/ frontē eleuatā/ faciē longā, nares ęquales/iuncta supcilia dētes minutos/digitos subtiles/& lōgos/figura satis formosū/id maxime Solis ortu suffultus: sed occidēte sole efficit colore subnigrū croceo pmixtū, corpus extenuatū/cōplexiōe siccū. Male aūt disposito subiecto inducit amētiā, memoriæ defectū, morbos inquietātes, uarios absq; cā timores, ignauiā in mēbris, & neruis, balbutiēq;: itē frenesim, apoplexiā, epilepsiā, colicū & morbos cōsequētes materias furētes, sanguinis sputū, cuius causa nō uidet̃: & occultas ægritudines. Si aūt infirmitates ꝓueniant a cā extrinseca, ea est, lectio, scriptura, rōcinatio, mensura, nimia excogitatio circa poesim, & huiusmodi. Et qa efficax est nimis in operando, & uelox, breui spatio suū mercurialē cōducit ad uitę terminū: ut in ipso locū hēat illud sacri eloquii: Cōsūmatus in breui expleuit tpa multa.

Sapiē.

Quæ agitentur a Luna. Cap. XXIX.

ET si luna totū corpus/& singula mēbra pro uaricitate signoꝝ/ & aspectuū cū Sole/aliisq; planetis disponit/maximā tñ uim hre dicit̃ in agitādis qbusdā mēbris peculiari cōueniētia ipsi rndētibus: Præst.n. sinistro oculo, sicut Sol dextro: ut duo in utroq; mundo luminaria mutuo cōcināt. Crebro q̄q; pdñat̃/& humoribus omnibus, q in utroq; mūdo, & ēt in arboribus animātibus ascēdūt, & descēdūt lunā ipsam ꝓsequētes: Quod in mulieꝝ ꝓfluxibus satis cuidēter cō probat̃: q ideo mēstruales dicunt̃, qa lunæ ꝓsequūtur curriculū: qđ mēse ferè pficit̃. In aliis quoq; humoribus itidē est bene intuētibus manifestū, cū ꝓcliuiores sint, cū Luna est in aqueo signo, quā cū in igneo, uel terreo. Et ideo obseruari hęc in Pharmacis dādis iubēt̃ i huiusmodi negotio piti. Pulmoni quoq; pferri adiudicat̃, q tāq̄ flabellū cor, & ea quę inflāmant̃ ab ipso corde, refrigerat, atq; cōtēpat/sicut Luna ea q̄ ardētissimo Solis uigore exęstuant: Et sicut cor (teste Galeno, & Auerroi) pulmonē nutrit pbens eidem calorē digestū, & suauē: ita Sol sua excalefactoria uirtute est Lunæ ipsius alūnus. Medullæ insup spinæ dorsi prędet, & expurgamentis, quæ per colatoria nasi, oris, & huiusmodi defluūt: supfluis quoq; ungulis, pilis,

Galen'
Auer.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

& ſimilibus:ſed ſimul cũ Venere p̃eſt pinguedini. In exterioribus aũt hæc ſigna ſuæ diſpoſitionis imprimit/colorẽ cęruleũ,& ſubalbũ/oculos caprinos,& glaucos/motũ uelocẽ,& uariũ/ſtaturã mediocrẽ/& gracilem/ut in pluribus:In moribus aũt facile mutabilẽ,niſi aliqua bona irradiatiõe fuerit ſuffultus:& in exequẽdo quæ cogitauerit ,pmptũ/uelocẽ/& uulgo ſatis beniuolũ:Varias inſup diſpones pro uarietate ſigni,in quo recipiẽ,& aſpectuũ cõcurrentiũ,& luminis,quo nũc ſemiplena habẽ.Male autẽ diſpoſito ſubiecto infirmitates inducit ex illis ſupfluitatibus ,ueniẽtes.Omnia inſup mẽbra ferro,uel alio quouis modo agitata/pro ſigni cõuenientia cũ mẽbris illis/lędit:Sed potiſſime cerebrũ/cui efficacius p̃dominaẽ:unde in eo lęſi (etiã in ſcriptura ſacra) lunatici dicunẽ/& patiẽtes morbos dęmoniacos:Nam in huiuſmodi lunaribus,& fœminis larga uidẽ dæmonibus eos agitãdi cõceſſa facultas.Quod ſi ueꝝ ſit/& uñ eueniat/ & quõ cuilibet mẽbro aliquis planeta/& ſignum/aut ſupior uirtus (ut tetigimus) dominetur,altior hic exquireręẽ indago forſitan litteris nõ cõmittenda/dicente Apl̃o: Sapientiã loqmur inter pfectos:qui yꝫ poſſint eſſe capaces diuinæ, & ſummæ ,puidentiæ:Quæ & ſi omnia regit,atq; diſponit,curam tñ exequẽdi uariis miniſtris diſtribuit beneficis,& maleficis:prout magna hæc mundi exquirit Reſpublica.De bñficis aũt miniſtris canit Propheta:Immittit Angelus Dñi in circuitu timentiũ eum,ut eripiat eos:De maleficis uero/Immiſſiones p Angelos malos.Concordat Iohãnes,q in Apocalypſi Angelos fauẽtes meminit,& nocẽtes.Ex aliis quoq; ſcripturæ ſacræ plærisq; locis de utrisq; poſſumus edoceri.Et quod facit ſummus Prouiſor per Angelos/tãq; per miniſtros/idem facit (ut alias diximus) p cœlos,tãq; per inſtrumẽta:ut omnia cooperenẽ in miniſteriũ Dei:Quod antiquitas/uel in parte olfaciẽs uaria finxit numina mẽbris humanis pręfecta: Aurẽ aliqui memoriæ,ſed Phœbo dedicatam Virgilius meminit dicẽs:Cynthius aurẽ Vellit,& admouit.Dexterã ãt fortitudinis ſedẽ/& p quã fit iuramẽtũ Numa Põpilius fidei cõſecrauit,ut Liuius narrat. Digitos ſub Mineruæ tutela collocarũt:Genua miſericordię dedicauere:hinc ea flectũt ueniã,& miſericordiã flagitãtes. Vmbilicũ uero,quẽ Veneri tãq; luxurię ſedẽ ſubieci/mus/Ioui cõſecratũ phibẽt:unde umbilici effigies celebrabaẽ in tẽplo Iouis Ammonii;eo q; oia mẽbra ad ip̃m umbilicũ,tãq; ad centrũ referri exiſtimabãt:ſicut mẽbra oia mũdana ad cẽtrũ ſphæræ illius deducũẽ/cuius circũferẽtia eſt nuſq;/ſed cẽtrũ ip̃m ubiq;:ut Hermes docuit. Et multa huiuſmodi p̃ſequũtur Antiq adiudicãtes omnia/etiã minima mẽbra,a ſupis regi:Quod ſi recte intelligaẽ,& ueri cognoſcanẽ p̃ſidentes,nõ erit a debita pietate alienũ,cũ & ſacra eloquia teſtentur mẽbra nr̃a a ſupnis uirtutibus gubernari.Et ut ab infimis incipiamus, de pedib⁹ ait Propheta:Et ſtatuit ſupra petram pedes meos/& direxit greſſus meos.De manibus quoq; ait:

Paulus

Dauid

Iohan.

Virgil. Nu.Põ. Ti.Liu.

Hermes

Dauid

Bñdictus

Pſal. Bñdictus Dominus Deus meus,qui docet manus meas ad pręliũ,& digitos meos ad bellum.Et de ore inquit:Immiſit in os meum cãticũ nouum, carmen Deo noſtro:Cum quo illud Saluatoris,Ego dabo uobis os,& ſapientiã:Sed & capillos capitis adeo curat,ut dicat: Capillus de capite ueſtro nõ peribit.Sic igitur omnia membra utriuſq; mundi regi a ſuperioribus cõprobãtur: De quo ſaltẽ pro parte(Deo fauẽte)ſuo loco diſſeremus.

Dauid. CHRISTVS.

Quod ex proportione motuũ planetaꝝ adinuicem , & cũ octauo cœlo, innuatur proportio uiriũ noſtrarum. Cap. XXX.

PErficit Saturnus motũ ſuũ in triginta annis:Iupiter in duodecim:ex quo reſultat proportio uelocitatis motuum duplex ſeſqualtera: Iouis autem ad Martẽ,qui duobus annis perficit curſum ſuũ,ſeſcupla:Sed Martis ad Solẽ, Venerẽ, & Mercurium dupla:cum iſti ferè anno uno compleant Sphęræ uolumẽ aliquã tulum,propter epiciclos mutatis uicibus:unde nunc uelocior,nũc tardior uideatur uniuſcuiuſq; illoꝝ motus,tamen pariter perficiũt iter,quod cœperant,muſicã hanc cœlorum ſuauiſſimã efficientes debitis modulaminibus,nunc alter alterũ præcedens,nunc ſubſequens.Saturni itaq; ad ſtelliferum cœlum millecupla,& ducentupla proportione eſt motus uelocior, ſi uerũ eſt,q; octaua Sphæra moueatur cõtra primũ mobile,& quibuſlibet centum annis gradu uno,ut Ptolemæo placet:Nam utrũq; apud nõ nullos dubiũ eſt,uel falſum:Sed illud præſupponimus, quod cõmuniter tenetur. Martis etiã motus,qui millecupla proportione uelocior eſt motu octauæ Sphæræ:& ſic de reliqs planetaꝝ motibus ad reuolutionẽ ſtellati cœli,& ipſoꝝ adinuicẽ facilis eſt ſupputatio ſciẽtibus ipſarũ reuolutionũ terminũ.Hinc igitur in paruo mundo proportio uirium,& operationum cõiectari poteſt:Nam motus cogitatiuę ad practicã talis eſſe debet, qualis Saturni,qui illi dominatur,ad Iouem huic fauentẽ:Et horũ ad impetũ a Martę agitatũ:Vita aũt,& concupiſcibilis uirtus,atq; ingenium,quorũ primũ regit Sol,ſecundũ Venus,tertium Mercurius ſimul eandẽ cantilenam efficiunt,cum unũ nequeat ſtare ſine conſocio:Vitã.n.potiſſime rationalem conſequitur concupiſcibilis,& amor,ſpirituſq; peragendi.Hinc Academici docent per hæc tria ſimul homini dari reditũ in Deum: Sed hęc cũ ſuperioribus ſuis numeris proportionãtur. Et q̃optime ſemper cõcupiſcibilis uirtus,& ſolertia cõcomitatur animũ,& uitã: ut & delectatio faſtidia,quæ laborem, & opus conſequuntur, nonnũq; ammoueat: & ſolertia,aſtuq; omnia debite peragantur.Poſt hos omnes eſt Luna omnia explicans,& hæc conuenit cum intellectu practico,qui omne opus dirigit,uelut gubernator in naui,dum mare tranſmeat:Ipſius autẽ,& planetarũ ad ſignifeꝝ cœlum ſe habet proportio , pro uelocitate motus eorũ: Quã proportionem ſequitur illa, quæ eſt intellectus practici ad omnes

Acade.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

uires tã intellectuales, q̃ animales:& ea quæ est ipsaꝝ ad inuicem, & omnium ipsorum ad corpus, quod nõ mouetur, nisi quatenus a superioribus uiribus ducitur, sicut cœlum octauum: cui ex sua triplicitate quaternaria cõparatur corpus quatrielementale, ultra motum diurnum, quo ducitur a primo mobili, nõ habet motum proprium, nec trepidationis, nec aliũ quẽ piam, ut aliqui asserunt:& illum, quẽ uidetur habere, autumant esse ex uariatione Solis: cuius motus est quodãmodo regula, & amussis alioꝝ. Hic enim Zodiacũ in quolibet anno transgreditur, & ultra: ne dum p sex horas, quæ in quibuslibet quatuor annis computatæ reddunt diẽ integrum, qui additur omni quarto anno bisextili denominato, sed etiã minuta quædam, centesimã uidelicet partẽ diei, uel circa: Quæ ex centũ annis collecta diem constituit: Sed cum hic nõ addatur sicut in bisextili, ideo quibuslibet centũ annis uidetur Sol præuenire introitum in Capricornũ die uno, q̃uis Ptolemæus dicat, q̃ hoc faciat quibuslibet trecentis annis: Nos autẽ comprobatum habemus ab anno natiuitatis Christi, quo Sol uigesimo quinto decẽbris die intrabat in Capricornum hucusq̃, quo intrat die undecimo, uel circa, Solẽ in. 1520. annis præuenisse suum introitum quatuordecim diebus, uel circa: unde clara luce cõprobatur, q̃ qbuslibet centum ãnis præueniat p diẽ, in quo solet moueri gradu uno: Sed hoc existimatur (ut nõnulli asserunt) ex motu octauæ sphæræ in cõtrarium orbẽ, quod est ex ista Solis uariatione. Hac autẽ omissa simul cum proportionibus, quibus uirtutes, & opera nostra proportionantur adinuicẽ, & cum sphæraꝝ motibus, unde harmonia resultat suauissima, quod potius ad tertium uolumen pertinet, ad particularẽ effectus ipsaꝝ sphæraꝝ circa diuinas, humanasq̃ uirtutes descendamus. Septem igitur uirtutes præcipuę passim connumerantur, quę per septem planetas, tanq̃ per instrumenta a summo bonoꝝ fonte in homines diffunduntur: Per Saturnum spes, & cõtemplatiua uita: per Iouẽ iustitia, & æquitas: p Martẽ fortitudo: per Solẽ omnium regẽ charitas omnium uirtutum regina: per Venerem pietas, & temperantia: per Mercurium prudentia in agendis: per Lunã, quæ nunc occultat, nunc apparet, fides: quæ in aptis, occultisq̃ uersans ducatũ prębet pgentibus p huius noctis caliginosas tenebras, quousq̃ illucescat Sol ille supremus matutina, uespertina, & meridiana luce, quæ etiã pegrinãtes in hac ualle tenebraꝝ illuminat, quãtũ pegrinatiõis status exqrit: & quãtũ mortales disponũtur ad ipsam suscipiendã per fidẽ, & expurgatoria opa.

Ptole.

De concordia admirabili rerum inordinatarum, & secum utriusq̃ mundi. Cap. XXXI.

ET anteq̃ ad concordiam hominis cum supercœlesti mũdo cõscendamus, percurremus etiã cõuenientiam, quam habent utriusq̃ mundi huius corporei, & inferioris expurgamenta,

infernęq̃ partes. Est enim in mũdo hoc sensibile terrenum habitaculum, est domus cœlestis, est deniq̃ excęlsa, & supercœlestis, ubi summus residet Moderator: Sed ultra hæc omnia sunt expurgatoria loca, quo feces tam huius domestici, q̃ cœlestis mundi confluunt, tanq̃ quid superfluum, & expurgamentum cibi supremæ uitæ, quę pascitur mentibus angelicis,

CHRISTVS. & humanis animis: ut ipse testatur in euãgelio, cui titulus est scd'm Iohãnem dicens: Meus cibus est, ut faciam uoluntatẽ Patris mei, qui in cœlis est. Quę autem sit hæc uoluntas, alibi declarans ait: Descendi de cœlo, nõ

IDEM. ut faciam uoluntatem meã, sed eius, qui misit me: Hęc est enim uoluntas eius, qui misit me, ut omne, quod dedit mihi, non perdã ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Anima igitur, & mẽs Angelica est cibus Dei, & Christi, qui comedit, & suscipit eas omnes: ut sua calefactoria, & diuina uirtute expurgando, & coquẽdo in uisceribus misericordiæ suæ, quibus uisitauit nos oriens ex alto, faciat illas dignas Deo. Digerens itaq̃ hunc cibum, quẽ assumpsit, illam partem melioris substantiæ in seipsum tanq̃ nutrimentũ non necessitatis, sed complacentiæ trãsmutat. In eandẽ

Paulus. Iohã. (inquit Paulus) imaginem transformamur, ut & nos filii Dei (ut inqt Iohãnes) nominemur, & simus. Nec tantũ humanas animas in cibum

Dionỹ. Linconi. suscipit, sed etiã mentes Angelicas, ut ipsas expurget, & tanq̃ omniũ mediator easdẽ Deo uniat, ut ex Dionysio, & Linconiense discere possumus: Ille.n.dicit: Angeli purgantur a superbia, & ignorantia: Et hic interpretãdo ait: Illis primis substantiis diuina scientia, quæ est uerbũ, & filius Dei, est ueluti purgans non a sorde, quæ infuit, quæ apud nos solet dici uera purgatio: sed, ne insit obstans, quod genus purgationis est scd'm ueritatem optimũ, & sufficientissimum. Vltimæ igitur digestionis superflua ad fœtida, & feculenta loca inferni demissa sunt, & demittuntur: Quo sine aliquo ordine corruentes, in illo confusissimo globo, & tenebrarum horrẽdissimo chaos inuoluti debitas luunt pœnas suæ proteruiæ, qua noluerũt

CHRISTVS. cibare illum, qui conquerendo minatur dicens: Esuriui, & nõ dedistis mihi manducare: Ideo maledicti a me, & exposi ite in ignem æternum, cui dati estis in cibum perpetuum, postq̃ mihi, & mẽbris meis cibus esse noluistis, sicut ego meipsum in cibum uobis præbui: ut in me uiueretis. Isti

Isaia. igitur tãq̃ mortui, & cadauera fœtentia proiiciuntur, iuxta Isaiæ uaticiniũ: Facta sunt (inquit) morticina eorũ, quasi stercus in medio plateaꝝ inferni: Quod idem factum est antea de mentibus angelicis: quæ nedum noluerunt epulum esse summæ Veritatis, & mediatoris: sed præsumpse-

Apoca. runt ipsum deuorare, dicente Iohãne in celeberrima illa uisione: Et stetit draco ante mulierem, quę erat paritura, ut cum peperisset, filium eius deuoraret: Vnde ortum est prœliũ magnũ in cœlo, Michael & Angeli eius præliabãtur cum dracone: & draco pugnabat, & Angeli eius: & nõ præ-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ualuerunt,neq; locus inuentus est amplius eorum in cœlo:Et proiectus est draco ille magnus,serpẽs antiquus,qui est diabolus, & Sathanas. Proiectus est igitur cum satellitibus suis,tanq̃ expurgamenta,& feces in cloacã infernitad quã dimittuntur in dies mortales multi,& ipsi feces in rem suã malã effecti:Quod an cõueniat cum mundo isto humano,satis in propatulo est attendenti eius dispositionẽ:In ipso enim est arx suprema cerebri, ubi portio superior rationis,imo portio diuina residet omnia inferiora gubernans.Est etiam cœlestis mansiuncula pars anterior capitis,ubi uirtutes obsequentes,imaginatiua uidelicet cogitatiua, & huiusmodi inhabitant, tanq̃ cœli, & regis superioris ancillæ exequentes, quæ Dominus iusserit. Sunt etiã inferiores pediſequæ/uirtutes uidelicet sensitiuæ habitantes domum inferiorẽ & sensibilem,quæ merito superioribus ministris,sed principi potissime famulari deberent,ut summus Imperator præcepit dicens: Subter te erit appetitus tuus.Est infimus quoq; busti locus,sub quo pedes ueluti columnæ tantũmodo subiiciuntur:ubi est expurgatoria domus, & hostium inferius huius humanę arcę:ex quo superflua feculẽta, sordidaq; emittuntur perpetuo negligenda.Sic & animi illi,immo animæ, mulierculæ uiles effectæ / quæ relicto auro primo,croco, & delitiis cœlestibus, quibus nutriri debebant,amplexatę sunt(inquit Ieremias) stercora,idest oblectamenta rerum inferiorum,& ipsę iumenta,& stercora sunt effectę: de quibus alius Propheta ait:Computruerũt iumenta in stercore suo. De quoꝝ etiam confusione,& inordinatione cõsonanti,hęc pauca tetigimus, ne pars aliqua huius mũdanæ,& humanæ domus relinquat intacta. Iere. Ioel.

Quod Homo cõcinat cũ Angelis eos continens. Cap. XXXII.

HOmo est (inquit Sapiens) cui data est uirtus cõtinendi oia: Ideo ultra iferiora,& media,alterabilia uidelicet & cœlestia, apprehẽdit etiã Angelos,& ipsum Deum:ut sit quodãmodo uinculũ omniũ,omnibusq; proximus,ac uerus mundus oia cõtinens,cum omnibusq; conuersans:cum superis quidem per fidẽ,& sapientiã,cum mediis per rationẽ,& discursum:cum infimis per sensum,& dominiũ:Sitq; cũ omnibus symbolũ habens,cũ materia in proprio subiecto,cum elementis in corpore quadrifario,cũ plantis in uegeratiua uirtute,cũ cœlis in influxu partium superioꝝ ad inferiores, & i motu circulari ad idem tendens a quo uenit:cũ Angelis in mente, & sapientia:cum Deo in omniũ cõtinentia,quã habet homo cõpositione,Deus autem simplicitate quadã.Hinc ait Mercurius:Homo uel cęlicolis est præstantior, uel saltẽ pari sorte potitur:Et.n.quicũq; cœlitum ad terrã descendit, cœli limitem deserit: homo autem ascẽdit in cœlum,illudq; metitur:Nec eum fugiunt,quæ ima sunt,& quæ sublimia,ac reliqua omnia:& quod maius est, terrã haud dimittẽs in cœlũ attollitur:tã ampla est humana potestas. Mercu.

Quãobrem audendũ est dicere hominẽ quidem terrenũ Deum esse mortalem,Deũ uero cœlestẽ immortalem hominẽ: Vnde hoꝝ uirtute gubernantur singula:uni tamẽ cuncta subiiciuntur.Esse itaq; Angelos nedum sacra eloquia docent,sed & Philosophi naturales id asserunt,& probant,
Philo. Plato maxime cũ omnibus suis Academicis, Chrysippus, & Aristoteles:
Plato. Hic siquidẽ ait,Absurdũ fore,eã partem,quæ est ad gignenda animalia
Aca. aptissima,ueluti sydera,& æthereas regiones, priuatã esse sua fœtura: Vñ
Chry. necessarias adiudicabat ibi genituras,& has esse intelligentias. Chrysip-
Arist. pus uero in unoquoq; perfectionẽ reperiri asserebat: Nã catulus imper-
Chry. fectus est,canis autẽ perfectus in suo genere:Sic equuleus sit equus perfectus,& puer uir.Eadem serie & in partibus cõtingit,cũ manus fit perfectior pede,& oculus manu:Vnde cũ mundi inferioris partes impfectæ sint,quia terra tantũmodo gignit:bestię sensu,& motu uigent:hõ ratione regitur,& appetitu ad ima trahitur.Est igitur ratio sensibus nõ ꝓpedita, & hanc in Angelis esse oportet.Hinc asserebat Plato inter Deos,atq; homines natura & loco medias quasdã diuoꝝ potestates interfitas,easq; diuinationes cunctas,miracula,particulareſq; hoies gubernare: Etsi a gentilibus genii, a nostris autẽ Angeli nominãtur. Sed quomodo se habeant nobiscum influendo,& cõuersando,unde suauissimus resultet in opando concentus,quia hæc intuitũ oculoꝝ,cæteroſq; sensus effugiunt, nõ facile
Zeno. est de eis disserere,ideo nõ Zenonẽ, Cleanthẽ, Chrysippũ,uel Aristotelẽ,
Cleã. Sed prophetas,& pontifices nostros,Dionysium,cæteroſq; patres diuino
Chry. lumine collustratos in hoc negotio consulere debemus:sed præcipuę illũ
Arist. pontificem maximũ,qui ait:Omnia,quæcunq; audiui a Patre meo,nota
Dio. feci uobis:Is enim ait:Angeli eorum,paruuloꝝ uidelicet, semp uident faciem Patris mei:a quo hauriunt:quod in nos influant, ut tanq̃ fermentũ cum nostra massa adiuncti,uirtute tamẽ summi opificis nõ quidem corrumpant,sed in diuinã sortem nos cõmutent:Vnde iuxta ꝓpheticũ illud:
CHRI Cũ sancto sanctus eris, nobis quoq; dici possit, cũ Angelo Angelus eris.
STVS Dum igitur homo eoꝝ influxum, & uigorẽ suscipit, dicitur Seraphicus, Cherubicus,Angelicus,& huiusmodi pro natura suscepti ifluxus.Habet itaq; homo conuenientiã cũ omnibus illis,& ab omnibus suscipit (iuxta
Dion. Dionysii monumenta) purgationes,illuminationes,& profectus.Sed ad particularia descẽdendo,suscipit homo ab Angelis,ut bonus sit Dei nuntius,& interpres diuinæ mentis:Ab Archãgelis, ut dominetur omnibus, quibus prędidere datũ est:A principatibus,ut etiã subditoꝝ omniũ uires complectens omnes ad se ui quadã occultissima,& supercœlesti attrahat: A uirtutibus uim suscipit,qua in hostes ueritatis, & brauii, pro quo pugnamus,roboretur:A potestatibus præsidium in mundanæ huius domus inimicos:A Dñationibus auxilium,quo subiicere possimus inimicũ, do-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

mestieũ, quẽ semper nobiscũ portamus: Et ut debitum finẽ cõsequamur, A thronis suscipimus, unde compaginemur: & unde in nobis ipsis collecti memoriã in illa æterna spectacula figamus: A Cherubinis mentis lumen, aut supexcælsas imagines, & figuras: quibus ipsa contemplari possimus: A Seraphinis uero, ut perfecto amore tãdẽ ipsis inhæreamus. Et nisi symbolum, & cõicationẽ cũ Angelis haberet hõ, nõ posset in Angelũ trãsmutari, sicut iam effectum fuisse supra declarauimus.

Modulat hõ cũ Deo ipsius tẽplũ, & imago existẽs. Cap. XXXIII.

SAtis, supercp homini datũ fuit, ut ipse alter mundus effectus mundi ipsius partes omnes in se cõplecteretur, id tamẽ munificentissimo Datori pax uidebatur, nisi & seipsum homini, tãq dilecto filio præberet: Quod asserere minime auderẽ, nisi sapientes, & ipsemet omniũ bonox largitor idem testaretur. Adiudicauit Xistus Pythagoricus hominis animã esse templũ Dei, & inde immortalẽ instar hospitis, ut locus sit proportionatus locato: Sed exerta uoce hoc Paulus intonat dicens: Templũ Dei, quod estis uos: Quod pluribus locis scripturæ sacræ comprobari posset: Sed præmittamus, qualiter homo sit Dei simulachrũ ad imaginẽ Dei, & cũ similitudine ipsius factus, ut ipsemet opifex, anteq eũ ꝓduceret, reserauit: Est.n. simulachrũ, & imago Dei cõtinens omnia, quæ in Deo sunt: Et in hoc differt imago a uestigio, quia hoc partem, illa autem totum (ut docent nostri theologi) repræsentat. Hinc qui de hac imagine ptractarunt, inuestigare conati sunt omnia, quę in Deo repræsentare possit homo: Triuiales.n. omnes tres hominis potentias cũ tribus personis coaptare studentes dixerunt, ꝙ in memoria Pater, qui memoria fœcunda dicitur: in intellectu Filius, Dei uerbũ, & sapiẽtia, & in uolũtate Spiritus sanctus amor quippe diuinus resignetur. Sed acutiores Theologi ulterius progredientes docent, ꝙ etiã in opationibus (qs actus secundos dicunt) repręsentãtur diuinæ illæ proprietates, aut actiones: siue (ut dicunt) notionalia, & sentialia, uel quocũcp alio nomine diuina nuncupari possunt: Nescimus.n. nec scientibus loqui licet arcana illa Dei semoti ab omnibus creaturax modis: & qui est (inquit Dionysius) omnia eminenter: adeo ut hæc, quibus utimur, uocabula ea, quæ in ipso sunt, exprimere nequeant, nisi per similitudinem, & analogiam quandam: secundũ quã ulterius progrediẽtes dicemus, ꝙ etiã in passionibus nostris aliqua in Deo repræsentamus, quæ qs in Deo passiones nõ sint, analogice tamẽ passionũ nomine ipsas nũcupamus: ut est ira, furor, atcp cõcupiscentia. Et hinc de primis ait Propheta: Dñe ne in furore tuo arguas me, neq in ira tua corripias me: Et iterũ: Cum exarserit in breui ira eius: Et qs nouit potestatẽ iræ tuę? Infinita pené sunt loca scripturæ sacrę attestantia iram, furorẽ, & excandescentiã Dei. De cõplacentia quocp, quæ est ex cõ-

Xistus. Pytha. Paulus.

Diony.

Dauid.

cupiscẽti uirtute, intonuit Paterna uox dicẽs: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui: & de cõplacẽtia, quã habet nobiscum, in Prouerbiox uolumine ait: Delectabar per singulos dies ludens corã eo omni tempore, ludẽs in orbe terrax, & delitiæ meę cũ filiis hominum. Iohãnes quocp ait: Sic Deus dilexit mundũ, ut filiũ suum unigenitum daret. Plena sunt sacra eloquia tam de amore Dei in bonos, q̃ de indignatione eius in proteruos, & rebelles. Sed hec omittẽtes ad particularia mẽbra Dei simul cũ Dionysio sacri eloquii testimoniis suffulti descendamus, secundũ quæ Dei portamus expressiorem imaginẽ: Ipse.n. ex pluribus scripturæ locis mẽbra humana Deo attributa cõprobat, caput, oculos, nares, os, linguã, manus, pedes, digitos, & cætera huiusmodi: Pedibus nãcp eius terram pro scabello dedicatã, & & cœlũ pro confessu Isaiæ uaticinio edocemur: Manibus quocp omnia plasmasse, & digitis eadẽ appendere, quox illa opera sunt, canente Dauide: Quoniã uidebo cœlos tuos opera digitox tuox, lunã, & stellas, quæ tu fundasti, aut parasti, ut habet ueritas hebraica. Oculi autem eius super iustos esse perhibentur, & aures eius ad preces eox, uultus autẽ, aut facies eius, irata uidelicet, sup faciẽtes mala, ut pdat de terra memoriã eox. Et multa huiusmodi repiunt in Deo, sed clarius in Christo, in quo ipse Deus est habitu inuentus, ut homo: unde facilius cũ eo cõformari possumus, dicente ipso Apostolo: Dedit nos conformes fieri imagini filii sui: Ad quod peragendũ Corinthios excitat dicẽs: Sicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginẽ cœlestis, illius uidelicet, qui est uera imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ: in quẽ transformari nobis datũ est, dicente eodẽ Apostolo: In eandẽ imaginẽ transformamur, in eandẽ uidelicet, quæ est filii Dei: Cui Iohãnes adstipulat dicens: Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri: Et hoc fit, quando ei cõformes efficimur, primo in uirtutibus intellectiuis, postea si uires omnes exteriores, & mẽbra rite cõcordemus cũ Deo, & redẽptore nostro, ut sibi inuicẽ conuenna suauitate respondeant. De supernis nãcp potentiis, intellectu, uolũtate, & memoria inquit Augustinus in suo de Trinitate: In eo, quod ad contẽplationem pertinet ęternox, nõ solum trinitas, sed imago Dei est: Et alibi de intelligentia in seipsam reflexa prosequitur dicens: Ecce mens meminit sui, intelligit se, diligit se: Hoc si cernimus, cernimus quippe trinitatẽ, non qdẽ Deũ, sed ipsam imaginẽ Dei: Si uero declinat mens ad inferiora, nullibi reperio, ꝙ inde resultet imago, immo fœdatur ratio imaginis, & tãto magis, quanto homo turpioribus occupatur. Rationalẽ igitur creaturam ad imaginẽ Dei factam cõtemplantes, diligentes, eamcp rememorãtes rationem imaginis excitamus in nobis: Deũ autẽ ipsum excogitãtes, & amore prosequentes in eandẽ imaginẽ, quæ est ipse filius Dei, transformamur: Nã amor (authore Dionysio) est uirtus trãsformans amantẽ in amatũ:

Prouer.

Iohã.

Diony.

Isaias.

Dauide

Paulus.

Iohã.

Aug. Idem.

Diony.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Quẽ amorem, & concupiſcibilẽ uirtutẽ ſi moderemur, iracq; & excandeſcẽtiã ratione frenatã exerceamus in hoſtes Principis, adhuc imaginẽ portamus illius, de quo excandeſcẽte in prophanatores templi dicit Propheta (ut Iohãnes interpretatur) Zelus domus tuæ comedit me: De quo iterũ amore ſuccẽſo in Apocalypſi dicitur: Dilexit nos, & lauit nos in ſanguine ſuo. Nec tantũ Filio conformamur, ſed etiã Patris, & totius trinitatis gerentes imaginẽ ipſi cõformari poſſumus: Dixerat nanq; Deus (ut Moſes narrat) Faciamus hominẽ ad imaginẽ, & ſimilitudinem noſtram: Cuius doctrinã redolens Triſmegiſtus trinitatẽ, cuius imaginẽ gerimus, non ſub perſonarũ nominibus, ſed aliis uocabulis exprimit dicens: At Pater omniũ intellectus, uita, & fulgor exiſtens hominẽ ipſi ſimilem procreauit: cui taq; filio congratulatus eſt: Pulcher.n. erat: atq; patris ſui ferebat imaginem: Qui Pater eſt intellectus, habens (ut dicunt Theologi) eſſentiã, p obiecto: Filius eſt uita ipſomet docẽte, dum ait: Ego ſum uita: Spiritus ſanctus eſt fulgor, immo & ipſe ignis, fulgens, & inflãmans: Quibus omnibus cõformamur, recta intelligentia, recta uita, rectoq; amore: Conformamurq; ipſi in particularibus quibuſdam, quæ per analogiam ſcriptura membrorum nominibus nuncupare ſolet, de quibus particulariter uideamus.

Pſalmographus. Iohãnes. Moſes. Triſmeg. Theol.

Deconſonantia membrorũ Dei, & Hominis. Cap. XXXIIII.

QVę autem ſint mẽbra in Deo, quibus homo conformari poſſit, adumbrando potius q̃ pingendo percurremus, adducẽtes de pluribus aliqua, quæ ſcriptura ſacra de re huiuſmodi atteſtatur: & in typo arboris ſuperexcælſæ deſcripſerunt antiqui: Omnes.n. tam creaturæ ratione utentes, q̃ redẽptor, & ipſe Deus arbores dicunt, ut innuit Moſes in ſuo horto uoluptatis, quẽ deſcribit plãtatũ, & conſitũ diuerſis arboribus. i. multigenis gradibus, & conditionibus creaturarũ rationabiliũ: Sed in medio Arbor uitarũ dicitur collocata, a qua ois uita tam Angelica, q̃ humana, & quæcunq; alia ſit, emanat, & fluit: & in qua omnia uiuunt, & uiuebant anteq̃ in proprias formas explicarentur, dicente Iohãne: Quod factum eſt, in ipſo uita erat. Ibidem quoq; dicitur fuiſſe arbor ſcientiæ boni, & mali, quæ (nix fallor) Chriſtus homo eſt, qui ſolus ſimul, & ſemel guſtabat bonum beatitudinis, & malum paſſionum noſtrarũ. Nec.n. (ut omnes Theologi clamant) alius quiſq̃ fuit, qui ſimul fuerit beatus, & uiator, niſi Chriſtus Ieſus: Cuius gradus interdictus fuit Adę, aliis omnibus conceſſis. Arbor itaq; homo eſt, arbor Chriſtus, arbor & ipſe Deus, qui in arboris typo, eo ſacramento deſcribit, ut membra hominis omnia ipſi cõueniant: Eius.n. cacumẽ (quod coronã uocãt) caput eſt, cui ipſa corona imponit: Capiti autẽ utrinq; eſt oculus: Dextro quidẽ remunerãdos benigniſſime intuetur, & ſiniſtro puniẽdos acrius reſpicit: De quibus oculis dicit ſcriptura: Oculi Domini contẽplantur bo-

Antiq. Moſes. Theol.

nos, & malos. Sed illud minime prætereũdũ cẽſeo, q̃ ין .i. hain hebraice fontẽ ſignificat, & oculũ: adeo q̃ oculus, & fons diuinæ pietatis idem ſit, ſicut & idẽ eſt oculus, & fons pietatis in nobis: Qui ſi aperiatur ad lachrymas fundendas pro Dei amore, & præ dolore Chriſti patientis, & afflicti proximi, ſtatim diuinæ pietatis fons ad compatiendũ lachrymanti aperitur: Ideo ſaluator nõ ſine cauſa dixit: Beati qui lugent, quoniã ipſi cõſolabunt, exuberãtia uidelicet diuinæ pietatis ſuſcepta ab illo fonte, de quo dicitur: Quoniã apud te eſt fons uitæ. Sunt ibidem & aures, de quibus quoq; canit in pſalmis: Et aures eius in preces eorum: Ad preces etenim noſtras mouentur, quando & nos aperimus aures, ut audiamus, quid loquatur in nobis Dominus Deus: & quando audimus preces, & clamores proximi noſtra ope indigentis. Sed ſi moueatur caput noſtrũ (portio uidelicet illa ſuprema in arce reſidẽs) in obiectũ Deificũ, uel bonũ aliquod, mouetur & ipſum omniũ prȩcipuũ caput, & omnium bonorum largitor Deus attrahens, & deducens, iuxta illud Saluatoris: Nemo uenit ad me niſi Pater meus traxerit eũ: Prȩuenit.n. aliq̃ Deus, ut ait Propheta: Miſericordia eius p̃ueniet me. Sed aliq̃ ipſe Deus exquirit, ut nos primo moueamur, ſicut ſcriptum eſt: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. Mouetur tunc & ille, q factus eſt caput corporis eccleſiæ, ſicut ipſe oibus proteſtatur, dũ ait: Venite ad me oẽs, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam uos benigne ad uos ueniendo, uobiſcũq; manſionẽ faciens. Sub oculis & capite ſunt utraq; brachia, & manus dextra & ſiniſtra: Illa qppe miſericordiã impartitur, & omnia bona: hac aũt punit malemerentes lege ſeueriſſima, quæ ab ipſa prouenit: Inde.n. lex, & iuſtitia dura: & a dextera uenit lex miſericordiæ, & gratiæ, p Filiũ Dei, qui nõ ſine cã ſemp dicitur in P̃ris dextera collocatus. Hinc magno myſterio flagitioſi duram Chriſti ſententiã ſuſcepturi ad iudicis ſiniſtrã dicũtur collocãdi: miſericordiã aũt cõſecuturi ad dexterã. Brachiũ itaq; ſiniſtrũ reuelatũ fuerat pr̃ibus in duriori lege: ſed dexter reſeratũ eſt nobis p Filiũ Dei, de quo uaticinari uolens Iſaias clamabat: Dñe quis credet auditui nr̃o, & brachiũ Dñi cui reuelatũ eſt? aut per quẽ reuelatũ eſt, ut habet ueritas hebraica: Vtiq; p illũ, aut ſupra illũ, qui aſcendit tanq̃ uirgultũ de terra ſiticnti, iudaica uidelicet gente ſuis ſceleribus tunc arida effecta. Venit itaq; ſine aſpectu, & pompa Regii apparatus, plenus tamen Theſauris ſapientiæ, & miſericordiæ, quæ collocantur ad dexterã: Ideo diffudit ſapientiã, clementiã, & miſericordiã in diſcipulos, populũq; ipſi creditũ oia ſua diſtribuens, corpus, ſanguinẽ, & animã, beatius exiſtimans dare, q̃ accipere, oibuſq; proteſtans, & clamans: Date, & dabit uobis: Mouete manũ ueſtrã in p̃ximũ, & ſentietis dexterã Dei in uos largiſſime apertã. In meditullio autẽ tanq̃ cor, & totus uenter eſt ueꝛ pulchrũ ſocraticũ, imo diuinũ, a quo oia pulchra, de q̃ pſalmogra-

Iſaias. CHRISTVS. Dauid. Ioel. CHRISTVS. CHRISTVS. Dauid.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr... Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

phus ait: Virtus, & pulchritudo i sanctuario eius: pro quo nos habemus: Cõfessio & pulchritudo in sanctificatione eius: Illud.n. תִּפְאֶרֶת Tipheret, quod interpretatum est magnificentia, potius illud uer̃ pulchrum significat, quo omnia pulchrescunt uita, & pulchritudine diuina. Huic respondet pulcherrimũ, & excellentius omniũ membrorũ cor summopere a Deo ipso concupitũ: Quo moto in Dei amorẽ, mouetur & cor diuinũ in amorẽ diligẽtis, ut in Canticis dicitur: Dilectus meus mihi, & ego illi, inter ubera mea cõmorabitur: Vbera.n. hæc sub brachiis collocata sunt, quæ lactere desiderabat Salomon dicẽs: Osculetur me osculo oris sui, qa meliora sunt ubera tua uino, quia suauissimũ lac propinãt, quod prophetas, & amicos Dei cõstituit, & sapientes rerũ diuinarũ. Et quia hæc propinatio facta fuit potissime in terra promissionis (quæ uulgo terra sancta dicit̃, sed a Daniele terra Zebi. i. præcipua, & iucunda, cũ in ea diffusa sint omnia charismata, & omnia dogmata legalia, & prophetica) ideo dicta fuit terra fluens lac & mel. i. Sapientiã, & gustum rerũ diuinarum: Vnde nec mirũ: si butyrũ comedens, ex illo lacte cõfecto scit reprobare malũ (ut Isaias ait) & eligere bonũ: quia spiritualis iudicat de oibus. Hæc igitur ubera lactarunt omnes prophetas, quæ alio nomine dicuntur tertiũ cœlum, ad quod conscendens Paulus uidit arcana Dei, quæ non licet homini loqui. Sub corde autem sunt intestina omnia, & instrumenta quędã, tanq̃ fundamẽta totius uitę, & generationis: Vnde in Archetypo hoc intestinũ dicitur fundamentũ, arbor, & truncus uitarũ omniũ: A quo loco largissimi influxus uitæ cœlestis in nos, descendunt: dũmodo Deo uiuere, & ipsi uitæ uacare curemus, ut author uitæ ait: Oues meæ uocem meã audiunt, & cognosco eas, & sequũtur me, & ego uitã ęternam do eis. Vltimũ autem in Archetypo existens pedes repręsentat, per quos terrã inhabitat, quæ dicit̃ scabellum pedũ suorũ: unde & illud hebraice Sachina dicitur. i. habitatio in nobis: Dicitur etiã terra uiuentiũ, & regnũ, quo uidelicet immediate regnat in nobis: Et hanc diuinitatẽ mortalibus cõicatã summus doctor regnũ cœlorũ uocat, dum ait: Regnum Dei intra uos est, Sed hoc qui uult, sibiipsi uiolentiã inferat, cum soli uiolenti rapiant illud, maxime a diebus Iohãnis Baptistę, qui fuit terminus legis Mosaicę, Christo euangelicã legẽ ordiente, in qua nõ animalium, sed suiipsius mortificatio omnimoda exquirit̃, & perfecta in homine animali subiugando uiolentia.

Canti.
Salo.
Daniel.
Isaias.
Paulus.
CHRISTVS.
IDEM

QVa sonoritate omnia, etiã particularia in hoc feculento mũdo existẽtia cũ Archetypo cõueniãt. Tonus Septimus. Rationibus & authoritatibus ꝓbãtur omnia habere in Archetypo aliquid, cui respondeant.

Cui maiestati materia prima succentet. Cap. II.
Cum quo stabiliatur terra. Cap. III.
Cum qbus cætera elementa in eodẽ resonent. Cap. IIII.
Quid inibi notent lapides. Cap. V.
Quã sedem illic habeant metalla. Cap. VI.
Quem locũ ibidẽ contineant plantę. Cap. VII.
Cum quibus nostra hæc æquet̃ planities. Cap. VIII.
Quibus eleuentur montes. Cap. IX.
Quid desertũ, & arida. Cap. X.
Quid frugifera terra. Cap. XI.
Quid mare, & aquæ. Cap. XII.
Quid fontes. Cap. XIII.
Quid flumina & cãnales. Cap. XIIII.
Quid piscinæ, lacus, & stagna. Cap. XV.
Quid mare rubrum. Cap. XVI.
Quid nubes, & pluuia. Cap. XVII.
Quid ros, & pruina. Cap. XVIII.
Quid grãdo, nix, & pruina. Cap. XIX.
Quid glaties, & crystallus. Cap. XX.
Quid paradisus uoluptatis. Cap. XXI.
Quid gion, physon, tigris, & euphrates ex ipso paradiso fluentes. Cap. XXII.
Quid Iordanis, & Ieor fluuius Aegypti. Cap. XXIII.
Quid uinum, lac, butyrum, & mel. Cap. XXIIII.
Quid terra fluens lacte & melle. Cap. XXV.
Quid oleum. Cap. XXVI.
Quid palma, cedrus, lignus setim, & hysopus, atq; salix. Cap. XXVII.
Quid uitis, & uinea. Cap. XXVIII.
Quid animalia sanctitatis. Cap. XXIX.
Quod capreę, cerui, & hinnuli. Cap. XXX.
Quod oues, & pastores ouium. Cap. XXXI.
Quid aialia, pisces, aues, & plantę mũdæ, & imũdę. Cap. XXXII.
Quid Ierusalem, Syon, & templum. Cap. XXXIII.
Quid Aegyptus, Babylon, & Damascus. Cap. XXXIIII
Quid Arabia, mons Syna, & Mesoporamia Syriæ. Cap. XXXV.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr... Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

RATIONIBVS ET AVTHORITATIBVS PROBANTVR OMNIA HABERE IN ARCHETYPO ALIQVID, CVI RESPONDEANT. CAP. PRIMVM.

SAPIENTVM dogma probatissimum est, nec minus tritissimum, omnia fabricata præexistere in artifice prudenter, & nõ fortuito casu fabricante: Pari modo domus in architecto: sic quoq; sermo præexistit in oratore: neq; aliter fœtura in generante, & prægnante: sic machina hæc uniuersitatis in summo progenitore Deo, tanq̃ uita creatrix præerat, ad cuius metã omnia membra formaret. Numerus &enim, pondus, & mensura, quibus annumerantur, firmantur, & metiuntur omnia (ut Augustinus sapientissime docet) non sunt in rebus productis, sicut nec mensura, qua mensuratur pannus, aut pondus, quo grauiora ponderantur, uel numerus, quo numerantur omnia, in rebus mensuratis, firmatis, aut numeratis reperitur, sed proculdubio extra eas. Numerus itaq;, pondus, & mensura, quibus metita, & librata sunt omnia, extra illa omnia necessario sunt. Et cum nihil sit extra omnia producta, nisi ipse Deus, restat, q; i ipso sit numerus, pondus, atq; mensura. Quamoptime igitur & eleganter Prisci Theologi celebrarunt dogma illud antiquissimũ, primo (ut fertur) ab Abraham patriarcha propalatum, quo docemur mensuras, & annumerationes esse in Archetypo, quibus omnia disponuntur, & numerantur. Et de his Augustinus optime prosequitur dicens: In Deo sunt numeri sine numero, cũ omnia, quę in eo sunt, sint ipse Deus unicus. Estq; põdus sine pondere, quo nõ grauatur, sed stabilitur ipse opifex dans cætera cuncta moueri, & stabiliri tandem. Sic & anima nostra est numerus quidam, & mensura rationalis dicta ab Academicis, qua omnia intelligenda a nobis & operã danda metimur, ut ab errore, stultitia, & deformitate in opibus nostris declinare possimus. Nec profectò subsisteret hęc mundi fabrica cõcinna, & librata ponderibus debitis nisi numerata, & librata ab opifice & gubernatore ipsius. Sic nec domus aut Resp. sua pace, & tranquillitate gauderet, nisi moderaretur ab eo, qui eandem regit: Cuius mensura, & libramen est in moderante, ad cuius metrum disponuntur omnia eidem credita. Necessario igitur in Deo benedicto intelliguntur mensurę, & annumerationes, qbus omnia mẽsurar, & numerat, ut in Ecclesiastico legitur: Arenam

Prisci. Theol. Abrahã. Abrahã. Augu. Acade. Ecclc.

Dauid. maris, pluuiæ guttas, & dies sæculi, quis dinumerauit? Altitudinem ma/
CHRI/ ris, & profundum abissi quis dimensus est? nisi uidelicet illa opifex, & gu/
STVS. bernatrix sapientia, de qua & in psalmo canitur: Qui numerat multitu/
dinem stellarum, & omnibus eis nomina uocat. Sed & capillos capitis
Ezechiel omnes connumerat, ut in euangelio dicitur. Qua autem mensura opifex
Iohã. mensurauerit hanc mundanam domum, ab Ezechiele & Iohanne serio
edocemur, quorum alter calamo sex cubitorũ & palmo, alter uero arun/
dine aurea mensuratam ciuitatem, aut domũ hanc mundialem se uidisse
perhibet, ut suo loco latius differemus. Baltassari quoq; per Danielẽ dictũ
est: Numerauit Deus regnum tuum, & compleuit: ut innuatur quoq; uitę
Iob. curricula numerata esse, ultra quæ transgredi non possimus, sicuti Iob
aperto ore loquitur dicens: Breues dies hominis sunt, & numerus mensium eius apud te est: constituisti terminos eius, qui præteriri non pote/
runt, q̃uis abbreuiari. Numerantur etiam omniũ merita & flagitia, ut
Zach. conuenienti proportione remunerentur, & puniantur ab eo, qui per Za/
CHRI/ chariam loquitur dicens: Metiar Ierusalem, animã uidelicet (ut in sensu
STVS. morali exponitur) & uideam quanta sit longitudo, & latitudo eius.
Lucas. Quod Christus clarius referat dicens: Qua mensura mensi fueritis, reme/
tietur & uobis. Et per alium euangelistam ait: Date, & dabitur uobis:
Mensuram bonam, cõfertam, coagitatam, & superfluentẽ dabit in sinum
uestrum, quia eadem mensura qua mensi fueritis, remetietur & uobis.
Sed flagitia hominum duplici dicuntur librata mensura, maiori uideli/
Dauid cet & minori. Maior montibus cõparatur, dum dicitur: Iustitia tua sicut
montes Dei: Quæ ab hebreis dicitur Din, Quod iudiciũ durum, & forte
Isaias significat, ut nullus ad ipsum possit iustificari, sicut dicit Propheta: Non
intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia nõ iustificabitur in con/
spectu tuo omnis uiuens. Et in Isaia dicitur: Facti sumus immũdi omnes,
Greg. & quasi pannus mestruatæ uniuersæ iustitiæ nostræ. Cum quibus Gre/
gorius/Omnis (inquit) humana iustitia iniustitia esse cõuincitur, si di/
Mich. stricte iudicetur. De iustitia autem minori dicit Micheas propheta: Ad
huc ignis in domo impii, thesauri iniquitatis, mensura minor iræ plena.
Paulus Mensa quoq; dicuntur charismata nobis tributa, & donata fides, ut cum
Idem Romanis Apostolus ait: Sicut Deus diuisit mẽsuram fidei. Et iterum cũ
Ephesiis: Vnicuiq; nostrum data est gratia secundũ mensuram donatio/
nis Christi. Perfectam quoq; mensuram, & determinatam corporis re/
sumendi in fœlici ac beato statu nos habituros ibidem protestatur, dum
ait. Occurremus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filii Dei in ui/
rum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Mensura/
Ibidem tur quoque spirituale corpus, eiusque membra, ut paulopost subintulit
dicens. Veritatem facientes in charitate crescamus in illo per omnia,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

qui est caput Christus, ex quo totum corpus cõpactum, & connexum per omnẽ iunctura submiſtrationis ſcm operationem in mẽſuram uniuſcuiuſq; membri. Ex iſtis, & plæriſq; aliis locis ſcripturę ſacræ cõprobant menſuræ, & libramina eſſe in Archetypo, quibus omnia inferiora, & qñ creabantur menſurata ſunt, ut unũ quodq; ſuis gradibus ſtaret cõcinum, & nunc quoq; librãtur, & penſitantur, adeo ut nihil ſit in creatis, aut agat, quod nõ reſpondeat, & examinetur menſuris illis æternis, & tantũ unaquęq; res ſit, tantũq; agat, quantũ a ſupernis illis menſuris tributũ fuerit: & tantũ pro bene, aut male actis reportent, quãtũ p mẽſuras illas decretũ fuerit cõuenire. Sed ad reȝ particulariũ correſpondẽtiã deſcendamus.

Cui maieſtati materia prima ſuccentet. Cap. II.

OMnia facienti, & primo actui Deo ſũmo, ut rñdeat omnipatiens materia, & prima porentia receptiua, conueniens eſt, ut inter illa duo extrema reſultẽt intermedia omnia, ex eo, q eſt in oia cõducenda omnipotens, & ex ea, quæ eſt ad oia ſuſcipienda diſpoſitiſſima. De quoȝ cõueniẽtia Euſebius Pamphilus in ſuo de Triade & Monade cõcinne diſſerit. Primo (inqt) enti ſemper eſt aduerſa materia: Ille nãq; ſolum facit, hæc ſolũ patitur: Ille dũtaxat mouet, hęc trñ modo mouetur: Quam ſuſceptricem omniũ ſpecieȝ phyſici aliqui Pãdochem nominarũt: Sed Pythagoras, & Empedocles cũ Peripateticis ſyluã: Plato uero ſinũ informẽ, matrẽ mũdi, receptaculũ, ſubiectum, nutricẽ formaȝ, & eaȝ omnium capacem potẽtiã, ſicuti Deus eſt omnia potens facere, omniũ earundẽ formator, prima cauſa agẽs in omnibus, mũdi pater, fons in omnibus fluẽs. Et rurſum dixerunt, materiã ſuſceptricẽ, & expultricem omniũ ſpecierum, ſicut ipſas opifex iuxta diuina, cauſatiuaq; exẽplaria diſtinguit. Hæc non ens, & principiũ paſſiuũ entium, ſicut Deus actiuũ principium omniũ, exiſtens in omnibus, & extra omnia. Ex quo habet imagines, & obſcuras oſtenſiones, exactioneſq; primi entis: Vnde omnis eſſentia eſt ad actionem per potentiã deducta, idq; iure: Nam ex diametro ad ſe inuicem poſita ſimulachra quædam proiiciunt ſimilitudinis. Incomprehenſibile quoq; intellectui primum ens conſtituit incomprehenſibile intellectui etiam extremum: Et ſiquid eorum apprehendi põt, negatiuo deprehendetur ratiocinio: Nam primũ ex negatiua diffinitur, ut Dionyſius docet, q; nihil exiſtat entium, ſed effectrix cauſa, & melior ipſis. Ex negatione etiam diffinitur aliud extremum, q; entium nihil exiſtat, ſed ipſis deterius. Simpliciſſimũ primũ, ſimpliciſſimũ quoq; poſtremum. Sed hoc uacillat, a ſpecie in ſpeciem trãſiliendo, illud autem ſemper eſt idem, ſemperq; agens, ſicut hæc ſemper ſuſcipiens quouſq; durabit ſucceſſiua generatio. Media uero interualla de utroq; extremo participando minus & magis perfecta reperiuntur, quãto magis altro extremoȝ appropinquãt. Hinc Zeno Mnaſei filius Citienſis duo poſuit principia reȝ, Deum & materiã: quoȝ illum agendi dicebat cãm, hãc patiẽdi. Sed Plato, & Socrates tertium addiderunt, ideã uidelicet in diuis ſenſis, uiſiſq; Dei, aut in diuina mẽte, uel uerbo: ut noſtri Theologi habẽt in uſu, Quod tamẽ idẽ eſt. Sed hic rei ſeries eſt attendenda. Reſpondet materia & pura ipſius potentia omnipotenti Patri: Vnde nõ ſine myſterio Moſes Deum inducit creatorem, & opificem materiæ huius, quę ipſi ſine aliqua intermedia cauſa correſpondet. Cætera autem producta enarrat per intermedias cauſas, iuſſu tamẽ parentis primi, & opificis ſummi: ita q; productio materiæ, & ipſa materia ꝓducta differt a productione aliaȝ reȝ, & ab ipſis rebus in lucẽ ꝓditis: adeo, ut Timœus Locrus, & Plato uocauerint cogitationẽ materiæ ſpuriã, & alienã a cogitatione aliaȝ rerum.

Cum quo ſtabiliatur terra. Cap. III.

ELementa omnia in cœlis, angelis, & Deo reperiri conueniẽti ſua nota patefecimus: Nunc autẽ, qua cõſonantia cõueniant eadẽ eleméta cum Archetypo, referãdum occurrit. Eſt qppe paterna mẽs omniũ fœcũdiſſima, ut germina illa bina produceret, filium vȝ, & ſimul cũ ipſo Spiritum ſanctũ: qbus cætera oia huius uniuerſi ꝓduxit, & totum ipm globũ: Quod filiale germẽ pfecto a ſe decreto tempoȝ curriculo in ſalutẽ gentiũ dedit. Pro quo Iſaias hoȝ Sacrameẽtoȝ cõſcius deprecabatur dicens: Aperiat terra, & germinet ſaluatorẽ. Hoc Theologi noſtri de beata Virgine, Hebrei de ultima Archetypi mẽſura (quã ſachinã. i. habitationẽ mediatã Dei i nobis, & domeſticã uocãt) interpretant. Sed (ni fallor) de paterna mente merito intelligi põt: quę eſt filii in primis, & cõſequenter oium aliaȝ reȝ prima pullulatrix. Nã de filio, qui uerbũ & ueritas Dei dicit, canit Propheta: Veritas de terra orta é. Qui etiã dicit, aqua ſalutaris ex eadẽ terra ſcaturiens. Eſt itaq; terra hæc receptiua omniũ fœcunditatũ, & cõſequenter ueluti prima parens etiam omniũ pullulatiua: adeo (ut Plutarcho authore) phyſici opinent Deum auſpicatũ mundi creationẽ a terra tãq; a centro, & matre oium. Quod & Moſes innuit enarrans ꝓductionẽ, quã Deus iactis fundamẽtis elemétaribus iuſſit fieri dicens: Germinet terra herbã uirentẽ, & lignum fructiferȝ iuxta genus ſuum. Et ſicut hæ terrenæ arbores, niſi plantatę ſint in terreo eleméto, minime uiuũt: ſic de meliori, & rõnali arbore dicit ſumma Veritas, q; niſi ſit plantata a Patre ſũmo agricola, in terra uidelicet illa ſupna, eradicabitur. Eſt etiam terra hæc in æternum ſtans a ſuo nunq; centro diuulſa, nec ad locum alium deſtinata, omnibus aliis eleméntis, & eleméta riis rebus ſucceſſionẽ q̃dã agitatis, & diuerſa petẽtibus ſpatia. Eſt & pma illa mens ſemp in ſe ſtabilis, nequo miſſa, neq; a centro ſuo dimota, & ſi filius, ſpiritus ſanctus, intelligẽtiæq; oẽs ad diuerſa exeq̃nda mitti dicunt.

Euſebi. Pamp. Pytha. Empedo. Peripat. Plato. Dionyſ. Zeno. Plato. Socr. Theo. Timę. Plato. Iſaias. Theo. Dauid. Plutar. Phiſici. Moſes. CHRISTVS

Est itez terra centrũ uniuersi: est & Pater centrum sphæræ intellectualis, ubiq; p suã essentiã & potentiã existens: sed in cœlesti palatio aperta præsentia apparens/tãq; terra/ & habitatio illoz ciuiũ. Ad quã suspirãdo Propheta dicebat: Credo uidere bona Dñi in terra uiuentium. Dauid

Cum quibus cætera elementa in eodem resonent. Cap. IIII.

AQua in qua est seminaria uirtus animaliũ (cum eoz semẽ aquecũ sit) cũ filio conuenit: qui uera aqua existens continet seminariã uirtutẽ omniũ rerum, dicente Iohãne: Omnia per uerbũ facta sũt. Et hoc est, quod dixit Moses ex parte iubẽtis opificis: Producãt aquæ serpiturã, aut fœturã animæ uiuentis, & uolatilis uolitantis super terrã, & super faciem globi cœloz. Vnde forsitan Thales Milesius, a quo Ionica secta, existimauit aquã principiũ esse rez: & omnia i ipsam aquã resolui, & eadẽ omnia ab ipsa nutriri, & ipsa priuata arescere. Et q̃uis fructuum & herbaz semina terrea sint, tabefieri tñ necessarium adiudicauit Trismegistus, si fœcunda esse debuerint: Tabefacta.n. fuere a principio in fonte diuinaz idearum. Tabefiunt quoq; aut humore terreo, aut rore, uel pluuia, uel de industria adiecta aqua: si germinare debent. Vnde non ab re dicitur in mundanæ fabricæ descriptione, q̃ uirgulta, & plantæ nõ germinauerãt: quia Deus no pluerat super terrã. Nec etiã spiritualis genitura fit sine aqua, quæ Dei filius ẽ: ut ipsemet Nicodemo dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto nõ põt introire in regnũ Dei. Ex aqua.n. illa diuina suscipit uim diuinæ genituræ: sed ex spiritu illo igneo fomentũ uitæ, & nutrimenti. Nec opinandũ est hominem renasci debere ex hac aqua elementari, ut aptus sit regno Dei: sed ex aqua illa diuina, cuius hæc elementaris est signum, & sacramentũ. Est itez aqua necessarius potus pro uita plantaz animaliũq; omniũ sustentanda: q̃uis homini tanq̃ regio animanti elegantior præparatus sit potus, aquæ uidelicet, quã cõtinuo stillat uitis illa, quæ ait: Ego sum uitis uera, & Pater meus agricola est. A qua uite uirtutẽ quandam solarẽ, & beneficam imbibens aqua, magis proficuũ & celebrius poculũ efficitur pro homine omniũ rez creataz antistite: & ipsius opificis legitimo hærede. Est & sapientia illa filii Dei potus expurgatæ mentis, ut in Ecclesiastico dicitur: Et aqua sapientiæ salutaris potauit illum. Quæ etiã clamat dicens: Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat. Et itez, cum Samarite illa loq̃ns ait: Si quis biberit ex aqua, quã ego dedero, fiet in eo fons aquæ salientis in uitã ẽternam. Sed hæc quoq; aliquando distillata per uitẽ illã supramundanã conuertitur in uinũ saluberrimum ipsius electæ familiæ propinãdũ: Ad quod inuitabat Sapiẽs in Cãticis dicens: Venite, & inebriamini charissimi. De quo uino in ultimo symposio celebrato ab ipsa uera uite dixit: Bibite ex hoc omnes, Ex hoc vz uino terrestri in cœleste cõmutato, Iohãnes. Moses. Thales. Trisme. Genesis. CHRISTVS. Ecclesiastici. CHRISTVS. IDEM. Salomõ. CHRISTVS.

cõmutato, subiũgens: Sed ego ultra non bibam de hoc gehimine uitis, donec bibam illud nouũ uobiscũ in domo Patris mei: ubi administratur uinum, de quo propheta agẽs de cõuiuio cœlesti in Psalmo cecinit: Calix meus inebrians q̃ preclarus est. Est etiã aqua hæc lauans, abluens, & purificans. Et de Filio Dei inquit Iohãnes: Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris, aqua vz illius fontis, de quo Zacharias uaticinando: In illa die erit fons patens domui Dauid in ablutionem peccatoris, & mẽstruatæ. Cũ quibus Paulus cum Hebreis differens de hoc Filio Dei inquit: Portans oia uerbo uirtutis suæ, purgationem peccatoz faciens, aquea vz uirtute. Isaias autem eundem uocat spũm iudicii, aqueum tamen: sicut aliud germen diuinum spiritum nominat ardoris dicens: Saluus erit omnis, cuius nomen scriptum fuerit in libro uitæ in Ierusalem. Et hoc si abluerit Dominus sordes filiaz sion, idest animarum electaz in spiritu iudicii, & in spiritu ardoris. Iudicium ad filium pertinet, qui ait: Omne iudicium dedit mihi Pater. Ardor autem ad Spiritũ sanctũ refertur, qui perficit, & abstergit ea, quæ Filius purgando, & abluendo madefecerat: Cui ardori respõdet hic elemẽtaris ignis, qui cruda coquit, & calefacit: qui auz, cæteraq; metalla purgat & diuersa in unum conflat: qui tandem unã in alterã naturã transmutat. Sic illud cruda & horrescentia decoquit, & conditut possint tãq̃ Dei fercula ad mensam præsentari in cœlesti, Deificoq; symposio. Nam cum de Samaritis incipientibus iam albescere, & decoqui tanq̃ segetes per dispositionem Spiritus sancti loqueretur, ait: Alium cibum habeo manducare, quem uos nescitis, animas uidelicet Samaritanoz dispositas: & quæ iam decoquebantur intrinsecus operatione Deifici ignis: Calefacit, & expellit omne frigus peccati, & timoris, eo q̃ non possit cohabitare gratia cũ peccato: Et charitas, si perfecta est (inquit Iohãnes) foras expellit timorẽ. Conflauit uirtus illius sacri flaminis tempore Apostoloz corda populi audiẽtis uerba illa inflãmata, ut omnibus breui esset cor unũ, & anima una. Et adeo conflat, ut separari nequeat, dicente Paulo: Quis nos separabit a charitate Christi? Purgat quoq; omnẽ scoriã peccati, & cõcupiscentiæ igneus ille spiritus in nobis perfusus. Transmutat etiã, adeo/ut puez pastorem & citharœdum in exquisitissimũ prophetam, & psalmographum redderet. Implet piscatores, & doctores gentiũ, & lumina mundi cõstituit. Perfundit persecutorem Saulũ, & in uas electiõis, & in Paulũ immutat. Fit igit, ut quotquot ex malis in bonos uertant, id sit huius caloris beneficio. Aer uero (ut docet Abrahã in libro de formatione (non cõnumerat inter elementa: sed tanq̃ medium, glutinum, & compago habetur diuersa insimul cõiungens: ideo merito respondet (ut uerbis eius utamur) spiritui, qui de spiritu est. Sed ne offendant piæ aures existimãtes, q̃ duo asserant sancti spiritus, dicemus, q̃ conuenit cum uirtute spiritus couniente omnia, quæ Dauid Apoca. Zacha. Paulus Isaias CHRISTVS. IDEM. Iohan. Paulus Abrahã

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

dissidentia uidenť/ & reboanti in oibus fistulis mũdani instrumẽti. Et hoc
est, quod per Ezechielẽ dicitur: Et spiritus uitę erat in rotis. Et quod hic de Ezechi.
mũdano, Paulus de humano instrumẽto docet/dũ ait: Idẽ aũt spiritus di- Paulus
uidit singulis/ prout uult. Et plærisq; in locis habeť/ Spiritus sanctus hoies
implet/qui ignis dicitur/quia purgat/& conflat: Aer autem quia nectit/li-
gat, conglutinat, & implet omnia ab eo complenda.

Quid mihi notent lapides. Cap. V.

AD elemẽtaria ueniẽtes incipiamus a lapidibus/qui terrei sũt/
& ad fundamẽta ædificiaq; accõmodati Patri/Filioq; rñdẽt.
Hinc aliquando pro uno, aliquãdo pro altero, aliquãdo pro
utroq; petra/uel lapis accipitur. Filius.n. petram se esse oñdit/ CHRI-
quãdo dixit Petro: Et sup hãc petrã ædificabo ecclesiam meã. i. supra me/ STVS.
ipsum/ut oẽs exponunt. Ipse siquidẽ est lapis fundamẽtalis/ ut Apostolus Paulus
ait: Nemo potest ponere aliud fundamẽtum/ nisi quod positũ est Christus
Iesus: Qui & lapis angularis dicit/reprobatus qdẽ ab ædificantibus secũ-
dũ carnem/& sanguinẽ: sed ab opifice sũmo positus in caput anguli stru-
cturæ, & ædificii illius sacræ Ierosolimæ/quæ ædificať ex uiuis lapidibus.
Qui etiã fuit illa petra a Mose pcussa/a qua fluxerũt aquæ ꝓ poculo israe
liticę gentis, si bene interpretať Paulus cũ Corinthiis disserẽs. Oẽs (inquit) Idem
Patres nostri sub nube fuerunt, omnes mare transierũt, & omnes in Mose
baptizati sunt in nube, & mari: & oẽs mãducauerunt eandem escã spirita-
lem, & oẽs biberunt eundẽ potum spiritualẽ: Bibebant.n. de spiritali cõse-
quenti eos petra, petra autem erat Christus. Si autẽ ꝓ aquã sapientiã Dei,
qui est filius, itelligere uoluerimus, ut supra reserauimus: petra, ex qua flu-
xit illa aq̃ sapiẽtię salutaris/Pr̃em merito signat: Quæ סֶלַע hebraice dr̃/ qđ
nos fortẽ/uel montẽ petrosum/aut cõfugiũ possumus interpretari. Et qs est
fortis/& omnipotẽs, & supremũ omniũ cõfugiũ/nisi Pr̃ æternus? Nec mi-
reť qspiã, ꝙ petrã nunc pro Patre, nũc pro Filio accipiamus: quia in sacris
litteris aliqñ pro utroq; simul ponit. Nã euen אֶבֶן hebraice lapidẽ signifi-
cat, cuius dictionis si duæ primæ litteræ accipiant, אב ab faciũt, qđ Patrẽ
significat: Si aũt media cũ ultima cõiũgit בן ben cõstituũt, quod Filius in-
terpretať. אבן igit quod nos dicimus petram/& Patrem & filium resignat,
qui idẽ sunt, reprobati qdẽ ab illis ædificãtibus, & cõstruẽtibus, doctrinas
& statuta hebreis, siue gentilibus: qui non cõfitenť Deum Patrẽ, & Filium
eius Iesum Christũ: Qui nunc aqua fluens de petra, nũc ipsa eadem petra
dicit: quia a Patre procedit, idem tamen cũ Patre semp existens. Sed quo-
modo, & cur Moses hãc petrã pcusserit, & cur ex illa percussione indigna
tus Deus cõtra ipm Mosem, & Aaron dixerit: Quia non credidistis mihi,
ut sanctificaretis me corã filius israel, propterea nõ introducetis populũ
hũc ad terram, quã dedi eis, altiorem exquireret indaginẽ hoc negotium.

Percussit bis, duplici errore vꝫ: Altero, quia minus credidit q̃ debebat: Al-
tero uero, quia præceptũ transgressus est: Demandauerat.n. Dominus, ut
loquerenť ad petrã: & Moses, cõsentiẽte Aaron, ipsam percussit: Ideoq; cõ
questus est Deus, ꝙ nõ crediderint, solũ vꝫ sermonẽ sufficere, & ꝙ trans-
gressi sunt limites mandati pcutientes petrã, ad quam imperauerat Domi
nus, ut tantũmodo loquerenť. Et hoc fuit eoꝝ peccatũ, non autẽ, quia uẽ-
dicauerint sibi, quod Deo tribuere debuissent, sicuti multi exponunt. Nec
parua fuit transgressio cõducere Dei opus per seueritatem (id.n. percussio
innuit) qđ Deus ꝓ pietatẽ, ut magis sanctificareť in populo, ꝓpetrare sta-
tuerat iubẽs, ut pio & dulci sermone absq; percussione aquã de petra edu
ceręt: cũ nõ essent extrahendæ aquæ misericordiæ per asperã iustitiæ fistu
lam. Postq̃ igit uoluerũt in uirga ferrea (ut aiũt) agere cũ populo, merue-
runt sentire diuinã, ferreamq; sententiã, qua dictum est: Non introducetis
populum in terrã, quã dedi eis. Longius & mysteriosius forsitan esset, q̃ hic
exquirat locus, retexere oia arcana, quæ de petra possent referari: & cur
Dauid nũc אֶבֶן eben, nũc dicať סֶלַע selah, nũc צוּר zur, de q̃ in psalmo ait Dauid
בְּצוּר bezur. i. in petra exaltauit me: Quod uocabulũ etiã nomen Dei forte
significat. Sed his omissis ad nostra ueniamus, concludentes ꝙ in Arche-
typo, a quo omne robur, & uirtus a quocũq; inferiori hauriať, est idea, &
uirtus petræ, cui hæc inferior subiectione æquatur cõuenienti.

Quam sedem illic habeat metalla. Cap. VI.

Ezechi. METalla, quæ aquea sunt, illi supremę aquę respondent: de qua
dicitur in Ezechiele: Effundã sup uos aquam uiuã, Deum vꝫ
Filiũ: qui & uitę, & sapientiæ dictur aqua, & plenus thesau-
ris abscõditis: quos tãq̃ uerus Dux, & Imperator totius mi-
litiæ spiritualis copiosissime pro exigentia uniuscuiusq; expẽdit/donãs ex
eis omnibus/qui de nouo suæ militiæ ascribũtur donatiuũ opulentissimũ/
Osee ut per Osee prophetã dicitur: Argentum multiplicaui/& auꝫ/in donatiuo
Ioel vꝫ. Sed cõquerić/ꝙ eius milites illud dedicauerint Bahal polluentes dona/
& charismata diuina/sicut in Ioele apertiori querela prosequit dicẽs: Ar-
Daniel gentũ meũ/& auꝫ meũ tulistis: & desiderabilia mea, & pulcherrima mea
induxistis in delubra uestra, Sicut & de Balthassare legimus in Daniele, q
uasa aurea, & argẽtea, & pretiosa quæq; ꝓfanauit abutendo eis cũ epulo-
nibus, meretricibus, & ganconibus: Quem (proh dolor) imitantes q̃pluri-
mi donatiuo gratiæ, & donis Spiritus sancti abutuntur in rebus pessimis
conflantes idolũ, & uitulum prostitutionis suæ, sicut olim præuaricatores
illi, quos deduxit Deus ex ægypto in argento, & auro multo, quo necessa-
ria compararent, & offerrent pro tabernaculo Domini construendo, illud
cõflauerunt in idolum scandali, & perditionis. Gratia igitur, & charismata
diuina nobis per filium Deum impartita sunt, ueꝫ aurum, & argentum:

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

cuius proprius possessor Deus est, qui per Aggeū protestat dicēs: Meum est aurum,& meū argentū. Illud tamen nobis libenter cōmunicat gratam habens permutationē quandā, de qua in Apocalypsi dicitur: Suadeo tibi emere a me aurū ignitū, ut locuplex fias. Nec habemus, quod permutare possimus, nisi flagitia, peccata, & libeꝝ arbitrium. Sed aliquādo gratis impartitur pro necessariis cibis, & uestimētis, ut queamus in conspectu regio nuptiisq; cœlestibus cōparere: Quod si amittimus, ueh nobis, quia expulsi a nuptiis proiiciemur in tenebras exteriores. Et hoc est, quod deplorabat Ieremias in lamētatiōibus dicēs: Filii sion inclyti amicti auro primo, quō conuersi sunt in uasa testea. Et iterū: Quomodo obscuratū est aurū. Et per Isaiam dicitur: Argentum tuū uersum est in scoriam, offuscata v3 cognitione spirituali, refrigerata charitate, & fœdatis, aut fugatis charismatibus diuinis. Et tāti auri est possessor cœlestis Imperator, ut etiā pauimentū supernę ciuitatis ab ipso rursum fabricatæ, ex auro in Apocalypsi legamus confectum. Sed ultra progreditur Iob dicēs/etiam glebas terræ illius supernę regiōis ex auro fabrefactas/ut cōcordet terra cū pauimento, & fundamēto unico/qui est ipse Iesus Dei Filius, ut ait Apostolus: Sup quo & nos ædificare suadet auꝝ, argentum, & lapides pretiosos: Quod signabāt omnes oblationes, quæ in antiqua lege fieri iubebant. Sed & hoc thesauro nobis impartito mādat, ut lucremur supramundanas diuitias datis nobis qnq; duobus, aut uno talēto, ut refert Matthęus: uel decem, aut qnq;, siue una tantū mna, sicut in alio euāgelista legimus, durissime cōminādo, nisi curemus augere pecuniā, & multiplicare cœlestes thesauros, in quos has thesauri feces cōmutare debemus. Nec tantummodo iste Deus Filius sibi uendicat ptiosiora metalla, quæ ad thesaurum pertinent, sed & omnia alia aquea, & fusilia, quæ eiusdem generis sunt pro diuersis cōducendis ab opifice præparata, maxime uero pro bello gerendo, & imperio conseruādo. Ad quod ferrum necessarium est in malorum supplicium, & stabile robur regni, & imperii ipsius Filii Dei: de quo dicitur in psalmo: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula me, & dabo tibi gentes in hæreditatem tuam, & possessiones tuas terminos terræ: Et reges eos in uirga ferrea. Et iterum in alio Psalmo: Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Sed & de ferro pro re bellica in Apocalypsi dicitur, q̄ gladius ex ore eius procedebat ex utraq; parte acutus, ad debellandos v3, & comprimendos rebelles. Et si non adest uindictæ, aut iustitiæ tempus, adhuc tamen ferrum exquiritur, quo scribant peccata punienda, sicut in Ieremia legimus: Peccatū Iehuda scriptū est in libro ferreo. Sic & Iob ait/Vt exarētur in libro ferreo. Est quoq; necessarium æs ad uasa templi conflanda: ideo non sine mysterio in Exodo iubentur omnia uasa tabernaculi confici ex ære, similiter & uasa templi,

Aggeus
Apoca.
Ieremi.
Isaias
Iob
Dauid
Idem
Apoca.
Ieremi.
Iob
Exodus

& mare, ut in tertio uolumine Regum legimus: Quod æs multum nimis sanctus Dauid, qui elegātissimum Filii Dei typum gessit, Spiritu sancto plenus accipiens de bet, & berot ciuitatibus Adadezer Assyrii præparauit pro uasis illis, mari, altare, & columnis conflandis. Tulit quippe æs de Assyriis, qui negotiatores interpretantur, bonus negotiator: ut ipsum in meliorem usum, & Dei ministerium cōuerteret, sicut docet summa Veritas dicens: Facite uobis amicos de mamona iniquitatis, commutando v3 æs, ferrum, & lapides istos, qui pretiosi dicuntur, in illos supernę ciuitatis: in qua non tantum aurum, sed ferrum, & ęs pretiosum reperitur, ut typice loquitur Moses in Deuteronomio dicēs: Eius lapides ferrei sunt, & de mōtibus eius æs foditur. Nec enim in terra hac inferiori, quæ Canahā, aut Charam dicitur, ab illo peregrināti populo, iuxta sponsiones diuinas possessa, sunt (sicut nouimus, & uidimus) lapides ferrei: nec de mōtibus eius æs, aut metallum aliquod foditur: unde de meliori regione, cuius illa inferior typum gessit, necessario intelligitur. Stannum autem, & plumbum quasi feces metalloꝝ non reperiri dicuntur in illa supera regione: in qua nihil feculentum, nihil imperfectum adesse potest. Hinc aliquādo imperfecti, & a diuinis recedentes, tanq̄ argenti scoria illis comparātur fecibus, ut in Ezechiele dicitur: Omnes isti æs, ferrum, stannum, & plumbum in medio fornacis scoria argenti facti sunt. Et per Isaiam promittit Dominus auferre stannū, & scoriam argenti a populo suo, reducendo eos ad argenti & auri ueram speciem. Ideo expressius & excellentius habet in Archetypo aurum & argentum, cui hoc inferius aliquid pretiositatis cōtinēs correspondet: Inter quæ homo tenēs locum mediū alteri eorum adhæreat necesse est. Sed audiamus Redēptoris monita dicentis: Thesaurizate uobis thesauros in cœlo. Cętera quoq; metalla, & omnia quęq; necessaria in supernis habent suum locum, unde sumant uirtutem & robur cuiuscunq; bonitatis, quæ in ipsis est.

Reg.iii.
CHRISTVS.
Deuter.
Ezechi.
Isaias
CHRISTVS.
Apoca.

Quem locum ibidem teneant plantę. Cap. VII.

CVm trium mundorum cōnexio, & correspondentia pertractetur / & de conuenientia arboris huius uegetalis cum intellectiuis arboribus plantatis in cœlesti hortulo dictum sit/restat/ut de superexcælsa arbore, quæ est idea, fons, & origo omnium aliarum, & illarum cū ipsa concentu pertractemus: Est enim arbor illa suprema typus, & radix omnium, nedum arborum, sed quarumcunq; rerum, ut habetur ex Hebreorum monimētis. Sed illa aliquādo dicitur arbor uitæ sita in medio paradisi, idest supramundanæ regionis, de qua plenius habetur in Genesi. Quam etiam celebrat Iohannes in sua uisione pathmotica dicēs: In medio plateę eius, & ex utraq; parte fluminis lignū uitæ afferens fructus duodecim, p menses singulos reddens fructus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ſuos: & folia ligni ad ſanitatem gentium. Verum ut fructifera ſit arbor cõ
tinuo irrigatur a fonte illo ſupremo, qui ait: Me dereliquerunt fontẽ aqua Ieremi.
rum uiuentium dominum. Ideo dicitur, q̃ lignum & arbor illa uitæ erat
ex utraq; parte fluminis. Nec ab re dicitur producere fructus duodecim
per duodecim menſes: quia irrigata eſt a quadruplici fluuio magni nomi
nis quadrilitteri ab æterno illo fonte emanante: Qui quadruplex fluuius
aut nomen ter reuolutum duodenarium facit: & pro qualibet reuolutione
alicui ſigno præferẽ/ut docetur in Theologia Hebreorum. Et inde omniũ The.he.
ſignorum & intelligentiarum præſidentium fœcũditas/ & primarii influ
xus/& fructus duodenarii per totius anni & temporis ſpatium. Sed nedũ
fructus rationales, ideſt bene initiati/& perfuſi illo influxu ſunt ſalubres &
proficui, ſed etiam ſibiipſis infructuoſi/ & non plena gratia (quam gratũ
facientem uocant) donati, ſunt utiles aliis impartientes doctrinam/& cõ
ferentes ſanitatem per ſacramenta & ſacrificia, licet nihil eis proſit. Et iſti
ſunt folia/de quibus dicitur: Et folia ligni ad ſanitatem gentium. Et hæc
eadem arbor aliquãdo dicitur ſcientia boni & mali/dum uidelicet exina
nita, & mortali unita carni experitur etiam malum paſſionum humanaq;
ſimul cum bono, quo pleniſſime diuina illa portiõe perfruitur. Quæ arbor
eſt in medio paradiſi, ut omnibus pro recipientium exigentia, aut dantis
liberalitate fructus ſuos æqua portione communicet. Et hinc aliquando STVS.
ſeſe uitem nominat dicens: Ego ſum uitis, & uos palmites: ut in ſtatu my CHRI/
ſtico, aut in uera tranſmutatione, quam facimus aliquando in Deum, ea
dem planta ſimus cum ſuprema immo rami & ſurculi ipſius. Cuius arbo
ris, aut uitis, & totius hortuli cũ cæteris arboribus agricola eſt ille, de quo
dicitur: Et Pater meus agricola eſt. Nam in illo ſupremo horto non tantũ
diuina illa, excælſa, & ſupramundana arbor plantata eſt, ſed multæ aliæ:
quibus totus hortulus eſt completus, de quibus dicitur in Geneſi: Produ Gene.
xit dominus Deus de terra, illa uidelicet uiuentium omne lignum, uel ar
borem pulchram uiſu, & ad ueſcẽdum ſuauem. Et iterum: Ex omni ligno Ibidem
paradiſi comede. Nec enim in illo paradiſo ſunt ligna hæc uegetãtia: quæ
ſolent a nobis pro tempore plantari, & in uſum ædificiorum conuerti, uel
arefactioni exponi, ut comburantur: ſed quæ ab æterno plantatæ ſunt ab
illo agricola, de quo dicitur ibidem: Plantauerat Dominus Deus paradi Ibidem
ſum uoluptatis a principio. Ipſemet quoq; in Iſaia dicit: Ego plantaui te Iſaias
uineam electam. Et in pſalmo dicitur: Perfice eam, quã plantauit dextera Pſalm.
tua. Sed in alio pſalmo nihil expreſſius eo, quod dicitur: Saturabuntur li Idem
gna Adonai: pro quo nos habemus ligna campi & cedri libani, quas plã
taui. Ligna hæc, aut arbores uocantur Adonai, & tetragrammi, aut qua
driliteri ut intelligatur de quibus arboribus loquitur. Et cedros adiungit
quas plantauit ille, qui niſi plantet, omnes eradicabũtur. Si autem a ſenſu

Orige. anagogico ad ſenſum moralem Origenem ſequẽtes tranſcendere uolueri
mus/ Arbores ſunt uirtutes plantatæ/& infuſæ nobis a cœleſti agricola/a
quo omne datum optimũ/ & omne donum perfectum: In paradiſo enim,
& in ſtatu hominis delitiantis in illis ueris/ & æternis delitiis eſt plantata
arbor iuſtitiæ/& arbor prudentiæ, fortitudinis, & temperantiæ: uel arbor
pietatis, clementiæ, & ſapientiæ, aut diſciplinæ: Quæ bonæ arbores non
poſſunt malos fructus facere: qa pudicitia bona eſt, nec poteſt afferre fru
ctum impudicitiæ: nec iuſtitia iniuſtitiq; fructus producit: nec ea ſtultitia,
quę plantata eſt in corde tuo, poterit afferre fructum ſapientiq;: neq; ulla
iniuſtitiq; arbor dabit fructum, aut florem iuſtitiæ. Sed aduertẽdum eſt, q̃
arbores bonę ſunt Spiritus Dei & diuinę, quarum fructus connumeran
Paulus tur a Paulo, dum inquit: Fructus autem Spiritus eſt pax, charitas, gau
dium, patientia, longanimitas, benignitas, bonitas, & quæ ſequuntur. Ar
bores autem malæ ſunt carnis, cuius opera, & fructus deſcribuntur ab eo
Idem dem dicente: Manifeſta ſunt opera carnis, immundicia, impudicitia, luxu
ria, & id genus: Quæ arbores infructuoſę, aut mali fructus ſucciſæ arefiẽt
CHRI/ igne comburendæ inextinguibili, ut ſumma Veritas ait: In ignem mit
STVS. tent, & ardent. Ad ſuperiorem autem ſenſum redeundo, in quem alibi idẽ
Orige. Origenes conſentit, omnis arbor eſt omne genus perſonarum, ſiue rex ſit,
aut ſeruus, ciuis, aut ruſticus, artifex, aut ẽt mulier: Vterq; enim ſexus tam
in arboribus, q̃ in animantibus reperitur: Illas aũt aliquãdo plantat Deus
Ieremi. pulcherrimas etiam in cœleſti paradiſo: & aliquando euellit, ut per Iere
Ezechi. miam ait: Quos plantaui, ego euello. Sed per Ezechielem tota ſeries arbo
ris plantatæ in horto delitiarum, & irrigatæ, confotæ, atq; euulſæ deſcri
Hiero. bitur ſub nomine Aſſur per quandam hyperbolen, ut ſentit Hieronymus:
Ezechi. Ait eni Ezechiel: Ecce Aſſur, quaſi cedrus in libano pulcher ramis, & fron
dibus nemoroſus, in excęlſum eleuatus: Aquę nutrierũt illũ, abyſſus exal
tauit eum, flumina eius ibant in circuitu plantationis ſuæ, & riuos illius
miſit ad omnia ligna campi: Ideo exaltatus, & eleuatus eſt ſuper omnia li
gna agri: Et adeo deſcribit ipſam arborẽ excęlſam, q̃ in paradiſo, ubi erat
plãtata, nec cedrus, nec abies, aut cupreſſus, uel alia quæpiam arbor para
diſi Dei ipſi poterat aſſimilari. Sed ne de tanta altitudine nimium confi
dat, ſubiungit: Iuxta impietatẽ eius eieci eũ, & ſuccident eũ alieni: Et mul
ta proſequens de ipſius ruina tandem ſubinfert: Ecce deſcendere te feci
cum lignis uoluptatis ad infima terrę: Vnde docemur, q̃ etiam plantati
quacunq; ſublimitate in paradiſo delitiarum decidunt, ſicut protoplaſtes,
& intelligentię illę, quę ceciderunt: cum nullus ex ſe ſtare, aut erigi poſſit,
ut ſumma Veritas ait: Si quis (inquiẽs) in me non manſerit, mittetur fo
CHRI/ ras ſicut palmes, & areſcet, & in ignem mittent, & ardet. Sunt igitur ar
STVS. bores uegetabiles: ſũt arbores humanę: ſunt arbores angelicę: & eſt arbor

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ſuprema,atq; diuina.Nec iſtæ uegetabiles uireſcunt,nec fructum produ/
cunt,niſi donatæ uita/& fœcũditate a ſuprema per medias.Nec humanę/
aut angelicę arbores uiuunt/aut ſtabiles ſunt niſi conſeruentur ab ea,quæ
ſola in ſe ſtabilis eſt:& ab eadem uitam hauriant,& irrigentur a fonte illo
ſuperno,a quo omne bonũ:ut de angelis Iob perhibet dicẽs:Ecce qui ſer/ Iob
uiunt ei,non ſunt ſtabiles, aut non credent.ſ.firmiter : & in Angelis ſuis
poſuit mutationem, quã aliqui prauitatem, alii autem ſplendorem inter/
pretati ſunt.Et de arboribus humanis dixit ſumma Veritas:Qui manet in CHRI/
me,& ego in eo,hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis fa/ STVS.
cere. Habent igitur arbores omnes inferiores illam ſupernã arborem,cui
correſpondeant: & a qua uitã, incrementa, & fructus ſuſcipiant:de qua
multoties in ſacris eloquiis innuitur ſub typo harum inferiorum. De illa
igitur deq; aliis arboribus excęlſis (ut opinor) a propehtis edoctus Plato Plato
in Phædro ſub Socratis perſona ſupra humanas ſemitas loquẽs,altiorem
illum mundum, & puriorem deſcribit,ſimul & omnia, quæ ad hominis
uſum producta ſunt,a communi hac conditione ſeiungens. Puriora nãq;
illa & perfectiora eſſe aſſerit:uerũq; ibi eſſe cœlum,ueramq; lucem,ueram
quoq; terram : A qua ſi quis ad hanc, quæ a nobis colitur, terram, lapi/
des,arbores,flores,fructus,& huiuſmodi deuenerit,ambeſa atq; corrupta
omnia ſalſedine quadam maris huius uideantur. Declarat quoq;,quanta
ſit differentia inter eam ſpeculationem quam ueri Saturnii,& a turba ſe/
moti,diuiniq; uiri habent,& eam, qua potiuntur,qui terrenis huiuſmodi
curis impliciti contaminati ſunt ſalſedine,ideſt ſapientia huius mundani
maris. Sunt nanq; (inquit) ibi arbores,flores, fructus, montes, lapides
Sardii,Iaſpis,Smaragdus,& cætera huiuſmodi:quorum iſtæ ſunt parti/
culæ quædam deformes, & ad horum ſpeculationem,& claram intuitio/
nem peruenimus mortui, ut ſuperius admodum aperte reſerauit,non qui
dem morte corporis,ſed per omnimodam ſenſuum ſequeſtrationẽ, & pur
gatorias uirtutes ab omni extraneo,& alieno. Quouſq; autem illa omnia
claro intuitu nobis proſpicienda offerẽtur, & reuelata facie contemplan/
da,per has inferiores inter nos eſt habendus ſermo, ex quibus innuere ua
leamus ſupramundana atq; diuina,& horum tandem auſpiciis ad ea ſor/
tis noſtræ non immemores euehi.

Cum quibus noſtra hæc æquetur planities. Cap. VIII.

Aer. 6. Cine.

IN cœleſti regione non ſolũ ſunt lapides, metalla,arbores,& fructus,ad quæ per hæc inferiora conduci poſſimus,ſed etiã eſt ſitus planus,& mõtuoſus,& aſper:eſtq; frugifer,irriguus, & ſatiuus:& ex aduerſo ſylueſtris,& aridus,ſicut & hic infe/rior diuiſus eſt mundus. Tripartitam enim hanc uidemus terram,cuius una pars eſt plana,habitabilis,& irrigua:alia deſerta, & arida:tertia uero

montuoſa.Et montium aliqui,maxime colles, fœcundi ſunt & pingues:
& aliqui deſerti,& aridi.Sed pro nunc de planitie proſequamur,quam in
Pſalm. regione illa ſuperna reperiri teſtatur Pſalmographus dicens:Qui aſcẽdit,
uel equitat ſuper planitiẽ,Dñs nomẽ illi:pro quo mendoſa traductio hẽt
occaſum:Nã עֲרָוֹת ideſt harauot iucundũ, aut planitiẽ ſignificat:qđ tra/
ductor noſter uertit occaſum,exiſtimãs forte uerbum illud prouenire ab
עֶרֶב/quod ueſpę denotat,& horã illam,qua Sol ad occaſum uergit:Sed
hoc per duo ſegol,illud autem per pata het camez punctatur, & differũt
penitus in ſignificato.Bene igitur dicit Propheta,ꝙ Deus equitat ſup iu/
cunditatem,& planitiem:cũ ſit fœliciſſimus ex ſe,nihil aſperi,nihil hiſpidi
continens.Verum alii (& forſitan melius) illud harauot interpretantur
cœlum empyreum ſumme planũ,& lene:in quo nec tumefactio ſtellarũ,
nec gibboſum,uel aſperũ aliquod reperitur:ſed totum eſt planum,totum
iucũdum/atq; amœnum. Si autem adhuc altius conſcendere uoluerimus
ad ſupramundam.ſ.planitiem,comperiemus,ꝙ ſicut ſunt aquæ ſupercœ/
leſtes,quæ Dominum continue laudant,& aquæ,& ignis diuinus,ut ſu/
pra tetigimus, pari modo ſunt in Archetypo illo planities, a qbus omnia
Ant.th. iucunda, lenia, dulcia, amœna, & delectabilia procedunt. Et hæc apud
Canti. antiquos Theologos dicitur regio meridionalis ſupramundana,de qua in
Canticis concinitur:Indica mihi,ubi paſcas, ubi cubes in meridie. Et ite/
Iſaias rum:Veni auſter, & perfla hortum meum, & fluent aromata,& omnia
Io.bap. delectabilia: A qua plaga uenit ille, in cuius aduentu (ut Iſaias ſimul cũ
Baptiſta teſtatur) fuerũt praua in directa,& aſpera in uias planas.A me/
ridie enim uenit Redẽptor,ſi uera præſenſit Abacuc, qui ait Deus מִתֵּימָן
Theod. ideſt de teman ueniet ſcilicet ab Auſtro, ut bene interpretatus eſt Theo/
Hiero. dotio,& conſentit Hieronymus in commentariis,& rei ueritas eſt: Nam
uenire ab auſtro, eſt uenire cum lumine ueritatis, & cum gratia, & mi/
ſericordia:Quod totum tangit Iohannes dicens,ꝙ ipſe eſt lux,& ueritas,
& ꝙ gratia per eundem facta,& diffuſa eſt.Et ſicut a fulgenti meridie,&
leni planitie uenit, ita ab eius aſſeclis hoc planum iter aſſequendum eſt,
pacis quippe,mãſuetudinis,patientiæ,quietis,æquitatis,pietatis & æqua/
nimitatis ut (ſi fieri poſſet) nihil aſperi,nihil horridi in eis perſentiatur.
CHRI/ Hinc iuſſit remittendas iniurias/pacẽ omnibus denuntiari,& afferri,pa/
STVS. tienter omnia ſufferri dicens: Beati miſericordes, Beati pacifici, & beati
Iſaias qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam : Immo & omnia inſtru/
menta bellica,& occaſiones pugnãdi deponi iuſſit,iuxta Iſaiæ uaticiniũ,
quo ait: Et conflabunt gladios ſuos in uomeres, & lanceas ſuas in falces.
Non leuabit gens contra gentem gladiũ,nec exercebuntur ultra ad præ/
CHRI/ lium.Quod obſeruauit Chriſtus iubens Petro,ut poneret gladium in ua/
STVS. ginam omnẽ uindicandi animum interdicens.Sic & quando Iacobus,&

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Iohānes (ut narrat Lucas) uoluerūt aduocare ignē de cœlo, ut cōsumeret Samarites, qui neglexerant suscipere Christū hospitio, increpauit eos dicens: Nescitis cuius spiritus filii estis? pacis vȝ/& charitatis, Et subinfert: Filius hominis nō uenit animas perdere, sed saluare. Vnde & ipse melius factis q̄ uerbis docens, tanq̄ mutus stetit coram tondente ipsum, non aperiens os suū, & tanq̄ agnus, qui ducitur ad uictimam. Quod obseruauere tot ueri christiani, qui per trecētos, & iis plures annos, innumerabiles omne genus martyrii animo imperturbato sustinuerūt: Apud quos nec murmur, nec querimonia resonabat, imitatores enim effecti erant illius ueri agni in dextera dei collocati, qui ad uictimā silens ductus est, os suū non aperiens in blasphemiā/cōtumelias/aut querimonias aliquas: Sed heu infœlicia tempora, cū in Christianis solum nomen relictum sit, fugata omni israelitica, immo Christiana mansuetudine, & lenitate, falces & uomeres, in quos cōflati erant gladii, iterum conflauerūt in lanceas, & rompheas acutissimas & noxias effecti Esauani, & idumæi, hispidi, horridi & contentiosi super omnes nationes & populos, adeo ut neq̄ in tēporalibus, neq̄ in spiritualibus aliquando a litigiis uacent, sempiternis cōtentionibus ubiq̄ addicti, ut Christus eos iam suos esse minime cognoscat, sed eis dicat: Nescio uos: & excludat a regno pacatissimo/leni/& amœno eos, qui semper aspera iti nera, & uitam hispidam prosequuti sunt. Possedimus (inquit Moses suo typico sermone) omnes ciuitates, quæ sitæ sunt in planitie, factusq̄ est earum bonus possessor ipse, de quo in Numeris dicitur, q̄ erat uir mitissimus super omnes, qui morabantur in terra: Per quā uiam incessit & ille, qui dixit: Memento dñe Dauid, & oīs māsuetudinis eius. Christus quoq̄ suis christicolis dixit: Beati mites, qm̄ ipsi possidebūt terrā, illam vȝ planā, & pacatissimam. Sed quia montes, & eoꝝ habitatores cōmendantur in sacris eloquiis, ideo, & quid isti montes significent, prosequendū est.

Lucas

CHRISTVS.

IDEM

Moses

Numeri

Dauid

Quibus eleuantur montes. Cap. XIX.

INtrantes electi filii israel promissionis terrā non modo planities, sed montes possederunt debellatis, & expulsis eoꝝ habitatoribus, ut in Iosue legimus, ubi dicitur: Cœpitq̄ Iosue omnē terrā montanā, & meridianā, terrāq̄ Iesse, & planitiē, & occidentalem plagā/ montēq̄ Israel/& cāpestria eius/& partē montis, quæ ascendit Sehir usq̄ Baalgat p planitiē libani subter montē hermon, singula quæq̄ distribuēs tribubus & familiis illis, ut longo sermone prosequitur: Quæ oīa in figura cōtingebant patribus illis, qui typū tenebāt introeuntiū uerā promissionis terrā duce Iesu, cuius Iosuah figura pręcessit. Est nanq̄ superna terra (ut diximus) uera planities, ubi sunt etiā montes irrigui, & aridi, & utriq̄ necessarii. De primis canitur in psalmis: Rigans montes de superioribus, aut excælsis suis, sicut isti materiales irrigantur a

Iosue

Psalmo

nubibus superioribus: sed isti non producunt aromata sicut illi, de quibus dicitur in Canticis: Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ / hinnuloq̄ ceruorum super montes aromatum. Nec stillant dulcedinem sicut illi, de quibus ait Ioel: Et erit Ierusalem sancta, illa uidelicet superna completo electorum numero, aut apertis portis per Redemptorē, sic ordinata, q̄ alieni non transibunt per eam, & in die illa (ut sequitur) stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte, sicut de tota terra Zebi dicit, q̄ fluet lacte & melle, nō quidem lacte, quod exprimitur ex uberibus caprarum, uaccarū, & ouium, sed ab illis uberibus excælsis, de quibus dicitur: Melliora sunt ubera tua uino: Nec melle, quod deducit ex floribus sollicita apis, sed illo, de quo iterum dicitur: Mel & lac sub lingua eius: Et a Dauid in Psalmo: De petra, melle saturauit eos/ideſt de melle emanante a petra, quæ est Deus: Nam צור ideſt Zur, Quod nos habemus interpretatū petram, nomen Dei forte significat. Reddunt igitur illi montes & lac, & mel dulcissimum & aromata suauissima: ideo anhelabat ad eos ille, qui dixit: Ibo ad montes myrrhæ. Est autem inter eos præcipuus mons, ad quē multoties ipse clementissimus Deus sua benignitate nos deducit, dūmodo exequamur, quæ nobis mandauit: ut per Isaiam protestans ait: Custodientes sabbatum meum, & tenentes fœdus meum adducam in montem sanctum meum, & ex hoc tanquā ex ęrario omnium thesaurorum assere/bat Dauid se impetrare, quod petebat dicens: Exaudiuit me de monte sancto suo. Et hic mons aliquando pro hospite, & aliquando pro hospitio sumitur. De hoc iterum Propheta canit: Quis ascendet de monte Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Et alibi: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Est etiā ipse Deus hospes, mons supremus, cuius cacumen eleuatū est in imensum. Est quoq̄ mons excælsus Messiah, de quo Isaias aperto sermone ait; Et erit in nouissimis diebus præparatus mons Domini in uertice montium, & eleuabitur super omnes colles, & fluent ad eum omnes gentes: & ibunt populi multi, & dicent: Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iahacob, ideſt ad Christum, & ecclesiam, & docebit nos uias suas: & ambulabimus in semitis eius, quia de Sion exibit lex, ubi diffudit spiritū sanctum suū super Apostolos, qui suggessit eis omnia, quæ cōtinebantur in lege. Sequitur: Et uerbum Dñi de Ierusalem: Nam ipsum Dei uerbum æternum humanatū uerbum frequens habuit in Ierusalem, & in templo illo Ierosolymitano. Iste igitur mons fuit, qui & aliquando planities dictus est, quando in aduentu suo reddidit omnia aspera in uias planas. Sed & mons dictus est sublimis sup alios ꝓpter eminentiā naturę: plenitudinē gratiæ, & culmen uirtutum, atq̄ meritoꝝ. Sunt alii quoq̄ montes intellectuales, qui tāq̄ ministri supremo monti assistunt, & inseruiunt, de quibus

Canti.

Ioel

Canti.

Dauid

Salomō

Isaias

Dauid

Idem

Isaias

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License.

Isaias ait: Montes & colles cantabũt laudẽ/& omnia ligna regionis plau/ Isaias
dent manibus. Nec.n.cantant saxosi,& terrei montes,nec ligna cõbusti/
bilia plaudunt manibus/sed rationales arbores/& montes/de quibus iterũ
in Psalmo: Simul montes exultabunt ante faciem Domini,quia uenit: Et Psalm.
rursus: Montes exultauerunt/aut saltarunt (iuxta hebraicam ueritatem) Psalm.
ut arietes/& colles/sicut agni ouium: Quæ omnia ad superiores montes/
colles/arietes/& agnos/quoꝝ simulachrum habent, & quibus correspon/
dent/referuntur/si recte intelligi debent. Sunt etiã montes mali magni ro
bore/& malitia/ut in Ieremia loquitur Dñs dicens: Ecce ego ad te mons Ieremi.
pestifer/aut desolate/uel corruptor: ait Dominus/ qui corrũpis uniuersam
terram: extendam manum meã ad te/ & euoluam te de petris,quibus sci/
licet confectus es,& dabo te in montẽ combustionis/ubi/ iuxta Sapientis Sapiẽ.
sententiã/potentes poterter tormẽta sustinebunt. Et ad sathan/qui aduer/
sabatur Zorobobeli ædificanti templũ / dicit Dominus per Zachariam: Zacha.
Quis tu mons magne cõtra Zorobobel? Sed hos facile Dominus demo/
litur,& dissipat per se/aut per electos sibi montes/ sicut ad Isaiam inquit: Isaias
Triturabis montes/ & cõminues: & colles quasi puluerem pones. Et in sor
tem istoꝝ montiũ positus est שעיר idest sehir datus in possessionem Esau,
& ducũ,qui egressi sunt de lumbis eius/idest hominis animalis & omniũ, Genesis
quæ ad ipsum pertinent, ut in Genesi sub figuratiua testa longo sermone
describitur. Hoc enim indicat nomen sehir/ quod non tm montem illum,
sed turbinem,turpitudinem, malã cogitationem, malam mentẽ, crinem,
pilum,capillum,hircum,& diabolum nõ sine mysterio significat: Ad quẽ
montẽ conscenderat ille,qui fuit caput totius rebellionis,turpitudinis,su/
perbiæ,& malæ cogitationis dicens: In cœlum conscendã,super astra Dei
exaltabo solium meũ, sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis.
Et isti sunt montes merito explanandi, ut infert Isaias de isto arrogantiæ Isaias
principe dicens: Verũtamen ad infernum detraheris in profundum laci.
Et in particulari de monte Sehir per Ezechielem ait Dñs: Dabo montem Ezechi.
Sehir desolatum,& auferam ex eo euntem & redeuntẽ. Et de omnigena
hac turba inquit Abacuc: Contriti sunt montes sæculi,& incuruati sunt Abacuc
colles mundi ab itineribus æternitatis eius: Per quos montes sæculi dæ/
mones intelliguntur (ut putat Hieronymus) qui eleuant se cõtra scientiã Hieron.
Dei,& per colles aliæ dæmonũ fortitudines,quæ faciũt homines corpoꝝ
pulchritudinẽ/dignitates,diuitias sæculi,nobilitatẽ generis, cæteraqꝫ mun
di bona admirari. Et cũ ipsis dæmonibus,& principibus tenebraꝝ tume/
facti, & obtenebrati mali homines, & ipsi cum principibus obscuritatis
dicũtur montes caliginosi,de quibus per Ieremiã Dominus ait: Non im/ Ieremi.
pingantur pedes uestri ad montes caliginosos, & obtenebratos. Isti sunt
enim montes / & excælsa in quibus adoletur incensum superbiæ cũ ma/

Regum xima Dei indignatione,ut multiplici querimonia in libris Regum lamen
tatur Dominus, & de populo adhuc immolante in excælsis, & de Regi/
bus,qui ipsa excælsa non abstulerant. Isti sunt quoqꝫ montes & excælsa in
Hiero. quibus Saul (ut ait Hieronymus) sacerdotes Dei interfecit tumefactus,
& eleuatus appetitu regnandi cõtra Deũ,& contra Dauid, cui ipse Deus
iam tradiderat regnum: Erat enim in Gabaa quod excælsum, aut eleuatũ
interpretatur: A quibus montibus nobis declinãdũ est,tãꝫ a citissime rui/
Apoca. turis,& in nihilum deducendis, unde in Apocalypsi legimus, ꝙ quando
Dauid effundetur calix indignationis Dei montes nõ sunt inuenti,ut & Psalmo/
graphus sub typo arboris loquitur dicens: Vidi impium superexaltatum,
& eleuatũ sicut cedros Dei,& transiui, & ecce non erat,quæsiui,& nõ est
inuentus locus eius. Sunt quippe & alii montes nobis cõscendendi,culmi
Psalm. na ꝫ uirtutum,ut cõueniamus cũ uirtute diuina, de quo diuus Citharœ/
dus ait: Iustitia tua sicut montes Dei: In iustitia enim,quæ cõmunis est uir
tus,oĩs caterua uirtutũ deprehẽditur. Et de uirtutibus nostris inquit idem
Dauid Regius Propheta: Montes excelsi ceruis,idest culmina uirtutum sunt pro
Hiero. illis robustis ceruis,qui nouerunt occidere serpentẽ,ut sentit Hieronymus
Orige. in cõmẽtariis,& Origenes in Canticis: Sed hic addit, ꝙ montes etiam si/
Cantic. gnificant eminentes cognitiões, dicens: Venit quis saliens sup montes alti
sensus,& sublimis intelligentię,de quibus dicitur: Ecce hic uenit saliens in
montibus,transiliens colles. Et rursus: Fuge dilecte mi ad montes aroma/
tum: In quos conscendentes utinã mereamur cũ Elia,& Mose audire uo/
cem Domini blandientis/docentis/& pascentis eo lacte/& melle/quo pa/
uit Mosem/& per ipsum totũ populũ ex monte Sinai,ut simus illæ oues,
Ezechi. de quibus ait Dñs per Ezechielem: In pascuis uberrimis pascã oues meas
in montibus excælsis. Sic Christus ex monte Thabor tanta dulcedine tres
pauit Apostolos/ut Petrus omniũ aliarum rerum oblitus exclamando di/
ceret: Domine bonum est nos hic esse. Pauit quoqꝫ ex monte Sion omnes
Apostolos, & eos,qui cũ ipsis erant supremo pabulo Spiritus sancti sui,
quo adeo eos refecit suggerens eis oia,ut bona crapula & ebrietate made/
facti eructarent uariis linguis in populos magnalia Dei. Et ob hanc cau/
Dauid sam,& alias pro nunc subticendas Regius Propheta hunc montem Sion
Psalm. celebrat dicens: Mons Sion,quẽ dilexi. Et iterum: Diligit Dominus por/
Psalm. tas Sion. Et rursus: Videbit Deus Deorum in Sion. Et alibi: Elegit Do/
Psalm. minus Sion,elegit eum in habitationẽ sibi. Sic in plærisqꝫ aliis locis. Sed
Isaias & per Isaiam ipse Dñs ait: Dabo in Sion salutem. Et in Ioele: Ego Dñs
Ioelis Deus uester,qui habito in Sion. Et ex Abdia: In monte Sion erit saluatio.
Abdias Iohãnes quoqꝫ in sua celeberrima uisione: Vidi supra montẽ Sion agnũ
Iohan. stantem,& cũ eo magnum signatorum numerum, quibus omnibus im/
partiebat de plenitudine sua,quã omnes accipimus. Sed (ut opinor) de

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License.

illo ſupremo Sion loquitur, cui hic inferior in meditullio mundi exiſtens perpẽdiculariter ſubiicitur, ut ex utroq; uerus mediator, & fons ſupernus omnibus diſtribuat mana/mel/lac/aquã ſapiẽtiæ, & omnia bona: ut poſſi/ deamus non ſolum planitiem, ſed montanã irriguam. i. eminentiam glo/ riæ, & graduum in meridiano illo gratiaꝝ, & Geſſem, complutam ỽ3 re/ gionẽ & madefactam ab illis ſupernis canalibus, & riuulis, uel illam ſu/ pernam pluuiam, de qua in Pſalmo: Pluuiam uoluntariã ſegregabis Deus Pſalm. hæreditati tuæ, Geſſem enim pluuia interpretat᷑. Poſſideamus quoq; Pla/ nitiẽ, & harauah, de qua ſupra diximus, & campeſtria, & montes Iſrael, nõ quippe ſylueſtres & aridos, ſed feraces & optimos, & partẽ illam mon/ tis, quæ aſcẽdit Sehir: Mons quippe Sehir eſt culmen proſperitatis mun/ danæ datæ Eſau, cuius pars quoq; data eſt Iſraeli, quãuis portio reruni di uinarum data ſit ei in funiculum hæreditatis ſuæ, nõ tamen deſtituti ſunt in bonis tẽporalibus, quæ fortunæ dicuntur: Quæ bona ueri Iſraelitæ non poſſederunt ſeiuncta a patrono ſuo, qui Deus eſt: ſed ſimul cum ipſo, qui dixit Abrahæ: Ego ero merces tua magna nimis. Et de quo dixit Prophe/ Gene. ta pro ſe, & ſuis Iſraelitis: Dominus pars hæreditatis meæ. Ideo notanter Dauid. dixit Ioſue, ꝙ eorum pars fuit uſq; ad Bahalgad, quod patronus, uel Do/ minus fortunæ interpretatur. Sunt etiam montes aridi, & deſerti, qui in ſortem ueniũt cũ arida, de qua ſtatim dicemus: Ideo per huiuſmodi mon/ tes ſiccos ſicco pede tranſibimus uſq; ad incultam, & inferacem eremum, ubi de utroq; tractabimus.

Quid deſertum, & arida. Cap. X.

CVm nihil ſit in mundo hoc inferiori abſq; ſua præſidente in/ telligentia (ut ſapientes multi conſentiunt) & abſq; idea, uel menſura in Archetypo, cui reſpõdeat, & unde regatur, con/ ueniens eſt, ut etiam deſertum, & loca arida etiã ipſa manu Domini fabricata habeant ſuas intelligentias, & aliquid in ſupramũdana curia quocũq; nomine cenſeatur: unde ariditatem ſuſcipiant, aut ſecludan tur ab irriguo ſupremi fontis, unde omnis uera irrigatio. Eſt itaq; deſertũ (ut ab etymologia uocabuli incipiamus) deſtitutus & derelictus locus a fauore cœleſti, ſicut etiam ſonat uocabulum hebreũ, quod eſt מִדְבָּר ideſt midbar, & id ſine aliqua re ſcẽm eius linguæ etymologiã dicit᷑: Vocatur quoq; arida uel ſiccum, ut bene ſonat uocabulum hebreum congregatis aquis in locum unum. Cum igitur cõgregantur aquæ ſupramundanæ in locum unum, remanent alia loca cũ arido influxu nõ irrigantia /nec ma/ defacientia ea, quæ curant: ideo tortida, & ſicca remanent illa omnia pri/ Pſalm. uata cœleſti beneficio, ut in Pſalmo canitur: Auertente te faciem turbabũ Leuiti. tur: auferes ſpiritum eoꝝ, qui datur per ſupernum irriguum, & deficient, & in puluerem ſuũ reuertentur. Et in Leuitico ait Dominus: Si nõ audie/

ritis me, dabo uobis cœlum deſuper ferreum, & terram æneã: Conſumetur incaſſum labor ueſter, nõ proferet terra germen, nec arbores poma præbe/ Deuter. bunt. Ecõuerſo aũt, qd bene operantibus ſummus moderator in Deutero/ nomio promittat, audiamus: Apiet (inqt ipſe Dñs) Theſauꝝ ſuũ optimũ cœlũ/ut tribuat pluuiã terræ tuæ in tpe ſuo: Bñdicetq; cunctis opibus ma nuum tuaꝝ. Sed aduertendũ eſt, ꝙ loca deſerta, & arida ſunt in multiplici differẽtia: Quædã. n. ſunt tm̃mõ priuata irrigatione ſuperna non quidẽ in toto, quia in nihilum tenderẽt: ſed illa plus/illaq; minus pro ſuſcipientium condecentia, aut pro imperio irrigantis. Quædã etiã ſunt arefacta non tm̃ priuatione ſummi irrigui, ſed incendio chaldaico fornacis illius, cuius flã/ ma aſcẽdebat cubitis quadraginta nouẽ, quadrato ỽ3 numeri remiſſionis, & punitionis: & adeo torrentur huiuſmodi, ut fiant habitacula tartaꝝ ciuiũ, ſicut de Babylone a ſupno fauore deſtituta, & ſuo igne conſta in/ Iohan. quit Iohãnes in Apocalypſi: ꝙ facta eſt habitatio dæmonioꝝ, & cuſtodia omnis ſpũs immundi. Non ſecus de alia Babylone, & miſera Roma cõ/ Iſaias minatur Deus per Iſaiam ſub nomine Boſra. i. uindemiatricis, ut exponit Hiero. Hieronymus: Hæc enim uindemiauit uniuerſum orbẽ, primo qdẽ gladio tẽporali, deinde gladio ſpũali: Ait igitur: Et conuertentur torrentes eius in picem/& humus eius in ſulfur, & erit terra eius in picem ardentem nocte ac die/& nõ extinguetur in ſempiternum. Aſcendet fumus eius a genera/ tione in generationẽ/ & deſolabitur in ſæcula ſęculoꝝ. Non erit tranſiens per eam ſed upupa, ulula, ibis, hericius, onocrotalus, lamia, onocentaurus hirſutus, & quicqd eſt terrifici generis habitabit in ea. Per quæ omnia di/ uerſa ſpirituũ immundoꝝ genera intelliguntur: Quoꝝ princeps eſt עזאזל ideſt hazazel/pro quo nos habemus/neſcio quo ſenſu/interpretatũ emiſſa Leuiti. rium in libro Leuitici. Huic igitur habitanti in deſerto/& principi deſer/ toꝝ ſpũum mittebat᷑ hædus ſortis/& peccati: & iubebatur illic dimitti nõ ſine magno myſterio/ut ỽ3 diabolo habitãti in inculta eremo/& ſqualẽti deſerto dimittatur peccatũ/& quicqd ad ipm pertinet aridũ/& hiſpidum. Alteꝝ autem hædũ, qui eſt caro & cõcupiſcentia eius/offeramus Dño cru Paulus cifigentes illam/iuxta apoſtolicũ monumẽtũ: Qui aũt Chriſti ſunt carnẽ ſuam crucifixerunt cum uitiis, & cõcupiſcentiis ut tandem uiuat, & ipſa cũ ſpiritu coram Domino, ut denotabat caper cõſtitutus uiuus corã Do/ mino. Ex euangelio quoq; habemus deſertũ eſſe ſedem maloꝝ ſpirituum, Lucas narrãte Luca/ ꝙ uir ille nequã ſpiritu uexãtus fractis cathenis agebatur a dæmonio in deſerto. Dicunt᷑ quoq; habitare in deſerto, qui priuati ſunt irri Geneſis guo cœleſti, aut peccatis ſeruientes, aut ea per pœnitentiam expurgantes non adhuc digni ſuperno rore. Ideo notanter dicitur in Geneſi, ꝙ Iſmael expulſus a domo Abrahæ, arcuiq; ac ſagittis inſeruiens morabatur in ſoli tudine in deſerto pharam. Et pro non adhuc bene initiatis, & diſpoſitis

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported Licence.

ad cœlestes imbres dicit/q; Iohānes Baptista p̄dicabat baptismū pœnitē/
tiæ in deserto, ubi nō dū bene p̄fusus morabat puer. Et Moses cœlestiū iā
influxuū particeps pascebat gregē non intra in penetralibus, sed ultra de/
sertū. Sed & p̄ desertū traduxit totū populū Israeliticū typū gerentē cor/
omniū, qui p̄ pœnitentiā ad supcœlestē patriā cōscēdere tatagūt. Christus
habitare dr̃, ut in Marco legimus, q̃ uenit uox de nube. Et Chriſtũ aſcen Marc.
dentẽ nubes ſuſcepit ab oculis diſcipulorũ/ ſicut Lucas teſtat̃. Necnõ etiã Lucas
ſimilem filio hominis uidit Iohãnes in ſua celeberrima uiſione ſedentẽ ſup Iohan.
nubẽ. Quod cognoſcẽs Dauid ait: Qui ponis nubẽ aſcenſum tuũ/ aut tri Dauid
bunal tuum: & melius/ut habet ueritas litterę. Hæc aũt omnia pro nobis
dicta ſint/qui nõ poſſumus intueri, & cõſcendere lucẽ illam inacceſſibilẽ,
quã ipſe Deus inhabitat. Vnde gloria eius/aut ipſe ſedens in gloria ſua eſt
tãq̃ nubes nõ ualentibus ipſam præ uiſus debilitate contueri, quouſq; da
bitur uidere eum facie ad faciem, ſicuti eſt.

Quid ros/& pruina. Caput XVIII.

PLuunt ſereno tpe ros & pruina, e cœlo/ſed maxima differen
tia: Ille.n. purus, fœcũdus, fœlix, atq; ſemp bñficus: Hæc aũt
infauſta, & nocua deſcẽdens cũ maximo algore, & qñ exic
cantur, & deficiũt flumina. Et mirũ qdẽ eſt/q̃ humor ille ro
ris foueat, hic aũt brumalis exiccet, uratq; plantas, & ipſam terrã quodã
mõ cõflagret. Sic.n. ab eodẽ cœlo egredit̃ bñficiũ, & maleficiũ: A ſole.n.
indurat̃ lutũ, & cera liqueſcit pro uaria diſpõne recipientis. A Chriſto be
neficentiſſimo ſuſcepe aliq bñficiũ, aliqui damnũ/ iuxta Simeonis uatici Simeõ
niũ: Ecce hic poſitus eſt in ruinã, & reſurrectionẽ multorũ in Iſrael. A Deo Iſaias
tandẽ optimo egreditur & bonũ, & malũ, dicente Iſaia: Ego ſum faciens Ieremi.
bonũ, & creans malũ, faciẽs lucẽ, & creans tenebras. Cũ hoc tñ ſtat illud,
qđ Ieremias in Trenis de ipſo Deo optio ait: Ex ore altiſſimi nõ egredient̃
bona, neq; mala. Et ne ſint hi ſermones in cõtrouerſia, dicemus, q̃ oĩa quæ
a Deo, & a cœlo ꝓcedũt, ſunt bona in ſe, ſed nobis nec bona, nec mala, niſi
pro noſtra bona, & mala diſpoſitiõe: aut in q̃tũ eis bene utimur, aut abu
timur. Prima igitur, & ſi inter nocua cõputatur, fauet tamen braſſicæ, aut
cauli, quæ ipſa maturat̃, & cõficit̃: Occidit quoq; uermes, ne grana corro
dant. Sed hac bruma dimiſſa, ad aliam per hanc figuratam deueniamus,
quæ eſt effectus quidã iuſtitiæ punitiuæ deſcendens, qñ terra cõgelata eſt
refrigerata charitate, & qñ flumina canaleſue gratiarũ, atq; diuinoꝝ cha
riſmatũ exiccantur areſcentibus hominibus præ timore, & iniquitate ſua,
adeo, ut irroratio illa ſit nocua, quæ bñ diſpoſitis minime noceret: ſed ad
huc ſępe prodeſt, dicẽte Gregorio: Mala, quæ hic nos premũt/ad Deũ ire Grego.
cõpellũt. Ecce igit̃ quomõ hæc bruma/& ſi improbos deſtruit/ bene tamẽ
diſpoſitos/ & cũ patientia eã ſuſcipiẽtes maturat, & ꝓficit: Ros aũt ſemp
bñficus eſt uirtus diuini uerbi irrorans audientes/liniẽs/& refrigerãs: Ideo

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License.

accõmodate Moses dixit in cantico extremo habito pro cõmendatione le gis/& doctrinę datę:Stillet ut pluuia doctrina mea,fluat ut ros eloquium meũ:Vtrũq; & pluuia & ros leuiter/& sine tumultu descẽdit sup herbam fouens/& fœcũdans: Sermo.n.est de leni & silenti pluuia,unde sequit:Et quasi imber sup herbã/& sicut stillę sup gramen. Non secus est uirtus diuini uerbi irrorans,fœcũdans,fouẽs,demulcẽs,& pascẽs animos: Quod p belle figuratũ est in mana Angelorũ/ aut fortiũ cibo/ qđ simul cũ rore descẽdebat eloquia Dei,& uirtutẽ eorũ significãs,ut longo sermone in Exodũ Origenes ptractat.Et q̃optime sacra eloquia dicunt Manuh,qđ significat,qd est hoc,quasi q̃ mirabile est hoc:Nam ipsa eloquia diuina magis intelligẽtibus sunt magis mirãda,& in maiorẽ stuporẽ inducẽtia,ut bene dicere possint: Quid est hoc? Quod bene psensit ille,qui dixit:Reuela oculos meos/& considerabo mirabilia de lege tua.Et iterũ: Mirabilis facta est sciẽtia tua.i.eloquiorũ tuorũ,ex me,sed melius supra me eleuata est/& non potero ad eã.Ideo merito iplorũ diuinorũ eloquiorũ cognitio/& sensu dicit panis fortiũ:qa & si exteriori facie omnibus sese domestica præbent/ medullã tamẽ continẽt nõ nisi a robustissimis dentibus corrodendã.Dicunt quoq; ab eodẽ Propheta Ros hermon/qui descendit in montẽ sion.Est.n. hoc uerbum diuinũ/ros/anathematizatũ (ut sentit Hieronymus) ab hebreis:sic nãq; hermon interpretatur/Sed descẽdẽs supra montẽ sion.i.sup ecclesiã & uiros in Spiritu sancto cõgregatos.Hæc est quippe ecclesia/nõ fabrica/aut possessio p̃bendarũ/uel dominiũ tẽporaliũ. Et cũ p hũc rorem det nobis Deus fœcunditatẽ/cibũ/& uitã/ideo sequitur:Quoniã mãdauit Dñs illic benedictionẽ/ & uitã usq; in sęculũ. Quomõ aũt,qñ,& qbus distribuerit Deus rorẽ eloquii sui, pulchro mysterio declaratũ est Gedeoni, cui p̃ datum est signũ de rore cadente supra uellus terra intacta,cũ postea ceciderit ros sup terrã sicco uellere:Nam eloquia diuina p̃ ceciderũt supra Israeliticũ populũ/ gente p terrã denotata sicca remanente:postea diffusa sunt in gentibus,iudeis,& Israeliticis in ariditate dimissis/ut publica & cõstanti uoce Paulus & Barnabas (sicut habetur in actibus apostolicis) iudeis ꝓtestati sunt dicẽtes:Vobis primũ oportebat loqui uerbũ Dei/sed qa repulistis illud,& indignos uos iudicastis æternę uitę,ecce cõuertimur ad gentes/ sicut nobis p̃cepit Dñs:Posui te (ait) in lucẽ gentiũ/ut sis in salutem usq; ad extremũ terræ. Quod audiẽtes gentes gauisę sunt/& glorificauerũt uerbũ Dei.Ideo magno sacramẽto Izahac plenus Spiritu sancto primo bñdixit Iahacob in rore cœli/& in pinguedine terrę madefactę ab illo rore:Postea elcuatus in mẽtis excessum p̃lentiens,quę futura erãt,eandem bñdictionẽ roris impartitus est Esau,qui aliqñ excutere debeat iugũ seruitutis a collo suo/& ad Christũ deduci,& repleri rore cœlesti.Est quoq; eloquiũ diuinũ cãnale/ theca/ & uagina diuinitatis/sicut [illegible]/tal qđ ros significat

Moses

Origen.

Dauid.

Idem Hiero.

Paulus Barna.

gnificat,est uagina sacratissimi nominis quadrilitteri, ut aliqd de secretis reconditæ theologiæ hebreorũ pãdamus.Et q̃is uerbũ Dei passim, etiam rusticulis,& plebeculis publicet:& uox sonans ad aures omniũ deueniat, sensus tñ & gustus eius,qui sunt ros & mãna,ad paucissimos diffundunt, quia omnibus indignis denegatur, ut p Aggeũ propheta inqt Dominus: Quia domus mea deserta est.i.diuinus cultus,& festinat unusquisq; in domũ suam quęrendo quæ sua, & non quę Dei sunt,propter hoc prohibiti sunt cœli.i.cœlestes uiri ne darent rorem, & terra.i.populus indignus, ne daret germen suũ.Et uocaui siccitatẽ super terrã, sup montes, & tandem sup opera manuũ hominũ eorũ,qui non curant, quæ Dei sunt.Et cognoscens Regius Propheta rorẽ ꝓhiberi ex Dei seuera iustitia, dixit de montibus,in quibus ab ea punitus est Saul:Mõtes Gelboe nec ros,nec pluuia transeat sup uos. Sic dum ipsam iustitiã Dei in nos nostris improbitatibus irritamus,terra nostra arefit, & infœcunda,ꝓhibito rore & pluuia nõ potest dare fructũ suũ:quia nõ suscipit a piscina illa suprema bñdictionẽ per pluuiã, & rorem: Quẽ Dñs sua benignitate in nos demittat, ut possimus dicere eũ Propheta:Et.n. Dominus dabit benignitatem,& terra nostra dabit fructum suum.

Theol. Hebre.

Aggeus

Dauid.

Psal.

Quid grando,& nix. Cap. XIX.

Ecclę.

Summus & ęquus iudex & si multa bona in bonorũ fauorem prępararit,aliqua tamẽ etiã in uindictam malefactorũ cõstituit,quorũ quędã cõnumerantur in Ecclesiastico, ubi dicitur: Ignis,grando,fames,& mors,hæc omnia ad uindictã creata sunt.Et de igne nõ fouente sed torquẽte ipsemet iudex cõminat se dicturum puniendis:Ite maledicti in ignem æternũ,qui paratus est diabolo, & angelis eius: ut sit in utrorũq; uindictã & pœnã. Sed cum satis supra de igne dixerimus,ueniamus ad grandinem, quæ est aqua in aere cõgelata, differtq; a niue, & pruina: quia grando cõgelato firmius imbre gignitur: Nix humore mollius coacto, & pruina ex rore gelido: Et illa aqua cõgelata,si fortiori frigore cõstipetur,ipsa grando efficitur:si leuiori aũt, granula generatur,quæ solet cadere ueris tempore utpore,Martio, & Aprili, Et non sine admiratione est, ꝙ aqua tẽpore ęstiuo cõgelctur in grandinẽ, & in maiori ęstu fiat maior congelatio, & grandioris aquæ,unde dicitur grando quasi grandis aquæ gutta:Ideo nõ sine causa inter thesauros Dei, aut naturæ,quę est opus & peculiũ eius,cõputatur nix,& grando,dicẽte ipso Deo in Iob:Nunqd ingressus es thesauros niuis,aut thesauros grãdinis aspexisti,quæ pręparaui in tempus hosti in diẽ pugnæ,& belli? Hinc habemus, ꝙ nõ tm̃ producta sunt huiusmodi a causis inferioribus, & naturalibus,ut Phantastice & frustra declarare nituntur illi,quos naturales, aut physicos uocant,cum ignorent ea,quæ in thesauris opificis recondita

Iob.

CHRISTVS.

T

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License.

sunt:Et ad eius libitum præparata in pugnã, aut fauorem suscipientium, sicuti etiã in Psalmo dicitur:Ignis,grãdo,nix,glacies,spũs procellarũ,quę faciunt uerbum eius.Et in libro Sapientiæ: A petrosa.i.a dura ira plenæ mittentur grãdines.Sed & hæc a mysterio minime uacant, maxime si ad minorẽ mundum,& humanũ transire uoluerimus: Qui confotus multoties temperie, & multiplici calore,nihilominus in ipso tepescit,& alget ex abundantia iniquitatis,adeo,q; pluuia illa uoluntaria fausta,de qua supra diximus,cõuertatur in grandinẽ.Et q̃to maiora sunt dona,& charismata, quibus donari sumus , & q̃to plura sunt beneficia collata,tanto magis ex ingratitudine congelatur pluuia gratiarũ in pernitiẽ nostrã,ut ait Regius propheta:Posuit pluuias eorũ in grandinẽ,& ignem nõ fouentem,sed cõburentẽ in terra ipsorũ.Quod utinã non cõtingeret falsò fungẽtibus Christiano nomine,qui feruescere,& ardere deberẽt igne spiritus sancti summa copia diffuso in pgenitores nostros Apostolos,& inflãmari amore Christi, qui tot & tanta pro nobis ppessus est. Hinc maius est Christianorũ sacerdotum,doctorũ,& maiorũ uirorũ peccatum,qui in beneficiorũ multitudine potius congelati in grandinẽ sæuissimã fiunt,grandinẽq; iustitiæ puniẽtis prouocant,ut ægyptiis contigisse in Exodo pariter & in Psalmo legimus: Et occidit in grandine uineas eorũ, & moros eorum in pruina:Et tradidit grandini iumenta eorũ,& greges eorũ in carbonibus ignis.Postea sæuit in quinq; reges cananeorũ,& eorũ exercitũ in Gabaon,sicut scribitur in libro Iosue,ubi dicitur: Mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, q̃ quos gladio percusserunt filii Israel:quia multo plures ex ingratitudine pereũt, & propria malitia, qua congelatur aqua gratiarũ in grandinẽ, & in ruinã propriam,q̃ quos occidunt insequentes hostes. Habet.n.peccatũ,ut ppetranti pœna sit,& suo pondere ad aliud trahat,& inducat Dei itã, & punitionẽ,& charismatũ carentiam,ut Dñs in Aggeo loquitur dicens: Percussi uos uento urente,aurigine,& grãdine,& omnia opa manuũ uestrarũ: Sed melius iuxta ueritatẽ litterę:Percussi uos arefactione,siccitate,& grãdine:Nam aurigo morbus regius est nihil ad propositũ faciẽs.Et sic,ubicunq; de grãdine fit mentio in scriptura sacra, in uindictam proculdubio deductam esse comperies. Sed qui minus potentes sunt, minusq; in malo constipati,granulæ cõparantur,ipsaq;.i.leniori uindicta ueniunt puniẽdi. Nix aũt,quæ est mollis & lenis aquæ coagulatio uelut lana, nõ in pernitiem data legitur,nec nocua est nisi fortius congeletur,immo sæpius proficua sato tritico fomentũ præstans:tantaq; albedine decoratur, ut eidem dealbanda etiã spiritualia cõparentur, sicuti habetur in Psalmo: Lauabis me,& super niuẽ dealbabor.Et iterum: Niue dealbabũtur in selmon. Et in Isaia:Si fuerint peccata uestra rubra,ut uermiculus, & ut coccinum, quasi nix dealbabuntur. In euangelio quoq; legimus uestimenta Christi

Psalm.
Sapiẽ.
Dauid
Psalm.
Ioſue
Agge.
Psalm.
Isaias
Euãg.

Apoca. Treno. transfigurati effecta fuisse alba uelut nix. Et in Apocalypsi , capilli illius, qui erat uestitus podere albi dicuntur sicut nix. Illius quoq; nazaræi in Trenis dicti sunt candidiores niue,cũ purior sit candor rerum spiritualiũ q̃ albedo niuis, q̃uis ipsa in rebus corporalibus supremũ teneat gradũ in

Salo. albedine.Huic etiã tanq̃ faustę Salomon in Prouerbiis fœlicia æquiperat dicẽs:Sicut frigus niuis in die messis,ita legatus fidelis ei, qui miserit eũ, animã dñi sui quiescere faciet.Hoc pro Oriẽtalibus adductũ est, q solent seruare niuẽ fidelẽ custodem doni , quod eis tribuit sũmus prouisor, ut in æstate & messis tempore aliquantulũ refrigerent solis incendia,& ardẽres temperent artus, ut quiescant ab illa agitatione ignea. Sic legatus fidelis anxias curas sui principis tẽperat:Quod etiã in oratoribus euãgelicis locũ habuit,qui missi fuere ad messem illã,de qua dixit Dñs:Messis qdẽ multa

Lucas. operarii autẽ pauci:A qua reuertentes septuaginta duo fideles legati (ut Lucas narrat) cũ gaudio de opatione facta in messe,gauisus est & princeps,qui eos miserat,unde sequitur:In illa hora exultauit in spiritu sancto dicens:Confiteor tibi Pater domine cœli & terræ,& cętera quæ sequunt. Ecce quantum refrigerabatur Dominus in fideli executione legatorum , quos miserat.Cæterum friget nix,sed frigus eius, quæ conseruatur in pasea bono temperamento referta,immo tendenti potius ad caliditatem,nõ est frigus expellens calorem charitatis , sed potius compescens ardorem concupiscentiæ:& confouetur uestimento duplicis amoris, uel charitatis, Dei & proximi iuxta illud Sapientis in prouerbiis: Non timebit domui suæ a frigoribus niuis,omnes domestici eius uestiti sunt duplicibus,utraq; uidelicet charitate,aut bona mente simul & bono opere suffulti, ut tangit

Hiero. Hieronymus in Commentariis. Si tamen nix resoluatur in aquam igne non decoctam,lędit:Parimodo si frigus hoc,& zelus castitatis resoluatur in fluentem aquam mundanæ gloriæ,& non coctam igne spiritus sancti, & amoris diuini,nocet, & damnat,& redire facit in maiorẽ cõcupiscẽtiæ

Iob. ardorẽ,iuxta illud Iob:Ad nimiũ calorem transibunt ab aquis niuiũ. Nix igitur est zelus bonorũ operũ,qui cõprimit ardorẽ malę cõcupiscentię,feruet in Deũ & in proximũ,& nitet candore bonę exẽplaritatis, & albescit mundicia.Pruina aũt,cũ sit ros cõgelatus,eos quippe resignat, qui uerbũ

CHRISTVS. Dei susciplunt duri uelut petra, unde eis uirtus ipsius diuini uerbi congelatur.Et de huiusmodi dicitur in Euangelio , in quo de semine uerbi Dei agitur:Aliud cecidit supra petrã,& natũ aruit,quia nõ habebat humorẽ, congelata ex susciplentis duritie uirtute diuini uerbi,adeo,ut nullum in eis afferat fructum.

Quid glaties & crystallus. Cap. XX.

Glaties & crystallus, nulli dubium, aqua sunt congelata, sed differunt , quia glaties est facillimæ resolutionis , ut in libro

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License.

Sapientiæ dicitur: Facile resoluebatur sicut glaties. Crystallus autẽ adeo cõstipata est, ut euacuatis, & ablatis penitus porrositatibus nõ possit ultra calorẽ in intrinsecus admittere, ut resoluatur. Et hæc quoq; in ꝯrario Dñi condita sunt, & in sacris eloquiis mysterioso typo cõmemorantur, inuitãturq; in opificis laudẽ a pueris illis diuino rore in ardenti fornace perfusis: Benedicite glaties, & niues Domino: eo q; & ipsa faciunt uerbum eius, & exequũtur imperium principis. Sed ad hominẽ, propter quẽ omnia facta sunt, & omnia hæc cõmemorantur, ueniamus. Glaties simulachrum tenet peccatoris, cui aqua diuinæ benignitatis cõgelata est a frigore peccati, & a uento aquilonari, unde panditur, & aperitur omne malũ, sicut in Ecclesiastico dicitur: Frigidus uentus Aqlo flauit, & gelauit crystallus ab aqua. Sed utinã aqua hæc cõgelata transcendens limites glatiei non uertatur in crystallũ/adeo in se compactã & constipatam, ut hospitẽ Deũ, & peregrinum calorẽ suscipere nequeat, neq; dissolui / nisi adsit uirtus oẽm uim naturæ excedens. Cẽterꝯ resoluitur glaties humana a calore amoris sereni, & puri in Deũ & proximũ, ut in eodẽ Ecclesiastico legimus: Sicut in sereno glaties, soluentur peccata tua. Crystallus uero & si fortius exquirat robur, tamẽ ne in abyssõ peccatorꝯ congelati desperent, Propheta spiritu sancto plenus cõsolatur eos præcinẽs ea, quę uerbũ/& ipse spiritus sanctus mittẽdi a Patre facturi sint pro reparatione supernæ Ierosolymæ dicens: Mittit crystallũ suam sicut bucellã, quæ ualde porrosa est, & suscipiẽs peregrinũ humorẽ madefacientẽ. Et unde hoc fiat, quod natura non põt, admirans ipse Propheta subnectit: Ante faciẽ frigoris eius, scilicet crystalli, quis stabit potẽs dissoluere illam? Sed statim sancto lumine collustratus subintulit: Mittet uerbũ suum, & liquefaciet eam, flabit spũs eius, & fluent aquæ lachrymarꝯ, & grarꝯ profluuia in locũ peccati, iuxta illud Apli: Vbi abũdauit iniquitas, supabundauit & gratia. Sed ad meliora transeamus.

Sapiẽ.

Eccle.

Dauid

Quid paradisus uoluptatis. Cap. XXI.

Ger. 5. B. 2.

LAtus quippe nobis oblatus est dicẽdi campus: Sed quia ea, quæ ad illũ delitiarꝯ hortũ, & fœlicitatis locũ pertinent, latẽt penitus sensus humanos, ideo Sapiẽs illius descriptor Moses uel pauca sub metaphoris tetigit, innuẽs semper ad anagogicum sensum, cũ non terrestris (ut uulgo dicitur) sed cœlestis, diuinusq; sit hortus ille plantatus a cœlesti agricola, & opifice summo in terra quidem non hac feculenta, sed in terra uiuentium figurata per terrã illã promissam, de qua dicitur: Vineam transtulisti de Aegypto, eiecisti gentes, & plantasti eã: & radices eius plantasti, & impleuit terram. Et ne decipiatur quis credens, q; de terra hac crassa loqueretur, paulo inferius subinfert: Visita uineam istam, & perfice eam, quã plãtauit dextera tua/ & sup filiũ, quem confirmasti/uel corroborasti tibi. Ecce q̃ clare innuit uineam illam

Moses

Psal.

CHRISTVS. meliorem, & consequenter oẽs arbores sacri horti plantatas esse in filio, & in uerbo diuino, quod ait: Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes & aresset, & in ignẽ mittent & ardet. Et ut aliquid aperiamus de arcanis reconditis sub uelamine historię, uel pauca (ut non exponantur indignis margaritę) percurremus. In uerbo. n. & filio Dei nedũ arbores, sed omnia plãtata & fundata sunt, dicente Iohãne: Quod factũ est in ipso uita erat: Cum quo Paulus: Portans omnia uerbo uirtutis suę. Quod & liber uitę a diuino cõcentore dicitur: Et in libro tuo omnes scribẽtur: Nam ibi omnes descripti sunt sub imaginibus, & exemplaribus ęternis: Sed & ipse cũ omnibus simul in eo cõtentis est in Patre: Et ideo plantati sumus

IDEM etiã in Patre, in quo est ipse, q̃ ait: Sicut tu Pater in me, & ego in te, & ipsi in nobis unũ sunt. Hinc supra diximus hortulũ plãtatũ in Patre, cum sit plãtatus in filio, qui est a Patre, & a quo (ut ipsemet fatẽ) omnia accepit. Et in his sunt uerę delitiæ, & uoluptates, unde merito dicitur paradisus, uel hortulus delitiarꝯ irrigatus ab illo fluuio uoluptatis, de quo diuus cytharœdus ait: Inebriabunt ab ubertate domus tuę, & torrente uoluptatis tuę potabis eos, ex fonte. s. de quo sequit: Quoniã apud te est fons uitę. Cõsitus itaq; est hic hortus omnibus arboribus uisu pulcherrimis, & gustu suauissimis, cũ omnia in eo cõtenta pulchra sint & iucunda, maxime rationales mentes, quę ipsius gerunt imaginẽ, q̃is in cœno isto corporeo detrusę sordescant, ut tamẽ inde pulchriores euadant. In quo paradiso nedum homo, sed etiã Angelus collocatus fuit, ut ad cherubinũ principem Tyri, uel Assur (qui non homo, sed angelus erat, ut inquit Origenes uel fortitudo quædam Tyri, ut sentit Hieronymus) loquitur Ezechiel dicẽs: Tu signaculum similitudinis: Ad quã etiã homo tendit perfectã cõsequuturus, quando similes ei erimus uidentes eũ facie ad faciem: sicuti est. Tũc erimus & nos in illis delitiis, in qbus fuerat cherub, de quo sequitur Propheta: Perfectus sapiẽtia, & plenus decore in delitiis paradisi fuisti. Et hoc quousq; inuenta fuit iniquitas in eo, quia tunc ei dictum est: Repleta sunt interiora tua iniquitate, peccasti, & eieci te de monte sancto Dei: Perdidi te o cherub: Nõ quippe ad illũ fit sermo, qui positus est ad custodiã ligni uitæ, quia hic est unus de cherubinis locatis supra propitiatoriũ, unde remissiones peccatorꝯ expectabantur: Quod denotat gladius ille uersatilis in manu cherubini custodientis uitæ arborẽ: Nam uerti debet homo a creatura in Deum per ueram pœnitentiã, quę resuba hebraice, & latine uersio dicitur, si uult in paradisum delitiarum redire, sicut per auersionẽ a Deo, & conuersionem uel (ut melius dicamus) per prolapsum ad creaturam, & casum eiectus erat, sicut & de alio principe trãsgressore dicitur: Cecidisti lucifer, qui mane oriebaris, uel ut habet ueritas litterę, Quomodo cecidisti ulula fili auroræ: ut asserit Hieronymus in cõmentariis, ut uerbum

Hiero. Ezechiel Idem

Isaias Hiero.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creativ Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported Licens

illud הֵילֵל sit a יָלַל quod est interiectio, aut uerbū querelandi, sicut paulo ante, Vlulate, qa prope est dies Domini, hētur הֵילִילוּ Et bene quidē ululā dum ipsi erat, cum eiiceretur ab omnigena uoluptate ad omnimodā cala/mitatē. Sequitur: Confractus es in terrā, qui uulnerabas gētes. Inuidia.n. fuit sui peccati initiū, qua ęmulans hominē sublimādū conabatur ipsum perdere, ut in libro sapiētię dicitur: Inuidia mors introiuit in orbē terraꝝ. Homini itaq; concessus est ad ipsum paradisum regressus, quia aliquali ignorantia deceptus, & fragilitate attractus cecidit: Ille autē nulla ignorā tia obuolutus, nec carnis fragilitate circundatus propria malitia peccauit peccato irremissibili, & penitus in spiritū sanctū. Regressus aūt nobis datꝰ per pœnitentiā, & reuersionē ad Deum, & ad locū delitiaꝝ figuratum p terrā illam lacte & melle manantē: Figuratusq; est reditus in populo illo israelitico, qui primo in Aegypto oppressus fuit maxima pœnitētia p mul tos annos sub oneribus luti, & lateꝝ, & paleę conducendæ, quæ signant pressuram multiplicē, quā patimur in hac corporea mole, maxime dum contendimus redire in Deū: Transeundūq; nobis est per cœnosum & pa/ludosum mare, ut pauloante diximus. Vinea igitur traducta de ægypto est totus numerus saluandoꝝ, qui deducendi sunt in uerā terrā promissio/nis, & in terram uiuentiū, ex qua eiectæ sunt gentes, de quibus dicitur in Apocalypsi: Proiectus est draco ille magnus, serpēs antiquus, qui est dia/bolus, & Satan & Angeli eius cum eo emissi sunt, nec locus eoꝝ inuētus est amplius in cœlo. Electi autem replātati sunt, sicut transplantantꝰ plātæ materiales, & uegetatiuæ, ut melius producant: Qui plantati.n. erant in uerbo ab æterno, trāsplantati sunt postea in Messiah, sicut ipsemet clara luce testatur dicēs: Sicut palmes non potest facere fructū a semetipso nisi manserit in uitæ, sic nec uos nisi manseritis in me: Vos.n. elegi, & posui in horto meo, ut eatis, & fructū afferatis, & fructus uester maneat, neq; unq̄ de horto eiiciemini. Et hic est hortus, uel uinea, de qua iteꝝ ait: Ite & uos in uineā meā, ut operemini mea gratia, sicut positus fuit protoplastes, ut operaretur iustitia illa, & lumine dato ab initio, sed p peccatū deperdito. Et q̄uis Deus filius sit hortus, & uinea, est etiam arbor uitæ, quia uitā om/nibus prętat: & in quem qui credit, non perit, sed habet uitam ętернā. Est etiā panis uitę, ut ipse testatur dicens: Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi, siquis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternū. Est itaq; fons uitæ, arbor uitæ, panis uitæ, & ipsa uita. Est quoq; arbor scientiæ boni & mali, iuxta superius dicta & infra dicenda: Quam ęmulatus est Diabolus, & eius suasu ęmulatus est & protoplastes credens obtinere gradum nulli concessum, & ipsi peculiariter denegatum, cū interdiceretur, ne de arbore illa comederet, ut bene interpretātur nōnulli uerbum illud Ionæ typum Christi (eius testimonio) gerentis, ppter me uenit hæc tępestas, in Ange/

Sapię.

CHRI/STVS.

IDEM

Apoca.

Ionas

lis qdē, & hoibus: cū utriq; gradū sibi illū uēdicare psumpserint, uñ eiecti sunt. Est itaq; paradisus uoluptatis locus/& māsio in Archetypo oībus de/litiis cōsita/ubi sūt gradus omniū creaturaꝝ/& in medio omniū Christus tāq̄ arbor/& fons uitæ/ac omniū bonoꝝ plenissimus/de cuius plenitudine oēs suscipiunt: Quo introductus fuit ꝓtoplastes/& angeli oēs: Et expulsis rebellibus nōnulli fideles aliquādo introducti sūt/qbus datus est accessus ad intima cubicula superni regis/ut de Henoc & de Elia cōis sentētia est. Nec secus de Mose/Abrahā/& ꝓphetis multis opinādū est: Quibus adeo patefacta sunt sūmi Dei arcana/ut aliq illoꝝ facie ad faciē regē Deū se ui/disse gloriētur/& Christū/quē uētuꝝ multifarie prædicarūt. Neq; minus excogitādū ē de familiaribus ipsius Christi iā a Pře in mūdū destinati/q/

CHRI/STVS.

bus ipse dixit: Ego sum hostiū: Per me si qs introierit/saluabit: & ingredie tur/& egredietˀ/ad libitū v3 in paradisum ipsum uoluptatis: Qui nō terre/

Hiero.

stris est (ut uulgo dicit) sed plātatus ante mūdi fabricā/sicuti bene sentit Hieronymus/qui i Genesim ad uerbū ait: Pro paradiso textus hēt גַּן הָעֵדֶן Gan ahedē. i. hortū delitiaꝝ: Pro quo Symmachus trāstulit paradisum flo rētē. Necnō qđ sequit cōtra oriētē i hebreo מִקֶּדֶם mikedē: Quod Aqla po

Symm.

suit ἀπὸ ἀρχῆς, & nos ab exordio possum' dicere: Symmachus uero ἐκ προώ/

Aquila

της, & Theodotio ἐν προώτοις, qđ & ipm nō oriētē, sed pricipiū significat: Ex q̄

Symm.

manifestissime cōprobatˀ, ꝙ priusq̄ cœlū, & terrā Deus faceret, paradisum

Theod.

ante cōdiderat. Hucusq; Hierōymus: quē ad uerbū adduxi, ne aliq abusu decepti opinentˀ me somniare, cū dixerim paradisum illū nō esse terrestrē, ut a sciolis dicit, sed cœlestē, imo diuinū, in quē datˀ introitus, qñ hō auer/sus a peccato, & creatis in Deū toto & mūdo corde reuertit: Tunc.n. Deū uidet, mētē adipiscitˀ, regnū cœloꝝ possidet, qđ intra nos est: & in ipso pa/radiso delitiatˀ: Quæ oīa (ni fallor, nec falli reor) idē sūt. Et hæc est rōphea uersatilis, quā tenet cherubinus pro custodia ipsius paradisi, uersio v3: Quę si est a Deo ad creaturas, tunc expulit sic auersum a ligno uitæ, & a delitiis ipsius paradisi: Si āt ipsa auersio erit a peccatis, & creaturis ad Deū, tūc p cherubinū cōsequit remissionē & reditū ad eūdē paradisum, a quo expul sus erat. Et idcirco cherubini iussi sunt collocari sup cooptoriū arcæ fœde/ris, qđ ꝓpitiatoriū dicebatˀ, qa inde fiebāt ꝓpitiatioēs, & remissiones pec/catoꝝ: Qui cherubinus multis rōnibus Christū figurat, in q̄ facta est uera ꝓpitiatio & remissio peccatoꝝ. Et geminus cherubinus arcę, geminā eiusdē Christi naturā indicat. Multa omitto, quæ in huius sentētiæ corrobora tionē adduci possent p numeros litteraꝝ hebraicaꝝ, & reuolutionē eaꝝ, ne uiderentˀ extranea, & cōmētitia nō assuetis, & nō habētibus elemēta illius progressus: Sed quia instatur cū descriptione fluuioꝝ inde egredientiū, cū illi per terrā hanc habitabilem fluere uideantur, & ortū habere ex terrestri loco, ideo quid & fluuii ipsi significent, uideamus.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creativ... Commons Attribution Non Commercial 3.0 Un...

Quid Gio, Phyſo, Tigris, & Euphrates ex ipo paradiſo fluẽtes. C. XXII.

A B illo fonte paradiſi emanare aqua dicit, uel fluuius, q ſtatim partit in quatuor capita: Quæ ſi ſecũdũ uerꝫ ſenſum intelligere uoluerimus, recordabimur, ꝙ a diuino illo fonte uitę decurrit aqua, eſſentia vꝫ & eſſe omniũ rerꝫ, quod prima diuiſione diuidit in quatuor elemẽta tãq in ꝑcipua, & primaria principia materialia rerꝫ: Qui fluuius eſſentię egrediebatur de uoluptate. i. de deitate fœliciſſima ad irrigãdã/& ꝓfundẽdã uniuerſam terrã. i. materiã: quæ primo ꝓducta terra appellata eſt. Et bene primo decurſu diuidi dicit in quatuor capita/in quatuor vꝫ elemẽta/cũ qbus & nomina fluuiorꝫ cõueniũt: Nomen. n. unius eſt פִּישׁוֹן Phyſon/qđ oris reuolutionẽ aliq interpretant: Sed melius os, & dẽtatio a שִׁנָּה ſen, qđ ẽ dẽs diceret: ne a שָׁנָה ſana. i. ꝓmutauit, tractũ putemus. Hinc ẽt terrã indicat, de qua dicit, ꝙ circuit oẽm terram hauilat, quod parturiẽs interꝑtant, qa terra hauilat. i. fœcũda & frugifera circũdat a littore arido, unde illis uerbis utraq terra exprimit, arida, & frugifera. Et bene terra primo p aridã exprimit, cũ in Geneſi dictũ ſit: Et uocauit Deus aridã terrã: Quæ ſic arida ꝑmaneret, niſi irrigaret a fluuio illo egrediẽte de paradiſo uoluptatis ad irrigãdã (ut in textu habet) uniuerſam terrã. Accepta igit a Deo fœcũditate pro captu ſuo ꝓducit nõ tm herbas, & plãtas (ut oibus patet) ſed ẽt metalla, & lapides ꝑtioſos. Ideo ſequit: Et ibi auꝫ, & auꝫ terrę illius bonũ, & ibi naſcit הַבְּדֹלַח וְאֶבֶן הַשֹּׁהַם Bedolach aliq Bdeliũ, alii cryſtallũ, uel talcũ interꝑtant: Et Auen aſoham lapidem onychinum. Nec ſine cauſa hæc tria naſci dicuntur in terra, ut vꝫ paucis uerbis indicet, qd boni & mali habeamus ab ipſa terra. Habemus enim aurũ, & cætera metalla, quæ oia theſauros defectibiles, & cõtemnendos ſignificãt, conceſſos tñ ad nros uſus, dũ in hac feculenta terra peregrinamur: & ut ꝑ ipſos acquramus cœleſtes. Bdelius uero. i. cryſtallus, uel talcus nullo ſunt calore reſolubiles, ut clara expiẽtia cõprobauimus. Et onychinus lapis ꝑſtigioſus dicit, intus circa cẽtrũ coloris terrei, in circũferentia uero cœleſtis: Quæ duo biuiũ denotãt mortaliũ ꝓgẽtiũ, aut habitãtiũ ſup terra. Sũt. n. q adeo terrena ſapiũt: ut indureat mens, & aia eoꝝ aquea, ueluti cryſtallus, uel talcus, in quæ nullus ignis ꝑualere poteſt. Aqueã dixi aiam, cũ nõ ab re ſcriptura dicat: Producãt aquæ oẽm aiam uiuẽtẽ. Sed potiſſime rationalis eſt aquea, ut ſit capax aquæ ſapientiæ ſalutaris. Sed aliquãdo adeo indurat malitia, & peccato, ut nullo calore naturali ſit reſolubilis. Sed ne mortales ſic indurati deſperẽt p prophetã dr: Mittit cryſtallũ ſuã ſicut bucellas ante faciẽ frigoris eius, qs ſuſtinebit? Emittet uerbũ ſuũ, & liquefaciet ea, flabit ſpũs eius, & fluent aquæ. Alii uero lapides onychini efficiunt, q & ſi terrei ſunt in cẽtrali nã, mẽte tñ & affectu cœlũ contemplantur, & in cœlum tendunt. Quantum autem ad etymologiam

Geneſis

Dauid

fluuii attinet, diximus, ꝙ os dẽtatum ſignificat: quia dum in terra ſumus dentibus ideſt certis uiribus animæ premendus, conterendus, & ruminãdus eſt omnis cibus: quem ore pro anima capimus: Quod niſi quis fecerit imundus habetur in lege: Secundus fluuius גִּיחוֹן Gion dicitur, & pectus, ſignificat, quod pedum officiũ præſtare ſerpenti iuſſum fuit: Cuius ſimulachrũ tenet aqua fluẽs ſine pedibus, & manibus ſuper alueum terreum, quaſi pectore ſuper terram: & aqua maris ſuper littora quaſi eodem modo reptat. Hic autem fluuius circuit omnẽ terrã כּוּשׁ cus, quod æthiopiã interpretãtur, & etiã coopertum: Nam כּוּשׁ cus a כָּשָׂה caſſah uenit, qđ eſt cooperuit: Circuit nanq aqua omnem terram cooperiens & inuoluens eã in circuitu, dempta hac parua portione, quam habitamus. Et nomen tertii fluuii חִדֶּקֶל hidechel, qđ a noſtris interpretatũ eſt tigris: Sed uenit ab חָדַד hadad, qđ ſignificat acuit, & קַל chal, qđ leue interpretatur, ut ſignificatũ eius ſit acutum, & leue: Et denotat aerem, uel ſpiritum aereum, qui leuis eſt, & penetratiuus magis q ignis: quia facilius poteſt excludi ignis ne alicubi intret q aer. Et hic præuenit Aſſur, ideſt diuitem, qui uẽto & aere inflatur. Vel uadit cõtra Aſſur, ideſt contra ſpeculantem per ſe: Aſſur enim utrũq; ſignificat & diuitem & ſpeculantẽ: Qui. n. uult per ſeipſum diuina ſpeculari, remanet uento plenus. Et tandẽ ſpũs ille aereus adeo acuet corpus per dotẽ iã effectum leue, ut penetrare poſſit cœlos, & quodcũq; ipſi obiicietur melius q aer hic craſſus. Ad quartũ fluuiũ ueniens Moſes ait: Quartus fluuius הוּא פְּרָת hu, ideſt ipſe perat, pro quo nos hẽmus, ipſe eſt euphrates: Euphrates enim multiplicans, uel fructificans, aut frugiferꝫ interpretatur, ſicut & perat fructificare ſignificat: Vnde calorẽ & uim igneã deuorat, quæ omnibus fœcunditatem prẽſtat, ſicuti experientia compro/ bamus: Nam adueniente calore incipiunt germinare omnia, & ipſo ferueſcente maturare: & eodem recedente ſpoliatur terra, & arbores dimittunt fructus & folia: Sol enim, qui pater uitæ dicitur, mediante calore rebus inferioribus uitam præſtat, & conuenit cũ Deo, qui ignis exiſtens dat omnibus fœcunditatem, & fructum: Qui Deus non ſolum uim igneã, ſed omnium elementorum continens, tanq uerus fons exiſtit, a quo omnis uitus elementaris emanat. Et hoc innuitur (ut ſecretiores Theologi aſſerũt) per quatuor litteras ſui magni nominis: Per primam enim multis de cauſis, quas ſubticeo, ignis indicatur: Per ſecundam, quæ eſt nota aſpirationis, aer: Per tertiam aqua, & per quartam terra, & terreſtria omnia, cũ quibus unitur uirtus illa diuina ignea. Et hoc innuitur in figura illius litteræ in qua ה quod eſt prima littera igneam uirtutem diuinã (ut diximus) indicans locatur in uentre illius litteræ, quæ ר res dicitur, & ducenta importat, binarium vꝫ per cẽtenarium deductum, qui numerus rerũ materialiũ eſt. Sed hęc tanq extranea latinis noſtris, & non initiatis in huiuſmodi di-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

mittemus. Fons igitur & mare ſupexcælſum/a quo iſta quatuor flumina fluũt/eſt magnũ nomẽ Dei quadrilitterꝫ (ut hebrei dicũt) uel uirtus im/ portata ꝑ illud nomen/quod Pythagorei tetractim dñt:& indicat illud di uinũ eſſe fœcũdũ omniũ rerũ,& a quo oia:Quod Orpheus,& Homerus oceanũ uocãt diuinarꝫ,&humanarꝫ rerꝫ originẽ primo ſemp exiſtentẽ,ſe/ cũdo in Deorꝫ generatione emanantẽ/tertio irrigantẽ terrena,quarto ſtil/ lantẽ in oẽm fluida mãm:Cuius iterꝫ emanatio per formã qdẽ in angelis, per participationẽ uerã,& imaginẽ in aiabus rationabilibus,ꝑ imagina/ riã in rationis exptibus,per umbrã in corporꝫ figuris repperiẽ: Quæ ema natio quadriuia innuiẽ etiã per aialia quadrigena uiſa ab Ezechiele,quorꝫ Leo igneus eſt:Aqla aerea:Homo in aĩa potiſſime/& in ſemine aqueus/ut alibi declarauimus:Vitulus uero terreus/& terræ cultui ſp addictus:Quæ elemẽta cõpoſita ſimul unicã oſtẽdũt faciẽ,& uirtutẽ,ideo dicit:Quatuor facies uni/& quatuor pẽnæ uni:De quo ſatis ſupius diximus. Et qa aliqd ueritatis in littera cõtinẽ circa deſcriptionẽ illorꝫ fluuiorꝫ, etiam de ipſis unde oriantur/& qua fluãt dicẽdũ eſt/,put a diligẽtiſſimis Geographis ac/ cepimus. Phyſon(ut nõnulli aſſerũt/qbus aſſentit Hieronymus) Ganges eſt Indiæ fluuius/inter fluuios afferẽtes auꝝ ꝑcipuus. Hi.n.auriferi cõnu/ merantur/Tagus in Hiſpania/Eridanus in Italia/Hebrus in Thratia/Pacto lus in Aſia/Gãges in India: cuius ortus eſt ex modis mõtibus/Artemido/ ro authore. Et de hoc dicit textus:Et auꝝ terræ illius eſt optimũ. Gion aũt qui Nilus exiſtimat/trãſiẽs per oẽm terrã æthiopiæ & ab ultimis finibus terræ auſtralis fluit ad ſeptẽtrionẽ mirabili,& uario curſu:Hic.n.quis lõ/ go tẽpore incertis ortus ſit fontibus,tamẽ tẽpore Neronis eius origo inuẽ ta tradit in mõte inferioris Mauritaniæ,nõ longe ab oceano, ſtagnãte ibi lacu,quẽ Hilidẽ uocãt: Deide cõdit ſe itinere aliquot dierꝫ,rurſuſq erũpit alio lacu maiori in Mauritania Cęſarienſi:Iterũq harenis receptus ꝑ de/ ſerta uiginti dierꝫ fere ad ꝓximos Aethiopas:Deinde proſilit in fontẽ,qui niger dicit:Inde Aphricã ab Aethiopia diſterminãs medios ſecat Aethio pas cognomine Aſtaplus,quod gẽtiũ illarꝫ lingua ſignificat aquã e tene/ bris fluẽtẽ. Et hic plurimas inſulas facit,quarꝫ clariſſima eſt Meroe,a ciui tate Meroe a Cãbiſe cõdita,& a matris nomine uocitata:Et tãdẽ ad mare ægyptiũ deueniẽs per multa hoſtia ipſam ægyptũ inſulã in formã Δ delta grecæ litteræ facit. Hic igit in Aphrica orit ꝑ mare arabicũ diſterminata ab Aſia, in qua alii fluuii trahũt originẽ:Tigris.n.q uadit cõtra Aſſyrios, in regiõe Armenię minoris fõte cõſpicuo orit in planitie,ubi tardior fluit, hoc uſq ad Medorꝫ fines Diglito appellato:tũ incipit uocari Tigris,q ꝓ ue luti ſagitta uolare uideatur:Medi.n.tidrim ſagittã appellant:Et influit in lacũ Arethiſſam:indeq trãſuectus occurrẽte tauro mõte in ſpecu mergit, ſubterq lapſus ab altero latere eius erũpit:quẽ locũ Zeroandã nominãt.

Heberi
Pytha.
Orphe.
Home.
Ezechi.
Geogra.
Artemi.
Nero

Alterꝫ deinde tranſit lacũ,q Theſbitis dr.Rurſuſq in cuniculos mergit, & poſt uigintiquinq millia paſſuũ circa Nympheũ redditur tam uicinũ Arianiæ,ut confluant,non tñ miſceãtur:Leuior.n.Arſanias innatat:Qua/ tuor fere milliũ ſpatio mox diuiſus in Euphratẽ mergit: Et tandem uaſto alueo pfuſus i mare perſicũ decẽ hoſtiis infertur. Euphrates uero in mõte Pariedro maioris Armeniæ oriri dr,eadẽ plaga pcurrẽs Armeniã maiorẽ a Cappadocia diſtinguit,& in ſinũ arabicũ uel perſicũ (quod mare ru/ brũ dr) fluit. Hinc nulla cõiectura reſtat,qũo iſta quatuor flumina cãdẽ habeant originẽ,cũ ex diſtantiſſimis locis oriri uideantur. Nec tñ deſunt, qui aſſerant eorꝫ omniũ unicũ eſſe ortũ primariũ, ſed ꝑ meatus ſubterra/ neos illa currere ad diuerſa loca, a quibus uidẽtur curſum ſuũ exordiri. Sed prudentioribus nõ uidentur cõſentanea,cũ ea ſint interpoſita terrarꝫ & mariũ ſpatia,ut ortus illorꝫ fluuiorꝫ cõuenire nõ poſſint,niſi diceret,q mare,a quo omnia flumina oriunt,ſit fons etiã illorꝫ quatuor nominatorꝫ fluminũ:Sed tunc nõ erit locus aliquis particularis,qui hortus,aut para/ diſus delitiarꝫ dicatur a nobis inacceſſibilis. Vnde typica uꝝ omnino illa deſcriptio fluuiorꝫ,ꝑ quos intelliguntur quatuor elemẽta,& principia to/ tius eſſe producti:& indicatur illa quadruplex uirtus nominis quadrilit/ teri,aut quadruplex effluxus pręcipuus archetypi: Quę omnia deſcribũ/ tur per illa quatuor flumina:eo quod ipſorꝫ habeant ſimulachrũ, ſicuti ꝑ arbores,fontes,hortũ,& huiuſmodi altiora deſcribuntur ſacramenta.

Quid Iordanis,& Ieor fluuius ægypti. Cap. XXIII.

POſt illa quatuor elementaria flumina,ex quibus oia cõſtãt, duo alii fluuii in ſcriptura celebrantur,alter in terra ꝓmiſſio nis ſancta,qui Iordanis dr,& alter in reproba terra ægypti nominatus Ieor: Qui magno myſterio fauſtos, & infauſtos effluxus a ſupramundano tribunali ſignificant:Cuius rei ſignũ eſt,qa oia in Iordane ꝑpetrata bona fuerunt,atq benefica: & quæ in Ieor ꝑpetrata ſunt, ecõuerſo infauſta & malefica fuere. In Iordane.n. poſiti fuere lapides memoriales tranſitus filiorꝫ iſrael ueniẽtiũ de ægypto,& de Moabitis: In eo ſanatus fuit Naamã ſyrus iubẽte Eliſeo:In eo baptizatus fuit Chriſtꝰ, & Iohãnes,qui Chriſti baptiſmũ prævenięns, & ipſe in eo baptizauerat. Ideo hinc,& aliis de cauſis a Prophetis,maxime a Pſalmographo eſt plę/ riſq i locis decãtatus. In Ieor aũt multa cõmemorant mala perpetrata in diuerſorꝫ pnitiẽ: Ibi.n.uidebant ſubmergi infantes hebreorꝫ. Poſtea aquæ illę,iubẽte Deo,ꝑ Moſem cõuerſę ſũt in ſanguinẽ adeo fętẽtẽ,ut morerẽt piſces,& affligerẽtur ęgyptii uolentes eas bibere, & diffunderet cruꝫ ille putridus in totã regionem. Ebulliuit quoq ranas,quę operuerunt te[illegible]n illam memphiticã,& tandẽ mortuæ in imenſos aggeres collectæ totũ cir/ cũcirca aerem infecerunt. Eſt igitur aqua Iordanis benefica,illa uero Ieor

Pſalmus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ex aduerso nocua, & pernitiosa. Sed ueniamus ad nomina, quę rebus cō/ Sapiē.
sona esse debent. Scribitur. n. Iordanis suo proprio idiomate hebreo יַרְדֵּן
ierden quod uersum facit נְדָר nederi. i. uotū meū, spontanea vȝ oblatio,
quā unusquisq; facit de seipso uolens perfecte seruire Deo: Qua oblatione
facta oia fauste, & fœliciter succedūt. Alter autē fluuius qui prius in scri/
ptura dicebatur יאֹרָה iorah postea dictus fuit הִיאֹר haior p̄posterata lra,
ה magno mysterio nunc subticendo. Sed in pręsenti ne omnimodo silē/
tio p̄tereamus significationē dictionis pmutatæ tantūmodo adducemus
יאֹר Ior. n. lucē significat cui dictioni pręposita ה scām proprietatē grā/
maticæ hebreę habet uim interrogādi, ut significatū הִיאֹר haior interpre/
tetur, nunquid est lux? Quę interrogatiua sententia negatiuā infert, ut sit
sensus: Nō est lux, & cōsequenter nec bonū, nec diuinū aliquod ibi est, sed
remanet nominatū pnitiosum illis apud quos fluit. Qui tñ fluuii emanāt
uterq; a supnis tribunalibus, Iordanis a tribunali misericordiæ, & haior a
tribunali iustitiæ, ut in illo lauentur oues in dextera collocādæ, in isto aūt
submergantur hædi damnandi & puniendi.

Quid uinum, lac, butyr̄, & mel. Cap. XXIIII.

NEc uacant a mysterio uinū, lac, butyr̄, & mel, toties in sacra
scriptura celebrata. Et ut expeditis māibus ueniamus ad in/
terpretamēta hor̄ uerbor̄, quæ sicut & cætera metaphorice
in sacris eloquiis habentur, uinū sapientiā re inferior̄ signi
ficat, lac & butyr̄ re supnar̄, & mel gustus & suauitas, quæ habetur ex
ipsis delibatis. Vino nāq; & sapientia re inferior̄ refertus fuit Salomō
super omnes, qui ante, & post ipsum fuerunt, prout postulauerat a Deo
offerente, & pmittente sese dar̄ qđcūq; peteret: Ait. n. Da seruo tuo cor
docile, ut populū tuū iudicare possit, & discernere inter bonū & malum:
Quis. n. iudicare poterit populū tuū hūc multū? Cui Dñs: Quia postula/
sti sapientiā ad discernendū iudiciū, ecce feci tibi secundū sermones tuos,
& dedi tibi cor sapiens, & intelligens intantum, ut nullus ante te similis tui
fuerit, nec post te surrecturus sit. Nihilominus cū eēt plenus illa sapiētia,
adhuc aliā quærere uidetur dolens, q̄ nō posset eā adipisci, ut in cōciona/
torio suo, qđ græce Ecclesiastes, hebraice uero coeler dr̄, inquit: Et appositi
cor meū, ut inuenirē sapientiā. Et ite̊: Cogitaui in corde meo abstrahere Eccle.
a uino carnē meā, ut animū meū trāsferrem ad sapientiā. A quo. n. uino
abstrahit carnem suā, nisi a sapientia terreno̊, quæ nō bene cōueniunt
cum supernis, sicut nec utrorūq; sapientia? Hæc. n. re inferiorum per
uinū signatur, de uite terrena. i. de humanis ingeniis nascens, q̄uis aliq̄n
a Deo elargiat̄, sicut nup de Salomone diximus: Illa aūt diuinor̄ ppinat̄
ab illis uberibus excęlsis, de qbus in Cāticis dr̄: Meliora sunt ubera tua
uino. Et hæc docet uerā discretionē boni & mali, ut in Isaia de Christo dr̄:

Isaias Butyrū & mel comedet, ut sciat reprobare malū & eligere bonū. Nec. n.
in butyro uaccino sciet quispiā discretionē facere inter bonū & malū, sed
in sapiētia illa meliori, quę de sursum est figurata per meliorē partē lactis,
ex qua butyr̄ cōficitur. Et quia ad hanc sapientiā comparādā exquiritur
sequestratio melioris hominis ab animali, & excessus quidem mentis, qui
Theo. mors oculi a secretioribus Theologis dicitur, ideo ad ipsam aspirās præ/
mittit: Osculetur me osculo oris sui. Cur aūt hęc melior, & diuina sapiētia
lacti cōparet̄, illa uero inferior uino, explicādum censeo. Vinū. n. a planta
deducitur, sed lac ab animali quod melius est: Illud item inebriat: lac uero
minime, q̄uis utrūq; nutriat: Vinū quoq; conseruatū, & expositū nō facile
permutat̄, aut corrumpit̄: Sed lac q̄ diu extra ubera existit, tāto deterius
efficitur, & facillime corruptionē suscipit, sicut & sapientia re diuinarū
& arcanor̄ Dei quāto magis propalatur, tanto maius patitur detrimētū,
ueluti sanguis extra uenas: Ideo cōmunicanda tm̄modo inter pfectos, aut
in pectore cōseruāda iuxta propheticū illud: Abscondi in corde meo clo/
qa tua, ut nō peccē tibi. Si aūt prematur lac in butyrū diu cōseruatur, sed
decoctū diutius. Sic & diuina sapiētia p̄sta, & bene cōfecta in mente pos/
sidentis, atq; decocta igne amoris diu cōseruat̄/etiā in condimentū aliorū
ciboր, eoր uidelicet quę a ueris doctoribus dantur monumēta. Sed quia
utraq; sapiētia bona est, dūmodo illa uinaria in Deū dirigat̄, & nō puer/
tat̄ in muliebri corde, ut in Salomone pmissum fuit, ne qs in illa cōfideret:
Isaias Et quod utraq; donetur a Deo testatur Isaias, q ipsius Dei nomine inquit:
Omnes sitientes uenite ad aquas, sapiētiæ vȝ salutaris, & qui non haberis
argentū properate, & emite absq; ulla cōmutatione uinū, & lac: qa vȝ do/
nantur Dei munificentia absq; ulla retributione conuenienti: Quod uinū
& lac q̄uis utrūq; bonū sit, tñ mixta corrūpūtur & putrescunt: Sic & sa/
pientia inferior & suprema: Ideo q uult sapere in diuinis, ut denudetur a
Paul. sapiētia inferiori necesse est, dicente Deo in Paulo & pphera, cū de sapiē/
Isaias tia superiori destinanda ageret: Perdā sapientiā sapiētū. Pari modo quādo
qs nimis immergitur in sapientia, & astutia inferiori, denudatur a supiori.
Ideo Adā nudus inuentus est, quia uoluit nimis sapere suasu serpentis, qui
עָרוֹם harū dicitur, quod nudū & astutū significat: ut doceamur qđ semp
Salo. nimis astutus denudatur a sapientia diuinor̄. Vnde Salomoni, q utranq;
pmiscere uoluit iuxta illud, bibi uinū meū cū lacte meo, non bñ succesit:
Sed melius euenit Dauid, & fœlicius, qui pascebatur lacte & melle, sicuti
& omnibus electis indictū fuit, ut pascerētur in terra fluēte lacte & melle,
sicut toties in scriptura, repetitū est. Et utinā Salomon nō miscuisset uinū
& lac, sed cōtentus fuisset butyro & melle cū Messiach, aut sauo cū melle
Cāti. & lacte/ut de uera sponsa dr̄: Fauus distillans labia tua, mel & lac sub lin/
gua tua: Quod oibus cultoribus illius ueræ terrę pmissionis cōtingit.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Quid terra fluens lacte,& melle. Cap. XXV.

POstq̃ explicauimus quid lac,& mel,enodandũ reſtat,quę ſit terra illa fluens. Nec.n.opinandũ eſt Deũ promiſſiſſe terrã lacte uaccino,aut ouino,aut melle apum manantem populo electiſſimo,poſt tot labores deſerti peragrati,poſt oneroſiſſimam legis obſeruantiã,poſt bella multa in nomine Dñi perpetrata. Sed alia terra eſt (ni fallor) uero lacte,& melle diuino emanans, quę in plęriſq; locis a lege,& prophetis maxima celebritate, & frequẽtia decantat'. Eſt.n.pmiſſa terra uiuentiũ,q̃ fluit uero lacte, & melle,ad quã ſuſpirabat diuus citharœdus,q̃ ait: Credo uidere bona Dñi i terra uiuẽtiũ:Cuius typũ geſſit illa,ad quã deductus fuit populus Iſraeliticus poſt longã deſerti peragrationẽ:In qua ſup oẽs regiones uiguit ſpũs ꝓpheticus,& arcanoꝝ legis pſcrutatio,& ſapiẽtia,& guſtus reꝝ diuinarꝝ:adeo q̃ terra illa a Daniele uocat': צְבִי Zebi.i.glorioſa,ut hẽt traductio nra,aut inclyta,ut Hieronymus ait,uel terra fortitudinis,ut Symmacho placuit, ſiue iucũda, & pręcipua ſup oẽs alias non quidẽ fertilitate reꝝ corruptibiliũ,quia(teſte Deo in Deuteronomio) fertilior eſt terra Aegypti: Nec latitudine, aut amœnitate alias excedit,quia paruula & ſatis rigida.Eſt igitur præcipua, glorioſa,& inclyta,quia ſuppoſita eſt largiſſimæ influentiæ prophetię,ſapientiæ,& rerũ omniũ diuinarum.Ibi.n.Patriarchæ educati ſunt uocato Abrahã de Meſopotamia Syriæ:Illuc pgenti Iſraelitico populo data eſt lex omni ſapiẽtia pleniſſima, ut habitatores futuri eſſent loco cõueniẽtes: Illic prophetia pene omnis effuſa eſt:Ibi prophetę q̃plurimi potẽtes ope, ſermone,& ſapiẽtia:Ibi Chriſtus:in quo ſunt oẽs theſauri ſapientiæ, conceptus,natus,& educatus eſt:Ibiq; prædicauit, & multos ſapientia repleuit:Nec aliquando ab eo loco diſceſſit, niſi cũ adhuc paruulus abductus fuit in Aegyptũ,ut Herodis imanitati cederet. Ibi paſſus ſurrexit,& inde aſcendit in cœlũ,ſpiritũ ſanctũ ibidẽ diſcipulis ſuis dedit, qui corda eorũ omni ſapientia,omniq; peritia linguarꝝ compleret, & paſceret eos lacte, & melle a ſupexcelſa terra deducto.Illic quoq; natus, educatus,& ſpiritu repletus eſt ille,qui dixit:Quã dulcia faucibus meis eloqa tua,ſup mel ori meo:Ad quã dulcedinẽ delibandã alios inuitabat dicẽs:Guſtate,& uidete qm̃ ſuauis eſt Dñs.Si aũt ad ſenſum allegoricũ,& forſitan magis intentũ a ſpũ ſancto cõſcendere uoluerimus,terra hęc fluẽs lacte & melle eſt caro, & corpus Chriſti,a quo fluxit & aqua in lauacrũ peccatorꝝ,& lac & mel in uerum cibũ uitæ & ſpiritus: immo exhibitũ eſt ipſum corpus nobis in panem,& ſanguis in uinũ. Lac autẽ ab ipſo propinatũ nunc datur incipiẽtibus,iuxta illud Apoſtoli: Vobis aũt quaſi infantibus lac præbemus, Nunc aũt datur pfectis,ut de Apoſtolis & primariis fundatoribus eccleſię ſub nomine ſponſæ in cãticis dicitur:Mel & laç ſub lingua tua.Tũc.n.

Dauid

Daniel Hiero. Sym.

Deut.

Dauid

Paulus

Cantica fuit mel & lac ſub lingua ſponſæ,ideſt Apoſtoloꝝ,quoꝝ cœtum Chriſtus accepit in ſponſam,ut p eos cęteros filios generaret,quãdo ſpiritus ille ueritatis eos perfudit,& pauit,adeo ut per totũ mundũ diffunderent lac & mel ab illo ſuſceptũ.i.doctrinã,& guſtũ reꝝ diuinarꝝ. Et uere lac cibus eſt perfectoꝝ, & eoꝝ, qui ſunt paruuli, aſtutia uidelicet & malitia,ut ait ille

CHRISTVS. præcipuus diſtributor lactis & mellis: Abſcõdiſti hæc a ſapiẽtibus,& prudentibus,& reuelaſti ea paruulis. Eſt itaq; cibus hic perfectoꝝ, qui iuxta

Cantica Regis edictũ efficiuntur ſicut paruuli, ut intrare poſſint ad penetralia regni cœloꝝ,ubi paſcãtur uero lacte propinato ab illis uberibus, de quibus dicitur in Canticis:Ibi dabo tibi ubera mea.Et itęꝝ: Dilectus meus mihi, & ego illi,inter ubera mea cõmorabitur.Quod lac ſemp conſequitur mel, quia ad ſapientiã,& cognitionẽ diuinoꝝ accedit guſtus,& delectatio.

Quid oleum. Caput XXVI.

OLeum quoq; in ſacris eloquiis celebratiſſimũ eſt,& ad multa neceſſariũ,ad reges uidelicet,ſacerdotes,& prophetas ungẽdos,& linienda ea,quæ offerebantur munera cerealia ad luminaria cõfouenda,& ſanãdas infirmitates. Nec reor ſacerdotes,reges,& ꝓphetas,atq; ſacrificia ſanctificari oliuaꝝ oleo, ſed meliori uirtute,cuius oleũ illud materiale ſacramentũ erat.Oleum itaq; melius,& uerum diuina quædã eſt uirtus,imo ipſa diuinitas effigiata per oleũ, quo utimur.Et de iſto meliori dicit' in Cãticis:Oleũ effuſum nomẽ tuũ.i.diuinitas,& uirtus ipſius diuinitatis indicata p oleũ:Qua uirtute pręcipue referti eſſe debent reges,prophetę,& ſacerdotes: Reges,qa uicẽ, & imaginẽ Dei peculiarẽ gerunt in terris,Prophetę,quia miracula ppetrant,& futura prænuntiant,quod propriũ Dei eſt,dicente Iſaia:Annuntiate nobis, quæ uentura ſunt,& dicemus,q; dii eſtis uos: Sacerdotes,quia funguntur Dei officio diiudicando animas,& remittendo peccata,& qa mediatores exiſtunt inter Deũ & homines:Mediũ autem (ut triuiale eſt in ſcholis) de utroq; extremo participare debet.Et quia IESVS fuit Rex regũ,ſũmus propheta,& pontifex maximus, ideo refertus eſſe debuit diuinitate ſuper oẽs, ut Pſalmographus canit: Vnxit te Deus, Deus tuus oleo letitię præ participibus tuis. Bene quippe dicit' oleũ letitię,qa nullũ eſt ueꝝ gaudiũ, niſi ubi Deus reſidet:Cui ſeruiẽs ſemp lętus eſſe debet.Hinc Chriſtus ait:

CHRISTVS. Cum ieiunatis,ideſt Deo per ieiunium uacatis, nolite fieri ſicut hypocritę triſtes: Sed potius id temporis unge caput tuum, ut lætus ſis uidelicet,

Dauid iuxta illud propheticum: Vt exhilaret faciem in oleo. Et hic eſt hilaris dator,quem diligit Deus. Nec adducatur illud euangelicum:Beati, qui lugent, quia luctus ille ad animalem hominem ſpectat,qui aſſumi debet, ut ſubſequatur conſolatio, ideo ſtatim ſubinfertur: Quoniam ipſi conſolabuntur.Sicut igitur per aquã baptiſmi indicatur aqua illa ſupramun-

f 4. Cinq

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

dana, ita per oleū & chrisma denotatur oleum, chrisma, & unctio illa diuinitatis, de qua inquit Iohānes: Vnctionē habetis a sancto, & nostis oia. Iohā. Et Paulus: Qui unxit nos Deus, & qui signauit nos, & dedit pignus spūs Paulus. in cordibus nostris: A quo etiā Christus homo unctus est, dicēte Petro in Petrus. Actibus apostolicis: Vnxit eum Deus spiritu sancto, & uirtute.

Quid Palma, cedrus, lignū setim & hysopus, atq; salix. Cap. XXVII.

De m. Palmis

INter plantas autem celebrantur nimis palma, cedrus, & hysopus, illæ tanq̄ omniū arborum, & hæc tanq̄ omniū plātarū minorū excellentissima: Palma. n. adeo celebris est, ut in duobus animalis simulachrū teneat. Alterū est, qa non fructificat sine coitu, sed grauidantur eius rami gēmis masculeis, quasi semine quodā. Alterū qa in superiori parte habet quasi cerebrū, quod hebrei הַלּוּלָב Hebrei. halulab, Arabes uero chedar, uel Gemar uocant: Quo destructo moritur Arabes. arbor, sicut destructo cerebro animalis moritur ipsum animal: quod qdē huic soli inter plantas cōtingit: & adeo celebris est, ut in solēnitate septimi mensis iusse fuerint offerri spatulę eius, quas hebrei ꝓprie כַּפּוֹת caphot. i. Hebrei. palmas dicūt simul cū salicibus torrētis, & ramis arboris עֲבוֹת habot, qđ Hieron. nos habemus traductū densaꝝ frondium: sed Hieronymus frondosas, & alii illud habot myrtū interpretari uolunt. Et hæc omnia simul cū fructibus arboris pulcherrimæ, quæ est citrus, uel citria semp uirēs, & omnibus horis pomifera, ut est cōmunis sententia hebreoꝝ, qui usq; in hodiernum Hebrei. diē solēnitatem illam celebrant fructu eius, quem citrinū Galenus uocat cū frondibus supra adductis: Quos hebreos ęmulati Lacedęmonii Deos Lacedę. suos coronare solebant illis fructibus, quos oximala persica nuncupant, ut Aristophanes author est. Nec uacat a mysterio, ꝙ solēnitas illa celebratur Aristo. hoc fructu, qui cōtra uenenū ualet positū in uino, quod bibit, ut Dioscorides Dioſco. scribit. Neq; etiā sine mysterio sunt aliæ arbores, quæ in eadē solēnitate lætū diem reddebant. Palma. n. (ut diximus) satis expressum animalis simulachrum tenet in coitu, & cerebro, & etiā in eo, ꝙ comā in cacumine habeat circū extensam, & ramos in digitoꝝ modū protensos, & fructus quasi in digitoꝝ figurā formatos, unde dactyli. i. digiti uocantur. Pulpa quoq; ipsoꝝ fructuū caro nuncupatur, ualde quidā medicinalis & summę nutritionis, aut ex ui quadā quasi animali, aut ex natura phœbea: Et tanti nutrimenti est, ut Anachoritæ quidā illo tātūmodo cibo contenti fuerint, sicut usq; in hodiernum diē multi in Aphrica alios cibos nō habēt in usu: Estq; multigenus fructus, & uarius sup oēs alios. Glorioſa insup est arbor, & expressum habet uictoriæ symbolū, qa rami eius nunq̄ flectunt, sed onusti cōtra pondus surgunt, ut Aristoteles, & Plutarchus scribunt, & Aristo. nos expientia didicimus: Hæc igitur gloriæ typus, simulachrum, & signū Plutar. est, sicuti a sede gloriæ uim suā habet, ut notū est his, q in huiusmodi initiati

tiati sunt. Cedrus autē (ut satis conueniunt ii, qui de plantis pertractant, Theophrastus, Dioscorides, & Plinius) ea est, quæ tya uocat resinā pbens Theop. electissimam, quæ cedria dicit, & cedrium, dentium doloribus utillima in Dioſco. cauernas addita eos frangit, & dolores sedat: Expirantibus quoq; uitā aufert, qa uires assumit adiūcto calore uitali, sed defuncta corpora incorrupta cōseruat uitiosos humores exterens, & absumens. Multa quoq; de cedro prosequunt ii, qui de plātis scripserunt, ꝙ ictibus ceraſtæ imposita cū Plinius sale remedio est: Elephantias curat, & ad pulmonis ulcera prodest cyathū eius sorbere: Aduersus uermes, & tineas in clysteriū iniecta præsidiū est, & contra quadrupedū scabiem, canum, & boum: & ꝙ ardet uelut facula. Oleū quoq;, quod ex ea fit, multū celebrat indicans forsitan ueri olei fontem, misericordiæ yꝫ & pietatis diuinæ locū, cui illa arbor respondet: Sed Hebrei an hæc sit arbor, ex qua Arca fœderis fabricata fuit, an fuerit larix, ut hebrei multi asserunt, siue cedrus ex alio genere, ex qua (ut Plinius, & alii Plinius narrāt) fiebant mensę nobiliū pretioſę, incertū habemus. Sed in hoc conueniūt omnes hebreoꝝ sapiētes, ꝙ lignū setim, & cedrus quā ipsi suo idiomate אַרְזֵי אֶרְזִים erez arezim uocāt, idē penitus sint, arbor qppe a diuo cy Dauid tharœdo celeberrime decantata, ꝙ yꝫ sit arbor Adonai, ab eo plātata in libano, idest in uera sylua supramūdana, & horto delitiaꝝ, aut in candida illa mente diuina eminentissima: Vtrūq; n. libanus significat, saltum yꝫ & candidū uel albū. Sacramentaria igitur est hæc arbor simul & palma, & myrtus, qbus iussu Dei dies festi septimi mēsis celebrabant: Cedri. n. eminētiores sāctos, & Dei primarios duces ab ipso plātatos significāt: Palmæ uero uictorias, quas in Dei militia reportāt: Myrtus aūt i multiplici infirmitate cōferens, multigenā gratiā sanitatū, quā Deus uincentibus cōfert. Et ii legitime Dei festa celebrāt, qui plantati sunt a Patre: uincūt. n. & triūphum reportant cū filio, atq; benefici sunt indigentiis alioꝝ succurrentes cū septiformi spiritu: uel (hebreoꝝ theologiā sequendo) ii uera Dei festa celebrant, qui pulchræ arbores sunt a tipheret & gloria Dei decoratę, roboratæq; a uero robore cœlesti, quod gebura dicūt, & linitæ oleo pietatis, & diuinæ benignitatis in propriā, & aliorū sanitatē, atq; salutē. His aūt addūntur salices torrentis, non quia (ut reor) ad hos pertineāt infructuosæ arbores, in qbus suspensa dicunt organa a propheta, ne audiant Dei cantica, & concentus super indigna flumina Babylonis: Ait. n. In salicibus in Idem medio eius suspendimus organa nostra. Sed quantū ad aliud significatū conuenire possunt cū arboribus illis sacramentalibus, & festis: ubi. n. nos habemus & salices torrētis, in hebreo dicit וְעַרְבֵי נָחַל uchii be nachal: qđ significare potest, & iucūditates hæreditatis: Nā עֲרָב harab salix, & iucundum uel amœnū interpretatur. נַחַל nachal aūt torrentem, & hęreditatem significat, ut utercq; sensus esse possit, salices yꝫ torrentis, & iucunditates

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

hæreditatis ſupernæ.ſ.& cœleſtis, quarũ delibatio fit a rite celebrantibus
ueras ſolennitates:Ideo pro ſic celebrantibus decantat Propheta:Exultate
Deo adiutori noſtro,iubilate Deo Iahacob: ſumite pſalmũ,& date tym-
panũ/pſalterium iucundum cum cithara:Buccinate in neomenia tuba in
inſigni die ſolẽnitatis ueſtræ.Si aũt in alio ſenſu intelligant̃ ſalices torren-
tis ſignificati per illud hirbe nachal,per hos indicant̃ corpora noſtra,quę
infructuoſa ſunt,imo & noſmetipſi infœcũdi ſumus,niſi irrigati ab aquis
ſuperioribus,& plantati ſimus ſecus decurſus aquarũ,ut poſſimus fructũ
dare in tempore ſuo:Ideo nõ ab re ſalices iſtę dicũtur torrentis,quę ſecer-
nunt̃ ad celebrandas feſtiuitates Dei.Nec abſq; myſterio iſti celebrantes,
nunc per ſalices,nunc per arbores frugiferas deſcribunt̃:quia unuſquiſq;
infœcundus eſt ſibiipſi dimiſſus,fœcundus aũt irrigãtus ab illa ſupramũ
dana aqua,quæ ait:Sine me nihil poteſtis facere.Celebratur quoq; nimis
planta illa, quæ in hebreo dicit̃ אזוב ezob,qđ ex uicinitate uocabuli tra-
duxerũt hyſopũ,ſed pro ueritate libanotis eſt,quã Romani prius,ſed ho-
die Italici omnes Roſmarinũ dicunt:quæ inter plantas quidẽ nobiliſſima
eſt,& magis q̃ exiſtimat̃ excellens,q̃uis multitudine,& frequẽtia uileſcat:
Eſt enim ſemper uirens,nulli nocens,& multis infirmitatibus inimica,ma
xime morbo comitiali,qui dæmoniacus eſt. Radix quoq; eius cum melle
purgat ulcera,torminibus medet̃,& ſerpentum ictibus,ſi cũ uino bibat̃.
Prodeſt etiam in morbum regium in uino cum pipere:Et tanto in maiora
mala ualet,q̃to maiori gaudet tutela,& fauore cœleſti,a quo omnis uir-
tus confouetur:Ideo non ſine cauſa ad aſperſiones faciẽdas cum ſanguine
animaliũ in lege iubebatur aſſumi,iuxta quod decantat Propheta:Aſper-
ges me domine hyſopo,& mundabor.Gradum enim illum apud ſecretio-
res Theologos diuinitatis indicat,aut mẽſurã illam,qua nos Deo,& Deus
nobiſcum coniungitur:Cuius perfuſione & a peccatis mundamur,expia-
mur,& perficimur.Hinc in huius rei ſacramentũ iuſſæ fuerunt fieri aſper
ſiones planta illa ſacramentaria.

Dauid

Dauid

Quid uitis,& uinea. Cap. XXVIII.

Ps. 6. 8. 2.

EST quoq; inter arbores celeberrima uitis a Noe (prout aperte
in ſacris eloquiis continetur) primo plantata in terra, a qua
ſublata fuit maledictio data per peccatũ protoplaſtis,& fra-
tricidę,cuius ſemen penitus aquarę illuuione deletũ fuit:Sed
non adhuc bene initiatus Noe in huius uitis,& uini negotio inebriatus pu
denda reuelauit,ut irriſui haberetur a filio,qui ligauit ipſius patris ueren-
da (ut Beroſus ſcribit,uel abſcidit,ſicut alii tradunt) ne compleret, quod
conceperat,dum uitem plantauerat:Quæ omnia in figura & ſub uelami-
nibus ſcripta ſunt:Per hanc etenim uitem melior uitis intelligitur:quam
ſuſcipiens Redemptor noſter,adeo,ut ipſa effectus ſit,ait: Ego ſum uitis

CHRI-
STVS.

Beroſus

CHRI-
STVS.

IDEM uera,& uos palmites.Atq; iterum de utraq; uite loquens inquit:A modo
non bibam de hoc genimine uitis, donec illud nouum bibam uobiſcũ in
regno Patris mei. Ecce q̃ clare & uitem hanc/quæ uinum noſtrum mate-
riale præbet,& illam/quæ cœleſte uinum, & melius producit/exponit.Per
hanc nanq; illa ſuprema intelligitur uitis,quæ uinum tradit ad cor uniuſ-
Dauid cuiuſq; lętificandum,iuxta illud Prophetę:Et uinum lętificet cor hominis.
Nam abſq; illo nulla uera eſt lætitia. Eſt itaq; uitis uera Dei iuſtitia, quæ
& in diſtribuendo,& in puniendo recta corda lætificat,ſicuti Pſalmogra-
Idem phus canit:Lætabitur iuſtus,cum uiderit uindictam. Qui & ſi aliquando
ex apparenti iniuſtitia turbatur pacem peccatorum uidens, & iuſtorum
immeritam oppreſſionem,ǫibus tamen ab æquiſſimo gubernatore æqua
lance penſitatis,& recto libratis examine lętantur tãdem in his,de quibus
pauloante non bene perceptis triſtabantur.Dicit̃ quoq; hęc uitis fœcun-
da,adeo ut fertiles ei plæriſq; in locis cõparẽtur,ſicuti habetur in Pſalmo:
Pſalm. Vxor tua ſicuti uitis abundans in lateribus domus tuę.Et in Eccleſiaſtico
Eccle. inquit Sapientia:Ego quaſi uitis fructificaui ſuauitatem odoris.Hoc ideo
quia inde,ideſt a robore illo excęlſo per uitem denotato acrior uirtus ema
nat,quę,mediante Dei gratia,affert fructus q̃plurimos.Et quod mirũ eſt,
uitis cuiuis arbori applicata fructus producit,ſed diuerſimode:Debiliores
enim inixa ſalicibus q̃ fraxino,ulmo,nuci,& huiuſmodi.Non ſecus diui-
na illa uitis,& robur perfuſum omnibus arboribus rationabilibus, de qui
bus alibi diximus,fouet,& fructum producit:Sed meliorem adhęrens Pe
tro,Iohanni,Paulo,& huiuſmodi arboribus robuſtioribus,q̃ debilibus &
obſcuris.Placide quoq; hęc uitis,q̃uis natura acris,adumbrat,dum lignis
uel columnis inhęret.Sic robur illud cœleſte ipſius Dei gratia,& benigni
tate permixtum iucundiſſima umbracula præbet,ſicuti chriſtiferę Virgini
Cantic. ab Angelo dictum fuit:Et uirtus altiſſimi obumbrabit tibi.Et in Canticis
Salomon:Sub umbra illius,quẽ deſideraueram,ſedi/& fructus eius dul-
cis gutturi meo.Quam umbram & eius Pater deſiderabat, dum diceret:
Sub umbra alarum tuarum protege me.Et quod hic alas uocat,alibi pro
Dauid pagines nuncupantur, ut de ipſa typica uinea canens Propheta inquit:
Operuit montes umbra eius, & arbuſta eius cedros Dei:Extendit palmi-
tes eius uſq; ad mare/& uſq; ad flumen propagines eius. Verę differt hæc
uitis noſtra ab illa ſuperiori/ quia hæc arboribus inhærendo fulcitur/ illa
autem arbores ſuſtentat/& fouet fœcunditatem præſtans/ut ipſamet uitis
CHRI/ perhibet dicens:Qui manſerit in me/& ego in eo/hic fert fructum multũ.
STVS. Et quia Chriſtus huic uiti iuſtitiæ connexuit pietatem /& miſericordiam,
Iahacob ideo Iahacob cum de Iehuda,immo de ipſo Chriſto,qui ex illa tribu deſcẽ
dit, ageret in oraculo teſtamentario ait:Ligans ad uineam pullum ſuum,
& ad uitem fili mi aſinã ſuam:Aſina enim, & pullus pietas eſt,& gratia,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ut alibi declaratum est, quæ in Christo obuiarunt cum ueritate & iustitia, & insimul colligata pararunt ei sedē in domo Iahacob in æternū. Et quod hic per uitem & asinum, alibi per uinum & panem innuitur: Quę duo ordinauit pro sacrificio in ea domo, ecclesia uidelicet, nō sine magno mysterio indicans asinum ad uitem ligatum, & pietatem, atq; misericordiam simul cum iustitia & ueritate per eū osculata, & connexa fuisse. Voluit itaq; Noe plantare, & firmare uitem diuinæ iustitię, ne ultra eius posteros puniret, frætus diuina promissione, qua dictum est: Statuam pactum meum uobiscum, & nequaq̄ ultra interficietur omnis caro aquis diluuii, neq; erit deinceps diluuium dissipans omnem terram. Et quia magis pręsumpserat q̄ debuerat, sperans obtinere, quod nec particularia scelera ultra puniret, inebriatus dicitur & illusus a חם Cham, qui calorem significat, diuinæ v3 excandescentiæ, ne generaret eos filios, quos ipse ædere decreuerat, neq; præferret genitos ultra id, quod debebat: Statuerat enim (ut dicūt doctores hebrei) in eo loco collocare Canahan nouissimum filium ipsius Cham ut non sentiret super se diuinam iustitiam, & minus alii fratres, qui eū præcedebāt. Hinc nō Cham maledixit Noe, sed Canahan, a quo sumpta fuit errandi occasio: Cuius maledictionis sentētia fuit: Canahan seruus seruorum erit fratribus suis: Vt sic error, quem cōmiserat, dum eum nimis prę-ferret, per debitam oppressionem emendaretur. Si autem quis uitem debito loco plantet, & de fructu eius bibat aqua sapientiæ temperato, & compresso conuenienti pane, non ascendunt uapores, nec ad ebrietatem deducit: sed uires corroborat, & uim tribuit operandi. Hinc summus doctor nos ad utrumq; cibum capescendum adhortatur dicens: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo: Quā carnem antea panem uocauerat, & sanguinem alibi uinum nuncupauit. Quæ iterum sumēda iussit sub interminationis pœna, dum ait: Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis uitam in uobis. Hæc igitur nobis edenda sunt, ut & uitam habeamus, & bonum opus operari possimus. Ad quę iterum inuitat nos cœlestis doctor dicens: Ite & uos in uineam meā: uineam utiq; ecclesiæ suę, quā plantauit hic inferius ad instar illius supramundanæ uineæ, & curiæ: Vtrobiq; enim erectum est binum tribunal: iustitiæ v3, & misericordiæ per uinum & panem/sanguinem & carnem, dextrum & sinistrū/& huiusmodi multa prefigiatum/ut & pro bonis operibus præmia reddantur, & pro malis conueniens infligatur pœna: Hac.n. lege unusquisq; introducitur in uineā domini, susceperus v3 iuxta opera sua pœnam, uel præmium. Ideo dicit, q; Paterfamilias, postq̄ plantauit uineam, sepe circundedit terminos, aut custodiam posuit, fodit in ea torcular, quo premeretur uinum iustitiæ: & ædificauit turrim, aut horreum, quo reconderetur triticum misericordiæ,

DEVS

Doctor.

CHRISTVS.

IDEM

Augu. & pietatis: Quorum duorum usus necessarius est, ut q̄optime dixit Augustinus: Ad omne recte factum amor, & timor ducit: Amor utiq; benignæ promissionis, & rei promissæ, atq; timor iustitiæ punientis: Quæ tanq̄ duo calcaria impellunt ad omne opus bonum, aut tanq̄ panis & uinum mentem reficiūt operantis. Si autē hæc duo inordinata fuerint, & diligatur, & timeatur, quod non debet, efficiuntur calcaria impellentia ad omne

Idem malum, & cibus atq; potus letalis. Hinc Augustinus aduersam priori sub infert sententiam dicens: Ad omne peccatum amor, & timor ducit: Sicuti enim amor, & timor Dei ad omne bonum trahit, sic amor & timor mundi ad omne malū impellit. Quod a saluatore discere possumus, q; sicut uitā & pręmiū promittit iis, qui pascuntur pane & uino, uel carne & sanguine

Paulus illa duo significantibus, amorem v3 & timorem, sic cōminatur Apostolus eis, qui huiusmodi abutuntur diligentes & timentes, quæ non debent, dūait: Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit non diiudicās corpus Domini: in quo utrūq; susceperat, iustitiam, dum ipsum corpus pœnis exposuit, pietatem & misericordiam, dum per idem uulneratum gratiam & ueniam nobis obtinuit: Sic & corpus mysticū per hæc duo conducens ad opus reddere statuit tandem unicuiq; secundum opera sua. Et ne pro Dei timore & amore mundum timeat/& diligat homo, eum ab ipso mundo omni diligentia diuellere studuit. Et hoc est quod sub typo uineæ canit Propheta: Vineā transtulisti de ægypto/eiecisti gentes, & plātasti eam. De tenebris enim & angustiis huiusmodi traduxit nos in admirabile lumen suum, a quo eiecti fuerant illi, qui Angeli lucis nucupabantur, nunc autem tenebrarum: Vel litteræ ueritatem sequendo / in qua habetur uitis & non uinea/ hæc uitis ægypti est humanū genus peccato obnoxium, & conclusum in tenebris & angustia huius mundi per ægyptū

Dauid figuratis: quā quassauit/aut quassare/uel conculcare permisit יעדם tasiah enim uerbum est præsens tertii modi / aut cōiugationis/& significat non transtulisti (ut habemus in traductione nostra) sed quassare, aut conculcare permittis/uel facis: Nam ab aduersario & satellitibus suis multum pessundatur ipsum humanum genus. Et quia deprauata una generatione/

Iob uel gente Deus erigit/& collocat aliam pro ea/iuxta illud Iob: Deus conteret multos/& stare faciet alios pro eis/ideo sequitur: Eiecisti gentes/idest bestiales/& plantasti eam/ sicuti tempore diluuii factum est/replantato v3 humano genere: Quod in præsenti denotatur per uitem/ quam alibi diximus significare diuinam iustitiam. Nec ab re, quia Opifex summus produxit, & disposuit totam mundi fabricam, & ipsum humanū genus iustitia illa distributiua, & regulāte. Hinc Elohim, idest Deus in eo, q; Princeps illius tribunalis, inducitur mundi fabricator & dispositor. Sequitur: Respexisti ante ipsum, omnia v3 præparādo, ut omnibus prius rite dispositis

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

introduceretur tandē homo,tanq̄ mundi ipsius antistes in domū iam paratā,& instructam. Plantasti radices eius, iuxta illud Saluatoris:Omnis plantatio,quam non plantauit Pater meus, eradicabitur.Et impleuit terram breui temporis curriculo,ut manifestum est.Et operuit montes,idest eminentiora quæq; umbra eius,quam præstitit Dei benignitas, ut omnes alias creaturas transcendere posset. Et rami eius cedros Dei , cedros utiq; illos,quos/ut in Ieremia legimus/succendit,& in ignem præcipitauit:Nā pro Angelis,qui in paradiso erant/Homines sublimiori sorte plātati sunt. Extēdit usq; ad mare palmites eius/palmites quidem,quibus dixit:Et uos palmites , qui usq; ad oceanum perrexerunt euangelizantes , & fructificantes in uinea Domini.Et usq; ad flumen propagines eius:Mare est primus fons omnium aquarum figurans eas aquas , quæ supra cœlos sunt,a quibus fluunt omnes aquæ inferiores , quæ transeunt per firmamentum, uel extensum cœlorum,sicut aquæ maris transeuntes per meatus subterraneos fluunt dulces in emolumentum nostrum, ut sit sensus,q; uirtus horū palmitum extensa sit ad omnes aquas, ad mare v3 excælsum, a quo hauserunt charismata,& ad aquas fluuiales,quæ per ipsos cęteris communicatæ sunt,iuxta illud Saluatoris:Qui credit in me,sicut dicit scriptura,flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Præsentiens autem Propheta inuasiones,& strages,quæ ab inimicis fieri debebant in uinea ista, dixit:Vt quid destruxisti,idest destruere permisisti maceriā,aut sepem eius,& uindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur uiam, hostes v3 diabolici, & mūdani:De prioribus sequitur dicens:Exterminauit,aut deuastauit eam aper,uel porcus de sylua, qui diabolum significat:cum sit animal dæmoniacum:unde diaboli,qui expellebantur a Christo,dixerunt: Mitte nos in porcos,tanq̄ in locum eis conuenientem.Et de hostibus mundanis subinfert:וזיז שדי ueziz sadai,idest uapor,uel fumus campi,depastus,& demolitus est eam:Pro quo nos habemus: & singularis ferus depastus est eam: Vapor enim & fumus campi omnia mundana lenocinia significat, quæ consumunt, & dissipant humanam uitem , ne crescat Deo,& fructificet. Pro hac igit̄ sic demolita reparāda precatur Propheta subinferens: Deus exercituum cōuertere,iam respice de cœlo,& uide,& uisita uineam istam: Et perfice eam,quā plantauit dextera tua,& super filium hominis , quem cōfirmasti,aut corroborasti tibi. Quis autem sit iste filius hominis,omnibus patens est,cui Pater omnem uirtutem tradidit purgādi/ & perficiendi ipsam uitem/ ut in Iohanne legimus: Omnem palmitem/qui fert fructum/purgabit eum/ut fructum plus afferat:Quod/q̄uis de Patre dictum sit/de filio etiam intelligitur/qui unum & idem est cum Patre/& qui nunc est uitis uera/nunc agricola,& nunc dominus uitis & uineę dicitur,habēs etiam potestatē coartandi eos/qui ipsam demoliuntur/& habens ius prę-

CHRISTVS.

Ieremi.

CHRISTVS.

IDEM

Iohan.

miandi & omnes,qui in ipsa operantur.Hanc igitur uel pater,uel ipsemet filius locauit agricolis , idest nobisipsis , ut operaremur , & custoditemus eam reddentes debitos fructus tempore suo.Vitis igitur arbor est, qui sumus nos:& uinea locus, in quo sunt uites.i.mundus hic, aut locus,in quo plantati sumus distributione diuinæ iustitiæ,quæ est uitis supramūdana, qua excolitur,& confouetur hæc uitis inferior,cuius truncus Christus est, nos autem rami,uel palmites tm̄ fructus afferentes, quantum in ipsa uite manentes suscipimus ab ea,unde fructus producamus,dicente ipsa Vite: Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos,nisi manseritis in me.

CHRISTVS.

Quid animalia sanctitatis. Caput XXIX.

Ezechi.

ET q̄is alibi tetigerimus illa,quæ Ezechiel uiderat animalia, non modo quatuor euangelistas in sensu allegorico significare(ut est cōmunis sententia nostrorum sapientum) sed aliqd in archetypo,ad cuius uisionem subuectus erat prophera,ut satis clare innuit,dum ait:Et super firmamentum,quod erat imminens capiti eorū,quasi aspectus lapidis sapphyri:super firmamentum enim thronus est illius,qui ait:Cœlum mihi sedes est:Cuius aspectus non sine mysterio scribitur similis lapidi sapphyro . Et iterum ait : Hæc uisio similitudo glorię Domini:Tamen hic declarabimus,q; non solū illa quatuor animalia,quæ ab hebreis dicūtur animalia sanctitatis, sed q; omnia alia habent in Archetypo suas imagines, & exemplaria:quæ omnia in sancto armario collocata,sancta dici possunt.Quando igitur Iohannes perhibet se uidisse ante thronum Dei leones, pardos, equos, boues,dracones,& huiusmodi,non quippe loquitur de his,qui nos uehunt equi , aut qui nos mordent serpentes,sed eorum exemplaria,quę in Deo sunt,aut loca,uel numina opificis (unde hæc inferiora suscipiunt uim) indicat:Vel intelligentias innuit,quæ ipsis animalibus præsident,sicut & plantis, lapidibus,& omnibus,quæ hic inferius habent aliquam uim. Nec offendatur aliquis,si dicimus animalia esse in Deo,cū Iohānes dicat: Quod factū est in ipso uita erat,uita utiq; creatrix,pullulatrix,& continue fluēs sustentādo v3, & conseruando producta,ne in nihilum defluant.Quę animalia in sensu anagogico , nulli dubium , sunt ea,quæ explicauimus:In sensu uero morali (ut Hieronymus recte sentit) homo rationem indicat, Aquila portionem illā supremam,qua in diuina & cœlestia semper tēditur,Leo irascibilem,Bos uero cōcupiscibilem uim:ex quibus quatuor fontibus omnes operationes humanę egrediunt.In sensu aūt litterali p̄ illa quatuor animalia quatuor reges animaliū p̄cipui intelliguntur:Inter aues.n.Aquila censetur regina: Inter feras Leo:Inter armēta & bestias,quas hebrei dīt בְּהֵמוֹת behemot, est bos:Inter creaturas autem rationales homo principatū tenet.Per hæc

Iohan.

Idem

Hiero.

Hebrei

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

igitur tanq̃ per animalium reges cætera omnia innuũtur animalia. In ſenſu uero naturali hæc quatuor animalia omnium rerum primaria elementa intelliguntur, ut nuper enodauimus. Sed ad anagogicum ſenſum redeundo, quem/citra omne dubiũ/ſequitur propheta: Aquila eſt numẽ quoddam, aut effluxus, uel menſura quædam diuinitatis (ut dicunt hebrei) nobis domeſtica: quæ nos ad intimiora diuinitatis aut ſuperiora deducit: de quo numine Moſes in cantico ait: Sicut aquila prouocans filios ſuos uolando, & ſuper eos uolitans, expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atq; portauit in humeris ſuis, uſq; v3 ad manſionem ipſi præparatam. Eſt iracundus, & excandeſcens leo iuſtitia punitiua in ſiniſtris: Manſuetus uero, & domeſticus uitulus, uel bos, per quẽ concupiſciua uirtus intelligitur in alia parte, quæ ſiniſtra nobis eſt, Archetypo autem dextera, licet bos armiger ex ſiniſtra cenſeatur, per ipſum tamen manſueta animalia indicantur, quę ex dextera ſunt: Vnde agnus, ouis ad dexteram tandem collocãdi dicuntur, & ipſe homo, in quantum eſt animal manſuetum. Sed in eo, q̃ principatum tenet, in meditulio eſt, & in domo Iahacob, in qua Chriſtus regnare dicitur: Quę cuncta iũcta ſunt facie, & uirtute, ut dicat Propheta: Quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni: quia v3 unus eſt Deus omnia, q̃uis diuerſiſſima meliori nota, & uirtute continens. Ad hæc igitur quatuor oia alia referunt animalia: quia omnia emanãt uel a dextro, uel a ſiniſtro, aut ab inferiori, ſiue a ſupremo numine Archetypi: Cui reſpondent intelligentiæ, & planetæ, cum quibus aũt hæc animalia, & aliaq; rerum genera cõueniant, ſupra aliqualiter explicauimus. Nunc uero de quibuſdam particularibus animantibus expreſſius diuinitatem, uel menſuras illas Archetypi ſignificantibus percurremus.

Hebrei

Moſes

Quid capreæ, cerui, & hinnuli. Cap. XXX.

CElebratos nimis in ſcriptura ſacra proſpicimus ceruos, hinnulos, capreas, & capras, non ſolum in Canticis, ſed in lege, & Dauiticis, hymnis. In lege enim iubet cooperiri tabernaculum ex pellibus capratum rubricatis: Et prohibitis rheni/bus, & adipe cuiuſcunq; animalis, cerui & capreæ omnia comedenda cõceduntur tanq̃ munda, ut in Deuteronomio legimus, ubi dicitur: Verum ſicut comedes capreã, comedes & ceruum. Et iterum: Veſcentur eis, quaſi caprea & ceruo, quorum v3 omnia inteſtina comeduntur, excepto ſanguine: quia in eo eſt anima, quæ nõ debet comedi ſimul cum carne, eo q; aialis anima nõ in nutrimentum hominis, ſed in deprauationem, coinquinamẽtũ & perniciem ipſius (ut aiunt) deuenit. In titulo uero Pſalmi uigeſimi primi, ubi nos habemus, In fine pro ſuſceptione matutina, habetur in ueritate litteræ, Vincẽti pro cerua auroræ. Et aliis plæriſq; i locis Propheta hic adeo celebrat ceruos, ut clare intelligamus illos referri ad aliqua me-

Exodi

Deuter.

Orige. liora/& occulta/ſicuti & Origenes cõſentit, dũ ait: Ceruus, uel caprea animalia qdẽ ſecũm rationẽ naturæ/quã corporaliter gerũt, referuntur ad aliquas rerũ corporaliũ cauſas, atq; illis inuiſibilibus ceruis uidetur conuenire id, quod ſcriptũ eſt: Vox Dñi præparãtis ceruos. Quæ.n. præparatio ex uoce Dñi fit iſtis uiſibilibus ceruis? Aut quæ doctrina ex uoce Dñi ad eos deſcendit aliquãdo? Cerui igitur ſpirituales ſunt, quoꝝ formã & imaginẽ tenet illud animal corporale, quod uoce Dñi diſponitur ad perſequẽdum ſerpentiũ genus: Voce utiq; illa legis, & doctrinæ euãgelicę, quæ ceruos, ideſt eos qui uere mundi effecti ſunt lauacro baptiſmi, & ſermonum Chriſti diſponit, & præparat ad pugnãdũ ſub Michaele, imo ſub Chriſto contra ſerpentem, & draconẽ illum antiquũ, qui eſt diabolus: In qua pugna tum ex labore, tũ ex colera zeli accenſa, tum etiã ex ueneno ſerpentis propulſato ſitibundi redduntur, fontẽq; ueræ aquæ appetentes, ut in Pſalmo dicitur: Quẽadmodum deſiderat ceruus ad fontem aquaꝝ, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Quoꝝ pulli aut hinnuli ſunt, qui de nouo inſtiantur in uia Dñi, ut currant ad montes, de quibus dicitur: Montes excælſi ceruis. Montes enim culmina ſunt uirtutũ, ad quos currunt, qui uirtutis amore ſuccenſi ſunt, & ſupconſcendunt, qui iam ad culmen uirtutis peruenerũt. In Archetypo uero cerui, & capreę numina illa repræſentant & influxus, a quibus animalia illa, & homines per ipſa ſignificati ſuſcipiũt, unde ſint, & dicantur cerui, uel capreæ: Quoꝝ ceruoꝝ ſublimiũ hinnuli dicũtur apud ſecretiores theologos illæ menſuræ inferiores, quæ ſunt ſub illis plenioribus mẽſuris pietatis, & iuſtitiæ per ceruos & capreas deſignatis. Per hæc igitur numina, aut proprietates diuinas obteſtatur Salomon ſapientiſſimus in canticis dum ait: Adiuro uos filiæ Ieruſalem per capreas, ceruoſq; campoꝝ, ne ſuſcitetis, neq; uigilare faciatis dilectam. Cuius iuramenti uinculũ eſt, per tribunal gratiæ, a quo præmiantur boni, & per tribunal iuſtitiæ, unde ſceleſti puniuntur. Hinc per hæc iurans/& obteſtans omnibus cenſuris, & ſententiis a ſupernis tribunalibus emananti/bus ſe ſubmittit, & obſtringit, ut nequeat aliquo modo diſſolui, ſed reportet præmiũ de obſeruantia ſacramenti, pœnã autẽ de eius tranſgreſſione. Et quia inferiores menſurę, quæ hinnuli dicuntur, uocantur etiam ubera, illa v3, quæ lactarunt omnes prophetæ, ideo in eiſdem Canticis dicitur: Duo ubera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli.

Pſalm.

Pſalm.

Salo.

Idem

Quid oues/& paſtores ouium. Caput XXXI.

SVnt quoq; oues in ſcriptura ſacra ſemper fauſtæ, adeo ut tandem conſtituendi ad dexteram iudicis præmium reportaturi de bene actis oues dicantur: & ex iis complures, qui ad excellentiores gradus ſubuecti ſunt, paſcebant oues. Paſtor enim ouium fuit Abel iuſtus, Abraham Patriarcha præcipuus, Pa-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ſtor ouium Iahacob/& duodecim filii principes duodecim tribuum:Qui etiam a Ioſeph docentur,ut interrogati a Pharaone de exercitio, & indu/ſtria eorum,reſponderent,Paſtores ouium ſumus nos, & patres noſtri ab infantia noſtra uſq; in præſens. Nec uacat a myſterio quod ſequitur:De/teſtantur Aegyptii omnes paſtores ouium: Nam ſemper mũdani & ma/li deteſtati ſunt eos,qui in ſimplicitate omnia, & in recta Domini uia in/cedunt, iuxta id, quod ait ſumma Veritas: Si mundus uos odit, ſcitote, CHRI/
quia me priorem uobis odio habuit: Aegyptus enim ſemper mundanos STVS.
& anguſtiatores bonorum ſignificat.Paſcebat quoq; oues Moſes,quando a Deo uocatus fuit ad meliora peragenda. Paſtor quoq; ouium erat Da/uid/quando/iubente Domino/a Samuele unctus eſt in regem Iſrael.Sed
quod maius eſt, paſtor ouium Deus,& ipſe Chriſtus & Meſſiah, qui ait: IDEM
Ego ſum paſtor bonus,& cognoſco oues meas.Sed de ipſo Deo nulla car
ne ueſtito inquit Pſalmographus: Deduxiſti,ſicut oues,populum tuum. Dauid
Clarius autem in Ezechiele:Egoipſe (inquit) requiram oues meas,& ui/ Ezechi.
ſitabo eas, ſicut uiſitat paſtor gregem ſuum: & liberabo eas de omnibus
locis,in quibus diſperſę fuerint:In paſcuis uberrimis paſcã eas,in monti/
bus excælſis Iſrael erunt paſcua eaꝝ:Ibi requieſcent in herbis uirentibus,
& in paſcuis pinguibus paſcentur ſuper montes Iſrael: Ego enim paſcam
oues meas dicit Dñs Deus. Paſcuntur quippe oues, paſcuntur boues,ca/
præ,& hædi,paſcuntur & porci,ſed de his non fit mentio in ſcriptura ſa/
cra,quia penitus immũdi ſunt:Oues autem,boues,& hędi,uel capræ ſua
continent ſacramenta: Oues enim animalia ſimpliciſſima ſunt, ſemperq;
utillima,omni manſuetudine plena,& ab omni nocumẽto ſemota.Idcir/
co qui oues paſcunt/ideſt mites ſunt & ſimplices,nulli nocẽtes, & ſemper
benefici,a Deo diliguntur,& exaltantur: Hædi aũt,& capræ nocent uiti
ipſam prouocantes:Quã uitem nuper ſignificare diximus iuſtitiã diuinã,
quæ decerpitur/& excitatur ab his/qui Deũ offendunt,& peccant.) deoq;
tãq; petulantes hædi reponendi dicuntur ad ſiniſtram iudicis ab ipſo pœ/
nam flagitiorum ſuſcepturi, ſicuti manſueti,& benefici oues dicuntur ad
dexteram collocandæ.Ouium igitur haꝝ paſtoribus tãq; in bonis exerci/
tatis/& fidis miniſtris credit Deus oues ſuas meliores,quas ipſe tãq; uerus/
& principalis paſtor paſcit/& regit. Sunt igitur ueri paſtores ouium,qui
ſimplices/innocui/& ſemper bene agẽtes manſuetudinem,& pietatem ſe/
quũtur.Si autem hædi ſunt nobis paſcendi,obſeruandũ eſt/quod dicitur
in Canticis:Paſce hędos tuos iuxta tabernacula paſtoꝝ.ſ.ouiũ:Iuxta quę Canti.
tabernacula paſcimus hædos,quando irã/& excandeſcentiã noſtrã/& fu/
rentes impetus latciuiæ frenamus illos regẽtes ſimplicitate ouina:Tũc.n.
hędi paſti/& initiati moribus ouium poſſunt cũ ipſis ad dexteram iudicis
collocati expectare benedictionem/& prędium bonoꝝ operum.

Quid aialia,piſces,aues,& plantę mũdę,& imundę. Cap.XXXII.

QVatuor genera uiuentium produxit Opifex ſummus in ci/bos hominis,plantas, & plantarum fructus,piſces,aues, & quadrupedia:In quoꝝ quolibet genere munda,& immunda fabricauit,ſicuti & eorum,qui ipſis ueſcuntur,aliqui mundi,
& aliqui immundi ſunt.Plantis enim paſcuntur animalia,& homines,ſed
DEVS diſtinctæ ſunt eſcæ,dicente Deo:Ecce uobis hominibus dedi oẽm herbam afferentem ſemen,quæ eſt ſuper faciem terræ, & omnem arborem frugi/ferã/& arborem afferentem ſemen,hæc erunt uobis in eſcã. Sed omni beſtiæ terræ,& uolucribus cœlorum,& cuilibet reptanti ſuper terram,in quo eſt anima uiuens,dedi omnem uirorem herbæ in cibum. Et ſic ſtatu/tum eſt.Diſtinguit igitur cibos, quãuis traductio noſtra in confuſo de hu iuſmodi loquatur:Seminiferentes enim plantas,& arbores fructificantes
dedit homini,qui ſeminandi & colligendi habet induſtriam: Beſtiis autẽ,
quæ ſeminare neſciunt,uirorem herbaꝝ,quæ vꝫ ſponte naſcuntur,tribuit,
Dauid ſicut canit Pſalmographus:Producens fœnum iumentis, quod fit ex her/bis,quæ ſponte naſcũtur,& herbam.ſ.ſatiuam ſeruituti hominum. Hanc quidem ſimul & arbores fructificantes,tanq̃ mundas,& meliores homini conceſſit:Illas autem ſyluestres herbas tanq̃ immundas tacite prohibuit,
dum eas animalibus dedit in eſcam: Quæ ænigmatice dicta indicant,q;
opera infructuoſa,quæ nec ſemen habent,unde poſſunt ſeminari,& colli/gi fructus, tãq̃ immũda beſtiis relinquũtur:Quæ uero fructum,& ſemen
fructus benefaciendi habent, tãq̃ munda homini aſſignantur. De anima/
libus uero,piſcibus,& uolucribus apertam diſcretionẽ inter mũda & im/
Leuiti. munda tribuens hæc uetauit,& illa conceſſit,ut in Leuitico,& in Deute/
Deuter. ronomio legimus:Secernit enim primo animalia munda ab immũdis du
plici ſigno:Quoꝝ alterum eſt ruminare,uel (ut in hebreo habetur) leuare
Orige. granũ:Alteꝝ eſt ungulaꝝ ſciſſio: Quæ omnia de animalibus dicta Orige
nes munitus authoritatibus apoſtoloꝝ,& Chriſti,diiudicat ad homines p
Paulus tinere:Paulus.n.cũ de patribus illis ageret,quibus hęc lex data eſt,inquit:
Omnes eandẽ eſcam ſpiritalem manducauerũt, & eundem potum ſpiri/
talem biberunt: Bibebant aũt de ſpiritali conſequenti eos petra,petra aũt
Idem erat Chriſtus.Et iteꝝ:Nec quis uos iudicet in cibo uel potu,quę ſunt um
Petrus bra futuroꝝ,hominũ vꝫ/ad quos illa omnia referuntur:Et Petro/qui ſur/ſum oraturus aſcenderat, quærens cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt,oſten/ſum eſt uas,in quo erant omnia quadrupedia,ſerpẽtia,& uolatilia,& ad/iuncta eſt uox dicẽs:Surge/occide/& mãduca:Et timenti Petro id facere,
ne cõtaminaretur,iteꝝ dictum fuit:Quod Deus mundauit,tu cõmune ne
Orige. dixeris.Et hoc repetitũ fuit ter,quia mũdata erant(inquit ipſe Origenes)
in uirtute ſanctiſſimæ trinitatis,quã Chriſtus eaꝝ reꝝ mũdator docuerat:

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Qui etiam dixit: Quod intrat in os nõ coinquinat hominẽ. Leuare igitur, aut reducere granũ, uel ruminare est meditari cibum sacrę scripturæ, quẽ sumimus, & orationes, quas Deo fundimus: Quem incassum & in uanũ proferũtur sine mentis attentione: sic & frustra leguntur sacra eloquia, nisi qui ipsa legit, meditetur. Idcirco canit Propheta: Beati qui scrutantur testi monia eius. Et iterũ: Beatus uir, qui in lege Domini meditatur die ac no cte: Vbi nõ lectura, sed meditatio cõmendatur, & in ea homo prædicatur beatus. Ruminat igitur, & reducit granũ, qui attenta mẽte reuoluit, quæ legit, ut opere cõpleat, quæ intelligit, & meditatur: Leuat autem granum/ quando bona opera efficit præponderantia debitis, quæ contrahuntur ex defectibus cõmissis: Scissam uero ungulam habet, qui ex lege præmedi tata nouit discretionẽ ponere inter bonum & malũ, hoc respuens, & illud amplectens: Vtrũq; autem necessariũ est, quia non sufficit cognitio & di scretio, nisi opere compleatur quod nascitur: Nec electio boni fieri potest/ nisi rei eligendę præcedat cognitio. Pisces autẽ iudicantur mundi, qui ha bent alas & pinnulas, quibus a cœno eleuentur, & squãmas deponendas, ut nouũ hominem induant: Qui uero sine squãmis & alis cœno uolutanẽ illos significant, qui in luxuriæ stercore, aut luto rerum terrenarũ obuoluti nunquã ab eis norunt discedere. Immundæ uero aues sunt, quæ ungulas fortes habẽt, & rostra uorantia ex rapina uiuentes. Et hæc illos significãt, qui semper aliena inuadunt nunquã sua portione contenti. Innocuæ uero aues mundę censentur, quæ mites, mansuetos, & qui neminẽ lædunt, signi ficant. Quod autem hi comedendi cibi homines significent, satis aperte ex euangelio discere possumus, dicente Christo de Samaritanis uenienti bus ad fidem: Alium cibũ habeo manducare, quẽ uos nescitis. Meus ci bus est, ut faciam uoluntatẽ Patris mei, qui misit me. Sicut igitur Sama ritani incipientes conuerti erant cibus Christi, sic & unusquisq; nostrum, dum bene operatur est cibus eius, & dum proximo doctrinam, uel aliquã utilitatẽ impartitur, est cibus ipsius, cui seruit. Sic Christus factus est ci bus noster seipsum nobis multipliciter tradendo, ut conuenienter dicat: Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Panis & cibus utiq; uitæ erat administrans nobis doctrinam uitæ, cibũ uitæ, & opera uitæ. Sic & nos dum talia proximis nostris exhibemus, sumus eis cibus uitæ, & cibus purus, & mundus. Sunt autẽ cibus mortis, & imũdus, qui docent doctrinas pestiferas, uel scanda lum uitæ prębent/ aut factis negant, qđ uerbis põdicant: qbus inquit Deus: Quare tu enarras iustitiam meã, & sumis testamentũ meũ per os tuum, Tu uero odisti disciplinã, & proiecisti sermones meos retrorsum? Si uide bas furem currebas cũ eo, & cũ adulteris portionẽ tuã ponebas, & cætera quæ sequũtur. De his ueluti imundis aialibus inquit Apostolus: Cum hu

Dauid

CHRI/ STVS.

IDEM

DEVS

Paulus

iusmodi nolite cibũ sumere. Et hęc/ quo ad sensum mysticũ. Ad litterã aũt reuertendo/ unde animalia & plantæ munditiã/ aut immũditiã suscipiant, pcurrendũ esset: Sed nequit fieri sine altiori & ꝑfunda indagine: Non. n. ex seipsis munda uel immunda sunt: Nec uidetur, ꝙ a bono progenitore Deo proueniat aliquod malũ / aut a summe lympido aliquid decidat im/ mundũ, cũ potissime dictum sit: Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant ualde bona. Ex aduerso autẽ apparet, ꝙ infesta & mala procedant ab eo, qui per Isaiam dicit: Ego sum faciens bonũ, & creans malum, faciens lu cem, & creãs tenebras: Quod sic intelligi potest: Cum creare sit ex nihilo, & terminetur ad subiectum, uel materiã, quæ habet rationem mali, ideo dicitur creans malum: Et cũ facere terminetur ad formam, quæ habet ra tionem boni, ideo dicitur faciens bonũ. Itaq; quæcunq;, quantũ declinant ad materiã, habent rationem mali, & quæ magis summæ formæ appro/ pinquant, eo magis habẽt rationẽ boni. Et hoc est, quod dicitur in Eccle/ siastico: Contra malũ bonũ, contra uitam mors, & contra uirum iustum, qui Deo uacat, peccator semper ad ima declinans. Sequitur: Sic intuere omnia opera altissimi duo contra duo, & unum contra unũ, quia non est aliquod bonũ in mũdo sine suo cõtrario: Sunt enim Angeli lucis, & An geli tenebrarũ: Angeli uitę, & Angeli mortis: hospitium lucis, & hospitium tenebrarũ: Crater mundorũ, & crater immundorũ: Quæ quidem a Deo fa cta sunt & bona in suo ordine, quãuis immunda nobis: Quã immunditiã trahunt aut a spiritu feroci & rapienti, influente Marte (ut dicunt Astro nomi) uel Samaele eius intelligentia: sicuti hebrei asserunt: Aut id habent a Saturno, ut infecta humore melancholico malo sedes efficiantur im/ munditiæ, sicut bona lętitia est sedes boni spiritus, immo Dei: Vnde Pro pheta: Redde mihi lætitiam salutaris tui, & plærisq; in locis docet ser uire Domino in lætitia. Vel sit iste influxus a superiori numine, median tibus secundis causis faustis uel infaustis. Aliqua dicũtur, & sunt munda, quia nullum inquinamentũ afferunt comedenti, sed lætum & bonum nu trimentum: Alia autem detrimentũ præstant multa atra bili generata, uel ueneno inficientia, sicut de multis plantis, & reptilibus omnibus notũ est: Vnde hęc tanq̃ nociua aperto, uel occulto detrimento, Deo tamen cogni to, ab ipso, qui nos diligit, prohibentur, aliis concessis, quæ beneficiũ cor pori, & spiritui tribuunt.

Dauid

Ecclesi.

Isaias

Genesis

Quid Ierusalem, Sion, & templum. Cap. XXXIII.

SI autem ad hospitia illius sacratissimæ regionis ueniamus, quæ non ab re dicitur terra Sancta/ etiam illa cum adiacen tibus locis sacramentaria sunt. Et inter alia loca illius pro missæ, & figuratiuæ regionis celebratissima omnium ciui tum est Ierosolyma: quæ communi sententia ciuitatem illam supercœle/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ſtem indicat,& figurat,in qua omnes beari debent. Sion autem/ubi erat arx,& palatium regium , & principis ſacerdotium/ eminentiores illius ſupernæ ciuitatis manſiones innuit,quæ(teſte Chriſto) ibidē multę ſunt. CHRI/ STVS. Harum igitur cōuenientia percurrenda eſt: Primo quidem nomine con/ ſentiunt,ut triuiale eſt,& etiā in ipſius nominis ſignificato:Ieruſalem enim (ut paſſim dicitur) uiſionem pacis ſignificat , quæ perfectiſſima uiſio,& fruitio pacis,& principis eius in illa ſuperna ciuitate habetur: Vel (ut alii dicunt) Ieruſalem tranſferri poteſt hæreditas ipſis, ut uerbum deductum ſit a iaras , quod eſt hæreditare,& lemo quod eſt ipſi : Vnde bene dicitur Ieroſolyma quaſi Ierus lemo יְרוּשׁ לָמוֹ Quæ interpretatio bene competit ſupernæ Ieroſolymæ, in qua unicuiq; datur hęreditas,de qua inquit Pro/ pheta : Hæreditas mea prælara eſt mihi. Rex quoq; & fundator huius Dauid inferioris ciuitatis fuit Melchizedec:& Rex atq; fundator,& pręcipuum fundamentū illius ſupernæ Ieroſolymæ fuit ille,qui conſtitutus eſt a Deo ſacerdos ſecundū ordinem Melchizedec.Corregnantes autem & coope/ ratores ipſius in conſtruenda ciuitate ex lapidibus uiuis ſunt omnes , qui ſecundū mandata principis bene regunt ſeipſos:ut unuſquiſq; dici poſſit Melchizedec,quod Rex meus iuſtus ſignificat.Hæc quoq; ſuper montes ſita eſt cum templo,& in meditullio mundi:Illa etiam ſuper reuolutionem ultimi uoluminis habens templum in medio perpendiculariter ſuper hu/ ius inferioris templum erectum,ut non mediocris fidei teſtes aſſerunt:In/ ter quæ templa eſt cœleſte , uel Angelicum recta linea utriq; reſpondens: De quibus tribus tēplis ſolebant gloriari Ieroſolymitani dicentes (ut ha/ betur in Ieremia) Templum Domini,templum Domini, templum Do/ Ieremi. mini eſt:Quos tamē reprehendit Ieremias dicēs:Nolite confidere in uer/ bis mendacii dicentes,templum Domini,Non quidem aſcribens menda/ cio,quod aſſererent templū Domini eſſe,& hoc triplicatum:ſed quia con/ fidere uolebant in templo abſq; opere , quod magnum mendacium erat ingratitudo,& peccatū tanto maius,quanto efficacior erat influxus cha/ riſmatū ſuper locum,& templum,& ciuitatem, quæ præcipua erat in re/ gione fluente lacte, & melle;Et in qua lac prophetiæ , hymnorum cœle/ ſtium,euangeliorum,& totius doctrinæ cœleſtis emanauit:Et in qua erat templum Dei celeberrimū reſpōdens templo ſuperiori deſcripto ab Eze/ Ezechiſ chiele,& cōmemorato ab Iſaia, qui ait:Plena erat domus maieſtate eius, Iſaias & ea,quæ ſub ipſo erant replebant templum. Ideo locus ille iuxta ſupra/ mundanum templum electus fuit peculiariter a Domino, qui in ſecundo Paralipomenon ait:Elegi, & ſanctificaui locum iſtum, ut ſit nomen meū Paralip. ibi in ſempiternum : & permaneant oculi mei , & cor meum ibi cunctis diebus . Iuſſit quoq; offerri ibidem omnia ſacrificia ſignificantia ſacrifi/ cium ſacrificioꝝ,quod in ara crucis extra portam ipſius ciuitatis obtulit

ſummus Pōtifex Chriſtus.Hinc a doctoribus hebreis aſſeritur maius eſ.e peccatū,quod cōmittitur in Ieruſalem,& tēplo tantis excellentiis munito/ & præcipuo cōſpectu principis gaudente. Hinc nō ſine myſterio dictum fuit Dauidi aſcendenti de Hebron,ut regnaret in Ieruſalē:Non ingredie/ ris huc,niſi abſtuleris cœcos,& claudos.i.ignorantiā,& peccatū. Ipſe aūt ſanctus rex non tm̄ abſtulit cœcos, & claudos odio habentes animā ſuā, & ipſi inuiſos (ut prouerbio diuulgatū eſt:Cœcus & claudus nō intrabūt in templū) ſed habitauit (dicit noſter textus) arcem Sion,uel munitionē eius,ut habet Veritas litteræ.i.in influxu præcipuo, quo ſeſe corroborauit Dauid & muniuit,ne peccaret: Vocauitq; eam ciuitatē Dauid,& ædificauit eam per gyrum a melo, & intrinſecus,ut habet traductio noſtra: Vel ſecundū ueritatem hebraicā מִן הַמִּלּוֹא min amilo,ideſt ex plenitudine chariſmatū muniuit eam.Et q; de munitione meliori q̄ muroꝝ loquatur textus,appa/ ret in eo,quod ſequitur:Et ingrediebatur proficiēs atq; ſuccreſcēs, & Dñs Deus exercituum erat cū eo:quia vꝫ donis & effluxibus diuinis ſe munie/ rat.Templū autem illud fabricatū erat ad inſtar arcæ,uel tabernaculi fœ deris mundum utrūq; repræſentans,maiorē vꝫ & minorē,ad quoꝝ exem plar (ut diximus) arca & templū fabricatæ erant : In quibus figuratiuis fiebant ſacra figuratiua quouſq; uera ſacra ſuccederēt,quæ nō in templo manufacto perficerentur , ſed in meliori & perfectiori,de quo inqt Apo/ Paulus ſtolus:Templū Dei,quod eſtis uos. In hoc ſi bene pagerimus ſacra ipſum Idem purificando,conſcendemus ad aliud templū, de quo iterū Apoſtolus ait: Tabernaculū non manufactum, quod eſt ipſe Chriſtus:in quē datur no/ bis ingreſſus per hoſtiū,quod eſt ipſemet: In quē ingreſſi,& cū ipſo uniti Apoca. conſcendimus ad ſupramundanū templū,de quo dicitur in Apocalypſi: Dñs Deus omnipotēs templū illius eſt,ciuitatis vꝫ ſupernæ.Sic itaq; ope rantes,ut mereamur uſq; ad ſupremū templū puenire, tunc læti & abſq; mēdacio dicere poterimus:Templū Dñi,Templū Dñi,Templū Dñi eſt: In quæ templa Deus ſua clementia fœlicē concedat ingreſſum.

Quid Aegyptus/Babylon/& Damaſcus. Cap. XXXIIII.

Augu. CVm bipartitū ſemp fuerit humanū genus/in Dei vꝫ familiā/ & diaboli,ut Auguſtinus præmittit in procemio uoluminis de ciuitate Dei,& in toto cōtextu ꝓſequitur,conueniēs erat, ut in regione illa myſterioſa,& typica ſacra eloquia celebra/ rent loca,quæ utriuſq; familię eſſent hoſpitia.Et ſicut Ieroſolyma cū omni bus circūiacētibus locis pro Dei familia/citra omne dubiū/ordinata erat, de q̄bus longū eſſet enarrare p ſingula,ſic Aegyptus/Babylon/& Dama/ ſcus ſemp illi aduerſam ſuſcepere familiā/a qua ſæpius populus Dei uexa tus eſt.Aegyptus amplū ab Iſraelitica gente ſuſceperat beneficium,unde Pharao uocauit Ioſeph צָפְנַת פַּעְנֵחַ Zaphnat pahaneah/qđ eſt uocabulū

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Aegyptiũ nullibi aliàs ī ſcriptura repertũ, ut ait Rabi Salomon: pro quo traductio noſtra habet, ſaluatorẽ mundi, ſed ut alii uolunt ſignificat reſeratorẽ ſecretoꝝ: zaphan.n. reſerare hebraice importat, pahaneah autẽ eſt penitus ægyptiũ/& occultũ uel futurũ incognitũ ſignificat. Verũ quicqd ſit de uerbis, Ioſeph Iſraeliticus ſaluauit ægyptũ referans ſecretũ uiſionis, qua demõſtrata fuerant Pharaoni ea mala, quæ ſup populum ipſius uentura erant ab eis præcauens: Nihilominus ipſa ægyptus ducentis & decẽ ãnis oppreſſit populum, qui Ioſeph auſpicio illuc deſcenderat: Vnde bene ægyptũ, qui hebraice מִצְרַיִם mizraim dicit, anguſtias interpretant, quãuis aliqui/ neſcio qua ratione/addãt, quod etiã tenebras ſignificet: Anguſtiæ.n.& ãguſtiatores bonoꝝ ſemp fuerũt Aegyptii. Babylonii quoq; tãq; Dei miniſtri captiuos duxerunt optimos quoſq; de Ieruſalẽ/tranſlato etiã rege eoꝝ Ioachim in Babylonẽ. Poſtea iterũ Sedechiã regẽ obſeſſum ceperunt cũ toto exercitu/occiſis filiis,& ſuccenſo tẽplo: tenuerũtq; populũ captiuũ ſeptuaginta annis. Damaſcus ẽt multoties Dei populũ afflixit, ſed in captiuitatẽ nõ deduxit. Aduertatur hic quæſo differentia inter hos oppreſſores. Aegyptus gratioſe ſuſcepit populum/poſtea afflixit, tandẽ ui dimiſit. Babylon ui captiuũ duxit/& ſemper mitius agens deniq; ſponte dimiſit. Damaſcus autẽ citra captiuitatẽ multoties moleſtauit. Aegyptus.n. anguſtiatrix diabolus eſt/qui lepide ſuſcipit hominẽ/& ſuſceptũ lubiugat nec dimittit, niſi uirtute diuina abſtrahat. Babylon confuſio eſt caro, quæ animã ſuſcipiẽs captiuã ſtatim tenet, atq; confuſam p ſeptuaginta annos, curriculũ vꝫ cõmune humanę uitę: Verũ ſemper remiſſius agit, cũ in dies anima/quæ primo adeo opprimebat, ut nihil intelligere poſſet, abſoluat ab opprimente & offuſcante carne, ut ſucceſſiue expeditius agat: tandem poſt curriculũ uitæ pœnitus liberat abſoluta a uinculis corporeis. Damaſcus autẽ, quæ ſanguinẽ bibens interpretatur/mundus eſt: qui nõ paſcitur niſi his/quæ ſunt ſecundũ carnẽ & ſanguinẽ/ nunc moleſtat hominẽ/nũc abſq; moleſtia ipſum dimittit: Diciturq; Damaſcus caput Aſſyriæ/ uelut Aſſur/qđ diuitiæ interpretantur, quaꝝ/non quidẽ ſupernaꝝ ſed inferioꝝ, mundus hic caput & receptaculũ eſt. Hoꝝ aũt locoꝝ onera, uel ſententiæ, aut ſanctiones diuinę ab Iſaia deſcribũtur: Quæ ſũmatim hęc ſunt: Onus Aegypti. i. diaboli eſt/q; ſimulachra eius cõmouebunt, & tabeſcẽt, in aduentu vꝫ illius, qui dixit: Nunc princeps huius mũdi eiicietur foras. Onus Babylonis, carnis. ſ. quæ mentẽ confundit, eſt, q; oĩs manus, & cor, & corpus corruptibile diſſoluet, & erit homo in melius tranſmutatus pretioſior auro obrizo. Onus Damaſci, mundi huius vꝫ eſt, qa deſinet eſſe ciuitas, & erit ſicut aceruus lapidũ: Nã ſublatis hoſpitibus deſtruent oia ædificia huius mũdanæ ciuitatis. Multa alia, quæ ibidẽ dicunt, poſſent in hanc ſententiã adduci, quæ omittimus, ne ulterius progrediamur/q; deceat.

Rabi Salomon.

Isaias

CHRISTVS.

Quid

Quid Arabia/mons Sina, & Meſopotamia Syriæ. Cap. XXXV.

Nec ab re in Arabia/quæ ſina monte gaudet fœlix thure, atq; uariis gũmis/data eſt lex. Neq; ſine myſterio Abrahã Spiritu ſancto plenus iuramento p̃ſtito exegit a ſeruo ſeniori domus ſuæ/ut nullatenus acciperet uxorem, niſi de cognatione ſua/quæ erat in Meſopotamia ſyriæ: Quem ſequutus Izahac, & ipſe Deo plenus præcepit Iahacob/dũ ipſum benediceret dicẽs: Noli accipere cõiugem de genere canahan/ſed uade/ & proficiſcere ad Meſopotamiã ſyriæ, ad domũ Batuel frĩs mr̃is tuæ, & accipe tibi inde uxorẽ de filiabus Laban auunculi tui. De Arabiæ myſterio inquit Apoſtolus: Abraham duos filios habuit, unũ de ancilla, & unũ de libera: Qui de ancilla/ ſcđm carnẽ natus eſt: Qui aũt de libera/per repromiſſionẽ: Quæ ſunt p allegoriã dicta: Hæc enim ſunt duo teſtamẽta: Vnũ qdẽ in mõte ſina in ſeruitutẽ generãs/quæ eſt Agar. Sina mõs eſt in Arabia/q cõiunctus eſt ei/quæ nũc eſt Ieruſalẽ, & ſeruit cũ filiis ſuis. Illa aũt quę ſurſum eſt Ieruſalẽ, libera eſt/quę eſt mater noſtra. Vbi aduertẽdũ eſt, quomodo Apoſtolus dicat ſina montẽ cõtiguũ eſſe Ieroſolimæ, cũ diſtet ab ea p quindecim dietas, interpoſita uaſta eremo. Nõ igit̃ de cõiũctione locali (qa magno ſpatio diſiuncta ſunt) loq;tur, ſed de cõiũctione influxus, ſicut metaphorice dicit Pſalmographus de rore hermon/q; deſcẽdit in montẽ Sion/cũ tñ diſtent montes illi per octoginta millia paſſuũ. Coniuncta igit̃ intelliguntur p influxũ, qui idẽ eſt in mõte Sina, ubi lex ſcripta data eſt, & in Ieroſolymis, ubi ſeruata eſt magno ſauore Regis Dauid, qui cultũ Dei ſcđm legẽ ipſam ampliauit, & Salomonis, q ædificauit tẽplũ, & multoꝝ ꝓphetaꝝ, q floruerũt in Ieruſalẽ, & locis circũ adiacẽtibus. Hæc lex ſeruitutis figurata ẽ p filiũ ancillæ, quæ eiecta fuit ab Abrahã, iubẽte Deo, ad ſolitudinẽ Berſabee, quæ cõiũgit̃ cũ deſerto Arabię: nec ꝓcul indẽ Sina eſt, ubi Moſes paſcebat gregẽ poſt deſertũ, ut pauloañ explicauimus. In hoc igit̃ monte data eſt lex ſeruitutis illis, qui exierũt de Aegypto, figuratis p illos q egreſſi ſunt de Agar ãcilla ęgyptia, ut inuit Apl̃s in uerbis nup adductis. Et qa eadẽ lex ſeruitutis ſeruata fuit in Ieruſalẽ inferiori, idcirco coniuncta dr̃ cũ Sina: qa eodẽ iugo ſeruituris uterq; locus p̃mebat, quouſq; deſcẽderet illa noua Ieruſalẽ deſurſum libera, quæ eſt mater noſtra, de qua Iohãnes in Apocalypſi: Vidi ciuitatẽ ſanctã Ieruſalẽ nouã deſcendentẽ de cœlo, a Deo paratã ſicut ſponſam ornatã uiro ſuo. i. Pr̃i nr̃o Chriſto, cui erat ſponſa, nobis aũt mr̃: quæ nõ ex lapidibus ferro quadratis aut lateritiis cõfecta eſt, ſed ex uiuis lapidibus ſuſcitatis in filios Abrahæ, qui nũc filii, nũc aũt inſimul collecti, ex quibus pater alios generauit, ſponſa dicti ſunt: Quæ noua uiſa eſt, qa nouo influxu fabricata ab eo, qui nouus hõ exiſtẽs, & liber ad oẽs nos inouandos uenerat, & liberandos a ſeruitute diaboli & peccati, ut infert Apl̃s: Itaq; fratres nõ

Paulus

Dauid

Paulus

Iohan.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ſumus ancillæ filii, ſed liberæ: qua libertate Chriſtus nos liberauit. Qui & dedit noua inſtituta, nō qdē mutās, ſed innouās legē antiquā, & tranſmu/tās eā in legē libertatis, quę eſt ſecūdū ſpiritū, ut alibi inqt: Vbi ſpiritus, ibi libertas: Secūdū quā legē regenerauit nos nouo ſemine, deducto ab eo dē loco, a quo & ſponſa ipſi parata deſcēderat. Eſt igit̄ mons Sina pfuſus eodē influxu, quo Ieruſalē, q̄uis ipſe dicat̄ uallatus deſerto: Quod bene explicat̄ in Exodo, ubi dicit̄: In mēſe tertio egreſſiōis Iſrael de terra Aegypti uenerūt in deſertū Sina: Nā pfecti de Raphadim uenerūt i deſertū Sina, & caſtrametati ſunt in deſerto, & caſtrametatus eſt ibi Iſrael e regione mō tis, ubi plurima aduertēda ſunt. Primo, q̄ locus prope Sina (ut diximus) deſertus erat. Aliud eſt, q̄ nō ab re dicit Iſraelē ex aduerſo mōtis caſtra lo caſſe, ut ab irriguo mōte ſaltē e regione ſtātes ſuſciperēt ea, quę ſuſcipere neqbāt ſuper mōtē, ad quē non dabat̄ acceſſus, immo penitus interdictus erat, ut paulo inferius dicit̄: Cauete, ne aſcēdatis in montē, nec attingatis fines illius: Omnis qppe, qui tetigerit eū, morte morie-t̄, qa nō dū erāt ca/paces potētiæ & influxuū, ueluti infirmus, q̄ nō eſt capax uini, & ſolidioris cibi. Ideo tertio myſterioſe tāgit̄ ordo debiti progreſſus, dū dicit̄: q̄ profe/cti de Raphadim uenerūt in deſertū, poſtea caſtrametati ſunt iuxta mōtē Sina, & tādē debitis ſacris expiati uenerūt ad regionē ſanctā: Raphadim enim pauimēta ſignificat, quę artificio cōducūtur: A quo loco nō ſine my ſterio populus dicit̄ deueniſſe ad deſertū/poſtea ad Sina, inuēs myſterio/ſum progreſſum ab artificio Aegyptiaco/aut mūdano: a quo q recedit, & ipſo expoliat̄, ſtatim inuenit deſertū/qa nudatus eſt fauore: Sed imediate applicat ad Sina/ubi incipit cœleſtē influxum ſuſcipere/quo bene pfuſus tādē deuenit ad terrā/in qua frui poſſit pleniori irroratiōe diuina. Vltimo aduertēdū eſt/q̄ myſterio nō paruo/primo dicit̄ in plurali, & caſtrametati ſunt in deſerto, & poſtea in ſingulari dicit̄, & caſtrametatus eſt Iſrael cō/tra Sina. Hoc ideo dictū eſt/ut doceamur, q̄ nō pōt multitudo aliqua in/fluxui cœleſti appropinquare, niſi i charitate unita. Quod cognoſcēs diuus Cithariſta decātat: Ecce q̄ bonū, & q̄ iucūdū habitare frēs i unū: qa in illos cœleſtis influxus deſcēdit/ſicut unguētū ex capite ad barbā uſq; ad oram ueſtimēti. i. per totū corpus unitū charitate diffundit̄. Et iteꝝ confirmans inquit: Quoniā illic mādauit Dominus benedictionem & uitā, ubi vꝫ ſunt habitātes uniti in corde uno, & in animo uno. Et hæc Arabia Sina mōte, & aliis bonis influxibus fœlix eſt illa vꝫ, a qua uenit Regina ſapiētia & di uitiis referta ad cōprobādā ſapiētiā Salomonis: quæ Saba dicta ē a loco/un uenit: Nā שְׁבָא Saba hebraice/latine Arabia dicitur/& differt a Saba, un Sabei dicunt̄, qa hęc cū ס, ſcribit̄, Arabia aūt cū ש Et habet̄ utrūq; in pſalmo ſeptuageſimo ſecūdo, ubi dicimus: Reges Arabum, & ſaba: in he/breo ſcriptū eſt מַלְכֵי שְׁבָא וְסְבָא: Cū ād̄ de regina illa fit mētio, ſcribit̄ ש

Idem

Exodus

Dauid.

Idem

Pſalm.

ex quo intelligitur illa fuiſſe Regina Arabiæ: Quæ, quāuis ſapiēs, meliorē quęſiuit ſapiētiā in Ieroſolymis, inuens qd̄ lex ſapientiæ data in Arabia ui guit maiori ſapiētia in Ieruſalē, potiſſime qñ completa, & explicata eſt ab illo, qui dixit: Ecce plus q̄ Salomon hic. Meſopotamia aūt Syrię, quæ he/braice Padan aram dī, locus eſt inter Chaldeos, & Cananeos aliquali po/tius progenie, q̄ ſitu fauſta: Inde. n. Abraham, & tota hebraica gēs traxit originem a Thare/qui de Vr Chaldeoꝝ in חָרָם charam uenerat locum & regionem, quę erat Padan arā: Et inde Abrahā in Canahan perrexit; pla/gam illam tandem poſſeſſurus, tā q̄ dignus illius peculiaris loci habitator. Iuſſit itaq; Abrahā dicēs ad Izahac filium ſuū, & hic ad Iahacob, ut non acciperent uxores de filiabus Canahan, cui maledixerat Noe cū tota po/ſteritate ſua dicens: Maledictus Canahā ſeruus ſeruoꝝ erit fratribus ſuis. Nec. n. debebat ex ſemine ſeruili accipi uxor pro filio liberæ, aut pro Ia/hacob, in cuius benedictione dictū eſt: Eſto dñs frum tuoꝝ. Ideo cum iteꝝ pater repeteret benedictionem, ait: Noli accipere uxorē de filiabus Cana/han, quaſi inferendo/Si cōmiſcueris te cum ſemine maledicto & ſeruili, non poteris conſequi benedictionem/qua dictum eſt/eſto dñs fratrū tuo/rum. Miſſi ſunt itaq; ambo, hic ab Izahac, & ille ab Abraham ad terram, & gentem ſuæ genituræ, quæ deſcenderat ex Sem filio Noe nequa q̄ ma/ledicto, ut inde acciperent uxores, ex quibus producerent progeniem, quæ expelleret maledictos, & poſſideret totam regionem illam occupatam ab iniuſto poſſeſſore: In qua, ut digne habitaret, expiata fuit familia illa lege, & ſacrificiis. Si autem ad ſenſum myſticum trāſcendere uolucrimus/exiit progenies iſta de Vr ideſt de incendio Chaldeorum, & confuſionis Baby/lonicæ, & uenit adhuc exigua familia, Tarah uidelicet pater Abraham cum filio ſuo, & Lot filio Haram, & Sarai uxore Abraham, ut uenirent in Canahan. Sed cum ueniſſent ad Haram, mortuus eſt ibi Tarah pa/ter Abraham nequiens applicare ad Canahan. Sed ipſo mortuo dictum eſt ad Abraham: Egredere de terra tua, & de genitura, uel progenie tua, & de domo patris tui, & ueni in terram, quā monſtrauero tibi. Quo con/textu docemur, q̄ familia illa, ut poſſideret regionem ſpecioſam, & a Deo dilectam, egredi primo debebat de confuſione peccati, & incendio cōcu/piſcētiæ, & proficiſci in Harā, quod excandeſcentiam, iram, uel zelum ſi/gnificat, quo armari quis debet contra peccatum, & malum. Sed cauen/dum eſt, ne excandeſcentia ſit nimia, & effrenata, ut non moriatur ibi cū Tarah: Sed māſuetudine corrigat, & frenet iram cum Abraham, & cum ipſo exeat de terra confuſionis, & de progenie impetuoſa, & de domo pa/tris confracti impetu ſuo, & ueniat mitis ad poſſidendam terram bene/dictam, ut in euangelio dicitur, cui titulus eſt ſecundū Matthæum: Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.

CHRI/STVS.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Quid Amalech, Moab, Amon, & Philistiim. Cap. XXXVI.

SEd cũ aliqualiter de regionibus transigerimus, percurramus etiam de populis ultra ea, quæ de gente Aegypti, Babylonis/ & Damasci dictũ est: Fuerunt enim populo Dei infesti nimis Amalech, Moab, Amon, & Philistiim. Amalech.n. adeo insolens fuit, ut Piẽtissimus Deus dixerit in Deuteronomio: Memẽto quæ tibi fecerit Amalech in uia, qñ egrediebaris de Aegypto: quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lassi residebãt, ceciderit, qñ tu eras fame, & labore confectus, & non timuerunt Deum. Cum ergo dominus Deus tuus dederit tibi requiem, & subiecerit cunctas per circuitum nationes, in terra, quã tibi pollicitus est, delebis nomen eius de sub cœlo: Caue ne obliuiscaris. Magna quidem uidetur Dei seueritas in istum Amalech, quod non absq; mysterio factum esse credimus: Erat enim Amalech gens magna, ueneno antiqui serpentis infecta, unde familiæ Dei inimica: Idcirco huic contra illam semper pugnandum erat, sicut & superni rectores bonę familiæ decertabant, ut in Exodo legimus: כִּי־יָד עַל־כֵּס יָהּ מִלְחָמָה לַיהוָה בַּעֲמָלֵק מִדֹּר דֹּר: Quod ad uerbum interpretatum dicit: Quia manus sup sedem iah, ideſt Dei, pugnans pro Domino contra Amalech a generatione in generationem. Ideo graui indignatione eiectus fuit Saul de regno: quia noluit se conformare cum bellatrice manu Domini, & pugnare cõtra eũ, in quem lata erat diuina sententia, & indictum bellum, sicuti per Samuelẽ fuerat ipsi indicatũ, ne ꝝ percuteret, & destrueret ipsum Amalech, & oĩa quę illi erant, interficiens a uiro usq; ad mulierem, ab infante usq; ad lactẽtem, ab agno usq; ad ouem, a camelo usq; ad asinũ: quia omnia fœda erãt, & nulla conseruatione digna, & minus in sacrificiũ offerenda. Hinc graue fuit peccatum Saul, quia offerre uoluit abominanda contra diuinum præceptum. Moses uero, Iosue, Dauid, & quotquot diuinũ honorem zelantes fideles Deo inuenti sunt, pugnarunt pro uirili sua contra istũ Amalech, q̃uis non destruxerint eũ penitus, sicut lata erat in eum diuina sententia, ut in libro Numeroꝝ legimus: Principium gentiũ Amalech, cuius extrema perdentur. Et hoc, quia Messiæh reseruatum erat, ut penitus eum deleret, sicut & factum est: nec per alium id fieri potuit, immo alii uirtute Christi uenturi contra ipsum prævalebant, sicuti de Mose legimus, qui missis militibus ad concertandum contra Amalech pugnabat & ipse preeibus, eleuatis manibus in Deum: Sed graues erant manus eius, quia non erat ei plena uirtus expugnandi Amalech. Tulerunt igitur astantes petrã, in qua sedit, quæ, Apostolo interpretante, erat Christus, cui innitebatur. Et quousq; adueniret Christus, qui eum penitus deleuit, sustentabatur ab Aaron, & Vr, ideſt a sacerdotio figurante Christum, & incendio ignis, quẽ ipse uenit mittere in terram: Vr enim incendium, aut fornax interpretatur.

Deuter.

Exodus

Saul

Samuel

Numeri

Moses

Paulus

Et ut innuat hæc familia Amalechitaꝝ penitus diabolica, sine genealogia introducit, sicut ecõuerso ad denotandã diuinitatẽ Melchizedech, & ipse absq; cognatione describit. Moab quoq;, & Hamon, q̃uis de genere Sem fuerint, tamen semper infensi Dei familiæ, nec cum ea aliquando cõmixti biles, q̃uis admissa fuerit Ruth moabitis nõ tãtũ in familiã ipsam Dei, sed etiã in genealogiam saluatoris: hoc ideo, quia fœminis non fuerit facta illa

Deute. prohibitio, qua in Deuteronomio iubetur, ut manseres, & diminuti aliquo membro non ingrediant templum Domini, nisi usq; ad decimam generationem, & Philistei usq; ad tertiam: sed Moabitis, & Hamonitis prohibet accessus ille in perpetuum. Interdicitur quoq; pax, & commixtio cum eis tãq̃ penitus infructuosa, sicuti in planta patere potest, cuius surculus, si in eodem trunco a quo diuellit, inferatur, nullum fructũ penitus producit. Sic nec semen filii cũ matre, aut patris cũ filia potest producere fructus bonos: & dignos familiæ Dei: ut in Moabitis & Hamonitis factũ ẽ: q̃ nati sunt de obscœna cõmixtione filiarum cum patre. Philistiim aũt de genere Cham simul cũ Aegyptiis processerũt: Fuit.n. Philistiim filius Chasluhim & hic filius Mizraim, qui ẽ Aegyptus, & iste filius Cham: Qui Philistiim q̃uis exiguus populus, tamẽ diu Israeliticę familię fuit infestus, & nũq̃ deletus, adeo, ut adhuc aliqui censeantur Philistei, qui nõ quidem cadentes, sed obuoluti dicunt, aut inuoluentes a פָּלַשׁ palas, qđ est inuoluit: Multa enim reuolutione, & uaria fortuna pugnarũt contra Israel, & circa q̃pluri/ma obuoluti sunt. Hos autem populos & ad sensum mysticum reducendo, Amalech diabolum significat, contra quem nobis bellum continuum

DEVS indictum est, dicente Deo: Ponam inimicitias inter te & mulierem, & inter semen tuum, & semen illius. Moab & Hamon geniti de patre Lot, qui inclusus interpretatur, carnẽ significant, quæ generatur de spiritibus animalibus, & uirtute seminali inclusa in uisceribus paternis. Philistiim uero mundum significant, cum quo ludimus continuis reuolutionibus, nunc ab ipso expediti, nunc in eo iterum obuoluti. Hinc contra Amalech, & contra Moab, & Hamon (quorum primus diabolum, sequentes uero carnem effigiãt) continua pugna sumenda est, & nulla habenda pax, nulla concordia, nullum commercium/ut lege iubetur. Cum mundo uero nunc pugnandum est, nunc uero conuersandum: ut suos dilectores ab ipso trahentes deducamus in seruitutem Dei, sicuti Christus nos docuit: qui cum publicanis, & peccatoribus manducabat, & cõuersabatur, ut eos ad pœnitentiã reuocaret. Multa alia adducere possemus de rebus naturalibus, plantis, & lapidibus, montibus, & uallibus, locis, & populis particularibus, per quos tanq̃ per ænigmata quædam sacra eloquia indicant meliora, & ea quæ ad spiritum pertinent. Sed ne longius progrediamur, q̃ deceat, de multis hæc pauca sufficiant.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Q Vid ſit illud ultimũ/in quod omnia diapaſonica conſonantia con/ducuntur. Tonus Octauus.

DEus omnia cõplet flatu/& uita ſuauiſſima.	Cap.	Primũ.
Quis ſit iſte/qui omnia complet/& quid de ipſo cognoſcere poſſimus.	Cap.	II.
Omnia uere tendunt in Deum.	Cap.	III.
Quo appetitu in eundem pergant.	Cap.	IIII.
Quo curriculo uehantur.	Cap.	V.
A quibus trahatur iſte currus.	Cap.	VI.
Quid operentur Angelici Dei miniſtri in iſto attractu, comprobatur a ſcriptura ſacra.	Cap.	VII.
Quomodo omnia per ſenarium a Deo egrediantur.	Cap.	VIII.
Qualiter per ſenarium in eundem redeant/in Chriſtum maxime/qui eſt uera quies/& ſabatum.	Cap.	IX.
Quomodo per ſenarium ætatum reducatur genus hu/manum in ipſum Deum.	Cap.	X.
Quomodo homo particularis regulate uiuens deueniat in Chriſtum ſabatum per ſex ætates ſignificatas per ſex illos dies.	Cap.	XI.
Chriſtus eſt uera quies/& ſabatum.	Cap.	XII.
Cur completis operibus quiq; dierum dictum ſit/ uidit Deus quod bonũ/ſed cõpleto opere ſexti dictum ſit/ & erant ualde bona.	Cap.	XIII.
Conſummatur perfectum diapaſon in octonario.	Cap.	XIIII.
Quod cœli in ſua reuolutiõe diapaſon perfecte cõducãt.	Cap.	XV.
De concentu cœlorum tam ex diſtantia, q̃ ex cõſonan/tia motuum.	Cap.	XVI.
De conſonanti fœcunditate in ſeptenario numero pla/netarum.	Cap.	XVII.
De harmonica cõuenientia ſeptenarii planetarum cum duodenis ſignis.	Cap.	XVIII
De uera cœlorum harmonia, quam aliqui nõ intelligẽ/tes falſò negant.	Cap.	XIX.
De concordia cœlorꝝ cum ſupernis mentibus.	Cap.	XX.
Omnia in eundem deducũt, quia ab eodem ſuſcipiunt, unde influant, quãuis influxus uideatur diuerſus.	Cap.	XXI.

DEVS OMNIA COMPLET FLATV/ ET VITA SVAVISSIMA. CAPVT PRIMVM.

POSTQVAM mundanam hanc domum cũ ſuo hoſpite ſummo concentu diſpoſitam demõſtrauimus, & in enneadibus/& in repletis interuallis, reſtat, ut me los eius audire faciamus, qui ex uiuenti, & indefecti/bili flatu Opificis ſui omnia complentis inexplicabili harmonia reſultat: de qua Orpheus σὺ δὲ πάντα πόδων κιθάρη ποδυκρέκτω ἁρμόζεις, ideſt, tu totũ cœlũ canora cithara temperas. Sed ultra progrediẽs Dorylaus pythagoreus dicit mũdũ eſſe organũ Dei: Iti/dẽ Alexãder Mileſius cũ Gregorio Nazianzeno: Laudabilis (hic inquit) mũdus eſt pro ſingulis quibuſcunq; ſpeciebus, ſed multo laudabilior ex harmonia omniũ, compageq; uniuerſorꝝ, in quo ſumma eſt, & ſtupẽda ex contrarietate in eadẽ uita, & ſono concordia, dum inter ſe inuicem diuer/ſa ſunt, & cũ ſingulis cuncta conueniunt, ueluti inſtrumenti fiſtulę uel fi/bræ in eundem ſonũ congrediuntur. Hinc manet mũdi fabrica (Timœo locro atteſtante) in ipſa concinnitate indiſſolubili ratione præſtantiſſima. Vna quoq; (inqt Apuleius illos ſapientes ęmulatus) mundani orbis con/uerſio, unus concentus, atq; unus ſtellarꝝ, & aliarum rerum chorus ex di/uerſis occaſibus, ortibuſq;: Nam ſicut in choreis dux carminis hymno prę cinit cõcinentium uulgus uirorum, ac mulierum mixtis grauibus, & acu/tis clamoribus unam harmoniam reſonant/ſic diuina mens mũdanas ua/rietates ad inſtar unius concentionis reuelat: Quam uniuerſarꝝ rerum co/aptationem, atq; concentũ homines (inquit Auguſtinus in ſuo uolumine de ordine) imbecilli mente complecti, & conſiderare nequeũt: ſicut ſi quis in angulo ampliſſimarum, & conſonantiſſimarũ ædium, tanq̃ ſtatua col/locaretur, pulchritudinem & conſonantiã eius fabricæ non ſentiret, cuius tamen ipſe pars eſſet, nec totius exercitus ordinem miles in acie exiſtens intueri poteſt: Et hoc eſt, quia anima cũ infimis degens inferioris pulchri/tudinis amore polluta ordinem, pulchritudinemq; ſuam perdidit: adeo ut in pulchrũ uniuerſi, & Archetypi inſpicere nequeat, niſi iterum pulchra, deiformiſq; efficiatur: & reſumat priſtinum oculum deorbatum craſſitu/dine mortiferę huius, & obtenebrantis caliginis: ut ipſo expurgato, uel re/cuperato quocunq; ſe uertat, perſentiat hoc mundanum inſtrumentum conſonantiſſimum, & modulante Deo, concentum ipſius tanto ſuauiorem ſono ex artificiis muſicalibus proueniente, quanto natura, & naturæ opi/fex arte ipſa præſtantior eſt. Si ad primum igitur muſicæ formalis genus (quod mundanũ Boetius uocat) ſeſe conferat, & ad baſem ipſius inclina/

Orphe. Doryla. Ale.mi. Gre.N. Tim.lo. Apule. Augu.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ũerit aures,ſentiet in elementis contrariis moderatã antipariſtiſim,in cõ/
poſitiſq; ex eis cantionem a ſummo concentore conductam tranquillam,
& ſuauiſſimam.Hinc domeſtice de huiuſmodi cũ Iob agẽs ſummus opi/
fex ait:Vbi eras,quando ponebam fundamenta terræ? Quis poſuit men/
ſuras eius,uel quis tetendit ſuper ea lineã, ut examuſſim in debitam con/
ſonantiam ponderarent,& extenderentur producta omnia? Et ſuper quo
baſes eius fundatæ ſunt? Aut quis proiecit lapidem fundamentalem? Si
noſti/enarra:Sin autem/dicam tibi:Id fuit a me factum tanta cõſonãtia,
ut præ gaudio & ſuauitate exultarent aſtra matutina,& iubilarent omnes
filii Elohim/qui opifex introducitur a Moſe in tota fabrica: A qua tamen
non defuit ſapientia diuina omnia illa diſponens/unde ex ꝓſona eius Salo Salo.
mon in Prouerbiis loquens dicit: Quãdo appendebat fundamenta terræ,
cum eo eram cuncta componens; & delectabar per ſingulos dies ludens
corã eo omni tẽpore,ludens in orbe terrarũ,uel ut textus hebreus ſonat,de
litians in uniuerſi conſonantia:Vnde ſequit:Et delitię meę cũ filiis homi/
nũ.Nam שעשע ſahaſuah/qđ interpretatũ habemus delitias,ſuperius lu/
dens larga licentia traductũ eſt.Proſequitur de mixtis imperfectis,quę ex
elementis producuntur dicens:Auſculta Iob,& conſydera mirabilia Dei:
Nunquid ſcis/quãdo præcepit Deus pluuiis? Nunquid noſti ſemitas nu/
bium? Et aliquantulũ progreſſus ait:Nũqd ingreſſus es theſauros niuis?
Aut theſauros grãdinis aſpicies? Et iterũ:Quis dedit uehemẽtiſſimo hym
bri curſum, & uiam ſonanti tonitrui? Poſtpaulũq; ſubinfert:Quis eſt plu
uię pater? Aut quis genuit ſtillas roris? De cuius utero egreſſa eſt glaties?
De cœlo quis hæc genuit? Ille quippe Archimuſæus,& omniũ altiſonans
Deus/qui oia illa ſuauiſſima cõcordia,& fortiſſimis numeris (ut inqt Au/ Augu.
guſtinus) diſponit.Eleuatus q̃q; animus ad mediũ huius iſtrumẽti ſpatiũ Pytha.
ꝓſentiet cũ Pythagora/Timæo locro/Platone/& Ptolemæo cœlorũ conſo/ Tim.lo.
nãtiã:quã Plinius/& Cẽſorinus ex eorũ officina deſcribũt dyapaſonicã ex Plato
tonis ſex,& ſeptẽ interuallis/q ex diſtãtia planetarũ reſultant muſicis dya/ Ptole.
ſtematibus cõſonãtiſſimi,ſed a nobis(ut aliq opinant) pp uocis magnitu Plinius
dinẽ nõ ſunt intelligibiles:uel ut uerius dicamus/qa cõſonãtia illa ad mu/ Cenſo.
ſicã nãlem/aut formalẽ ptinens nõ aure/ſed mẽte expurgata ꝓcipit tanta
cõſonãtia,ut ois/quæ apud nos uocalis ẽ harmonia/exiguũ q̃dã exẽplar
(Pythagora teſtãte) habeat,de quo in Iob iterũ dicit:Quis enarrabit cœ Pytha.
lorũ uoces/&cõcentũ cœli qs dormire faciet? Aut ut textus hebreus habet:
Quis exponet nubes in ſapiẽtia,aut inſtrumentũ cœlorũ qs faciet ꝙſcere?
Nullus qppe:Sed audiẽt(ut paulo ſupius dixerat)ſonũ in tremore uocis
ſuę/& tonũ de ore ſuo ꝓcedẽtẽ.Audiat (inqt) cũ terrore ſonũ uocis eius,
ſapiẽtiæ v3 diuinæ oia moderãtis,timens nõ poſſe correſpõdere ſonoritati
tãti artificis,aut ne imbecillis mens opprimatur a gloria eius:ſicut,quãdo

ad populum Iſraeliticum loquebatur Deus,terrore correpti dixerunt ad
Exodus Moſem:Loquere tu,& audiemus:Non loquat nobis Deus,ne moriamur
non ualentes ſufferre debilibus auribus gloriã,& maieſtatem loquentis:
Iob Vnde iterũ Iob:Cũ uix paruam ſcintillam ſermonis eius audierimus,quis
poterit tonitruũ magnitudinis eius intueri? Sicut itaq; omnia impler,oia
circũſonare facit,ideo ſequit:Sub oi cœlo cõcertatio/& modulatio ipſius:
Quod ut ꝓcipiatur potius meliori oculo,q̃ auribus,præmiſit dicẽs:Exten
dit lumen ſuũ ſuper oẽs extremitates terræ,quo v3 ab expurgatis poſſint
uideri hæc recõdita myſteria.Reſonat igit in hoc magno uniuerſi inſtru/
mẽto in uocibus magnitudinis ſuæ:ſed ab imbecillibus ingeniis cõprehẽ/
di nequeũt mirabiles concentus,cũ expurgatus animus nedũ hęc inferio/
ra,ſed ſi ad ſupremũ huius mundani organi interſtitiũ erexerit aures,ſen/
ſurus ſit concordiã,& harmoniam,uel pacẽ,quã fecit Deus (authore ipſo
Idem Iob)in ſublimibus ſuis:Quod nõ de cœlis,ſed de Angelis,errore poſtpo/
ſito,exponi debet:Vnde ſubinfert:Nũquid eſt numerus militum eius,aut
cuneis eius,ſup quẽ nõ ſurgat lumẽ,uel oculus ipſius oia ꝓſcrutãs,oia nu/
merãs, & coaptãs:ut ipſi ſimul cũ cœleſtibus circulis modulãtiſſima ſuc/
ceſſione,& ordinatiſſimis uicibus ꝓcurrẽdo cũ uarietate unigena curſum
cõſonãtiſſimũ cõpleãt? Qui nũc calore,nũc frigore,nũc humido,nũc ſicco
& multigenis influxibus ꝓfundẽdo terrã,reddũt eã nũc ſpoliatã, nũc de/
pictam floribus & herbis,& fructibus pro q̃litate & opportunitate tẽpo/,
ad idẽ ſemp(cõtinua tñ ſucceſſione)reducẽtes:ut unicũ omniũ moderato
rem,ad cuius nutũ oia diſponunt clariſſime inuicẽ,ſicut moduli uel fibræ
ab eodẽ ꝓſonãte ſucceſſione quadã ꝓmotę unã efficiũt harmoniã unicum
indicãtes carminis ducem.Si iterum ad occentores,& intercinẽtes in hac
ꝓſalmodia direxerimus aures,percipiemus ipm altiſonantem oia interſo/
Alber. nare facientẽ,ꝓportiõe quadã(inqt Albertus) a creatoris ſapiẽtia adinuẽ
ta,nec ab intelligentia aliqua cõparata a ſeipſa, ſed a fonte ſupramunda/
næ ſapiẽtiæ hauſta:Si enim tẽperatura eſt partium corporis,quæ ſanitas
dicitur,nonne hæc ab eo,qui oia ualde bona, & tẽperata a principio diſ/
Dauid poſuit,& iterũ diſſona cõtẽperãdo ſonat? Hinc Pſalmographus canit:Mi/
ſit uerbũ ſuũ,& ſanauit eos.Et ſi cõueniũt affectus aĩaliũ ratione carentiũ
ad inuicem,& ad ſibi neceſſariã paſturã,nonne hoc indidit naturę opifex,
ut cõdelectent ſimilia cũ ſimilibus habitare,& reiectis noxiis cibis ſumãt
Iob. ſibi cõuenientes ꝓparatos ab eo? De his proſequitur Iob dicẽs:Quis præ/
parat coruo eſcã ſuã,qñ pulli eius clamãt ad Deũ uagientes,eo qđ nõ ha/
Dauid beant cibos? Cum quo regius Propheta decantat:Qui dat eſcam oi carni,
ei v3 cõueniẽtẽ.Si quoq; rõe utẽtes inſimul moribus coaptant,nõne hoc
facit ille,de quo iterũ in ꝓalmis canit:Qui habitare facit unanimes in do/
mo? Si iterũ conueniũt cõcordes in ciuitate,uel repub.aliqua,nõne hoc eſt

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ab eo/qui per angelos pacis iussit pacem denuntiari,& tribui hominibus bonæ uoluntatis:quiq; per Apostolos,& nuntios suos omnes in quãcunq; ciuitatem,domũ/aut locum intrauerint/ pacem mãdauit offerri omnibus uolentibus eam suscipere. Si prõpto quoq; animo aliqui legis onus suscipiunt/quo moderati tanq̃ bene dispositę cicutæ admittãtur in supercœleste instrumentũ,æthereumq; concentum suauissimũ/nonne hoc est ab eo, de quo dicit: Nemo uenit ad me,nisi Pater meus traxerit eũ? Si qui autẽ sincero corde,aut attrahenti,aut uocanti suauitate melliflua adhærent,nõne hoc est ab eo,qui itęq; dicit:Iugũ meum suaue est,& onus meum leue? Quod cõprobauerat ille,qui dixit:Quam bonus Israel Deus iis,qui recto sunt corde.Et hęc est pax,& harmonia illa,ad quam tendimus:quæ exuperat omnem sensum.Ecce igitur idem in omnibus personator omnibus affluens,omnia sua uiuificante,& deifica uirtute circumsonare facit.Quis autem sit hic præcentor, aut quam notitiam de eo habere possimus,percurrendum est.

CHRISTVS. Idem Dauid

Quis sit iste,qui omnia complet,& quid de ipso cognoscere possimus. Caput II.

VNum esse,a quo omnia processerint,qui omnia cõpleat,& in quẽ,tanq̃ in finem amatũ,& prædilectum eadẽ oia tendant, nulli dubiũ est:Et illud idem Deũ uocari ab omnibus,diuersis tamen nominibus pro diuersitate idiomatum.Hic aũt ille est,qui p Isaiã dicit:Ego sum ipse,ego primus,& ego nouissimus:Manus mea fũdauit terrã,& dextera mea mẽsa est,aut palmo cõclusit cœlos.Ter nõ sine mysterio (ut habet textus hebreus) repetitur ego,ut denotet aliqua trinitas in summa illa unitate contineri.Ego igit (inqt) sum ipse,q̃ v3 est a se:aut ego sum illud,qd est:ut clare sonãt uerba hebraica. Sequit:Et ego primus,& origo omniũ:& ego nouissimus & finis,in quẽ tendũt oia: Et tãq̃ primũ efficiẽs manu mea fũdaui terrã stabile fũdamẽtũ totius machinæ,quæ sup ipsam,aut circa ipsã fabricata est:Et dextera mea metior, ordino,dirigo,aut palmo cõcludo oia aduocãs,& trahẽs ad me,a quo ipsa oia ꝓgressa sunt;uñ sequit:Voco ea,& stãt simul,in meipsum v3 collecta: Quis aũt,quantus,uel qualis sit iste Deus,cũ oẽm captũ humanũ fugiat, difficile,imo impossibile erit inuestigare:qa ihabitat(teste Paulo)lucẽ inaccessibilẽ,quẽ nullus hominũ uidit,nec uidere põt:Quod nõ latebat illos antiquos Pres,q pro cõstãti asseuerabãt duas supmas mẽsuras,aut dignitates diuinas/ quarũ supioręm fontẽ,coronã,originẽ,uñ.s.oia emanant,alterã uero sapiẽtiã,primogenitũ,& aliis multis appropriatis nominibus uocãt/ nõ esse cognitas mortalibus,nec ẽt ipsi Mosi:q(ut dicũt) nec quinquagesimã portã mensurę ꝑcedẽtis intrauit.Nullus igit potuit intelligere Prem, aut filium,quousq; uenit ille,qui dixit:Nemo nouit filium,nisi pater,neq;

Isaias

Paulus

Iohan. Patrẽ qs nouit,nisi Filius, & cui uoluerit Filius reuelare. Itidẽ & Iohãnes dicit:Deũ nemo uidit unq̃/sed unigenitus/qui est in sinu Pris/ipse annunciauit nobis.Quod & Iob sub nomine lucis tetigit dicẽs:Indica mihi,si nosti,in qua uia lux inhabitet? Lux utiq; illa, quæ a Iacobo dicitur pr lumen,& illa quæ dixit:Ego sum lux mundi.De qua iterum Iohãnes:Vita erat lux hominum,& lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderũt.Quod & Iob prosequens ait:Auferetur ab impiis lux sua:Quæ omnibus cõmunicatur,ut oẽm hominem illuminet,dũmodo suis tenebris non offuscetur,& tãtæ lucis indignũ se reddat:Hac quidẽ sola luce Deus/ & diuina percipi possunt.Si igit aliqua de hoc ꝑcentore,& delectabili cõcẽtu,& beatificãte fine,& pausa habeat cognitio/ex hac luce ut procedat/ necesse est:nec eam a sapientibus mundi,qui in tenebris suaꝝ adinuentionũ inuoluũtur,expectare possumus, Paulo attestante, qui ait:Loquimur Dei sapientiam in misterio,quæ abscondita est,quã prędestinauit Deus ante sæcula in gloriam nostram:& quã nemo principum huius sæculi cognouit:Nam neq; finem,neq; media, quibus in eundem finem,aut in cõcentum suauissimũ inter Deum & hominem, quo ipse beatur homo, deuenitur, ullus aliquãdo philosophoꝝ, aut mundi sapientum docuit: quia animalis homo,aut sapientia mundi , quæ carnalis est, non percipit quæ sunt spũs Dei,ut sequitur Apostolus:Et rõnem subnectẽs ait: Quis.n.scit hominum,quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita & quæ Dei sunt,nemo cognouit,nisi spiritus Dei.Nos itaq; nõ spũm huius mundi accepimus,sed spiritum,qui ex Deo est:ut sciamus,quæ a Deo donata sunt,qui & loquimur non in doctis humanæ sapientię uerbis,sed in doctrina spiritus spiritualibus spiritualia comparantes. Triplex enim est apud philosophos Peripateticos maxime celebratus ꝓgressus in scientia, resolutiuus aut diffiniens,diuidens,& componẽs:Quoꝝ nullus ad Deum attinet,qui nec diffiniri,nec diuidi,nec componi potest.Hinc diminuta minis est theologia Peripatetica,& doctrina illa minus sufficiens ad diuina, quæ puro intellectu,aut expurgato spiritu percipiuntur.Alius igitur modus nobis quęrendus est,quo diuina suscipiamus.Est nãq; unus atq; sublimis,qui intuitiuus dicitur,dũ homo mundo corde &,oculo aspicit in specula,& spectacula illa clara & æterna:ad quæ ꝓphetæ omnes deuenerãt, hinc meriro uidentes dicebantur.Sic Isaias uolens explicare, quod senserat,dixit:Visio Isaiæ:Et iterum:Vidi Dominũ sedentem super solium excælsum,& eleuatum.Sic Ezechiel indicans unde haberet,quæ annuntiabat,dixit:Facta est sup me manus Dñi,& uidi.Similr & Daniel ait:Videbã in uisione mea.Ad quẽ gradũ deuenerãt Prophetę oẽs, q̃is diuersa uiderint:Quos sequuti sunt Iohãnes, Paulus, Stephanus,& alii apostolici uiri, quoꝝ primus ait:Vidimus gloriam eius:Et ultimus de seipso protulit:

Iob
Iacobus
Iohan.
Iob.
Paulus
Idem
Isaias
Ezechi.
Daniel
Iohan.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Ecce uideo cœlos aptos/& Iesum stantẽ a dextris uirtutis Dei. Medius ãt testat' se uidisse,& audiuisse arcana Dei,quæ nõ licet homini loqui:qa nec uocabula suppetũt,nec mortales uoluti in cœni uolutabro digni habẽtur suscipere pretiosas margaritas,& splẽdorẽ/a quo coinquinati oculi potius offendunt'/q̃ illustrentur. Est itaq; progressus, & cognoscendi uia media iter hãc intuitiuã,& pipateticos illos modos: quos omnes merito pro uno cõputauerim/conuenientia vȝ ueritatum/quas annuntiarũt/qui uiderũt, ad intellectum nostrũ, qui capax est omniũ ueritatũ: unde itellectus passibilis dicitur. Omniũ intelligibiliũ susceptiuus,imo ueritatũ omniũ cupidissimus: Qui expurgatus,dũ assentit ueritati declaratæ,& i ipsa quiescit, magnum sibi comparat iudicium,ueȝ illud esse,quod tam bene cum suo intellectu coapratur,ueluti clauis cum sera,quæ si non conuenit artificio ipsius serę,conuincitur non esse clauis illius:si autẽ coæquat',transit,apit, & claudit,sua esse diiudicatur:Non secus sensus,uel interpretatio alicuius rei a Prophetis enũtiatæ,si intellectui expurgato sine aliquo dissidio coaptatur,coniicitur uera,sin autem,falsa,& nõ sua. Hæc igitur est uia quærenda a nobis,qui nõ possumus cum Prophetis, & Apostolis diuina intueri,ut procuremus intelligentiam,& interpretationem scripturarum: quas ædiderunt,qui uero oculo intuiti sunt, quæ dicunt: Quam interpretationem uerã diiudicabimus,cũ fuerit intellectui nostro expurgato æquilibrata,& concinna. Hac itaq; ueritate,& doctrina diximus Deũ benedictum fuisse nõ tãtũ huius machinę opificẽ(ut in principio disseruimus) & finẽ, in quem oĩa tendunt,ut statim declarabimus,sed eũ esse,qui oĩa complens oĩa circumsonare facit,sicuti exerta uoce in Ieremia profitetur dicens: Nũ quid nõ cœlum,& terrã ego implebo? spiritu vȝ,uoce,& cõcinna uirtute, & gloria:ut Isaias se uidisse testat',dũ ait: Vidi,& plena erat domus,cœlestis vȝ,maiestate eius,& quæ sub ipso erant,replebãt templũ illud excælsum. Sed non cõtentus opifex illo cõplemento,per Aggeũ prophetã in aduentu Messię sese eandẽ melius completurum promittit dicẽs: Veniet desideratus cunctis gẽtibus,& implebo domũ istam gloria. Et ne terra existimetur uacua eius maiestate/Seraphini pręmisso trisagio inducunt' clamantes: Plena est omnis terra gloria eius. Ezechiel quoq; cũ de mũdana, & cœlesti rota,uel de ophaninis tractaret,per quos elemẽtales rotæ disponũtur,subinfert: Spũs uitæ erat in rotis. Addit quoq; se audiuisse sonum, uel uocem animalium sanctitatis:a quibus rotæ,uel ophanini eas sequentes regebantur. Et audiebam (inquit) sonum alarum,quasi sonum aquarum multarum,quasi sonum sublimis Dei,uel שַׁדַּי sadai,ut habet ueritas hebraica: Sonum dicit audiuisse in alis animalium, quibus rotis uel ophaninis faciebant, tanq̃ sonum aquarum:ex quibus ueluti ex uirtute seminaria omnia producuntur. Et cum omnia sint a Deo,ideo dicit quasi sonũ,

Stepha.

Ieremi.

Isaas

Aggeus

Isaias

Ezechi.

aut uocẽ שַׁדַּי: Quod nos aliqñ omnipotentẽ,aliqñ Deum cœli,hic autem sublimem Deũ hẽmus interpretatũ: q̃uis forte melius,sufficientẽ causam, aut Deũ plene operãtẽ possemus interpretari: Est. n. ille,de quo in Psalmo

Dauid canit': Aperiente te manũ tuã oĩa implebunt' bonitate. Et iterȝ: Impleta est terra possessiõe,& influxu tuo. Ideo illo absente turbant' oĩa,& in puluerẽ suũ reuertunt'. Si uero repleta cuncta manẽt,q̃uis uicissitudinaria trãsmutatione succedant,nõ tñ a sua harmonia deficiũt, sed sua successiõe,ueluti

Sapiẽ. sonus i organo succedẽtibus digitorȝ,& manuũ uicibus in tactis modulis/ut in libro Sapiẽtię dr: In se. n. elemẽta dũ cõuertunt',sicut in organo qualitatis sonus imutat'/& oĩa suũ sonũ custodiũt. Hæc in calce libri habent': in principio quoq; dr: Spũs Dñi repleuit orbem terrarȝ: & hoc qđ cõtinet oĩa scientiã hẽt uocis. Vbi docemur,nõ tñ spũm Dei oĩa cõcinno sono replere,sed & dare antistiti homini,uñ cõcẽtũ ipm pcipiat dicẽs: q̃ homo,q̃ oĩa continet,& hẽt scientiã illius uocis,& cõcentionis,dũmõ vȝ sit spũalis,& ipsius spũs capax effectus. Infinita sunt penẽ loca scripturę sacrę,qbus propositũ nostrũ cõfirmare possemus,sed hæc sufficiãt, ut iã deueniamus ad externos,qui hos uidentes Patres ęmulati sunt: Quorȝ prȩcipui Pytha-

Pytha. Plato goras,& Plato ab huiusmodi familia edocti cũ suis Academicis docẽt diuinũ numen rebus omnibus infusum: Quod aliqui animã mundi, Aliqui/Dei spiritum nominarunt: quos imitatus Poeta decantat.

Virgil. Spiritus intus alit,totamq; infusa per artus
Mens agitat molem,& magno se corpore miscet:
Inde hominũ/pecudũq; genus/uitæq; uolantũ,
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.
Igneus est olli uigor,& cœlestis origo.

Manil. In eundem sensum canit Manilius dicens:
Nãq; canunt tacitæ naturæ mente potentem,
Infusumq; Deum terræ/cœloq;/fretoq;.

Orphe. In idem conueniunt: Orpheus, Alexãder Milesius, & Dorylaus, ut supra

Alexã. tetigimus: Ex quorȝ omnium officina Boetius ait:

Doryla. Tu triplicis mediã naturæ cuncta mouentem

Boetius Cõnectens animam per consona membra resoluis:
Quæ consecta duos motũ glomerauit in orbes/
In semet rediturа meat/mentẽq; profundam
Circuit,& simili conuertit imagine cœlum.

Aratus Et Aratus sub nomine Iouis decantat.
Vita elementorȝ,mundi calor,ætheris ignis,
Astrorũq; uigor/perpes substantia lucis/
Et numerus cælsi modulaminis.

Alexã. Alexãder quoq; Milesius Pythagoricus ait: Ille animus,qui Iupiter,idest

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Deus ſummus dicitur, uiget, atq; implet omnia, & cœlum quaſi citharã quandam exagitans cœleſtem efficit harmoniã. Et Triſmegiſtus philoſophorum ſplendor in eo libro, cui titulus eſt/q; Deus latens ſimul ac patens ſit/ait: Ita Deũ exiſtere ſemper, niſi ſemper agat omnia, impoſſibile eſt: In cœlo vȝ/in aere, terra, mari, in mundo toto, in qualibet particula mũdi tota, tum in eo quod eſt, tum in eo quod nõ extat. Nihil eſt in omni natura, quod ille ipſe nõ ſit: Eſt ille ſiquidẽ, quæ ſunt: eſt ea etiã, quæ minime ſunt: Quæ quidẽ ſunt deducit in lucem, & quæ non ſunt, occulit in ſeipſo. Hic Deus nomine melior, hic occultus, hic rurſus omnium patentiſſimus, hic menti cõſpicuus, hic præſens oculis, hic incorporeus, hic (ut ita dixerim) multi corporeus: Nam nihil in corporibus eſt, quod nõ ſit ipſe: Omnia.n. ipſe ſolus exiſtit, ut etiam docebat Parmenides/quẽ Ariſtoteles iniuſte redarguere conatur. Et idẽ Mercurius de Cõmuni: Nec quicq̃ eſt in omni, quod non ſit ipſe Deus: iuxta illud Orphei recitatum ab Euſebio:

Iupiter eſt ſummus uertex, atq; infima planta:
Ipſe eſt æternus ſemper ſimul, ac totus ubiq;
Terrai fundus. Et iterum.

Iupiter eſt quodcũq; uides, quocũq; moueris. Et cætera multa, quæ pluribus carminibus ꝓſequit'. Omitto, quæ Anaxagoras, Democritus, Zeno, Theophraſtus, Hiarchas cũ ſuis Brachmanis authore Philoſtrato, Platonici q̃plurimi, Origenes, & multi alii de huiuſmodi ſcripſerunt: Et cõcludam cũ Dionyſio, qui omnia pené, quæ illi tradiderunt/& probarũt multis rationibus, unica concluſione ediſſerit: Deum in mentibus eſſe dicunt, & in animantibus, & in corporibus, & in cœlo, & in terra, & ſimul in eodem, eundẽ mundanũ, circamundanum, ſupramundanũ, ſupercœleſtem, ſuperſubſtantialem, ſolem, aſtrum, ignem, aquã, ſpiritum, rorem, nubem, ipſum lapidem, & petrã, omnia exiſtentia, & nihil exiſtentiũ. Et ſic omnia implens omnia circũſonare facit.

Parme. Ariſto. Mercu. Orphe. Euſebi. Anaxa. Demo. Zeno. Theop. Hiarc. Philoſt. Platon. Orige. Dionys.

Omnia uere tendunt in Deum. Cap. III.

Genes. 3. Cin. Cer. 3. B. 22. par.

EAbrica hæc uniuerſa, ſphæraq; motus, ſucceſſiua generatio, & corruptio rerq;, quæ omnia circularia ſunt, Opificis gerũt ueſtigium: quo docemur, ſicut Deus ſibiipſi eſt principium, & finis/compleraq; ſphæra/ſic omnia, quæ eius ſimulachrũ tenent in eundem tendere, a quo proceſſerunt: Nam hoc eſt unicuiq; proprium: ut de fluminibus ait Eccleſiaſtes: Ad locum, unde exeunt, flumina reuertuntur, ut iterum fluant. Sic & de terreo corpore dixit Opifex homini delinquenti: Puluis es, & in puluerem reuerteris: Quod & omnia facere docet ipſe Salomon inquiens: Omnia pergunt ad unum locum, quæ de terra facta ſunt, & in terram pariter reuertuntur. Et hæc de terrenis dicta ſint. De duabus uero hominis partibus proſequitur in calce uolu-

Eccle. Geneſis Salomõ

Idem minis dicens: Reuertitur puluis in terram ſuã, unde erat, & ſpiritus redit ad Deum, qui fecit illũ. Hic enim q eſt a Deo, ſolutus a corpore ſtatim in eundẽ reuertitur, niſi uiolento impedimento detineat': Terrea autem pars ad terram, unde immediate proceſſit, reducit'. Et cum terra ſit a Deo, qui ipſam creauit, & illa cũ omnibus ex ea pullulantibus debitum ordinẽ ſequens, ut aliquãdo in Deũ reuertat', neceſſe eſt. Qui mouet omnia, & trahit in ſe oia (inquit Ariſtoteles cũ ſuis Peripateticis) tanq̃ concupitus, & prædilectus ab omnibus dilectione, & cõcupiſcentia a natura inſita: Qui & uia mathematica procedẽs antea dixerat oia ad unũ reduci, ſicut & ab uno proceſſerãt. Quod Academici (maxime Proculus in ſuis Theorematibus Theologicis) apertiſſime docent. Sic & non modico myſterio charactéres hebraici numeros ſignificãtes eodẽ ordine ꝓcedunt: Nã ℵ eſt character ſignificans unũ, ſed completo diſcurſu per omnes characteres, quo& aliqui ſignificant numeros, aliqui denarios, aliqui centenarios, deuenitur tandem ad idem ℵ quod pronuntiatũ dicendo Aleph, ſignificat millenarium complementũ omniũ numero&, & cubum denarii ſupremi numeri: ut ſicut ipſo charactere ſignificat unũ, ita pronũciatum ſignificet mille: & etiã idem ſignificat character addito puncto ℵ: Sed & hoc Aleph ducem ſignificat, & eſt ſigillũ ſummæ coronę, aut Patris ſummi continens in ſua figura duo/ו/& unum /י/ quæ litteræ in numeris reddunt. 26. ſicut magnum nomen Dei quatuor litterarum. Itaq; magno myſterio illud, quod in numeris myſterio quodã occulto contentis diuinum nomen repreſentat, in ipſo ſimplici charactere Deum unicum, & primum omniũ principium, & in ſuo pronuntiatu finem numero& reſignat. Sed & aliud ſacramentũ attendendum eſt in illo magno Dei nomine: in quo omnes litteræ ſignificãt numeros circulares: Nam ו dat denariũ ה quinarium ו ſenariũ: Qui oẽs & ſoli ſunt numeri circulares: ut innuatur, ꝙ Deus eſt uera ſphęra: & omni progreſſu ſphærico ordine procedit reducendo omnia in ſe, ſicut ab ipſo proceſſerant: Quod per Iſaiam teſtatur dicens: Ego ſum primus, & nouiſſimus: manus meæ fundauerũt omnia, ordinando vȝ eadem in meipſum, ut ſphæricum ordinem proſequerentur: Vnde non poteſt in aliud tendere maſſa hæc rerum creatarum, niſi in eum, cuius ſimulachrũ tenet. Omnes inſuper lineę circuli a centro exeuntes in circumferentiam, & ab ea in centrum denotant, ꝙ omnes creaturæ emanantes a centro ſupremæ ſphæræ tendunt in circũferentiam eiuſdem ſphæræ, tamq̃ in finẽ earum: Et ſicut eædem lineæ nunq̃ exeunt limites ſphæræ, aut circuli/ſic nec creaturæ exeunt terminos illius diuinæ ſphæræ: adeo ꝙ ab ipſo ſunt, & in ipſo manent, & in ipſum eundẽ tendunt: Sicut etiã accidẽtia omnia innitunt' ſubſtantiæ, quæ eſt eo& ſubiectũ, & ſuſtentaculũ, ſic creata oia, quæ ſunt tãq̃ accidentia reſpectu primi, & ſupremi eſſe, quod eſt a ſeipſo,

Iſaias

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

innituntur ipſi, a quo dependẽt: & in quo tãq̃ in ſuſtentaculo continentur: & in quo erant, anteq̃ in proprias formas explicarẽtur, & ad ipſum aſpiciunt, & tendũt, tãq̃ ad locum & domũ propriã: unde ſine ipſo, tãq̃ peregrina nõ poſſunt diu manere: ſed ad ip̃m redire ſatagunt, maxime homo: qui oĩa uirtute continet, & poteſtate, ut docet Triſmegiſtus: Qui moriens, Triſme. Chalcidio referẽte/dicebat: Hactenus fili pulſus a patria uixi pegrinus, & exul: nũc incolumis patriã repeto: Cũq; poſt paululũ a uobis corporis uinculis abſolutus diſceſſero, uidetote ne me quaſi mortuũ lugeatis: Nam ad illam optimã/beatãq; ciuitatẽ regredior, ad quã uniuerſi ciues mortis contione uenturi ſunt: Ibi nãq; ſolus Deus eſt ſũmus princeps, qui ciues ſuos replet ſuauitate mirifica, quo hæc/quã multi uitam exiſtimant, mors potius eſt dicẽda, q̃ uita. In hãc ſententiã ueniunt Didymus, Hiarchas, Por- Didim' phyrius, Proculus, in de orationibus, & precibus: ubi docet de mẽte Pla- Hiarch. tonis, Iamblici, & Porphyrii orationes eſſe neceſſarias, ut per eas reducamur ad patriã, a qua quãdiu hic ſumus pegrinamur, inqt Paulus: Qui cũ hebreis diſſerens exerta uoce ait: Non habemus hic manentẽ ciuitatẽ, ſed futurã inquirimus. Et ut breuiter concludamus, in hanc ſententiã ueniunt omnes, quoꝝ lumina colluſtrata ſunt. Porphy. Paulus

Quo appetitu in eundem pergant. Caput IIII.

DVplicẽ eſſe appetitũ in rebus oẽs aſſeuerãt naturalem, & liberũ: Sed in homine (ni fallor) tertiũ addere poſſemus, qui forinſecus, & ſupnaturalis eſt/atq; diuinus ad ſe trahẽs effectu, & ad diuina opera meritoria & ipſi Deo grata pficiẽda inducit. Et illud eſt, qd̃ ſemp deprecat̃ ad optima, nõ qdẽ naturalis diſcurſus, ut putant q̃plurimi, ſed portio illa ſupior, quã Plotinus intellectũ uocat a ui rationali diſtinctũ: Quo mediãte Deũ, diuinaq; intelligimus: & in ip̃m mente, & opere tendimus: ut diffuſe in ſuo de homine ptractat. Et hic in animi arce reſidens ſemp repugnat legi, quæ eſt in mẽbris nr̃is deducẽs quo naturalis uirtus, & affectus minime põt. Hic itaq; eſt ego, ille aũt eſt gratia, ſecm̃ Ap̃li doctrinam/qui ait: Non ego, ſed gratia Dei mecũ. Hoc igitur diuinũ ad optima/diuinaq; tendit: Illud aũt deterius, & animal noſtrũ ſemp trahit ad ima, ex materia maxime a ſupremo diſtante. Medius uero eſt animus noſter, ſiue rõnalis uis nũc huc, nũc illuc lata: uel nũc iſti, nunc illi adhærens ignauia, ſiue uoluntatis arbitrio, quãuis ſuapte natura tendat ad illud principiũ, a quo proceſſit, niſi erroris mater materia diſtrahat: ut accõmodatũ eſt illud uulgare Boetii: Ineſt mẽtibus hominum ueri Boetius boni certa cupiditas, ſed ad falſa deuius error abducit. Quod eſt aut a materia (ut diximus) ad ima trahẽte/uel a corporeis imaginibus & obiectis multiplicibus p̃ſentia diſtrahẽtibus: Præſens. n. obiectum, & ſenſibile fortius mouet hominẽ adhuc animalẽ, & eũ, qui nõ habet exercitatos ſenſus ad diſcretionẽ Plotinus

ad diſcretionẽ boni & mali: & qui non guſtat uerum mel, lac, & butyꝝ, ut ſciat reprobare malũ, & eligere bonum: Qui nõ audit, quid loquat̃ in ipſo Paulus Dominus Deus, nec guſtat, nec uidet, nec ſentit, nec p̃cipit (ut Apoſtolus ait) ipſe animalis homo, quæ Dei ſunt: ſed allicit̃ lenocinio hoꝝ apparentium bonoꝝ, quę umbra ueroꝝ ſunt: ut ſapientes dicunt, maxime Plato in Plato Rep. & in plęriſq; locis, & ſacra eloquia undiq; reſonãt hæc tanq̃ feces, & umbras, imo letale uenenũ contemni debere: ut exerta uoce admonet ſumma Veritas dicens: Nolite theſaurizare uobis theſauros in terra, quos tinea demolit̃, & latrones furant̃, rubigoq; cõſumit omni deuaſtationi obCHRIſTVS. noxios: quia corruptibiles, & feculenti, atq; umbratici ſunt: Sed theſaurizate uobis theſauros in cœlo ueros, permanentes, ſtabiles, & perfectos. Et Paulus hæc omnia umbratica arbitratus eſt uelut ſtercora, ut meliores illos acquireret, & illuc pergeret, unde uenit. Sic omnes, quotquot habẽt lumina expurgata, & non ſunt a grauãte materia diſtracti, codẽ ſedulo deuenire cõtendunt, uocante, & attrahente eos ſummo bono ad ſeipſum: ut patet in latiſſimo cãpo ſcripturæ ſacrę: Quos quidẽ aliquãdo aut propria uirtute, aut per fidos miniſtros impellit: & ui trahit, ut in Euangelio, cui titulus eſt ſecundum Lucam, dicitur: Compelle eos intrare. Lucas

Quo curriculo uehantur. Cap. V.

EA omnia, quæ nullam habẽt motionem liberã, nullum aliud aſcendũt curriculũ, quo uehãtur in primũ, a quo receſſerũt, niſi inſtinctum, quem naturalem dicunt, quia a natura inſitus, ut dicũt Peripatetici, aut (ut eoꝝ uerbis utamur) quia fit Peripa. in pluribus & frequenter: Sic. n. naturalia diffinierunt: Sed, ut rei ueritas eſt, ſic ab Opifice ſummo donati ſunt: Qui uero rationis, & libertatis Dei munere ſunt participes, hi aſcendunt curriculũ ſuæ uoluntatis, aut amoAugu. ris, iuxta illud Auguſtini: Amor meus pondus meum, uel curriculũ meũ, illuc ferror, ubi amo. Ad hoc tamen multoties magnã uim conferente natura, & attrahente diuinitate facilius currunt: Ad profectũ enim ſapientię, & doctrinæ promptius ueniunt bene chordati uiri in corpore, & ſortiti bonam animã, & ad doctrinam diſpoſitã, fauente ei Phœbo, Venere, & MerPlaton. curio, ſi Platonicos ſequi uolumus. Et hoc aut diſponẽdo corpus, aut quia Pych a. intelligentiæ illis ſtellis pręſidentes ſuo influxu fauent, aut (ut Pythagorei dicũt) quia in deſcendendo anima induit naturam illaꝝ intelligentiaꝝ, ſicut lux uidet̃ ſuſcipere colorem uitri, per quod tranſit rubeum, cœleſtem, uiridem, uel croceũ. Currunt alii facilius ad dominium, ſi genitura, & uirAſtron. tus id præſtat: & ſi Sol, & Mars & huiuſmodi ei fauerint: ſi uera ſunt, quę tradũt Aſtronomi. Currũt alii ad diuerſas uirtutes naturali curriculo proUaria diſpoſitione corporis, & animi, & cœli fauentis: uerũ nihil boni attingunt, niſi faueat ſuperna uirtus, a qua omne bonũ: Non enim ſapientia

Y

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

acquiritur uiribus propriis, ut teſtatur ille, qui iure cognomento ſapiens dicitur: Et appoſui cor meũ, ut ſcirem ſapientiam: & intellexi, ꝙ omnium operum Domini nullam poteſt homo inuenire rationem, eorum, quæ fiũt ſub ſole: Et quanto plus laborauerit ad inquirendũ, tanto minus inueniet: Et hoc quia ſapientia datur a Deo, iuxta Iacobi ſententiã: Qui indiget ſapientia, poſtulet a Domino, qui dat omnibus affluenter, & ſolus dat. Nec ad dominium uenire quis poterit/niſi donante Deo, ut ait Paulus, & cũ eo Dyon Platonicus in ſuo uolumine de regno: Non eſt poteſtas niſi a Deo. Sed & ipſa ſumma Veritas ad Romanum præſulẽ inquit: Non haberes in me poteſtatem, niſi tibi datum fuiſſet deſuper. Neꝙ ad aliquod bonum opus ualet homo ſine diuino fauore, ut ipſemet paſſim proteſtatur dicens: Sine me nihil poteſtis facere. Et ille, in cuius pectore ipſe Chriſtus reſonabat/ait: Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis/quaſi ex nobis: ſed omnis noſtra ſufficientia ex Deo eſt. Hinc Ioram (ut in quarto uolumine Regũ legimus) propria uirtute cõfiſus/contempto diuino oraculo, & fauore/bellicum currum aſcendit congreſſurus cum Aſſyriis/a quibus uulneratus ſagitta in incertũ iacta iter ſtomachum & pulmonem, uel inter thoracem & loricam, ut habet ueritas litteræ, miſerabili caſu de ipſo curru corruit: Quæ non uacant myſterio: Cadit enim curru propriæ uirtutis, qua confidebat: uulneratur inter duo fabreficia humano ingenio contexta, ut denotetur textura/& omne opus excogitatum humano aſtu, aut laboratum ingenio, ac uiribus propriis fruſtrari: atꝙ in pernitiem elaborantis abſꝙ diuino fauore conuerti/ut clara uoce per Iſaiam loquitur dicens: Veh filii deſertores, ut faceretis conſilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per ſpiritum meũ: ut addere peccatum ſuper peccatum: Qui ambulatis/ ut deſcendatis in Aegyptũ, ad uirtutes uidelꝫ, & aſturias inferiores: & os meum non interrogaſtis/nec fauorem flagitaſtis ſperantes auxilium in fortitudine Pharaonis: qui nudans, uel diſſipans interpretatur illumꝙ aſtutiſſimum & nudum ſerpentem ſignificat: qui ſua aſtutia diſſipauit genus humanum, & nudauit protoplaſtem, adeo ut erubeſceret a facie Domini. Sequit: Et erit uobis fortitudo Pharaonis in confuſione/& fiducia umbræ Aegypti in ignominiã. In uanũ igitur laborat, qui naturali curſu, aut inferiori fauore diuina pertingere opinatur: Quod confirmare poſſumus exemplo eunuchi Candacis reginę, qui in curru legebat Iſaiam caſſo labore/quouſꝙ iubente Spiritu ſancto Philippus iunxit ſe currui illi docens, quæ ille intelligere neqbat: & lumen prębẽs, fideiꝙ inſigne: ut inde operari poſſet, quæ antea nõ ualebat: Et tunc præſentia, & fauore Philippi, immo Spiritus ſancti mittẽtis, & aſſiſtẽtis effectus eſt ille currus ad inſtar illius, de quo dicitur in Pſalmo: Currus Dei decem millibus multiplex millia lętantiũ. Adeſt ſiquidem diuino currui ad fauorẽ illuc conſcẽ-

Salo.
Iacobus
Paulus
Dyon
CHRI/STVS.
IDEM
Paulus
Ioram
Eunuc.
Philip.
Iſaias
Pſalm.

dẽtiũ nõ tantũ! Spiritus ſanctus/ſed multa millia adminiſtratoria ꝙ poteſtatũ/dicta decẽ millia hyperbolice, ut inqt Hieronymus. Adſunt igit iſti cõiuncti pſallẽtibus, & operãtibus/& aliqñ currũ prouehũt, ut ſtatim dicemus: Qui currus Dei multigenus eſt: Quoꝙ unum conſcẽderat Petrus, alteꝙ Iohãnes, ut dicit in Euãgelio: Currebãt duo ſimul, ſed ille in curru fidei, hic uero charitatis: Quæ cũ ignea ſit, ideo uelocius ducit: Vnde ſequitur: Sed ille, qui erat iunior cucurrit citius Petro: Non quidẽ quia iunior, ſed quia amore feruentior. Petrus autẽ prior introiuit in monumẽtũ: quia prima ianua/per quã dat introitus ad Chriſtũ ſuſcitatũ/ad ſęculũ uẽturꝙ/& ad Deũ eſt fides, dicẽte Paulo: Oportet accedentẽ ad Deũ per fidẽ accedere: Qua habita, curſus in charitate fit uelociſſimus: Et aliquãdo in curru igneo cum equis igneis, ſuper quẽ conſcenderat feruidus Elias cum rediret ad Deum, a quo proceſſerat: Quem ignem ſentientes, ſimul & fragrantiam dilecti illo calore in nos ſpirantis dicemus ſtatim: In odorẽ unguentorum tuorum currimus. Et iterum cum Propheta: Viam mandatorum tuorum cucurri, dilataſti cor meum.

Dauid
Paulus
Petrus
CHRI/STVS.
IDEM
IDEM

A quibus trahatur iſte currus. Cap. VI.

CVm currus iſte Dei ſit, ut etiam a uirtute diuina trahatur, neceſſe eſt: quia uirtus inferior nõ ſufficeret: Ideo ſũma Veritas ait: Nemo uenit ad me, niſi Pater meus traxerit eũ: Quod cognoſcẽs ille, ꝙ nomẽ ſapiẽtis peculiari priuilegio obtinuit, dicebat: Trahe me poſt te. Trahit qppe dupliciter, ut per Oſee aperto ſermone ait. Traham te i funiculis hominum, in uinculis charitatis: Funiculi hominũ ad humanitatẽ Meſſiæh pertinent, uincula aũt charitatis ad diuinitatẽ: Nõne Chriſtus homo attraxit nos pſentia, doctrina, oratiõe, exẽplo multiplici, & operibus multigenis, maxime his, quæ perpeſſus eſt pro nobis in carne & corpore? Nõne ẽt attraxit numine quodã diuino. Quod ſentiẽs Petrus dixit: Verba uitæ ętnæ habes, ad quẽ ibimus? Et iterũ: Tu es Chriſtus filius Dei uiui. Complexurus itaꝙ ſimul uincula humanitatis/& diuinitatis, maxime in extremo, quo ordinate agẽs ſolet fortius operari dixit: Cũ exaltatus fuero a terra oĩa trahã ad meipſum. Et adeo uere ad ſe traxit, ut per multos annos, quos amore ligauerat, deduxerit ad omne genus martyrii itrepidos. Sed & hãc uim attrahẽdi Apoſtolis, & legatis ſuis donauit, dũ dixit: Venite poſt me, faciã uos fieri piſcatores hominum: ut trahatis eos in ſagenã uerbi Dei. Et etiã in quã partẽ deberẽt ꝓiicere ſagenã docuit poſt reſurrectionẽ nõ ſine myſterio dicẽs: Mittite in dexterã naui gii rete: In ꝙ dextera eſt charitas, pietas, amor, miſericordia, benignitas, & cætera id genus: In ſiniſtra autẽ timor, terror, cõminatio, iuſtitia ſeuera, punitio, & ſimilia. Hic inuẽs, ꝙ diuinus cõcionator magis attrahere debet animos liniendo ꝙ terrendo, & potius uinculis charitatis, ꝙ terroris, ut ipſe

Hiero.
Iohan.
Paulus
Dauid
CHRI/STVS.
Salomõ
Oſee
Petrus
CHRI/STVS.
IDEM
IDEM

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

fecit cū adultera, peccatrice, publicano, telonario, & huiuſmodi benigni/
tate deducēs, & nō terrendo minis. Et quāuis aliquādo debeat orator diui/
nus alta uoce annuntiare populo ſcelera eoꝝ, nihilominus id facere debet
non improperās, ſed cū charitate admonēdo proponere ea, quę a rectitu/
dine iuſtitię pro ſceleribus parata ſunt. In hāc igit̄ partē mittēres illi Apo/
ſtoli retia ſua nō ualebāt ea trahere præ multitudine piſciū, ut doceamur,
q̄tus prouētus fiat in amore, & charitate. Nec abſq; cauſa ſubinfertur: Et
cū tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete: quia uirtus, & prædicandi officium in
charitate exhibitū/coadiuuāte Deo, firmatur, & corroboratur, ut frangi,
aut ſcindi nequeat: ſed oīa perficere, iuxta illud Apoſtoli: Omnia poſſum Paulus.
in eo/qui me confortat. Trahūt etiam Angeli, & adminiſtratorii ſpiritus/
ut exequantur ea, quæ iubet ſūmus moderator, ut de eis dicit̄ in Pſalmo: Pſalm.
Benedicite Dominū omnes Angeli eius/miniſtri eius/qui facitis uoluntatē
eius/nō tantū in hominibus/ ſed omnia mouendo, & in omnibus influen/
do/q̄tūcunq; minimis. Hinc multa uidemus agitari/& operari præter id/
qđ eoꝝ natura pręſtat: & neſciētes mortales, unde hęc eueniāt/admirant̄:
Quod tamē contingit multifariā: Aliquādo enim præueniūt pręſenſione,
& motione quadā ea, quę homini uentura ſunt: ut ex authoribus grauiſſi/
mis externis, & catholicis/& clariſſima experientia cōprobare poſſumus.
Narrat Cicero in primo de diuinatione/q; Lacedæmoniis pauloante leu/ Cicero.
ctricā calamitatē in phāno Herculis arma ſonuerūt: At eodē tēpore The/
bis (ut ait Caliſthenes) in tēplo Herculis ualuæ clauſæ repagulis ſeipſas Caliſth.
aperuerūt: & arma, quæ parietibus infixa erāt/humi inuēta ſunt: Eadēq;
tēpeſtate multis ſignis Lacedæmonii leuctricæ pugnæ calamitates denū/
tiabāt: Nā Lyſandri, qui Lacedęmonioꝝ clariſſimus fuit, ſtatuæ quæ del/
phis ſtabat, in capite corona ſubito extitit ex aſperis herbis, & agreſtibus:
Stellæq; aureę, quæ in delphis erāt a Lacedæmoniis poſitæ poſt naualem
illā uictoriā, qua Atheniēſes conciderūt pauloante leuctricā pugnā, deci/
derūt: neq; reptę ſunt. Quid memorē ea multa portēta recitata a Ioſepho/ Ioſeph.
quæ pręuenerūt Ieroſolymitanā cladē perpeſſam ſub Tito, & Veſpeſianoꝝ
Luna multoꝝ dieꝝ inſolita eclipſi uidebat̄ compati futuræ ruinæ: Fulgur
per mediā horā, tāq; meridies templū circūdedit: Ianua eius ærea, quæ uix
a uiginti uiris mouebat̄, hora ſexta noctis ultro aperta eſt: Currus, & exer
citus armatoꝝ magno impetu p regionē circūuehi uidebant̄: Quę omnia
cōfirmat Euſebius cæſariēſis in tertio eccleſiaſticæ hiſtoriæ. Et ut breuiter Euſeb.
me expediā, oēs penē clades inſignes aliquibus portētis, & prodigiis a Dei
miniſtris pręuentę ſunt. Multos quoq; ſigna p̄uenere in ortu, ut de Myda Myda
puero refert Cicero ibidē, cui dormiēti formicę in os tritici grana cōgeſſe/ Cicero
re, omen dictum magnaꝝ diuitiaꝝ, quod euenit. Platoni autē cū in cunis Plato
dormiēti apes in labello cōſediſſent, reſpōſum fuit, ſingulari illū ſuauitate

oſonis foreſita futura eloquētia p̄uenta eſt in infante: Quod Ambroſio epi
ſcopo Mediolanenſi in noſtris hiſtoriis legimus contigiſſe. Hecubæ uxori
Priami parituræ Paridē uiſum eſt parere ardentē facē: quæ Troiā, & totā
Herac. Aſiam incēderet. Matri Phalaridis (ut ſcribit Heraclitus pōticus auditor
Platonis) uiſum fuit Mercurii ſimulachꝝ ſanguinē fundere in terrā/quo
tota domus redūdaret: Quod imanis crudelitatis ſignū in filio parīdo p/
Philiſt. buit: Dionyſii genitrici (ut Philiſtus ait) pręgnāti uiſum eſt parere ſatyri/
ſcū. Hortulanæ uero Claræ Aſſiſinatis matri nodū uiſū eſt/ ſed clara uoce
ſignificatū fuit/q; ſalua parere deberet lumē qđdā clariſſimū. Portētū, qđ
in Iohānis Baptiſtę natiuitate fuit/oibus notū eſt: quo cōprobat̄ qđ angeli
agāt nobiſcū & ortū p̄uenīdo, & celebrādo: q̄is in gētilibus mali angeli
operarent̄. Patri Zacharię Gabriel apparuit: Nō credēti ſermo ſubtrahi/
tur: ſterilis fœcundatur: nato puero, ſermo Pri obmuteſcēti reſtituit̄: ut ui/
cini, & reꝝ cōſcii cogerēt̄ exclamare admirātes/Quis putas puer iſte erit̄
Ad antiqores aūt cōſcēdēdo/Izahac oraculo celeberrimo p̄uenit̄: a ſterili/
& anu cōcipitur: a decrepito generat̄: Eius filius Iahacob in matris utero
cū germano altercat̄: unde parētes diuino oraculo docent̄ duas gentes in
uētre illo materno cōtineri. Antiquus legiſlator fluuio/& carecto necādus
exponit̄: & a filia Pharaonis nō caſu/ſed diſponēte Deo ſuſcipit̄: q p an/
gelū ſuū eam illuc deduxit, ut pueꝝ ſaluaret, & diceret̄ Moſes. i. ſūptus ex
aqs, & q fauore Angelico cōtinuo dux eſſet illius celeberrimæ, & decātatę
traductionis Iſraelitici populi de ægypto. Robuſtoꝝ fortiſſimus Sāſon a
ſterili āgelico oraculo fœcūdata cōcipit̄: & nazareus. i. ſacratus Dno cōſti
tuit̄ anteq̄ natus. Lōgū eſſet nimis retexere oīa, quæ in ſcripturis ſacris, &
gētilibus hiſtoriis q̄plīmis poſſent adduci exēpla: qbus p̄barent̄ Dei mini
ſtri p̄uenīſſe multos aut ante, aut in ipſo ortu, uel tauiſſe bello/ſiue aliis re/
bus arduis/aut familiariter multifariā cū hoibus egiſſe: Sed hæc pauca di
cta ſint, ut diſcāt increduli, & qui uolūt admittere niſi ea, quæ ſuis aialibus
ſenſibus apprehēdūt/q; ſunt angelici miniſtri miſſi in miniſteriū noſtrū: q
nō tm̄ nobis ſuadēt pagēda modo inſenſibili/ſed uiſibiles/& ſenſibiles ſele
multipliciter p̄buiſſe trahētes hoies etiā nō adhuc natos, aut nō adultos ad
diuerſa: & p̄cauētes uariis portētis a futuro excidio, uel ad opus ſtrenuum
deducentes: Quæ adhuc ex ſacris litteris cōprobare poſſumus.

Quid operentur Angelici Dei miniſtri in iſto attractu, comprobat̄ ex
ſcriptura ſacra Cap. VII.

Dionyſ. Dauid
MIniſtri circunſonantiſſimi tribunalis/ & Archimuſęi ſummi,
ut fidi ſint, omnia pro uiribus deducere ſatagūt in conſonā/
tiam cū Principe/ſicut Dionyſius ſæpiſſime repetit in ſuo de
angelica hierarchia: Hi euim (inquit Propheta) pręcuniunt
coniuncti pſallentibus/& ſeipſos harmonizantibus/tāq; inſtructi concen/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

tores chordas omnes/& uoces adaptantes in ſummo Dei monochordio, ut illud reddant concinnũ, & ſuauiſſimum. Et ſi quæ ſunt inutiles fibræ, uel moduli, aut diſſentire uolentes, eos abiiciunt/reſcindunt/& peſſundãt: ne in mundano/atq; cœleſti/uel humano inſtrumento aliquod diſſonũ ſua ignauia inueniatur. Et ut ab altioribus locis exordiamur, Ductori populi Iſraelitici/ne in tanta prouintia abſonus/aut diſſonus inueniretur, magna celebritate a Deo ſummo aſſignatus fuit Angelus ducens, & pertrahens. Ecce ego (inquit) mitto angelum meũ, qui præcedat te, & cuſtodiat te in DEVS uia: & introducat in locum/quem prꝫparaui tibi. Obſerua eũ, & audi uocem eius/quia nõ dimittet/eum peccaueris/quia nihil abſonũm admittere uult. Et ut ſcias ipſum meo iuſſu/& uirtute omnia peragere dico/ꝙ in illo eſt nomen meum, uirtus ỽ nominis illius, in quo omnia mirabilia efficiũtur. Hic igitur angelus nunc præcedendo, nũc ſubſequendo caſtra defendit, docuit, cuſtodiuit, traxit de Aegypto, & deduxit ducem, & populum, quo pgebãt. Angelus quoq; comes, & dux fuit patri electæ familiæ Abrahæ in Aegypto, in Charam/& quocunq; perrexit. Angelus Izahac ſaluauit ab immolatione/cuſtodiuit in peregrinatione facta in Geraris, & in diuerſis locis, & a furgio habito cum Abimelech. Angelus etiã Iahacob duxit in Meſopotamiam Syriæ, ditauit, & protexit ab inuido Laban, & a perſecutione fratris Eſau eum perſequentis. Sed & quid operẽtur Angeli in nobis, proſpexit in ſomnis non adhuc bene in huiuſmodi initiatus, ut ſomno ſopirentur animales ſenſus angelicæ conſuetudinis inimici, quos non adhuc plene mortificauerat. Magnum quippe eſt ſacramentum ſcalæ, & angelorum aſcendentiũ, & deſcendentium: ſed hoc ad præſens ſuffi eiat/ꝙ inde docemur omnes angelorum miniſterio deduci ad quemcunq; gradum uirtutum, meritorum, & dignitatis, & indignos deponi uſq; ad extremum miſeriæ gradum: prout eorum exquirunt mala merita: Hoc enim Angelorꝫ aſcenſus/deſcenſuſq; ſignificat: Et ſcala gradibus diſtincta ordinem uniuerſi, & rerum omnium gradus reſignat. Nec ulterius in tanto myſterio fandi daꝺ facultas. Neq; defuit Angelus Ioſeph huius Patriarchæ filio, dum fratres eum multo inſequerẽtur odio uſq; ad uenditionem: Apparuit enim ei uir in agro/qui hebraice ỽ'א dicit̃, quo noĩe plæriſq; in locis dictus eſt Gabriel illius Ioſeph aſſiduus comes/& doctor, ut Hebrei Hebrei aſſerunt. Longum quippe foret omnia adducere, quę per Angelos in ſacris eloquiis pro hominibus facta leguntur: ſed cõcludamus cum illa Pſalmo/ graphi ſententia pro quocunq; iuſto (ut bene ſentit Hieronymus) decan/ Dauid tata: Angelis ſuis Deus mandauit de te/ut cuſtodiant te in omnibus uiis Hiero. tuis: In manibus portabunt te/ne unq̃ offendas ad lapidem pedem tuum: Super aſpidem/& baſiliſcum ambulabis/& cõculcabis leonem/& draconẽ. Neſcio quid clarius adduci poſſet de tutela/cuſtodia, & ducatu ange/

lorum. Sed ne uideantur/qui in lege euangelica ſunt, & gentiles ab Angelis derelicti/& tantũ circunciſis inſeruiſſe, ut falſò iactitant hebrei/uideamus quid in euangelicis/& apoſtolicis ſcripturis pertractetur. Ad Philippum, qui Spiritus ſancti iuſſu currui eunuchi illius Candacis Reginę (ut pauloante diximus) ſe iunxit, locutus primo fuerat Angelus mandans, ut illuc pergeret, docens, ꝙ etiam gentilium curam habent̃. Et Cornelio Centurioni gentili ſeſe uiſibilem præbuit iubens & Petro, ne contemneret gentiles/& incircũciſos/qui uidebantur immundi. Legimus quoq; Angelum datum cuſtodem uiſibilem Agneti/& Cecilię/atq; huius interceſſione marito Tyburtio, & leuito Valeriano baptiſmate expurgatis oculis corporis ſeſe obtuliſſe contuendum, & nares eoꝝ odore/atq; fragrantia repleuiſſe. Cũ mulieribus euãgelicis quanta familiaritate egerit/ſuſcitato Chriſto/plenius docemur in euangelio. Petrum aũt in carcere cõcitauit, ſoluit/deduxit, & traxit quo iuſſerat Princeps, qui eũ miſerat. Importunũ certe foret omnes retexere/quos Angelus Domini eripuit, & deduxit: Hoc eſt Dauid enim eorum officium, ut ait Prophera: Immittit, ſed melius iuxta litterã, moratur, aut caſtrametatur, Angelus Domini in circuitu timẽtium eum, ut eripiat eos. De his etiã, quos tanq̃ diſſonas fibras coercuit, aut abiecit hic Angelus, exẽpla nõ deſunt. Cõductus erat Bilhã, ut malediceret Iſraelitico exercitui/ſed Angelus Dñi aſtitit ei, euaginato, ſtrictoq; gladio aſinã perterruit, & iumentũ. i. animalem hominem ſignificatũ per iumenta illa, Pſalm. de quibus in Pſalmo: Homines, & iumẽta ſaluabis Dñe: Hęc. n. aſina ali/ Origę. quãdo aĩal noſtrũ ſignificat, aliquãdo uulgarẽ populũ, ut ſentit Origenes, quæ prius portauit legiſlatorem: poſtea, prꝫio Zachariæ oraculo, portat Chriſtum, & redemptorem mundi: Sed hæc iubetur ſolui ab Apoſtolis ſimul cum filio ſubiugali, quia in euangelio ſolutus eſt populus ab oneribus antiquæ legis: Qui, ut denotet̃ nouus, nouaq; ſynagoga, aut collectio credẽtiũ, addit̃ pullus, & filius ſubiugalis. Hic ſimplex populus Deo adhærens uidet, quę non poteſt uidere deprauatus, & maledicus, ꝓpheta, atq; Euang. male operans doctor, ſicut plæriſq; in locis euangelii legimus, ꝙ a turba ſuſcipiebat̃ Ieſus, & redẽptor: q a legiſperitis, & phariſeis, & principibus ſacerdotũ in ſua malitia obcæcatis contẽnebat̃. Arcet itaq; Angelus ſimplex vulgus, & per ipſum multoties maledicũ doctorẽ, & qui nefaria moliri conatur. In caſtris Aſſyrioꝝ demonſtrans quantum blaſſemia ſit Deo execrabilis octogintaq; millia de exercitu blaſſemantis penitus deleuit & abiecit. Sodomitas, & gomorreanos igne cõſũpſit. Aegyptios aquis obruit. Chaldeos flãma combuſſit pueros in fornace ab incendio præſeruãs. Septuaginta millia ex numeratis a Dauid occidit in Iſrael extendens manũ ad delendam Ieruſalem, niſi eius miſertus Dñs iuſſiſſet ipſi Angelo puniẽti, ut manũ contineret. Hoc eſt. n. miniſtroꝝ Dei officium, conſum/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

mata mẽsura nequitiæ,nõ permittere dissonos modulos in consonãtissimo Dei instrumento,ut canit diuus Citharœdus:Angelus Domini coartans, & persequens eos:Verum aliquãdo id exequitur summus Moderator per Angelos malos,tanq̃ per ministros iustitiæ,ut alibi testat idem Propheta dicens.Et immissiones per Angelos malos. Cœlestis etiam noster Iohãnes de his meminit,quibus datum est nocere terræ,& mari, cæterisq; rebus. Hucusq; ad pauca ex multis digressi sumus/ut comprobaremus ducatũ, attractũq; in bonum,& in pœnam,iuxta merita & flagitia datum fuisse Angelis:qui etiam ad omnia disponenda præfecti sunt,ut longo sermone prosequitur Origenes in librum Numeroꝝ dicens: Opus est ipsi mundo Angelis, qui præsint exercitibus terrenis, regnis, prouintiis,cœlis,homi/nibus,bestiis,animalium natiuitati,& progressui,uirgultis,plantis,lapidi/bus,cæterisq; rebus eam uirtutem donantes,quã dicũt inesse rebus a pro/prietate occulta:Multo magis opus est Angelis,qui pręsint operibus san/ctis,uirtutibus,& hominibus,ut ipsi,qui semp uident faciẽ Patris summi recto ducatu possint cõducere homines,cœlos,& unumquodq; etiam mi/nutissimum ad locum suum,tanq̃ membra huius mundi concinna,in quo Deus tãq̃ præcipuus Antistes omnia suauissime disponens inhabitat non contentus,aut circũscriptus,sed continens omnia.

Dauid

Idem Iohan.

Orige.

Quomodo omnia per senarium a Deo egrediantur. Cap. VIII.

POstq̃ de attrahentibus nos in Deũ aliquãtulum disseruimus, etiam numeri,per quos exiuimus,& iteꝝ reuertimur in Deũ (ut cũ Augustino conueniã) contemnendi non sunt:cum in multis sacraꝝ scripturaꝝ locis eoꝝ ratio magnifacta uidea/tur,& merito:cũ Deus oia fecerit in numero, pondere, & mensura.Legi/mus igitur,nõ sine mysterio,opificem summũ egressum in creaturas pro/ducendas per senariũ numeꝝ quidem primo perfectũ,& dantem trigonũ magno sacramento,ut supra explicauimus:Quã perfectionem habet a se, non aũt quia in eo Deus creauerit mundũ,ut alibi idem Augustinus affir/mat.Hunc igitur primo perfectum elegit ad mundi fabricam perfectam perfectissimus Artifex:Et ut cõcinna esset,illum numeꝝ elegit,quota sunt media diapasonicæ consonantię perfectę:Senaria.n.sunt cum septem in/teruallis,post quos deuenitur in octauum,quod ipsum diapason complet: Quo etiam ordine procedit reuolutio hebdomadaria rediens ad eundem octauum, a quo cœpit: ut sabbatum in sabbatum, dominica in domini/cam,& intermedii dies semp senarii sint: Qui senarius,si quadretur in.36. & simul cum denario in cubum reducatur,omnes gradus Zodiaci com/plent.360. Compleret etiam dies anni,nisi sol parce transiret quolibet die gradum unum: Prorogat enim cursum suum usq; ad 365.dies, quot sunt artus in humano corpore.Si uero combinetur senarius, signa ipsius Zo/

Augu.

Augu.

Idem

diaci reddit,& articulos præcipuos in corpore nostro,multaq; alia condu/cit memorata supra,ubi de duodenario numero tractauimus. Et insuper senarius bis ter binum ternarium designans,quibus opifex exiuit in opus: Primo enim fabricam,secũdo ornatum eius perfecit: Primis nanq; tribus diebus creauit elementaria omnia,& fundamenta huius mundanæ fabri/cæ,& distinxit ea:Primo supercœlestia a terrestribus per globum,& mas/sam cœlorũ,postea aquas a terra donans huic suam fœcunditatem:Reli/quis aũt tribus diebus fabricam suis ornauit hospitibus collocans in cœlo bina luminaria,& stellas:In terra animalia quadrupedia:In aquis pisces, & sua reptilia:In aere aues,& uolatilia.Et sic Deus trinus cum materia/libus agens,quorum ex materia est binarius,siue dualitas,bifariam se cõ/municauit:Spiritus in igne,luce,& calore oia uiuificante:Filius in aquis, & genitura ex eis procedente:Pater autem omnium principium, & origo existens in primordiali fundamẽto, & in base,super quã firmãtur omnia. Sexto autem die mundi totius antistitem hominem produxit omnia illa complectẽtem:Qui etiam per sex ætates crescens proficeret,ut in septima & in uero sabbato requiesceret.

Quomodo per senarium in eundem redeant, & in Christum maxime/ qui est uera quies,& uerum sabbatum. Cap. IX.

SIcut p senariũ omnia egressa sunt a Deo,ita p eundẽ nume/rũ,& eodẽ ordine in ipm redeunt quiesentia,& benedicta in uero sabbato:Quod aliquantulum tangit Augustinus in suo de Genesi contra Manichęos.Sed nos ulterius procedemus, quousq; spiritus suggesserit. Prima die facta est lux, & nobis redeuntibus in Deum necesse est,ut appareat illa lux,quę illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum:& lux illa fidei,quæ est principium progre/diendi in Deum. Secunda die positus est globus cœlorum diuidens inter aquas supracœlestes,& inferiores significans eam discretionem,& prudẽ/tiam spiritualem,qua sciamus reprobare malum,& eligere bonũ:& secer/nere amorem spiritualem,& superiorem a carnali,& inferiori:Conueniũt enim illi amores,& ex quodam symbolo facilis datur trãsitus a spirituali ad carnalem,nisi interponatur cortina,& firmamentum prudentiæ fulci/tæ diuina gratia,quæ diuidat inter eos.Aquæ autem,quæ tertio die con/gregantur,in locum unũ passiones naturales,& uoluptuosas notant:quæ insimul sub dominio rationis colligi debent, ut appareat arida mens no/stra,nuda,& expoliata ab omnibus terrenis affectibus: Quod tantũ pla/cet in oculis Domini,ut id prospiciens condelectetur,q; sit bonum:Et tũc imperat terræ mentis nostræ,ut germinet,& producat herbam uirentem, & lignum,uel arborem fructiferam,iuxta genus suum,idest multigenam uirtutem.Sed quia non potest lux abscondi supra montẽ posita,neq; lu/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

cerna accẽſa occultari debet ſub modio, ſed imponi candelabro, ut luceat omnibus, lux videlz & exemplar bonorum operum: Ideo ſequenti die, qui quartus eſt iubentur fieri duo luminaria magna in quolibet bene operante. Luminare maius eſt opus meritorium in gratia factum lucens coram Deo, & Angelis eius. Luminare minus eſt prudentia, & ſapientia in rebus inferioribus diſponendis: quæ nox quędam ſunt reſpectu rerum ſupercœleſtium, quibus uocans ſplendet tanꝝ ſol. In rebus autem iſtis depreſſioribus diſponendis cum multum proſint doctrinę exempla, & fauores Sanctorum, & Angelorum, qui ſunt tanꝝ ſtellæ in firmamẽto cœlorum/Ideo adduntur ſtellę ibidem collocatæ in fauorem Lunę. Quinto autẽ die proficiſcentibus de uirtute in uirtutem dicitur: Serpant aquæ ſerpituram animæ uiuentis, & uolatile uolans ſuper terram, & ſuper faciem firmamenti cœlorum, & non ſub firmamento, ut habet traductio noſtra. Sequitur, ꝙ creauit Deus הַתַּנִּינִם הַגְּדוֹלִים hataninim hagadolim/ quod nos interpretatum habemus cete grandia. Sequitur: Et omnem animam uiuentem, quæ produxerant aquæ ad ſpeciem ſuam. Grandia ſunt ſacramenta de iſtis cetis, aut hataninim hagadolim: Non enim apparet, cur magis debuerint exprimi cete, ꝙ alii piſces, qui ſunt forſitan ipſis maiores. Alii autem interpretati ſunt illud uerbum hataninim, dracones, ſicut in Pſalmo ultimo: Dracones & omnes abyſſi. Volunt enim uocabulum illud Hataninim utrunꝙ ſignificare, & cete, & dracones. Sed nec etiam uidetur, cur magis debuerint exprimi dracones, ꝙ Leones animalium ſylueſtriũ reges: aut boues armentorum duces, niſi uelimus intelligere draconem illum, de quo dicitur in Pſalmo: Draco iſte, quem formaſti ad illudẽdum ei: Qui omnibus aduerſatur, maxime proficiſcentibus in uia Dei, & tanto acriorem pugnam ipſe cum ſuis reptilibus, qui eum ſequuntur abſque numero præparat, quanto quis rectius, & uigoroſius incedit. Contra hos itaqꝫ oportet, ꝙ ſumamus pennas ſicut columbæ, & aues, quæ uolant non ſub firmamento, ſed ſuper faciem cœlorum per contemplationem, & eleuationem mentis in Deum dicentes cum Propheta: Quis dabit mihi pennas ut columbæ, & uolabo, ut fugiam ab his laqueis? Et iterũ: Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo uenantium, laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Si autem hataninim ſecundum etymologiam uocabuli interpretari uoluerimus, donata ſignificat: per quæ dona Spiritus ſancti (ut ſentit Origenes) intelligere poſſumus: Quibus prævalere ualeamus cõtra omnia reptilia, & inſidias paratas ab aduerſariis in hoc mundano mari, & eiſdem uiuere uera uita, quod innuitur in eo, qđ ſequitur: Et oẽm animã uiuentem. Et quia iſta dona, quę largitur nobis Spiritus, parata ſunt primo a filio Dei, q eſt uera aqua ſupramundana, ut ſupius diximus, ideo ſequitur: Quæ produxerãt aquæ ad ſpeciẽ ſuã: Sic n. de hoc ſpũ loquitur in

Pſalm.

Dauid

Idem

Origẽ.

CHRISTVS. euãgelio: Ille ſuggeret uobis oĩa, quęcũqꝫ dixero uobis: Et iterꝫ: Ille de meo accipiet, & annũtiabit uobis. Multa ſubticeo, quæ de his hatanininis/uolatilibus, & auibus iterꝫ ꝓductis deducere poſſemus ſacramenta/ ne ultra digrediamur, ꝙ hic exigat locus: Sed cũ & hoc condelectatus fuiſſet Deus fœlici oculo proſpexit, quod bonum. Sexto tandẽ die ait: Producat terra (quã ſupra pro mẽte interpretati ſumus) aĩam uiuẽtẽ. i. meliores uitæ fructus: Et hoc quãdo aliqualiter abſoluti ſumus ab hoc mortali corpore Deo uiuẽtes eidem conformati: In quo adeo Deus cõdelectat, ut nõ tm̃ laudet, & dicat, quod bonũ, ſed cooperet nobiſcũ dicens: Faciamus hominem in imaginẽ noſtrã cũ ſimilitudine noſtra: Nã quãdo homo Deo, & uirtuti incumbit, tranſformat, & tranſit in imaginem eius actu, quã primo habebat poteſtate: & efficit maſculus & fœmina: Fœmina quidẽ ſuſcipiendo

Iſaias ſemen, & conceptũ a uero agẽte, iuxta illud Iſaię: A facie tua Domine cõcepimus, & peperimus ſpiritũ ſalutis: Maſculus autẽ efficit, quando operatur ſecundũ ſuſceptam gratiã. Copulato itaqꝫ intellectu noſtro cum lumine diuino fit mens, & homo cõpletus, & producens fructus, de quibus ſequitur: Fructificate, & multiplicate multũ fructum producentes, pauco non cõtenti, repleteqꝫ terram/terreum vz animal profuſione ſuperioris hominis/aut chariſmatibus deſurſum præacceptis: ut redigatis animal illud in debitã ſeruitutẽ ſpiritus: & tũc dominabimini piſcibus, uolucribus, & beſtiis. i. oibus uirtutibus animantibus, ſiue ſint aqueæ, ſiue aereæ, ſiue terreæ: Igneę. n. uirtutes tãq̃ cœleſtes, & diuinę prędeſſe debent. Et cũ tranſierit homo per iſtos ſex gradus, ſtatim perueniet ad ſeptimũ, ubi ueram requiem nanciſcet: & Ieſum, qui ſuo proprio nomine dicit יְשׁוּ in quo ſunt duæ litteræ magni nominis Dei י & ו interpoſita ש quæ eſt principiũ ſabat שַׁבָּת .i. ueræ requiei: ut intelligamus Ieſum eſſe nõ tantum redemptorem hominũ, ſed eoꝝ ueram requiem, & refectionẽ quieſcere facientem nos ab operibus, & laboribus noſtris, & cibantẽ nos ſeipſo pane uiuo, qui de cœlo deſcendit, & potantẽ uino conuerſo in illud nouum, quod bibitur in regno Patris ſui. Octauũ diẽ ſubticuit Moſes, cuius prouintia eſt per typos legis deducere ſuos hebreos uſqꝫ ad requiẽ Chriſtũ cedens ipſi in opere, ad quod poſt illã requiem nos deducere intendebat: Ad terminum enim umbrę umbratica lex cõducere nos debebat, nec ultra prouehere, ſed ille per-

Moſes fectus exequutor, & reſerator legis (de quo dicebat Moſes/Mitte Dominem quem miſſurus es) tanꝝ perfectiſſimus doctor nos inſtruit, quibus operibus uacare debeamus poſt requiẽ dicens Apoſtolis, ꝙ in regeneratione, quæ poſt reſurrectionem erit, ſedere debebant iudicaturi duodecim tribus Iſrael exercẽtes offm̃ Dei, ſua gratia eius cooperatores effecti. Et de oĩbus dixit, ꝙ poſt reſurrectionẽ erũt tãq̃ angeli Dei: qui cõtinue ſeruiũt, & miniſtrãt ei exequẽtes, quæ ipſe iubet: Quod opus multũ differt a primo, qa

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

illud cū labore, & anxietate, hoc autē sine labore, & cū delectatione: Illud tendit in requiem, hoc autem nullam requiem appetit, cum ipsum sit sibi quies, & delectatio summa, quā homo desiderare, & habere potest.

Qualiter per senarium ætatum inducatur genus humanum in ipsum Deum. Cap. X.

SIcut mundanū opus in sex diebus, ita & ipsius mundi cursus per sex distincta tempora, tanq̄ per sex ętates deuenit ad sabbatariū millenariū descriptus a Iohanne in Apocalypsi: Primo enim die dicuntur terra, cœlumq; factæ cū luce quadam cōmuni, & eius diuisione a tenebris: & q̄ spiritus Elohim uolitabat super aquas/ Sic homo in prima mūdi ætate dicitur fabricatus ex aia & corpore, tanq̄ ex cœlo & terra cū aliqua luce legis naturalis, & diuinitate collustrante, maxime dum erat in statu innocentiæ: Sed diuisa fuit lux a tenebris, quādo homo expulsus fuit de illo paradiso uoluptatis: & quādo lucēs & diuinus Henoc sublatus fuit a tenebroso uulgo: Et in fine illius ætatis dicitur, q̄ filii Elohim accesserunt ad filias hominū grauidantes eas. Maxima quidem sunt hic sacramenta de correspondentia filioꝝ Elohim fœcundantiū filias hominū, ut gigantes, uel cadentes (ut habetur in littera) generarent uiros nominis, & potentes a sæculo cū spiritu Elohim: qui uolitans super faciem aquaꝝ reddebat eas fœcundas inter tenebras, quæ cooperiebant faciem abyssi. Incepit secunda ætas in Noe, qui tanq̄ medium & firmamentū quoddā fuit diuidens inter primā illā ætatē lōgęuā, & secūdā, in qua occurrit linguaꝝ confusio, denotatā p aquas inferiores: Et illud mediū uocatū fuit cœlū: qa cœlestis fuit Noe diuidēs/ & iustus in gñoibus suis. i. q̄tū patiebat illud curriculū tpis: Diuisa nāq; fuit ea tēpestate familia Dei in Sem & Iaphet a familia diaboli i Cam cū posteris suis: Ab hoc enī uenit Chus. i. Aethiops/ Mizraim. i. Aegyptii/ & Chanaan/ a quo Chananei, gñationes qdē deteriores, & reprobatæ signatæ p aquas inferiores: & diuisę ab illis, quę irrigatę fuerūt ab aqs supioribus: Et hęc diuisio hucusq; manet, ut docte, & bene tractat Hieronymus in Genesim. Vel firmamētū, aut globus cœlorꝝ discriminās inter aquas & aquas Diuus Abrahā fuit, in q̄ illa ætate particulari signo fœderis distinctus fuit cū sua familia ab aqs. i. populis terrestribus, & aialibus: Ipsi. n. primo datū fuit signū sensibile, & distinctiuū inter familiā & familiā, & pī fidei. i. fideliū dictus est: Nō tn in hoc die, aut ætate dictū est, q̄ bonum: quia tota mancipata fuit ærumnis, & calamitatibus: Dispersæ enim & diuisæ fuerūt tunc gentes in terra, factaq; fuit linguarū confusio, & semper tunc tumultuauit mundus etiam in ipso patre electę familiæ Abrahā: qui tot, & tanta perpessus est a Chaldeis, ut uix ereptus sit de fornace incēdii: Et inde peregrinatus est in Aegypto i Charā, oppressusq; nimis/ q̄usq; eū cōsolaret familiare hospitiū

Iohan.

Hiero.

angeloꝝ: qui & ipsi decrepito genituraī, & uxori sterili & uetulæ partum denuntiarūt, Izahac vz/ qui risus interptatur, quia in eo gauisus est pater, & cœpit fœlicior ætas. In hac igitur cœperunt congregari aquę. i. populus electus, & Dei familia ad locū unum, & secerni a gentilibus priuatis diuinis charismatibus, ut tunc appareret arida. Segregata quoq; illa tēpestate fuit gens Israelitica ab Aegyptiis: & tanq̄ terra madefacta aquis legis, doctrinæ, sapientiæ, & sacrificioꝝ disposita fuit, ut ipsi diceret: Producat terra herbā uirentem, & lignū frugiferū, quæ prius erat inanis, & uacua sine lege, & sacrificiis legalibus: & processit hæc ætas usq; ad Dauid per quatuordecim generationes, duplicē vz septenariū. Alter fuit ab Abrahā usq; ad Aminadab, in quo seruiuit populus oneribus pressus, mare trāsiuit, deserta peragrauit, montes cōscendit. In altero ab Aminadab sub Salmone usq; ad Dauid legē suscepit, bellaq; egit, & labore bellico terrā promissam obtinuit possidendā: regno insup & prophetia decorata fuit: Et hæc tertia ætas, quasi duplex fuit ex duobus septenariis: quorum alter expurgationi addictus fuit per seruitutem, mare, desertum, & uarias oppressiones: Alter fructui, & prouentui in promissa terra, & regno obtento est ascriptus. Et bene utrūq; per septenariū fit, cum expurgatio, & remissio, & bonū opus ipso numero (ut alibi fauēte Deo declarabimus) perficiatur: Quod in mystica fabricæ descriptione innuitur, cū in eodē die hæc duo facta fuisse describant. Primo. n. congregatę sunt aquæ, & apparuit arida, sicut congregatę sunt in trāsitu populi per siccū, & aridā maris rubri: In quibus aquis (inquit Paulus) oēs baptizati sūt, & initiati in seruitium Dei: Et diuersas mansiones fecerūt in deserto, quæ progressum pœnitentiū, & proficiscentium in uia Dei signant, sicut Hieronymus longo edisserit tractatu, quem de quadraginta duabus māsionibus nominauit, in quibus totus homo debita pœnitētia castigat. Altero aūt (ut diximus) germē, & fœcūditas terræ iam in possessione post mare, & desertū peragratū obtēta tribuit. Sed cum hæc oia aduersperauerint in deprauato Saule, & clausa sit hæc dies, ideo necesse est, ut alia succedat. In quarto igit splendet regnū in Dauide, Salomone, & reliquis regibus: fulget sacerdotiū erecto tēplo, & sacris celeberrime institutis, tāq̄ luna & sol: Coruscant prophetę q̄plurimi, tāq̄ stellæ in firmamēto. Successit & hæc p binū septenariū splēdidissima dies, quousq; successit uesp, & infœlix nox deprauatis, & pessimis effectis regibus illis Manasse, Amon, Ieconia, & reliquis: adeo ut ad captiuitatem miserrimam in Babyloniā ducerentur: Vnde aliā diem renouari oportuit. Cœpit itaq; quinta ætas sub captiuitate in populo errabūdo, & uago, nullāq; habente determinatam sedem, instar uolatiliū cœlorꝝ, quæ illo die producta sunt: Sed ad solatium cœlum habebant, quod contemplari poterant. Nec defuerunt cete grandia, magni videlz uiri Ieremias, Isaias, Ezechiel,

Paulus

Hiero.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Daniel, Zorobabel, Esra, Neemias, Aggeus, Thobias & files: q in captiuitate, & in oibus quassantibus fluctibus præstabāt: nec ad idoloꝝ cultū, nec ad ritum gentium, inter quas errabundi captiui erant, inclinabantur: Quibus aduersitatibus, tanq̄ uomeribus, ligonibus/ & rastris rite excultis dictum est: Fructificate, multiplicate, & replete terrā; & dominamini cito a captiuitate liberādi: Ex eis nāq; ꝓductum est germen illud salutis Iesus filius Dei, Beata uirgo, & Apostoli, cæteriq; Apostolici, & Euangelici uiri ex stirpe illa generati. Sed cū etiā ætas ista adueſperasceret ex malis, auaris, & hypocritis sacerdotibus: & datis principibus in Romanorum dictionē sexta successit ætas, & dies: Hęc igitur fœlicissima, & faustissima fuit a Filio Dei & redemptore mundi, sub quo cœpit: & in quem Dei gratia fœlicissimo terminabitur successu, quāuis diuersa passa sit, & patiatur: In hac homo de terra productus ad ueram imaginem, & similitudinem Dei deducitur, ut possit etiam fieri ipsius Dei filius, dummodo credat in nomine eius non uiuens secundum carnem, & sanguinem, sed si renatus sit ex Deo professione, & opere. In hac etiam serpentes, reptilia, & omnia immunda pacificata, & mundata sunt, ut Petro hospitanti apud Simonem Coriariū demōstratū est in uase illo pleno reptilibus, & animalibus immundis: Cui & dictum est: Surge, & manduca: & renitenti ipsi iterum dicitur: Quod Deus mundauit, tu commune & immundum ne dixeris: Mundauit enim omnia in sanguine suo. In hac quoq; dicitur: Masculum & fœminam creauit eos: quia facta est desponsatio animæ, & ecclesiæ cū Christo illo sacramēto/ de quo inquit Paulus: Sacramentum hoc magnum est Christi, & ecclesiæ. In hac rursus datur dominium homini, & præponitur pecoribus, serpentibus, & uolatilibus: quia effectus Filius Dei, & cohæres Christi omnibus rite dominatur, nisi ultro se in seruitutē redigat peccati, carnis, & diaboli. Præparantur insuper in escam herbæ omnes afferentes semen, & arbores fructiferę, & habentes in se semen: animantibus uero cæteris omnis uiror herbæ. Dubitat merito hic Augustinus in suo de Genesi contra Manichęos, an possit hæc littera saluari, cum leones, tigrides, elephantes, ursi, simiæ, & huiusmodi aialia diuersa sylueſtria, & habitantia loca deserta, & arenosa nō pascant herbis, sed carnibus: Sic milui, aquilæ accipitres, & aues, quæ uiuūt ex rapina: Vnde q̄uis in libro retractationū conet saluare litterā, tamen alius exquirendus est sensus, ad quem forsitan potius uerba prętendunt. Obseruandū igit est, q̄ cū omnia animalia reducta fuerint in seruitutē hominis, tunc cibus oibus præparat/ denotādo/ q̄ subiugatis passionibus, & deductis oibus in seruitutē rationis, & Christi, tūc habēt in cibum herbā seminiferā, & arborem dantē fructum: quia oia opera in gratia Messiꝫ meritoria, & fructifera sunt: Illis autem, qui bestias uiuunt, datur tantummodo uiror herbæ sylueſtris, nec satiuæ, nec

Paulus

Augu.

seminiferæ: Distingūtur enim cibi in ueritate litteræ, q̄uis nostra traductio habeat, ut sint uobis in escam, & cunctis animātibus terrę, nulla distinctio ne declarata inter cibos hominum, & cibos animalium. Datur etiam pure uiuentibus sub Messiah cibus peculiaris, & reconditus: de quo in Apocalypsi: Qui uicerit, dabo ei mana absconditum, quod nemo sit, nisi qui accipit. Datur quoq; ei hic cibus adhuc uiuēti in hoc mundo simul cū pane illo uiuo, qui de cœlo descendit, donec perueniat ad octauū ipsum, quo in domo Patris simul cū Filio comedamus, & bibamus super mensam eius nouū illud ciboꝝ genus. Si āt rebellis, aut infidus qs efficit Christo, dissentiūt aiales uires ab eo: unde eius cibo nō cōtentę pascunt puro uirore herbarū simul cū pecudibus. Ecce quomodo genus humanū ꝑ curriculū sex ætatū tandē deuenit ad christū, tāq̄ ad uerū sabatū, & quietē, & septimū: per quem reuertitur in octauū illud, a quo recesserat.

Apoca.

Quomodo homo particularis regulate uiuens deuenit in Christum per sex ętates significatas per sex illos dies. Cap. XI.

Chalci. Macro.

OCtum decursum istum quibus ex partibus cōueniat sex curriculis hominum in septimum, difficile perscrutādum uidetur, nisi lux illa collustret, quæ omnē hominem per illas ætates eius, suis radiis uarie, & accōmodate illuminat: Illa itaq; luce perfusi, & hominis curricula cum illis sex diebus ęquare conabimur: Infans enim ex materno utero, ubi in tenebris degit, egrediens in lucem uenire dicitur, ut ipsi q̄optime cōueniat illud, quod dicitur: Fiat, aut sit lux etiam ipsum illuminans. Illud quoq; obseruandum est, ꝙ ætas ipsa filētio trāsit nullum opus celebre peragēs: imo si qd est, diluuio obliuionis cōsumitur: quia omnia illa infantilia deponūtur: & obliuiscuntur pauca familia saluata: quia pauca restant in adolescētibus ex infantia, uis ꝫ femineria & adolescēs uirtus: Quod denotat in capite septenii mutatio dentium, qui robora, & uirtutes hominis significant, ut alibi longo sermone declarauimus. Sequitur secūda ætas post septem annoꝝ curriculum, quo sem- per (ut Chalcidius/ & Macrobius diffuse tradūt) aliqua in homine mutatio fit. In hac itaq; puer solutus ab infantilibus uinculis edoceri incipit doctrinas uarias, & diuinum cultum/ sicut mundus a Noe tūc edoctus fuit: Suscipitq; puer firmamentum diuidens, idest discretionem, qua secernit inter aquas & aquas/ operatiōes videlꝫ rationales ab animalibus: Et quia completur ætas/ & non completur opus aliquod/ sed solūmodo incipitur/ ideo aptissime conuenit cum illo die/ quem sapiens descriptor Moses consummatum ut asserit, sic ait: Et factum est uespere, & mane dies secundus: Sed in eo nullum opus perfici inuit/ cum taceat/ quod de aliis diebus ait: Et uidit Deus ꝙ bonum. Hinc non prēmiatur, nec punitur puer ex opere perpetrato in ista ætate/ cum nulla lege existimetur legitimum, nec a Deo

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

uidetur inter alia opera computari. Neq; ēt inſtetur, q; prima die dictum fuerit/& uidit Deus lucē/q; bona: quia lux non eſt opus noſtrū/ſed a Deo in noſtrū beneficiū/& adiutoriū producta. Et q̄uis etiam dicatur in ſecū/do die factū fuiſſe firmamentū/aut globum cœlorū, non tamen perfectū erat opus: quia nondum ſole, luna, & ſuis ſtellis decoratū. Sequitur tertia ætas/qua adoleſcit homo utriq; germini aptus/corporali/& ſpirituali: Fit enim aptior ad generandū ſecūdum carnem, & etiam ſecundū ſpiritum: quia tunc irrigari incipit doctrina/lege/& ſpiritu, adeo ut tūc aptus reli/gioni, & oneri ſpirituali a ſapiētibus iudicet: unde merito ipſi dici poteſt: Germinet terra, ſcilicet mētis tuæ herbam uirentē, & arborē frugiferā: Et hoc cōgregatis primo aquis uiriū ſuaꝝ ad debitū locum, quæ primo erāt permixtæ, ut nō diſcernerent uirtutes animales a rationalibus: Tūc enim fit melior ſequeſtratio uiriū, & apparet ei, q̄ ſit arida uirtus naturalis ſibi/ipſi dimiſſa. Et uidet hic Deus dupliciter, q; bonū: primo, quia aquæ uiriū cōgregatæ ſunt inſimul: poſtea, quia terra madefacta imbribus ſupercœ/leſtibus producat fructū, ut poſſit dicere cū Propheta: Etenim Dominus dabit benignitatē, & terra noſtra dabit fructū ſuū. Succedit quarta, quæ florentiſſima iuuentus dicit: ubi recte incedēs pfecte illuſtratur in mente, ut ſol: & in intellectu inferiori, uelut luna: Sic. n. docet Plato i Sympoſio, q; intellectus noſter cū diuina luce unitus, & effectus mens dicitur ſol: ſi/biipſi autē derelictus eſt luna: immixtus uero cū paſſionibus aialibus eſt terra producēs inferiores fructus. Poſt iuuentutē aūt ſequitur quinto loco uirilitas, qua homo debet eſſe perfectus uir, & pfectiori uirtute decoratus, & ſapientia, quę aqua ſalutaris in Eccleſiaſtico dicitur: Et quia in ſapiētia producit meliora germina, ideo dicitur, pruducāt aquæ animam uiuentē. pducuntur etiā cete grandia, robuſta v3 opera, & ſtrenua, atq; cōſilia ſoli/diſſima: quę nullos impetus maris primeſcunt. Creſcunt itaq; uiribus, uir/tutibus, operibus, nomine, & fama: ideo dictū eſt exiſtentibus in hac æta/te: Fructificate, & multiplicate, & replete aquas maris. i. cōpletam habea/tis aqueam ſapiētiam, qua liceat uobis per omnes ſinus maris diſcurrere. Sed niſi hæc omnia in Deū dirigat homo, uiuit adhuc aliqualiter beſtiā, ſicuti Salomoni (q̄uis eſſet ſapiētiſſimus) euenit: ideo dicitur, q; facte ſunt beſtiæ, & iumēta, iuxta genus ſuū: Si autē Deo uiuit, ipſi immediate ſuc/cedit ſexta ętas cū ſenectute illa, de qua in Pſalmo dicitur: Exaltabitur, ſi/cut unicornis cornu meū, & ſenectus mea in miſericordia ubez. Mirū im modū, quādo deficere credebatur in ſenectute, exultat ſe accepiſſe rhino/cerontis uires: Et quādo ſterilis putabatur, eam uberrimā fuiſſe iucunda/tur: Quod paucis cōtigiſſe legimus, ut robuſtiores in ſenectute effecti fue/rint. Sunt tamen, qui in ſenectute nō deficiāt a robore uiriū ſpiritualiū, ut de Moſe prouectæ, & maturæ ætatis ſcriptū eſt in calce legis nō ſine my/ſterio,

Dauid

Plato

Eccle.

Pſalm.

ſterio, q; cū eſſet centum & uiginti annoꝝ non ſunt diminuti eius dentes/nec caligauit eius oculus: quia nec in ſpeculatiua, nec in operatiua uirtute uſq; ad extremū defecit. Et in huiuſmodi ſexta ætas/& ſenectus fœliciſſi/

CHRI/STVS. ma eſt: q̄bus noſtra requies ait: Ego uobiſcū ſum uſq; ad conſummationē ſæculi mundani, & ueſtri. Et ſicut mūdus in ultima ętate donatus eſt per/fectionibus chariſmatibus, ſic & humanus mundus gratia ſanitatum/uir/tutum/miraculoꝝ/& omnigenæ perfectionis: quæ potius donatur in uitæ termino/q̄ in principio & medio. Et hi mentē adipiſcunt: quæ ut in pluri/bus ſero aduenit: Qua mente adepta, decorātur etiā pfecta Dei imagine/& ſimilitudine: Vnde reliquū ſibi eſt, ut cōſummāto curſu coronam iuſti/

Paulus tiæ accipiant cū Paulo, qui ait: Non ſolum autē mihi, ſed & his, qui dili/gunt aduentum eius. Et hanc accipiunt in illo ſeptimo/& requie perfecta Chriſto: per quē tandem ueniant ad octauū, unde progreſſi ſunt, conſum/mato curſu, pfectaq; harmonia/& conducto concinno, & ſuauiſſimo dia/paſon. Nec ſine myſterio hæc ſeptima dies, in qua pfecta quieſcere debent omnia/ponitur ſine ueſpere ſuccedente: quia tunc nox non erit ultra, neq; dolor, neq; defectus: ſed quieſcemus in luce perfecta, & perpetua, ſicut ro/

CHRI/STVS. gauit pro nobis ipſa requies noſtra dicēs: Pater/quos dediſti mihi, uolo ut ubi ſum, & illi ſint mecū: & uideant claritatē, quā dediſti mihi ante mūdi conſtitutionē: & ſemper durabit abſq; aliqua tenebraꝝ admixtione: Bene/dixitq; huic ætati ſeptimæ, & requiei, iuxta quod promiſit ſe dicturum in

IDEM ſeptima mundi ætate: Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum uo bis regnum a conſtitutione mundi.

Chriſtus eſt uera requies, & uerum ſabbatum. Cap. XII.

Paulus

CHRI/STVS. Iſaias

CHRI/STVS.

AT ab interpretatione uocabuli exordiamur ſabbatum a שָׁבַת uenit, quod requiem ſignificat: Quæ cum in continuo motu/& peregrinatione uitæ huius haberi non poſſit, ideo inquit Paulus: Feſtinemus ingredi in illam requiem, quæ eſt patria cœleſtis, & uita æterna: & quis eam dabit, audiamus noſtrum Chriſtum: Ego (inquit) ueni, ut uitam habeant, & abundantius habeant: Et iterum: Oues meæ uocem meam audiunt, & ego uitam æternam do eis, & nō pe/ribunt in æternum/nec rapiet eas quiſquā de manu mea: quia requies illa erit æterna/a qua nemo rapi, nemo extrahi poterit. Et erunt (inquit Iſa/ias) in requie opulenta, in tabernaculis fiduciæ: Quibus uerbis & abun/dantia, & ſecuritas denotatur: Et utrūq; dabit noſter Ieſus uera omnium requies ex infinita illa participata eſſentia. Hinc poſtq̄ uitam, & fœlicita/tem promiſit, & hanc æternam, ſubintulit: Pater meus, quod maius eſt omnibus, dedit mihi, eſſentiam v3, ut omnes interpretantur, & obiectum, in quo omnes beari debent: Quod in ipſo litteraꝝ myſterio comprehendi poteſt, ſi quis myſteria ſacraꝝ litteraꝝ deguſtauerit: Nam in hac dictione

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

שבת est כ littera, quæ est sigillũ sũmæ sapientię, qui est Deus Filius: Et est ת ultima littera rationẽ finalem designans ש autem principiũ שבת sabat pro tota dictione accipitur, sicut est tritus modus accipiẽdi apud hebreos quod sabbatum requiem significat. Si totum itaq; texatur, hoc importat: sapientia, uel Deus Filius est finis, & requies: Quæ quantum conueniant Christo, Paulus cum hebreis horum sacramentorum peritis differens de-
ponit: Ingrediamur (inquit) in requiem, qui credidimus: quẽadmodum dixit: Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Superest igitur introire quosdam in illam: sed hi, quibus prius annuntiatum est, non introierunt propter incredulitatem. Et cum perfectis operibus ab institu-
tione mundi dictum sit: Et requieuit Deus die septimo ab omnibus operi-
bus suis: Et hic rursum, si introibunt in requiem meam, & determinat diẽ quendam dicendo hodie, in Dauid vȝ post tantũ temporis: Ait enim Ho-
die si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra: Nam si eis Iesus requiem præstitisset, nunq̃ de alia loqueretur: Hac die itaq; relinquitur Ie-
sus sabbatissimus populo Dei, qui ingressi sunt, aut ingrediẽtur in requiẽ eius: in qua ipse quiescit, sicut Deus ab operibus suis: Festinemus ergo in-
gredi in illam requiem. Ecce q̃ clare, q̃ lympide testatur, & probat Apos-
tolus Christum esse nostram requiem: Quem longo sermone sequitur Augu-
stinus contra Manichęos: In Christo enim tanta requiescit plenitudo di-
uinitatis / ut omnia, quæ in antiqua lege diuersissimis rationibus partita uidebãtur, multigenis sacrificiis, q̃plurimis p̃ceptis, inexplicabilibus cæri-
moniis, hoc unico tantũ absoluuntur fine Christo Iesu: qui (ut idem Apo-
stolus docet) est author, & consũmator fidei: & in quo omnia consumma-
ri, & quiescere debent: In hoc ætates, & tempora complentur, & claudun-
tur: In hoc laborãtes omnes quiescũt: Et (ut audacter loquar) in hoc quie-
uit & ipse Deus, cum omnia in ipsum direxerit. Nec enim uideo, quę alia quies in Deo esse debeat: Fatigatus ne erat, aut lassus opifex summus, ut quiescendo refrigerium caperet? Quomodo iterum quieuit, cum dicat Fi-
lius? Pater meus usq; modo operat, & ego operor: Si illucusq; ambo opa-
bantur, quomodo quieuerat Deus? An forte filius, & Pater non erant iste Deus, qui mundum creauerat? Sed Iohannes inquit: Omnia per uerbum facta sunt: Quod uerbum factum est caro, & habitauit in nobis/& illa ea-
dem loquebatur. Et q̃uis Moses dicat/quieuit/Et Christus dicat/usq; mo-
do operatur/non est Christus cõtra Mosem, nec Moses contra Christum: Immo pro Christo/& cũ Mose Christus, qui ait: Est qui accusat uos Mo-
ses: Ille enim scripsit de me. Videamus igitur quid noster Moses de Chri-
sto scribat: Quod quidem faciemus/dummodo a nobis per ipsum aufera-
tur uelamen, & reueletur facies, unde hoc primum cognoscere possimus/ q; Deũ nunq̃ pœnituit, qui omnia nouerat, anteq̃ fierent. Nec ingemiscit

Paulus

CHRI-
STVS.

Augu.

Paulus

CHRI-
STVS.
Iohan.

Moses

Spiritus/qui paraclitus/& consolator aliorũ dicitur: Nec ignorauit diem aliquem, uel horã ille/qui est in sinu Patris omnia eius secreta cognoscens: & etiam omnia/quæ sunt recluſa in homine: Sed seruauit scriptura con-
suetum modum loquendi, quo nos in quotidianis sermonibus utimur: Di-
cimus enim lætũ diem, quia nos lætos facit: politam linguam/quia uerba polita proferat, quietum tempus, in quo nos quieti sumus: & multa huius-
modi. Sic intelligitur illud Apostoli/q; spiritus interpellat pro nobis gemi-
tibus inenarrabilibus/quia nos reducit ad cor, & compunctionem, qua cum gemitibus ueniã postulamus. Sic & illud Saluatoris/ De die illo, aut hora nemo scit/neq; Filius/qui est in sinu Patris/ut scire vȝ faciat discipu-
los/ inquit Augustinus. Similiter quando dicitur/ Pœnituit me/ hoc ideo quia punire uolebat malos: qua castigatione faciebat eos pœnitere/ q̃uis pœnitentia fuerit ipsis infructuosa. Pari modo & quieuisse dicendum est, idest præstitisse finem/qui Christus est: in quo quiescere, & pausare debe-
mus: Quod q̃mirabili/& occulto modo tetigerit/& scripserit Moses in illa enarratione mundanę fabricæ/Deo fauente/suo loco declarabimus. Hinc ipse Christus, & uerum sabbatum ait: Venite ad me omnes/qui laboratis, & onerati estis/& ego reficiam uos: & inuenietis requiem aiabus uestris.

Augu.

CHRI-
STVS.

Cur cõpletis operibus quinq; dierum dictum sit/ Vidit Deus q; bonũ: sed cõpleto ope sexti dictũ sit/Et erãt ualde bona. Cap. XIII.

NOn sine industria (ut cum Augustino conueniam) dictum est in sexto die: Vidit Deus cuncta/quæ fecerat, & erant ual-
de bona: quia si unaquæq; res habet in genere suo mensuras proprias/numeros/& ordines, q̃to magis omnia simul, & uni uersitas ipsa/quæ istis singulis in unum collectis completur? Omnis enim pulchritudo multo laudabilior est in toto/q̃ in parte: Nam maior pulchri-
tudo est totius corporis/q̃ nasi/aut oris/uel genarum: Et pulchrior est ser-
mo compositus ex dictionibus, & clausulis suis, q̃ sint ipsa uerba, aut par-
ticulares sententiæ: Iucũdiorq; est cantus ex omnibus uocibus, & conso-
nantia multorum/q̃ unius tantummodo, quamuis sonoræ uocis. Sic mũ-
di uniuersitas pulchrior, meliorq; est, q̃ ipsius partes, & membra: ideo com-
pleta fabrica dictum est, q; omnia erant ualde bona, perfecta vȝ in suo to-
to. Pulcher quidẽ hic sensus, sed pulchrior (ni fallor) interpretatio in pul-
cherrimo Iesu: si uera docent sapientes, q; tantum res sunt, tantum bonæ, tantum deniq; pulchræ, ut addunt Academici/ q̃to magis summum ens, summum bonum, summũq; pulchrum, a quo omnia pulchra, participãt.

Augu.

Acade.

Theolo.

Hinc dixere Theologi nostri naturam humanam perfectiorem esse post lapsum, q̃ antea: quia Christo Deo unita, tanq̃ regio monili ornata est: di-
uinoq; stemmate, & prosapia decora ex ipsius in ipso Christo regeneratio-
ne, & maiori communione cũ Deo. Cum igitur tantum unũquodq; pul-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

chrius, & melius sit, quanto magis de summo pulchro, & summo bono Deo participat, ea, quæ in Christo pulcherrimo & optimo omnium productorum conueniunt, pulchriora, & meliora sunt: Ideo Christo, qui præ destinatus est secundum Apostolum filius Dei, in uirtute producto sexto die primo omnium creaturarum, & collocato in capite æterni uoluminis, ut sapientes nonnulli docent, & reductis omnibus in ditionem eius, recensitisq; omnibus in eo, in quo complacuit summo Patri omnem plenitudinem inhabitare facere, tunc omnia meliori gradu pulchrefacta, & meliora effecta sunt, frugiferaq; in eo, cui Pater omnia dedit: & in quo si quis nõ manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet: & in ignem mittetur, & ardet. Sic etiam & sacrificium, & sacerdotiũ, & omnia, quæ ad sacra pertinent, susceperunt in eo suæ bonitatis incrementa, dicẽte Paulo, Christus assistens pontifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius/Et longa procedit disceptatione cum hebreis, & romanis, demonstrans, q; lex, sacerdotium, & sacrificia perfectiora effecta sunt in Christo incremẽta meliora susciptentia: In ipso enim perficiuntur, magnificantur, & exaltantur omnia, ut sine mysterio non dixerit: Cum exaltatus fuero a terra, omnia trahã ad meipsum, & ipsa quoq; exaltando. Qui uult ergo perfici, & exaltari, ipsi adhæreat, & seruiat: q ait: Si qs mihi ministrauerit, honorificabit eũ Pr̃ meus, qui in cœlis est: qa ubi sum ego, illic & minister meus erit.

Paulus

Idem

CHRISTVS.

IDEM

Consummatur perfectum diapason in octonario. Cap. XIIII.

SEd ad octauum/& uerum diapason peruenire cupimus/oportet qdẽ, ut ad intima penetralia ingrediamur: Tunc enim ad octauum peruenimus/ quando ad ipsum Deum/a quo processimus, reuertimur: ut dicere possimus cum Christo: Exiui a Patre, & ueni in mundum: iterum relinquo mundum, & uado ad Patrẽ: Nam & nos ab eodem parente exiuimus in hunc mundum ingressi, ut in eundem reuerteremur per sex dies, aut per sex ætates, uel progressus: post quos dabitur quies, iuxta illud Apocalypsis: Beati mortui: qui in Domino moriuntur, morte ỹ iustorum, amodo iam dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis, in Christo scilicet, cui uiuunt mortui mũdo. Post quã quietem (mira quippe res) sequitur operatio ipsa quiete fœlicior, multum tamen distans a primæua operatione, immo quasi ipsi opposita: Prior enim exitum a Deo concernit in Christum, in quo pficimur, & quiescimus: hæc autem reditum cum Christo in Deum, & unionem per ipsum cum Patre. Accommodate quidem inter istos duos motus oppositos eo modo, quo diximus, datur quies media: quã docent naturales repperiri inter quoscũq; duos motus contrarios: Sunt enim motiones contrariæ exitus, & reditus: sunt & cõtrariæ operationes illaꝝ: quia altera laboriosa quietẽ expectans, altera nullam quietem appetit, nec offendit terminum: cum illa operatio,

CHRISTVS.

Apoca.

& continuus ingressus in Deum sit ipsa quies, & uoluptas summa, ultra quam alia non datur: Et hoc secundum genus operationis facit binarium non illum materialem infaustum, sed faustissimum, & uerũ diapason consistens in proportione dupla/cum septem tamen interuallis, & octo limitibus. Et cum per quietem habitam in Christo, & per Christum deueneri/mus ad hanc supremam operationem, non est nobis amplius requiei dies septima, & sabbatum celebrandum: sed dies ille, in quo succedit melior operatio, q̃ prima, quæ eodem die a principio effecta est. Egressus enim omnium creaturarum a Deo, & operatio ipsius Dei in creaturas eas explicando cœpit primo die, & regressus in eundem Deum per resurrectionem, & stabilem unionem eodem die exordium sumpsit, qui idcirco dominicus, uel dominica dies dicitur: ideo ipsum sabbatũ, & septimus/& quietis dies in hanc octauam/& dominicam diem celebriorem quidem festiuitatem mysterio, atq; arcano profundissimo commutata est. Cessant igitur merito in nobis/quibus per ueram requiem Christum datur regressus in Deum/omnes sabbatariæ festiuitates ab antiquis celebratæ: qui expectabant uenire in sabbatum, per quod solum datur regressus in octauam, ut ipsemet ait: Sine me nihil potestis facere: Et iterum: Nemo inerat nisi per me: Et quia Hebrei hoc sabbatum/quod iam uenit suscipere nolunt, nec per ipsum intrare curant/ideo nõ possunt deuenire ad octauam, ad quam deuenimus solummodo per sabbatum Christum/qui iterum ait: Per me siquis non introierit, ille fur est & latro: Per me autem siquis intrauerit, ad octauam ỹ/ingredietur ad penetralia diuina/& egredietur ad uestibula rerum creataꝝ non ipsis seruiens, sed per ipsas laudans opificem: & utrobiq; pascua inueniet. In quo symposio suauissimo persentiet illum concentum gloriæ, qua Seraphini (ut Isaias uidit) cõcinebant plenum esse cœlum/& terram/creatorem, & creaturam, opificem, & opus ex amore, & correspondentia mutua ad inuicem.

CHRISTVS.

IDEM

Quod cœli in sua reuolutiõe diapason pfecte cõducãt. Cap. XV.

DVo sunt in diapason consideranda: Alterum, semper ad eundem tonum a quo recedit reuertitur: Alterum, q̃ non est ille tonus eiusdem clauis & naturæ: Fit enim a sol in sol/uel a re in re, ut musicis terminis utamur, & huiusmodi, ut patet: sed unum est de ♮ graui, Alterum de ♮ acuto, sicut habent in usu nouitiores musici: Vel (ut græcos sequamur) unũ est a proslambomenos, quæ adiecta dicitur, quia post omnes inuenta: altera est in mese, quam nos mediam dicimus: Et ab hac usq; ad nete hyperboleon, idest ultimam excellentiã est alterum diapason: Et eodem ordine in aliis terminis reperit̃: in quibus est aliqualis identitas, uel conuentio cum differentia tamen: quia sunt diuersæ claues, & acutior tonus alius q̃ alius, sed in natura summopere cor-

Musici Græci

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

respondentes: Sic & cœli suo circuitu quotidiano semper omnes ad eun/dem locum redeunt, a quo per punctū circuitus recesserant: non est tamen eadem reuolutio/neq; illius diei/gradus/uel minuti: quia quodlibet cœlum aut planeta mutat gradum quouis die, uel saltem minutū, ut Mars, Iupi/ter, & Saturnus: qui non prætergrediuntur gradū quolibet die, sed minu/ta aliqua: Cœlum autem stelliferū & si (ut opinantur multi) aliquali spatio mouetur a loco suo, complet & ipsum reuolutionem suam quolibet die re diens ad eundem locum per punctum, a quo recesserat: Qui omnes cœli istis suis reuolutionibus non tantū signant, sed fauent, ut omnia, in quibus influunt, hunc motum circularem sequantur, & ad id redeant/a quo pro/cesserant: Alia quidem per corruptionem ad terram, uel materiam, ex qua compacta sunt: alia uero incorruptibilia per sequestrationem ab hac cras/sa materia reuertuntur ad illud principium, a quo emanarunt, sub alia ta/men ratione: Processerunt enim ab eo, inquantū principium est, & tendūt in eundem in eo, q̄ finis est: Idem tamē Deus est principium & terminus. Reuolutionem quoq; suam diurnam faciunt omnes in .24. horis: quæ tres octauas, aut octonarios reddunt: qui ad inuicem comparati dant propor tionem triplam: Nam .24. ter octo continet: Et hæc proportio constituit diapason, & diapente: ut etiā circuitus cœlorū concinnus sit, sicut & ipsorū distātia, & correspondentia motuum eorūdem ad inuicem.

De concentu cœlorū tā ex distantia, q̄ ex cōsonātia motuū. Cap. XVI.

Censo. Plinius Eratost.

COelos esse consonantissimos non tantum ex motu, sed ex di/stantia, & cōuentione adinuicem omnis ferè antiquitas atte/statur. Censorinus, Plinius, & Eratostenes distātias cœlorum ex officina pythagorea assignantes colligunt terræ circuitū esse stadiorum ducentorum & quinquaginta duorum millium: Et quot stadia in terra sunt, tot in singulis esse stellis adiudicarunt, q̄uis diuersarū dicantur magnitudinum: Sed hanc, ut minus opportunam controuersiā dimittentes dicimus, stadia hęc esse italica centum & uiginti quinq; pedū, non olympica, quæ sunt pedum sexcentorū: nec pythica, quæ sunt pedum millenorū. A terra igitur ad Lunam sunt stadiorum centum & uiginti sex millia, & faciunt toni interuallum: A Luna aūt ad Mercurii stellam, quæ stilbon uocatur, dimidium eius, ueluti semitonium: Hinc ad phosphoron, quæ est Veneris stella, ferè tantūdem, hoc est aliud semitonium: Inde por/ro ad solem triplum, quasi tonum & dimidium/quod uocatur diapente: A Luna autem duplum cū dimidio/quod est diatessaron: A Sole uero ad stellam Martis/cui nomen pyrois/tantūdem interualli esse/quātū a terra ad Lunam / idq; tonum facere: Hinc ad Iouis stellam, quæ phaeton ap/pellatur/ dimidium eius / quod facit hemitonium: Tantūdem a Ioue ad Saturnum, cui phanum nomen est, inde aliud semitonium: Hinc uero ad

summum cœlum, ubi signa sunt, itidem semitoniū: Itaq; ab ipso cœlo ad solem diastema esse diatessaron duorum tonorum cum dimidio: Ad terræ autem summitatem ab eodem cœlo tonos esse sex / in quibus fit diapason symphonia/ut tota cœli machina enharmonium quoddā sit consonantissi/mis distantiis distinctum, & concinnis numeris colligatum. Concentum

Pytha. igitur cœlorum suauissimū, & quos allegauimus/ authores, & Pythagorei

Plato omnes esse affirmant non tantū in distantia/ sed etiam in motu eo; consonantissimū. Plato autem ad conducendū modulamē hoc singulis orbibus singulas sirenas insidere dixit significās (ut quidam de eius familia decla/rat) sphęraq; motus cantus numinibus exhibere. Hunc eundem concentū

Procu. asserūt quotquot eius doctrinā profitentur, Proculus potissime in Craty/

Chalci. lo, & in Rep. & simul cū Chalcidio in Timœo. Ptolomęus autem cœlestiū

Ptole. trutinator præcipuus in suo de harmonia inquit: Sol/& Luna primi gene/seos, & uitæ nostræ moderatores certis numeris sonoris cum aliis non trā/ in motu, sed ēt in effectu conueniūt. Et qa Iupiter omnibus numeris fœ/licibus Soli, pluribus aūt Lunæ associat̄/ Venus uero omnibus Lunæ/plu/ribus uero Soli cōiungit̄/ideo Iouē primum bonoq; datorem, deinde Ve/

Cicero nerem decernit animæ/& corporis: Cui adstipulatur Cicero in suo de na/ra deoq; dicens: Cœloq; tantus est cōcentus ex dissimilibus motibus/ ut cū summa Saturnus refrigeret/his interiecta Iouis stella illustrat / & tēperat: Multaq; prosequit̄ de cōuenientia non tantū uirtutis qualitatiuæ, sed ope/rationum eoq; cōsonantium ad mundi incolumitatem, rerumq; saltem per

Boetius Macro. Alber. Stoici Isahac successionem augmentū, uel statum. Omitto etiam/ quæ Boetius in pro/œmio arithmeticæ/ Macrobrius in primo de somnio Scipionis, Albertus in sex principia Porphyrii, & Stoici (teste Isahac in libro de diffinitioni/bus) tradunt. Sed potissime subticeo/ quanto mysterio in scriptura sacra hebraica/& propria lingua scripta accētus sup singulas syllabas motū/cō/centumq; cœloq; resignent/quæ quanto profundiora sunt sacramenta/ tā/to magis uulgaribus occlusa. Pertrāseo quoq; ea, quę nouitiores hic diffu/se senserint distinguētes Cantica in tria genera sensuale, intellectuale, & di/uinū: Ad quoq; medium pertinet cœlestis concentus/qui non sensu, sed in/tellectu/& ratione percipitur. Nec grauiores uiros offendam, si adduxero ea/quæ coæui nostri persenserunt, & comprobarūt, attestatiq; sunt de pla/netaq;/& cœloq; modulationibus ex motibus suis magnis, & super epici/clos ;puenientibus, adeo ut omnis, qui hic exercetur cōcentus/horridus q/dā strepitus i illius cōparatiōe iudicari debeat/si cōparatio dari potest in/ter ea, quæ his crassioribus, & ea, quæ melioribus sensibus percipiunt̄. Et hinc cū admitatione fidem præbui, quia illi mathematicaq; rerum ignari tā docte ea, quæ diuina luce prospexerāt, exponebant, q̄ nec peritissimi in illis disciplinis, nulli dubiū, loquerētur. Nec miq; si ordinatissimæ mentes,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

respondentes: Sic & cœli suo circuitu quotidiano semper omnes ad eun/dem locum redeunt, a quo per punctũ circuitus recesserant: non est tamen eadem reuolutio/neq; illius dici/gradus/uel minuti: quia quodlibet cœlum aut planeta mutat gradum quouis die, uel saltem minutũ, ut Mars, Iupi/ter, & Saturnus: qui non prætergrediuntur gradũ quolibet die, sed minu/ta aliqua: Cœlum autem stellifer & si (ut opinantur multi) aliquali spatio mouetur a loco suo, complet & ipsum reuolutionem suam quolibet die re diens ad eundem locum per punctum, a quo recesserat: Qui omnes cœli istis suis reuolutionibus non tantũ signant, sed fauent, ut omnia, in quibus influunt, hunc motum circularem sequantur, & ad id redeant/a quo pro/cesserant: Alia quidem per corruptionem ad terram, uel materiam, ex qua compacta sunt: alia uero incorruptibilia per sequestrationem ab hac cras/sa materia reuertuntur ad illud principium, a quo emanarunt, sub alia ta/men ratione: Processerunt enim ab eo, inquantũ principium est, & tendũt in eundem in eo, q; finis est: Idem tamẽ Deus est principium & terminus. Reuolutionem quoq; suam diurnam faciunt omnes in .24. horis: quæ tres octauas, aut octonarios reddunt: qui ad inuicem comparati dant propor tionem triplam: Nam .24. ter octo continet: Et hæc proportio constituit diapason, & diapente: ut etiã circuitus cœlorũ concinnus sit, sicut & ipsorũ distãtia, & correspondentia motuum eorũdem ad inuicem.

De concentu cœlorũ tã ex distantia, q̃ ex cõsonãtia motuũ. Cap. XVI.

CŒlos esse consonantissimos non tantum ex motu, sed ex di/stantia, & cõuentione adinuicem omnis ferè antiquitas atte/statur. Censorinus, Plinius, & Eratostenes distãtias cœlorum ex officina pythagorea assignantes colligunt terræ circuitũ esse stadiorum ducentorum & quinquaginta duorum millium: Et quot stadia in terra sunt, tot in singulis esse stellis adiudicarunt, q̃uis diuersarũ dicantur magnitudinum: Sed hanc, ut minus opportunam controuersiã dimittentes dicimus, stadia hęc esse italica centum & uiginti quinq; pedũ, non olympica, quæ sunt pedum sexcentorũ: nec pythica, quæ sunt pedum millenorũ. A terra igitur ad Lunam sunt stadiorum centum & uiginti sex millia, & faciunt toni interuallum: A Luna aũt ad Mercurii stellam, quæ stilbon uocatur, dimidium eius, ueluti semitonium: Hinc ad phosphoron, quæ est Veneris stella, ferè tantũdem, hoc est aliud semitonium: Inde por/ro ad solem triplum, quasi tonum & dimidium/quod uocatur diapente: A Luna autem duplum cũ dimidio/quod est diatessaron: A Sole uero ad stellam Martis/cui nomen pyrois/tantũdem interualli esse/quãtũ a terra ad Lunam / idq; tonum facere: Hinc ad Iouis stellam, quæ phaeton ap/pellatur/ dimidium eius / quod facit hemitonium: Tantũdem a Ioue ad Saturnum, cui phanum nomen est, inde aliud semitonium: Hinc uero ad

Censo. Plinius Eratost.

summum cœlum, ubi signa sunt, itidem semitoniũ: Itaq; ab ipso cœlo ad solem diastema esse diatessaron duorum tonorum cum dimidio: Ad terræ autem summitatem ab eodem cœlo tonos esse sex / in quibus fit diapason symphonia/ut tota cœli machina enharmonium quoddã sit consonantissi/mis distantiis distinctum, & concinnis numeris colligatum. Concentum

Pytha. igitur cœlorum suauissimũ, & quos allegauimus/ authores, & Pythagorei

Plato omnes esse affirmant non tantũ in distantia/ sed etiam in motu eorũ conso/nantissimũ. Plato autem ad conducendũ modulamẽ hoc singulis orbibus singulas sirenas insidere dixit significãs (ut quidam de eius familia decla/rat) sphęras; motus cantus numinibus exhibere. Hunc eundem concentũ

Procu. asserũt quotquot eius doctrinã profitentur, Proculus potissime in Craty/

Chalci. lo, & in Rep. & simul cũ Chalcidio in Timæo. Ptolomęus autem cœlestiũ

Ptole. trutinator præcipuus in suo de harmonia inquit: Sol/& Luna primi gene/ses, & uitæ nostræ moderatores certis numeris sonoris cum aliis non tm̃ in motu, sed ẽt in effectu conueniũt. Et qa Iupiter omnibus numeris fœ/licibus Soli, pluribus aũt Lunæ associat/ Venus uero omnibus Lunæ/plu/ribus uero Soli cõiungit/ideo Iouẽ primum bonorũ datorem, deinde Ve/

Cicero nerem decernit animæ/& corporis: Cui adstipulatur Cicero in suo de na/ra deorũ dicens: Cœlorũ tantus est cõcentus ex dissimilibus motibus/ ut cũ summa Saturnus refrigeret/his interiecta Iouis stella illustrat / & tẽperat: Multaq; prosequit de cõuenientia non tantũ uirtutis qualitatiuæ, sed ope/rationum eorũ cõsonantium ad mundi incolumitatem, rerumq; saltem per

Boetius Macro. Alber. Stoici Isahac succession augmentũ, uel statum. Omitto etiam/ quæ Boetius in pro/œmio arithmeticæ/ Macrobrius in primo de somnio Scipionis, Albertus in sex principia Porphyrii, & Stoici (teste Isahac in libro de diffinitioni/bus) tradunt. Sed potissime subticeo/ quanto mysterio in scriptura sacra hebraica/& propria lingua scripta accẽtus sup singulas syllabas motũ/cõ/centumq; cœlorũ resignent/quæ quanto profundiora sunt sacramenta/ tã/to magis uulgaribus occlusa. Pertrãseo quoq; ea, quę nouitiores hic diffu/se senserint distinguẽtes Cantica in tria genera sensuale, intellectuale, & di/uinũ: Ad quorũ medium pertinet cœlestis concentus/qui non sensu, sed in/tellectu/& ratione percipitur. Nec grauiores uiros offendam, si adduxero ea/quæ coæui nostri persenserunt, & comprobarũt, attestatiq; sunt de pla/netarũ/& cœlorũ modulationibus ex motibus suis magnis, & super epici/clos ꝓuenientibus, adeo ut omnis, qui hic exercetur cõcentus/horridus q/dã strepitus i illius cõparatiõe iudicari debeat/si cõparatio dari potest in/ter ea, quæ his crassioribus, & ea, quæ melioribus sensibus percipiunt. Et hinc cũ admitatione fidem præbui, quia illi mathematicarũ rerum ignari tã docte ea, quæ diuina luce prospexerãt, exponebant, q̃ nec peritissimi in illis disciplinis, nulli dubiũ, loquerẽtur. Nec mirũ si ordinatissimæ mentes,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

& opifici conformes uident,& ſpeculantur ea,quæ ab eodē ordinatiſſima proceſſeru nt:Hinc Paulus ad tertium cœlū,& ad ubera excælſa,quæ ſolebant lactere prophetæ,ſubuectus,quāto ordine ſummus omnium moderator cuncta membra ſui mundani inſtrumenti coaptauerit proſpiciēs/ dixit:Omnia quę ſunt,a Deo ordinata ſunt:ne vȝ inordinata & confuſione plena facile diſſoluerentur. Paulus

De cōſonāti fœcūditate in ſeptenario numero planetaȝ. Cap. XVII.

Mirū quippe uidetur,q; planetę/per quos omnibus rebus ſubminiſtrat fœcūditas,diſtributi ſint numero ſeptenario/qui a peritis in formali arithmetica,& potiſſime a Pythagoreis dicitur numerus infœcūdus,eo q; infra denariū nec numerum generat/nec ab aliquo numero generat:unde dicit ſterilis,& inde infœlix cenſetur,& infauſtus.Siqs tamē recta trutina hūc numerū librauerit,nan eiſcetur illum fœcundū,& fauſtiſſimū:Generat enim ex primo pari quaternario,tāq; ex fœmina:& ex primo impari ternario,tāq; ex maſculo:unde omnis fœcunditas,ultra quā alia non datur. Hinc poſtq; deuenitur ad ſeptenariū,ulterior non fit ꝓgreſſus,ſed mutatio aliqua ſemp in melius uſq; ad debitū incrementū.De quibus mutationibus/quæ in homine fiunt per omnem ſeptenariū,ampliſſime ſcribūt Chalcidius,Macrobius,Galenus, & alii:Quod cōprobatiſſimū eſt in mundi fabrica,in qua cū deuenit opifex ad ſeptenariū,quieuit ulterius non progrediens,ſed relinquens fabrefactis omnibus,ut per ſua ſeptenaria curricula & ipſa producerent.Hinc nō erat neceſſe ipm ex partibus aliquotis cōponi, ut pareret:qa ex primo numero maſculino,& fœminino perfectā hauſerat fœcunditatem:Sterilis tamen dicitur a Mathematicis,quia nō parit numerū infra limites denariinec paritur a partibus aliquotis:Sed a ſecretioribus ſapiētibus fœcundiſſimus exiſtimat:cū ex ui fœminea,& maſculea, quā cōtinet,det rebus fœcunditatē,& fructus.Planetæ igitur,atq; ſigna præſtāt rebus inferioribus fœcunditatem ex numero duodeno,& ſepteno:quoȝ utercq; ex primo pari,& primo impari, tāq; ex maſculino,& fœminino cōponit/ ſed diuerſimode,ut ſtatim dicemus: Et hinc quilibet planeta, & unūquodq; ſignū maſculeā,uel fœmineam naturam ſapit:ſed Mercurius utramq;.Perfecta autē fœcunditate in ipſo ſeptenario fit quies perfecta: Continet.n.hic numerus ſenariū primo perfectum,in quo facta ſunt omnia,& ſeptimū diē quietis,qui conuenit cum utroq; Saturno,cœleſti.ſ.& ſupramundano:& ab utroq; ſabbatum nō infœcundū, ſed terminus eſt præcedētis curriculi: poſt quē immediate alius ſequitur,in quo iteȝ fiunt operationes.Et hunc ſeptenarium continens perfectiſſime Chriſtus uerū ſabbatum noſtrū nos (ut diximus)ad octauū introducit.Hinc non modico ſacramento Iohānes Spiritu ſubuectus uidit ſeptem candelabra aurea/ſeptem vȝ planetas/ Pytha. Chalci. Macro. Galenus Iohan. Iohan.

& oēm ſeptenariā uim:& in medio ſimilē Filio hominis ueſtitū podere.i. talari ueſtimēto oia cooperiente uſq; ad talos,denotans,q; ipſe oia peccata nra,ignominiā,& nuditatē cooperuit:& pfecit opus,& cōplectitur ipſum uſq; ad extremū:& dat oībus in medio exiſtēs genituraē,& fructum,tā in prima reȝ genitura,q̄ in ipſaȝ regeneratiōe.Hinc declarās ſe illā pfeciſſe, deducto ope ad calcē/clamauit:Cōſummatū eſt.Eſt igit ſeptenarius fœcūdiſſimus in rebus,q̄uis in ipſis numeris ſterilis,& infœcūdus uideat.

De harmonica conuenientia ſeptenarii planetarum cū duodenis ſignis. Cap. XVIII.

Et quāuis diſcrepātia uideat in numeris planetaȝ,& ſignoȝ, maxima tñ cōueniētia eſt in radice utriuſq;, quæ eſt quaternarius,& ternarius:Qui ſi iungantur ſeptenariū conſtituūt: Si uero alter p alteȝ quadrē dicēdo/Ter quatuor,aut quater tria/reddūt duodecim.Cōueniūt inſup planetę cū ſignis in uirtutibus qualitatiuis,& elemēturibus,& melioribus uiribus,uñ qlibet planetaȝ habet in aliquo ſigno ſuum domicilium:& in aliquo ſuā exaltationē a quolibet illoȝ aliquā uim,& fomentū ſuſcipiens. Nec minorē conuenientiam habent ſeptem intelligentiæ præſidentes planetis cū illis duodenis mentibus:qui ſignis duodecim præſunt.De quoȝ quibuſlibet Iohānes meminit in Apocalypſi,in cuius fronte ait:Et a ſeptem ſpiritibus,qui in conſpectu throni Dei ſunt:quos repperi pręſidere etiā planetis.In calce autem uoluminis,ubi ciuitatis ſupernæ fabricā deſcribit,teſtatur,q; in duodecim portis eius erāt duodecim Angeli:Et idcirco ipſoȝ Angeloȝ,planetaȝ,& ſignoȝ conuenientiā tetigimus:ut intelligatur quanta cōſonantia & miniſtri,& inſtrumenta Opificis conducant nos in eundem.Sed & ſigna ipſa effecta,& dicta ſunt portæ ſupnæ ciuitatis,illę forſitan duodenæ,de qbus ibidē ſcribit Iohānes.Quō aūt hæc ſigna ſint portę ſupnę ciuitatis aliqualiter tāgit Plato dicēs/q; Cācer eſt porta p quā deſcēdit anima ad corpus: & Capricornus porta, per quā iteȝ conſcendit in Deū:Hinc illam hominum,hāc uero deoȝ portā dixere. Sed ſi duodecim ſunt portæ (ut Iohānes perhibet) æquatæ cū duodecim ſignis/aut illa ſignantibus,quodlibet illoȝ ſignoȝ dicetur porta,ſed quomodo,breuiter ꝓcurremus.Eſt.n.porta Aries,& Taurus,qui offerunt pro peccato,ſine cuius purgatione illuc nemo intrare poteſt. Hinc deuenitur ad Geminos charitatis actus,Dei.ſ.& proximi:Quæ bina charitas roboratur in brachiis fortiſſimis Cancri,qui bus homo cōplectitur omne obiectū diligibile:Poſtea mirūimmodū effi citur ualidiſſima in Leone aialiū potentiſſimo:Quo deueniens homo debilitat ſuum animal in ſeruiturē id redigens, ſterileq; reddit per Virginē: Sed in Libra pōderat utriuſq; uires,& actiones recogitans quotidie,quæ ſunt maiora,& ualidiora opera,aut ſecundū ſpiritum,aut ſecundū carnē. Plato Iohan.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Venit postea ad fœlicem scorpionẽ, de quo supra diximus: qui mordeat cauda, ideſt fine omnia opera mala, ſicut myſtice præceptum fuiſſe legimus Moſi: ut ſerpentem, & ſuggeſtorem malorum operum apprehenderet per caudam: Videnſq; quanta ſit ſerpentis malitia, arrepto arcu, & ſagitta feriat illum per Sagittarium: Venietq; ad Capricornũ Saturni domicilium Deo uacans per contemplationem, mente intuens cœlum figuratum per pelles caprarum, ex quibus fieri iuſſum fuit coopertorium tabernaculi: Et inde pergat ad aquas illas, quæ ſupra cœlos ſunt, quarum porta eſt Aquarius cœleſtis: Nam per aquas eleemoſinę, & miſericordiæ, quæ opera cœleſtia ſunt, deuenitur ad aquas diuinæ gratiæ, pietatis, & ſapientiæ: Et tandem applicabimus ad piſces, qui in eiſdẽ aquis nutriuntur, denotatos per piſces, quos comedit Chriſtus iam in meliorem ſortem per reſurrectionẽ mutatus: qui ſimul cũ uitulo & aue (ut docetur in Theologia hebreoꝝ) parantur in cõuiuiũ pro iuſtis. Hæc pauca perſtricta ſint ex multis, quæ poſſemus dicere de iſtis portis ſupernæ ciuitatis, & de inducentibus, & attrahentibus nos in eas: ut ex iſtis paucis intelligamus, ꝙ omnia inducũt nos in Deum, Angeli, cœli, planetæ, ſigna, & quicquid ex ſupernis eſt: ſed potiſſime ratio, & conditio hominis, in quo coaceruantur, & concluduntur omnia memorata. The.he.

De uera cœlorum harmonia, quã aliqui non intelligentes falsò negant. Caput XIX.

SVnt uiri grauiſſimæ authoritatis, qui modulamẽta cœleſtiũ orbium ridicula penitus exiſtiment: eo ꝙ nõ auditur ille ſonus, nec ſenſu aliquo percipitur, nullatenus ſibiipſis pſuadentes, quomodo ex triplici motu illo uelociſſimo in aere ſpiſſo, uel igne non reſonet cœleſtis chorus, aut concentus non audiatur. Hinc abſtulerunt ſimul cũ Pythagora concinniũ a motu naturali: & cõtra Pythagoreos omnes, & Academicos a motu uiolento, & diurno adhærentes in hoc ſuo Ariſtoteli huius harmoniæ inimico præcipuo. Sed ne in ſupremis ſpeculatoribus huius uniuerſi cõſonantiſſimi diſcrepãtia ſit, atq; diſſidium, facile eos cõuenire faciemus attẽdentes ad id, in quo diſſident. Negant Peripatetici uocalem ſonum his ſenſibilibus auribus perceptibilem: hoc ſibi damus. Tranſeunt Academici: & Pythagorei a numero uocali ad naturalẽ, uel formalem, & in intimo rationis ſenſu pedes, numeroſq; uniuerſi digerunt: & uocalem harmoniã prurientem auribus tympano, lyra, organo, & humanis uocibus relinquẽtes, meliorẽ, quæ eſt in numeris, quibus opifex uniuerſum diſpoſuit, aſſumpſerũt. Quod clare exprimit Plotinus, quãdo nos docet redire in Deum per muſicã dicens: Quamobrẽ poſt ſenſibiles huiuſmodi ſonos, numeros, & figuras ſic ducere hũc oportet, ut materiã, in qua ſunt proportiones ſenſibiles, & earum comparationes ſe- Peripa. Acade. Pytha. Plotin⁹

paret: atq; pulchritudinem, conſonantiam v3 formalem, quæ in his eſt, reducatur. Præterea addiſcat ea, ad quæ mirabundus uehementer afficitur, non eſſe ipſum pulchrum, in quo tendimus: A deo, ꝙ illud non eſt hoc, uel illud pulchrum, ſed pulchrum tantũmodo. Et quod de pulchro dicit Plotinus, idẽ proſequitur Auguſtinus de bono, dum inquit: Tolle hoc bonũ, tolle illud: & conſidera bonum in ſe, ſi potes/ & illud eſt ſummũ bonum, in quod tendimus. Et inter ſummum bonum, ſummum pulchrum, ſummũq; concentum, & ſenſibile hoc bonum, pulchrum, & concentũ eſt medius ille cœleſtis, qui nõ eſt ſenſibilis, & uocalis, nec ſimpliciſſimus, atq; diuinus, ſed medius, & rationalis. Harmonia igitur hæc extrinſeca, atq; uocalis quaſi ſtatua eſt, & imago quædam melioris harmoniæ ratione perceptibilis: Quam ſtatuariam ſymphoniam, ſi quis in foris reliquerit, adorareq; contempſerit, mittetur in caminum expurgantis ignis: ubi illuſtratus, ac inflammatus tres ſuas potentias ad uniuerſoꝝ contionem coaptabit: ſimulq; cum omnibus concinentibus tentabit diſcurrens per ſingulas creaturas uſq; ad ſummum opificem, quẽ trinum omnium authorem benedicet intellectus, ratio, & uoluntas: & aliquãdo apparebit quartus, ideſt animal hoc noſtrũ ſimile effectum rationali: quia in melius tranſformatum, & ipſum quaſi rationale, & legitimus filius prorumpit in Patris laudes, omnia creata, ut itidem faciant, ſimul inuitans, ſicut tres illi pueri, ut in Daniele legimus: & ante eos Dauid effecerat inuitans elementa/ plantas/ grandines/ niues/ pluuias/ piſces/ animalia/ ſtellas/ cœlos/ & ultra mundanas aquas in laudem opificis. Et ut cantica diuina, mundana/ atq; cœleſtia accommodato ſtylo exprimerent, ipſi, & alii prophetæ diuerſo metro ſua ſcripta deprompſerunt: ut Hieronymus/ Euſebius/ & alii peritiſſimi atteſtantur. Iob (ut eidem Hieronymo placet) proſa incipit, uerſibus exametris dactylo/ ſpondeoq; currentibus procedit, & propter linguæ idioma crebro admittens & alios pedes non earũdem ſyllabarum, ſed eorũdem temporum: Interdumq; rythmus ipſe dulcis, & tinnulus fertur numeris pedum ſolutis, quod metrici magis q̃ ſimplex lector intelligũt. Sed alii probare nituntur, certis adinuentis regulis metricæ artis in illo idiomate, progreſſum illum Iob totum exametris eſſe carminibus: ut Romæ mihi nuper monſtratũ fuit. Dauidem autẽ Hieronymus præfatus Pindarum, Alcæum/ Flaccum & Sirenum uocat: quia diuerſis metris procedẽs ſimul cum lyra Chriſtum perſonat, & pſalterio decachordo ab inferis excitat reſurgentem. Salomon dilectus Domini epithalamium ſanctaꝝ nuptiaꝝ hominis cũ Deo/ Chriſti cũ eccleſia, utriuſq; teſtamenti ad inuicem, ſcripturæ cum ſenſu myſtico, ex harmonia utriuſq; mundi cũ Archetypo reſultantem cõſonantiam pulcherrimo carmine decantat in eo opuſculo, quod merito Canticum canticoꝝ denominat. Cõcentũ uero, & unionem

Plotin⁹ Augu.

Daniel Dauid

Hiero. Euſebi. Hiero.

Idem

Salomõ

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Archetypi cũ paruo mundo in uentre mulieris celebratum/laudesq; mulieris ipsum gestantis hymno mirabili præcinit. Ieremias quoq; suas lamẽtationes tragico carmine decurrit: Et (ut nonnulli asserunt) Isaias etiam metrico quodam ordine procedit. Tota autẽ scriptura siue uersu, siue soluta oratione accentibus suis (ut diximus) magno mysterio cœlorum resignat motũ, atq; concentum. Hos itaq; Deificos uates, & scriptores sacrę paginę imitati/longis tamen passibus/ueteres Theologi gentiũ Orpheus/Aglaophemus/Empedocles/Parmenides/Heraclitus/Lucretius/& alii naturalia / diuinaq; modulamina numerosis carminibus exprimere conati sunt: ut & stilus cum materia conueniret. Ieremi. Isaias Orphe. Aglao. Empe. Parme. Heracl. Lucre.

De concordia cœlorũ cũ supernis mentibus. Cap. XX.

Vltra ea, quæ superius de syderum conuenientia cũ Angelis dicta sunt, hoc etiam percurrendũ censeo, q; ipsi Angeli mouentur a Patre, qui est fons, & origo, & primus omniũ motor. Hinc Dionysius: Gaudent omnes mouẽte Patre. Illi itaq; a Deo moti mouẽt orbem: & isti corpora nostra, cęteraq; inferiora disponunt ad eam consonantiam, quam iubet ipse primus omnium motor. Vt igitur illæ motiones, & influxus essent concinni accõmodatas intelligentias unicuiq; orbi, & singulis stellis præposuit/Septem illos supremos totidem planetis/ut diximus/& duodecim duodenis signis, & toti illi orbi, atq; planetis cœlorum Reginam, quæ ideo coronata dicitur duodenis stellis pro numero signorum, & plurimis septenariis decorata, plenaq; innumerabilibus charismatibus, sicut cœlum stelliferum plenum est innumerabilibus stellis: Et quia cœlorum omnium, & Angelorum eis præsidentium uirtutem continent, ideo merito exaltata asseritur super omnes choros Angelorum. Primum autem mobile a primo mouente regi debet: & per ipsum cæteri orbes: qbus tamẽ particulares ministri deputati sunt, per quos, & per instrumẽta cœlica omnia inferiora, & particularia disponat summus ille moderator, hac tamen lege, ut supiores ministri, & summo regi propinquiores paucioribus, magis autem distantes pluribus motibus moueant: Et cõsequẽter illi fœliciores sunt magis cum summo uno adhærentes, q̃ isti, sicut docet Aristoteles, Albertus, Ptolemæus, Mestalac: sed potissime Academici cum diuo nostro Dionysio. Et quãuis inferiores pluribus agitentur motibus, in eandem tamen consonantiam deueniunt ui primi unici, & uniformis motus ab eodem unico mouente. Hinc primo, & unico magis adhęrẽs est ipsa cœlo; Regina paucioribus agitata motibus, uim tamẽ omniũ in se colligens, ipsamq; collectam diffundẽs primo in duodecim principes Aplicos, & cõsequẽter ad particularia descẽdendo in q̃plimos, sicut uis illa stelliferi cœli diuiditur i duodecim signa, & cõsequẽter in stellas inumerabiles: & sicut uis animæ collecta p̃ in cere- Aristot. Alber. Ptole. Mesta. Acade. Diony.

bro per collum unicũ canalem, quod in corpore mystico ecclesiæ typum gerit Beatę Virginis (ut docet Hieronymus) descẽdit ad duodenos pręcipuos articulos corporis, & inde ad plures, & magis particulares/Non minus eadẽ uirtus reperit̃ in capite Christo collecta, & diffusa in duodenas, & postea in q̃plurimas partes/dicente Iohãne: De plenitudine eius omnes accepimus, ut in sequenti uolumine/Deo fauente/latius referabimus. Per Christum itaq; tanq̃ per uirtutem masculeam, per illam autem, tanq̃ per fœmineam fit hæc profusio: Qui in isto corpore mystico cõiuncti sunt, sicut caput & collum, aut sicut cõiuges in carnem unam, ita illi duo in spiritum unum, sicut de omnibus desponsatis, aut adhærentibus Deo inquit Apostolus: Qui adhæret Deo, unus spiritus efficitur cũ eo. Hæc supra adducta tetigimus, ut discant legẽtes quanta consonantia ab omnibus, quãuis diuersis, ab uno tamen motis deducamur in eundem unũ: Nam sicut particularis homo est unum indiuiduũ, & ad unicũ finem directum, quãuis uariis distinctum membris, & motibus, sic unica hæc fabrica, & mundanum corpus diuersis, & accõmodatis membris distinctum unicum est, motum ab uno motore, in eundemq; finem distinctum, quãuis in partes plurimas uideatur diuisum. Omnia itaq; in Deum tendunt: & in eundem nos dirigunt, licet uideantur ad diuersa suos gressus dirigere: Et tandem illò conducent, nisi nosmet libero animi arbitrio obsistamus ipsis omnibus inuitantibus/deducentibus/& attrahentibus. Hiero. Iohan. Paulus

Omnia in eundem deducunt, qa ab eodem suscipiunt, unde influant, quãuis influxus uideatur diuersus. Cap. XXI.

Quomodo autem omnia eundem influxum, & ab eodẽ fonte per diuersos tamen canales suscipiant, ut in eundẽ pergant, quãuis diuersis semitis, difficilius erit explicare, q̃ asserere: Nam rei ueritas est, in quã expeditis pedibus ueniunt Philosophi cũ diuinis nostris sapiẽtibus, q; omnia bona de sursum a summo Bono/& Patre luminum procedunt: Sed quomodo/difficile quippe explicatu est, ꝓhibente Platone ad particularia descendere, tamẽ collustrante ipso Patre luminum aliqua pro uirili nostra explicabimus, prout ipse Plato, & antiquissimi Theologi docent, omnia v3 cathena quadam colligata, adeo, ut inferius semper a superiori suscipiat, & supius a supremo, sicut aliqualiter in præcedentibus reserauimus: Habet.n. herba, uel lapis suã uim subministratã a cœlo: cœlum ab intelligentia: intelligentia autem ab Opifice, in quo omnia uirtute maxima p̃existũt: Et semper eodẽ ordine unaquæq; res alteri correspondet: Quod inuitur ab artifice summo in Exodo, quãdo iubet, ut unaquæq; cortina tabernaculi, quod mundanæ huius machinæ typum gerebat expressissimum/ coniuncta sit cum sorore, aut socia sua. Iunguntur enim elementa, & mixta omnia cum cœlis, syderibus, & intel- Plato Exodus

Nota hic Cap: cab: xxi: ad Ie: Exalg:

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ligentiis ſuis:& per iſta media cũ Archetypo,in quo ſunt omnes annume rationes,& omnia exemplaria reꝝ. Sed cum ſupra ſatis explicauerimus: quomodo res ſingulæ ad ſuos planetas,& ſydera referãtur,a quibus uim, & uirtutem ſuſcipiũt,nunc percurremus colligationes planetarꝝ cũ men ſuris ſupremis:ut inde prudens, & intelligens lector percipiat omniũ in ferioꝝ conuenientiam cũ ſummo: Manſiones enim in domo Patris q̃plu rimas eſſe teſtatur infallibilis Veritas:ſed antiquiores Theologos ſequentes decem illas uenerabimur,unde denarius numerus,quo nõ datur ulterior. Luna itaq;,in quantum eſt omniũ ſuperiorum influxuum receptaculum, ultimæ annumerationi reſpõdet:aut primæ in aſcendendo:quæ nũc terra uiuentiũ,nũc tabernaculũ, nũc luna,nũc receptaculũ,& ſinus omniũ in fluxuum,nunc autem regnum dicitur:de quo in Pſalmo canitur: Regnũ Dauid tuum regnum omniũ ſæculorum:Et iterũ: Regnum ipſius omnibus do minabitur.In qua manſione exiſtens ille,qui ſemp ubiq; eſt,uocatur אֲדֹנָי Adonai,aut מֶלֶךְ melec,ideſt Dominus,aut Rex.Sed in eo,quod ipſa lu na particularis eſt planeta,habet ſuã uim a ſecunda annumeratione, quæ יְסוֹד iſod,ideſt fundamentũ dicitur,& Deus uiuus,uita mundi,& diſpo ſitor rerum omniũ,ſicut Luna corporum inferiorum:Et ibi Deus uocatur שַׁדַּי ſadai,quod nos omnipotentem, uel ſufficientem omnibus ſatisfacere poſſumus interpretari:de quo habemus in Pſalmo: Qui habitat in adiuto Pſalm. rio altiſſimi,in umbra ſadai morabitur: ubi traductum eſt,in protectione Dei cœli cõmorabitur:Quod nomẽ cũ uideatur magno myſterio ſiluiſſe, ideo aliud illius loci nomẽ aſſignandum eſt,quod אֵל חַי el chai dicitur, quod nos Deum uiuum interpretatum habemus:cũ inde, aut per ipſum a ſuperiori fonte,ſiue a ſupramũdano ſole uita omniũ procedat,ſicut per lunam uitæ fauor a ſole profunditur.Mercurius reſpondet ſecundæ an numerationi particulari denominatæ הוֹד hod,quod apud nos ornatum, Idem decorem,aut celebritatem ſonat:de quo propheta:Cõfeſſio,& pulchritu do in conſpectu eius/Pro quo melius diceretur:Celebritas,uel ornatus,& decor in conſpectu eius:Et iterum: Confeſſio,& magnificentia opus eius: ſed ut ueritas litteræ habet:Celebritas,uel ornatus, & decor opus eius:Et hic Deus influens uocatur יְהוָה צְבָאוֹת Adonai Zenaot,ideſt Dominus exercituum:Quod nomen non belli,ſed pietatis eſt,& cõſonantiæ,& ſua uitatis:Ad quã inferiorem inferior Mercurius,& ad quã ſuperiorẽ ſupior Mercurius inducit. Venus aũt a נֵצַח nizach habet ſuã uim,qd interpre tatũ dicit uincẽs,aut uictoria,aut perpetuũ:& ponit uerbũ hoc in titulis plærũq; pſalmoꝝ:Amor.n.oia uincit,& deducit opus uſq; ad calcẽ,omni parnipẽſo labore/& pro nihilo habito:Illic uero influẽs Deus dicit יְהוָה צְבָאוֹת אֱלֹהִים Elohim zenaot.i.Deus exercituũ:Quod nomen eſt Dei ordinãtis,

uel fabricantis, & ulciſcentis iudicii per bella, ſiue per alias punitiones. Nec miretur quiſpiam, q; Venus in belli uirtute collocetur, quia omne bellum iniuſtũ a Venere deprauata,ideſt nimio amore proprio,uel inor dinato procedit:Sic & omne bellum iuſtũ a recto amore,& bona Venere procedit: quia iuſte bellatur Dei zelo/uel pro releuandis indebite op preſſis,quos diligimus. Sol autem cœlorum cor cũ תִּפְאֶרֶת tipheret Ar chetypi corde conuenit:Quod pulchritudo,aut pulchrum illud interpre Pſalm. tantur,a quo omnia pulchra:de quo in Pſalmo ſupra adducto:Virtus & tipheret,ideſt pulchritudo in ſanctitate,uel ſanctuario eius: quod in me dio totius Deifici templi tanq̃ Sanctum ſanctorum eſt:Pro quo in tradu ctione noſtra habemus,ſanctimonia, & magnificentia in ſanctificatione eius:Et ſicut ſol iſte ſenſibilis omnia ſplendeſcere, & pulchra apparere fa Socra. cit,ſic ille diuinus cuncta pulchrefacit illa pulchritudine, quam Socrates ab Hyppia perquirebat:In qua gloria, & pulcherrimo throno reſidens Deus dicitur יְהוָה, tetragrãmus,& quadrilitteris:quod cũ ineffabile,& in expreſſibile ſit, ſicut & eius pulchritudo,& gloria,qñ legit,exprimit ſub noie Adonai:Sed cũ iſtud nomen alibi reperiat,præponit & aliud parti culare,qd eſt דַּעַת ו uau dahat,quod in noſtrum linguam uerſum ſonat uau,quæ eſt littera uitæ,& ſcientiæ,ideſt uita & ſcientia, & accommoda tiſſime, cum inibi ſit arbor uitæ, & ſcientiæ boni & mali, quæ eſt Ieſus Meſſiah. Mars a גְּבוּרָה geburah,quod robur ſignificat,habet robur ſuũ: Dauid de quo Propheta in Hymno centeſimo quadrageſimoquarto ſupra addu cto ait:Potentiam tuam pronuntiabunt:ubi habetur גְּבוּרָתְךָ gebuꝛateca: Et quod potiſſime ibi exercetur,dicitur ד'ין din,ideſt iudicium durum,& Pſalm. ſeuerum:de quo etiam in Pſalmo: De cœlo auditum feciſti iudicium:ubi habetur ד' terra tremuit,& quieuit:quia tremebũdum eſt:Et ab illo per Martem ueniunt ſeueræ punitiones,& ſtrages,belligeriq; uiri. Hinc & Deus exercens potentiam ſuam puniendo flagitioſos dicitur uir belli,ut Exodus in Exodo/Et in Ieremia habetur: Dominus mecum tanq̃ bellator fortis, Ieremi. uel tanq̃ robuſtus cõfractor,proprie interpretando illud גִּבּוֹר עָרִיץ che gibur hariz:Quod officium exercens ipſe Deus dicitur אֱלֹהִים Elohim:Et Angeli ibi ſeruientes dicuntur filii Elohim. Iupiter uero ſic dictus, quia omnes iuuat, ſemper beneficus cũ illa manſione conuenit,quæ חֶסֶד che ſed dicitur: quod miſericordia, pietas,uel clementia poteſt interpretari: Qua ſummus Deus omnibus beneficus dura,& aſpera ſemper contem perat in omnibus ſuam benignitatem diffundens/iuxta illud Pſalmi: Mi Pſalm. ſericordia eius ſuper omnia opera eius:Et ibi operans Deus dicitur אֵל el,quod nos interpretatum habemus Deum:quia omnia fouet,& omni bus ſuccurrit cum ſumma pietate, & clementia: quod eſt ei proprium.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Saturnum autẽ reperimus ſuſcipere quicquid habet a בִּינָה bina, quod intelligentiam ſonat: ubi præcipue reſidere dicitur Spiritus ſanctus: de quo in Eccleſiaſtico: Et ſpiritu intelligentiæ replebit illum: Qui etiam dedit Prophetis, & Apoſtolis rerum ſecretarum intelligentiam: A quo loco hebrei ſuſceperũt ſuum ſabatum, & diem ſeptimum utriq; Saturno cœleſti ſcilicet & ſupramundano dedicatum: Et inde remiſſiones, & anni quietis, & iubilei per ſeptenarium ſimplicem, aut quadratum: Quæ omnia Deus operans dicitur יְהוָה ideſt littera ה he cũ nomine ineffabili, & quadrilittero: de quo fari nos uetat myſterii magnitudo. Stelliferũ cœlum ſubeſt חָכְמָה chocmah, qđ ſapiẽtia illa ſuprema eſt, quæ eſt Dei filius plena ideis, & formis rerum omnium producendarum, & productarum, ſicut cœlum illud eſt plenum ſyderibus uim omnium in ſe continens: ut pauloante diximus: In quo throno Filius ad dexteram Patris ſedens, & ipſe Deus nominatur יהוה י quod eſt ipm ſemaphoras, & quadrilittere; ſimul cũ י iod, littera quidem ſignificante ipſam diuinitatem ſimpliciſſimam. Primum uero mobile primo mouenti, & fonti omnium rerum reſpondet: qui omnia mouens trahit ad ſe omnia, ueluti centrum omnes lineas circunferentiæ in ſe cõducit: Centrum eſt enim & circulus, & ſphæra omnia complectens, & complens, & omnes lineas in ſeipſum conducens: Quem attractum nõ auderem aſcribere Patri ſummo, niſi eius me doceret Filius dicens: Nemo uenit ad me, niſi Pater meus attrahat ipſum: Quam uim attractiuam cum habeat Filius a Patre, ideo dixit: Cum exaltatus fuero a terra omnia trahã ad meipm: In qua ſuprema ſede reſidẽs Pater ſummus dr אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה quod nos interpretatum habemus/Ego ſum, qui ſum, ſed melius diceretur ad ſenſum litteræ/Sim qui ſim: Vel ſecundum aliam uiam nomen eius eſt ſolũmodo אהיה quod ſimpliciſſimũ eſſe diuinitatis ſonat, de quo effari nõ licet: Vnde a peritis cognominat עַיִן לֹא רֹאָה hain lo roeh, ideſt oculus nõ uidet: quia nemo nouit Patrem/niſi Filius/& cui uoluerit Filius reuelare. Solum igitur hoc dicam/q; cum nominetur ille, qui eſt, aut ſum, qui ſum, Pater luminum intelligitur: a quo (teſte Iacobo) omne datum optimũ, & omne donum perfectum emanat, per diuerſos tamen canales in omnia inferiora influens, ut omnia ipſi cooperentur, præſtat/quo omnia conducibilia in ipſum conducantur. Hinc omnes orationes in ipſum dirigi debẽt: ut ille docuit, qui ſolus ipſum agnouit dicens: Cum oraueritis dicite: Pater noſter: Et ſæpius repetens hortatus eſt, ut a Patre omnium bonorum largitore petamus: Qui ſua clementia dirigat nos in eumdem finem/propter quem, & ad quem aſpiciendum inſtituti ſumus.

Eccleſi.

CHRI/STVS.

Iacobus

CHRI/STVS.

CANTICVM

CANTICVM SECVNDVM/ QVOD NOVVM DICITVR/ IN QVO OMNIA IN CHRISTO MVLTIPLICI CONSONANTIA CORRESPONDERE DEMONSTRABIMVS DVLCIORIBVS MODVLIS/ QVAM ARTICVLI/ ET MEMBRA IN MVNDANO/ AVT HVMANO CORPORE.

PROOEMIVM.

Dauid

OVM in plæriſq; locis. P. B. & ſæpius repetitum conſpiciamus a Regio propheta in ſuis hymnis illud iucundum (ut ita dicamus) celeuma/Cantate Domino canticum nouum/perquirebam, an aliqua noua facta ſint nouo decantanda cantico; cũ non aliud cœlũ, aut ſydera nouo ſplendore micantia uideamus: Nec alia curricula ſolem per diem, & lunã in nocte peragere: Nec aliis horis diem diſtingui, nec nouis incrementis æſtatis tempus proficere, aut recentibus decrementis brumali tempeſtate deficere: Nec noua aliqua animãtia, aut nouas aliquas rerum ſpecies cernimus: Et ut breuiter cũ Sapiente cõcludamus, nihil ſub ſole nouũ: Nihilominus cœleſti oraculo docemur omnia noua tẽpore redemptoris effecta fuiſſe: Dixit enim, qui ſedebat in throno (inquit Iohannes in celeberrima uiſione) Ecce noua facio omnia. Et Pau-

Iohan.

Paulus

lus, in cuius pectore Chriſtus ipſe reſonat/ cum Corynthiis diſſerens ait: Vetera tranſierunt, ecce noua facta ſunt omnia. Hinc docet nos nedum nouo cantico, ſed nouis operibus, nouaq; uita Deũ laudare, dum ait: Expoliantes ueterem hominem cũ actibus ſuis induite nouũ: qui renouatur in agnitionem Dei ſecundũ imaginem illius, qui creauit illũ. Quæ agnitio datur per uerbum, & lucem/quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum: ut deturpatam imaginem illuſtret, & perpoliat/nouãq; quodãmodo reddat: ut ſicut omnia per ipſum facta fuere, ita per eundem

Idem

omnia renouarẽtur in homine: ut docet nos idem Paulus in Coloſſenſibus dicens: Qui eſt imago Dei inuiſibilis/primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipſo condita ſunt uniuerſa in cœlis/& in terra/uiſibilia/& inuiſi-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

bilia, siue throni, siue dominatiões, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt: Et ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant: Et hoc quoad antiquum: Sed de nouo prosequitur dicens: Et in ipso complacuit omnem plenitudinen inhabitare facere, & per eum reco/ciliari / siue recapitulari (ut græci habent) aut renouari oia, sicuti est rei ueritas, pacificãs, & renouans per sanguinẽ crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt dulciori sono, & suauiori concentu, q̃ fuerant insti/tuta: Ideo (ut diuinus testatur Iohannes) cũ hęc in plena gloria prospice/ Iohan.
rent sancti, cantabant canticum nouũ: Quod & ministri ipsius Principis, & Redẽptoris cognoscentes ad eius in hunc mundũ egressum de mater/no utero clara uoce præter solitum cecinerunt dicentes: Gloria in excęlsis Angeli
Deo, & in terra pax hominibus bonæ uolũtatis: quibus yȝ datur innoua/tio, & unio cũ Deo, cui excęlso sit gloria, qui tandem per filium omnia in/nouando reduxit ultimũ Dei opus in seipsum noua quadam harmonia, nouaqȝ, & miranda consonantia: quã nec musici cognouerunt, nec Pinda/ Pinda.
rus / aut Homerus carmine, nec Ligistus lyra, nec Orpheus hymnis, nec Home.
Apollo sua cheli, aut testudine decantarũt: Nec Philosophoȝ, aut sapien/ Ligistus
tum mundi ingenia excogitarunt: Sed hoc solũmodo nouit ille, qui hanc Orphe.
harmoniam conduxit, & spiritus eius, de quo dicitur: Ille suggeret uobis Apollo
omnia, & docebit uos omnia: Qui non tantũ docet extrinsecus, sed in ani/ Philoso.
mas sanctas se transfert / amicos, & concinnatores Dei, & arcanoȝ eius institituit. Ipse igitur astitit sanctissimis prophetis, ut prędudio quodam sua/uissimo hoc nouum canticum præcinerent: Ipseqȝ docens, & excitans no/uos cõcinatores, & ipsum nouũ canticum clariori uoce decantantes nos in eodem aliqualiter redderet instructos, adeo, ut ab ipsis edocti, & eodem spiritu corroborati ad ipsius cantici modulos manus possimus extendere, & clarissima uoce auribus omniũ intonare Iesum Christum Dei excælsi filium nouo modo conceptum, nouoqȝ modo natum, nouum ecclesię cor/pus erexisse: Cui nouæ militię nouum signum tradidit, nouam uitam, no/uosqȝ mores, & nouam doctrinam docuit: nouum cibum præparauit: no/ua sacramenta instituit: nouum dominium, nouumqȝ principatum erexit, nouumqȝ præmiandi modum: Nouum deniqȝ in Deum, transitum præ/buit omnia innouãs: adeo, ut de ipso scribentibus nouum sit nobis canen/dum canticum, & hoc octo Tonis / more nostro / tanq̃ diapason quodam nouo consummabimus.

TONI CANTICI SECVNDI.

CHristus / & Messiah est Dei sapientia / & uerbum omnia ra/tione ideali cõtinens / & homo existens omnia inferiora actu complectens. Tonus primus.
Christus est uita, & sustentaculum omniũ cuncta uiuificans, & omnia ad se trahens. To. II.
Christus est uerus sacerdos, uerus panis, hostia, & sacrificium omnia pur/gans / & omnia pacificans. To. III.
Christus est summa ueritas / & lux omnes docens / & omnia collustrans. To. IIII.
Christus pater omnium per ueram regenerationem effectus, & caput cor/poris mystici in omnia membra influit. To. V.
Christus est finis / & complementum omnium operum omnibus dans, ut operentur. To. VI.
Christus est Rex regum / & summus Imperator omnia regens, & moderans. To. VII.
Christus est mediator: per quem omnibus datur transitus / ut in finem suũ deueniant. To. VIII.

CAPITA PRIMI TONI.

MEssiæh deitas rationibus comprobatur. Cap. Primũ
Idem corroboratur uaticiniis. Cap. II.
Quomodo sit in eo deitas, & uerbum. Cap. III.
In eodem uerbo continebantur omnia. Cap. IIII.
Ibidem omnia sunt numero / pondere / & mensura. Cap. V.
Cognitiões exẽplares i mẽte sũmi artificis ideę dñr / & sũt. Cap. VI.
Qui has ideas admiserint. Cap. VII.
Qui eas respuerint, & quibus rationibus. Cap. VIII.
Errores sunt / & nõ rationes / quæ cõtra eas facere uident. Cap. IX.
Quid habeamus ex ideis. Cap. X.
Quod omnis harmonia a uerbo procedit. Cap. XI.
Quomodo istæ ideæ intelligantur a nobis. Cap. XII.
Rerum necessitas / & omne esse ab ideis dependet. Cap. XIII.
Ibidem sunt etiam ideæ uirtutum, & regulæ, quibus conformiter uiuere debemus. Cap. XIIII.
Ibi sunt rationes moderãtes honestas, & turpes actiones. Cap. XV.
Christus est uerus homo diuinitate plenus. Cap. XVI.
Sicut Christus in eo q̃ Deus / cõtinet oia uirtute, sic in eo q̃ homo / cõtinet eadẽ oia in eundẽ excellentissima nota collecta. Cap. XVII

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

MESSIÆH DEITAS RATIONIBVS COMPROBATVR CAPVT PRIMVM.

MESSIAM CHRISTVM Vnctum nostrum fuisse/& esse Deum nedum testibus,& oraculis/sed fortissimis rationibus probare possumus:Nam facilem omniũ cõsensum,& absq; discrepantia uidemus, q; Deus benedictus a se existẽs omnia habet a semetipso,ab alio autem nihil: Cætera autem omnia ab ipso habent, ut sint,& operentur: ideo dicebat magnus Theodorus,teste Proculo: Omnia orant,præter primum,& aliquid hauriunt ab eo/qui est a se:& est fons,& origo omnium: alioqui in nihil defluerent. Cum igitur cuncta & esse,& naturalem uim, & decus/atq; ornatum habeant a Deo,omnia de ipsa diuinitate participant,sed diuersimode:Omnia (inquit Origenes) habent a Deo Patre,ut sint:a spiritu uitæ,ut uiuant:a Filio,ut intelligant, & rationis portionem: a Spiritu sancto autẽ (qui tamen idem est cũ spiritu uitæ) ut sancta sint. Igitur diuinũ aliquod omnibus inest:In hoc quidem esse tantum aut simplex,aut compositum:In illo esse,& operari:In alio autem esse,operari,& intelligere.Sed aliis dimissis,de homine loquamur: cui omnia communicata sunt,ut perfectissimã Dei,& patris pręse ferat imaginem: Vnde merito Filius Dei dici potest, ut canit regius propheta: Ego dixi dii estis, & filii excelsi omnes.Et cum Deus sese magis communicet illi/quem excælsiorem/& perfectiorem efficere libet/ condecens fuit,ut hunc, quem aliorum caput/redemptorem/regem/& æternum sacerdotem cõstituit,magis decoraret diuinitate, quæ oleum in sacra scriptura dicitur, ut iterum decantat propheta:Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis/adeo/ut excellentiorem omnium effecerit in diuinitate ipsa communicata:Vnde per antonomasiam,& hyperbolem quandam dicitur Deus. Alia quoq; ratio in prõptu est : quia cum homo diuinitatis capax, in qua solummodo quiescere/& beari potest,effectus sit,ad ipsam aliquando deuenire debuit:& cum eadem uniri:qua unione non tantũ deducitur Deus in hominem,sed potius homo in ipsum Deum/cum sit omnimodæ uirtutis,& efficaciæ:Et q̃to magis hic Deus unitur cũ aliquo/tanto magis reddit ipsum Deum.Non mirum igitur est,si hunc Messiam , & Christum, cui se præbuit ea plenitudine,& quam potest homo susc̃ipere / talem reddiderit,ut merito Deum ipsum dicere possimus:qui & aliis dedit potestatem filios Dei fieri.Addamus & aliam rationẽ, q; sicut omnia continent,

Theod. Procu.

Origc.

Dauid

Idem

& recapitulãtur in homine,ita omnia recapitulari/& couniri in Deo multo magis debuerunt per hominem: Per hominem quippe illum, qui inter alios primum tenere debebat,& obtinet locum : & qui omnia traxit ad se ipsum,ut ipsa omnia in Deum reduceret.Nec contendant aliqui dicentes/ q; ista unio non arguit diuinitatem in unito , sed coniunctionem tantummodo:quia ipsa Veritas summa,qualis sit istiusmodi unio, declarat,dum CHRISTVS. ait:Rogo Pater,ut sicut ego & tu unum sumus,ita & isti unum sint in te. Qualis autem sit eorum unio,alibi exprimit dicens:Ego in Patre,& Pater Paulus in me est.Et iterum:Ego & Pater unum sumus.Quod & Paulus exerta ad monet uoce:Qui adhæret (inquit) Deo unus spiritus efficitur cum eo.Si omnes igitur unus spiritus effici possunt cum Deo, cur non erit unitus cũ ipso ille/qui ex antonomasia dicitur Messiah,Christus,& Vnctus,diuinitate v3, qua adeo plenus erat , ut de plenitudine eius omnes accipiamus? Nec enim(ut ulterius progrediar)debebat omnigena creatura homo reparari per aliũ,q̃ per quem fuerat institutus: Sed omnia instituta,& effecta sunt per uerbum,quod factũ est caro,igitur & omnia per ipsum idem reparari debuerunt.Et ut honorificentissimo liberatori deberent redempti angeli,& homines,omniaq; in ipsis contenta,conueniens fuit,ut liberator cui omnia manciparentur,omnium esset excellentissimus:quod fieri neqt, nisi per magis participatam diuinitatem.Nec debebat restitutio,& reparatio,quæ maioris æstimatur,q̃ institutio,fieri per inferiorem,q̃ per quem institutio ipsa effecta fuerat: Sed hæc facta est per Dei uerbum, ideo debebat & illa per idem fieri,cum maius medium non haberetur, per quod fieri potuisset.Cum insuper tota humana creatura deliquerit, non poterat per delinquentem lapsus huiusmodi reparari. Nec per Angelum fieri debuit,qui minor a sapientibus existimatur q̃ homo, cui datur super omnes angelicos choros transcedere:Quod effici nequiret,nisi potentia prę existeret hõ ipsis angelis maior. Nec erat Angelus,uel alia creatura, nisi omnigenus homo,unibilis cũ omnigeno creatori, ideo dixit Apostolus: Nusq̃ Idem Angelos apprehendit,sed semen Abrahæ.Peccatũ quoq; ipsum cum fuerit in Deum,non potuit reparari,nisi per Deum:Nõ enim interfuit ignorantia:quia hæc data in pœnam peccati non debebat culpam præcedere. Nec mera fragilitas fuit,quia nõ dum sensualitas rebellauerat: Sed affuit superbia,quę fecit & Angelos,& hominem ab opifice suo apostatare:quia præsumpserat uterq; uendicare sibi gradum eminentiorem , q̃ ipsi/competeret : Omnium enim creaturarum conditionem æmulari concessum homini fuerat,sed Christi uenturi nequaq̃. Hinc arbores omnes meliores, & rationales,aut uirtutum in cibum permissæ ei fuerant,præter arborem scientiæ boni & mali, quæ Christus est:qui simul experiri debebat,& expertus est bonum beatitudinis,& malum passionum nostrarũ:Quem gra-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

dum non ex ignorãtia,aut fragilitate,ſed nimis ex cognitione lympidiſſi/ma preſumẽs aggredi uoluit: Vnde eius peccatum quaſi in Spiritum ſanctum fuerat: quod eſt omnimoda deſperatio/ ſiue nimia præſumptio/aut proterua malitia, uel crimen læſæ maieſtatis. Quæ ſcelera nullo ſacrificio expiabantur,nec lege purgari poterant, iuxta illud Apoſtoli:Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro corã illo.Hinc Dauid in ſcelus minus/ q̃ crimen læſæ maieſtatis ſe cecidiſſe perſentiens/dũ pſalleret/ & pro peccato ſuo deprecaret/ait: Quoniam ſi uoluiſſes ſacrificium dediſſem/ utiq; holocauſtis non delectaberis.Et hæc peccata ſunt,per quę homo adeo nudabatur, ut nullum tegmentum arte, uel ingenio, aut uiribus humanis elaboratum/uel comparatum a natura ad tegendum ſufficeret.Vnde non contentus Deus/ q; homo perizomate ex folio ficus contexto cooperuiſſet nuditatem ſuam, ueſtiuit eum tunicam pelliceam confectam quidem ex pelle illius Agni,de quo dixit Baptiſta:Ecce Agnus Dei,ecce q tollit peccata mundi. Et q; de Ieſu noſtro redemptore loquatur ſcriptura illa, manifeſtum eſt ex reuolutione litterarum textus hebraici illorum uerborum: Et ueſtiuit eos:Et hoc ſecundum doctrinam hebraicę Theologiæ celebratiſſimam,hæc tamen,Deo fauente,ſuo loco reſerabimus:Hinc nec humana uirtus/aut legale ſacrificium poterat illud peccatum obtegere: Quæ cũ a ſcriptura ſacra edoceamur,ideo uidendum eſt, quid ipſa de hac Chriſti natiuitate perhibeat.

Paulus
Dauid

Io.bap.

Idem corroboratur uaticiniis. Cap. II.

SI igitur diuina diuinis oraculis comprobemus, ueniamus ad diuinos uates Spiritus ſancti furore debacchãtes.Regius propheta Chriſti elegantiſſimus typus in eius perſona decãtat:Adonai,uel Deus dixit ad me,Filius meus es tu,ego hodie genui te.Nec enim alius eſt filius,qui hodie,ideſt cõtinue generetur a Patre Deo,niſi ipſe Deus Filius, qui eſt Meſſiah, & Chriſtus:contra quẽ conſpiraurerant principes ſacerdotum,& in unum conuenerant gentes,& reges terrę,Pilatus v3,& Herodes cum ſatellitibus ſuis.Et ille eſt,cui datæ ſunt gentes in hæreditatem:& ditio eius protenſa uſq; ad terminos terræ. Iſaias quoq;,poſtq̃ partum adoleſcẽtulæ,aut uirginis in ſignum fœderis, reconciliationis,paciſq; diuinæ promiſit, ſubintulit:Et uocabitur nomen eius עִמָּנוּאֵל himanuel,ideſt Deus nobiſcum,excellentiori quidẽ modo q̃ antea unq̃ fuerit.Et iterũ,dum de paruulo naſcituro,& filio donando uaticinaretur,ait:Et uocabit̃ admirabilis cõſilii angelus אֵל גִּבּוֹר El gibor.i. Deus fortis,Princeps pacis,Pater futuri ſæculi. Nec contendant iudei dicentes,q; אֵל fortẽ ſignificet:qa incongruus eſſet ſermo dicendo forti fortis:Nam proprio ſignificato גִּבּוֹר gibor fortis dicitur, אֵל El uero cõmuni uſu Deum ſignificat.Nec poterat eſſe Pater futuri ſęculi (quod paradiſus

Dauid

Pilatus
Herodes
Iſaias

Idem

delitiarum eſt,ut ſapientes Hebrei docent) homo aliquis,nec introductor ad eum,cum totus homo in protoplaſte ab ipſo fuerit expulſus.Si autem pater futuri ſæculi intelligatur pater & dator beatæ uitæ, quod idem exiſtimo,nullus poteſt eſſe hic pater, aut æternæ uitæ,niſi qui eã habet ex ſe, uerus exiſtẽs beatitudinis dominus,qui eſt ſolus Deus in Chriſto dicente: Ego uitam æternam do ouibus meis. Ieremias autem claro contuitu hoc idem proſpiciens familiari ſermone ipſum Deum humanandum alloquitur dicens:Quare colonus,& peregrinus futurus es in terra / & quaſi uiator declinans ad manendum modo quidem inſolito:Et quia habitu inuẽtus fuit,ut homo fragilis, & paſſionibus ſubiectus/ ideo ſequitur Prophęta:Quare futurus es uelut uir uagus,& fortis,qui non poteſt ſaluare? Viſus enim fuit tãq̃ leproſus,& uir dolorum,& obnoxius infirmitati noſtræ. Sed hæc quomodocunq; ſe habeant, Deus ipſe eſt ſub humanitatis pallio:Vnde adhuc proſequitur uates:Tu autem in nobis es Domine,& nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos. Quæ uerba ſole clarius exprimunt Meſſiæh diuinitatem/cum dictum ſit/q; peregrinus futurus erat in nobis: & q; inter nos eſſet,modo v3 quodam inſolito:& q; nomen Dei uocaretur ſuper nos,ideſt ſup hominẽ,Meſſiam v3/qui peculiariter uocatus eſt Dei nomine/ut alibi exprimit dicens:Ecce dies ueniunt dicit Dominus/& ſuſcitabo Dauid germen iuſtum & regnabit rex,& intelliget:& faciet iudicium/& iuſtitiam in terrã.In diebus illis ſaluabitur Iuda:& Iſrael habitabit confidenter:& hoc eſt nomen,quo uocabunt eũ יְהוָה Adonai/uel Dominus iuſtus noſter:Quo nomine (ut omnes ſapiẽtes Hebrei citra cõtrouerſiam aſſerũt) nullus poteſt uocari niſi Deus/& Meſſiah diuinitate plenus:de quo(ut omnes cõſentiũt)loquitur Propheta:Quod & Targon celeberrima interpretatio chaldaica expreſſe habet ſic dicens: Et ſuſcitabo Dauid Meſſiam iuſtum.Qui Meſſiah accommodate dictus eſt Dauid,& Filius Dauid:quia de ſemine eius: & quia regnum uerum habuit, quod Dauiticum regnum uerba præceſſit: & quia ſunt in Dauid multa ſacramenta nunc ſubticẽda/per quæ ſæpius Meſſiæh perſonam induẽs de ipſo loquitur ſub propria perſona, & nomine,ut illud Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te/& multa huiuſmodi.Sed cõſcendamus ad Moſem/a quo exordiri debebamus:Hic enī inducit Bilham Dei ſpiritu arreptum de futuro Meſſiah,& de eius diuinitate hæc præſenſiſſe לֹא אִישׁ אֵל וְיכַזֵּב וּבֶן אָדָם וְיִתְנֶחָם:Quod (qcquid habeat traductio noſtra) ad uerbum ſic interpretatur:Non homo Deus/& mentietur: & filius hominis,& pœnitebit?Cuius ſententię ſenſus eſt:Nõ poteſt eſſe, q; Meſſiah cum erit Deus homo mentiatur, ut illud/non/referatur ad uerbum mentiatur/ac ſi diceret:Homo Deus,& nõ mentiet.Et q; de Meſſiah loquat̃, clariſſime patet ex his,quæ ſequuntur:Ait enim:Et filius hominis/& pœ-

Idem
Targon
Moſes
Bilham

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

dum non ex ignorãtia,aut fragilitate,ſed nimis ex cognitione lympidiſſi/
ma pręſumẽs aggredi uoluit: Vnde eius peccatum quaſi in Spiritum ſan
ctum fuerat: quod eſt omnimoda deſperatio/ ſiue nimia præſumptio/aut
proterua malitia, uel crimen læſæ maieſtatis. Quæ ſcelera nullo ſacrificio
expiabantur,nec lege purgari poterant, iuxta illud Apoſtoli:Ex operibus Paulus
legis non iuſtificabitur omnis caro corã illo.Hinc Dauid in ſcelus minus/ Dauid
q̃ crimen læſæ maieſtatis ſe cecidiſſe perſentiens/dũ pſalleret/ & pro pec/
cato ſuo deprecaret/ait: Quoniam ſi uoluiſſes ſacrificium dediſſem/ utiq;
holocauſtis non delectaberis.Et hæc peccata ſunt,per quę homo adeo nu/
dabatur, ut nullum tegmentum arte, uel ingenio, aut uiribus humanis
elaboratum/uel comparatum a natura ad tegendum ſufficeret. Vnde non
contentus Deus/ q; homo perizomate ex folio ficus contexto cooperuiſſet
nuditatem ſuam, ueſtiuit eum tunicam pelliceam confectam quidem ex
pelle illius Agni,de quo dixit Baptiſta:Ecce Agnus Dei,ecce q tollit pec/ Io.bap.
cata mundi. Et q; de Ieſu noſtro redemptore loquatur ſcriptura illa, ma/
nifeſtum eſt ex reuolutione litterarum textus hebraici illorum uerborum:
Et ueſtiuit eos:Et hoc ſecundum doctrinam hebraicę Theologiæ celebra/
tiſſimam,hæc tamen,Deo fauente,ſuo loco referabimus:Hinc nec huma/
na uirtus/aut legale ſacrificium poterat illud peccatum obtegere: Quæ cũ
a ſcriptura ſacra edoceamur,ideo uidendum eſt, quid ipſa de hac Chriſti
natiuitate perhibeat.

Idem corroboratur uaticiniis. Cap. II.

SIgitur diuina diuinis oraculis comprobemus, ueniamus
ad diuinos uates Spiritus ſancti furore debacchãtes.Regius Dauid
propheta Chriſti elegantiſſimus typus in eius perſona decã/
tat:Adonai,uel Deus dixit ad me,Filius meus es tu,ego ho/
die genui te.Nec enim alius eſt filius,qui hodie,ideſt cõtinue generetur a
Patre Deo,niſi ipſe Deus Filius, qui eſt Meſſiah, & Chriſtus:contra quẽ
conſpirauerant principes ſacerdotum,& in unum conuenerant gentes, &
reges terrę,Pilatus v3,& Herodes cum ſatellitibus ſuis.Et ille eſt,cui datæ Pilatus
ſunt gentes in hæreditatem: & ditio eius protenſa uſq; ad terminos terræ. Herodes
Iſaias quoq;,poſtq̃ partum adoleſcẽtulæ,aut uirginis in ſignum fœderis, Iſaias
reconciliationis,paciſq; diuinæ promiſit, ſubintulit:Et uocabitur nomen
eius עִמָּנוּאֵל himanuel,ideſt Deus nobiſcum,excellentiori quidẽ modo q̃
antea unq̃ fuerit.Et iterũ,dum de paruulo naſcituro,& filio donando ua/ Idem
ticinaretur,ait:Et uocabit admirabilis cõſilii angelus אֵל גִּבּוֹר El gibor.i.
Deus fortis,Princeps pacis,Pater futuri ſæculi. Nec contendant iudei di/
centes,q; אֵל fortẽ ſignificet:qa incongruus eſſet ſermo dicendo forti for/
tis:Nam proprio ſignificato גִּבּוֹר gibor fortis dicitur, אֵל El uero cõmuni
uſu Deum ſignificat.Nec poterat eſſe Pater futuri ſęculi (quod paradiſus

delitiarum eſt,ut ſapientes Hebrei docent) homo aliquis,nec introductor
ad eum,cum totus homo in protoplaſte ab ipſo fuerit expulſus. Si autem
pater futuri ſæculi intelligatur pater & dator beatæ uitæ, quod idem exi/
ſtimo,nullus poteſt eſſe hic pater, aut æternæ uitæ,niſi qui eã habet ex ſe,
uerus exiſtẽs beatitudinis dominus,qui eſt ſolus Deus in Chriſto dicente:
CHRI/ Ego uitam æternam do ouibus meis. Ieremias autem claro contuitu hoc
STVS. idem proſpiciens familiari ſermone ipſum Deum humanandum alloqui/
Ieremi. tur dicens:Quare colonus,& peregrinus futurus es in terra / & quaſi uia/
tor declinans ad manendum modo quidem inſolito? Et quia habitu inuẽ/
tus fuit,ut homo fragilis, & paſſionibus ſubiectus/ ideo ſequitur Prophe/
ta:Quare futurus es uelut uir uagus, & fortis,qui non poteſt ſaluare? Vi/
ſus enim fuit tãq̃ leproſus,& uir dolorum,& obnoxius infirmitati noſtræ.
Sed hæc quomodocunq; ſe habeant, Deus ipſe eſt ſub humanitatis pal/
lio:Vnde adhuc proſequitur uates:Tu autem in nobis es Domine, & no/
men tuum inuocatum eſt ſuper nos. Quæ uerba ſole clarius exprimunt
Meſſiæh diuinitatem/cum dictum ſit/q; peregrinus futurus erat in nobis:
& q; inter nos eſſet,modo v3 quodam inſolito: & q; nomen Dei uocaretur
ſuper nos,ideſt ſup hominẽ,Meſſiam v3/qui peculiariter uocatus eſt Dei
Idem nomine/ut alibi exprimit dicens:Ecce dies ueniunt dicit Dominus/& ſu/
ſcitabo Dauid germen iuſtum & regnabit rex, & intelliget:& faciet iudi/
cium/& iuſtitiam in terrã.In diebus illis ſaluabitur Iuda:& Iſrael habita/
bit confidenter:& hoc eſt nomen,quo uocabunt eũ יְהוָה Adonai/uel Do/
minus iuſtus noſter:Quo nomine (ut omnes ſapiẽtes Hebrei citra cõtro/
uerſiam aſſerũt) nullus poteſt uocari niſi Deus/& Meſſiah diuinitate ple/
Targon nus:de quo (ut omnes cõſentiũt) loquitur Propheta:Quod & Targon ce/
lebertima interpretatio chaldaica expreſſe habet ſic dicens: Et ſuſcitabo
Dauid Meſſiam iuſtum.Qui Meſſiah accommodate dictus eſt Dauid,&
Filius Dauid:quia de ſemine eius: & quia regnum uerum habuit, quod
Dauiticum regnum uerba præceſſit: & quia ſunt in Dauid multa ſacra/
menta nunc ſubticẽda/per quæ ſæpius Meſſiæh perſonam induẽs de ipſo
loquitur ſub propria perſona, & nomine,ut illud Dominus dixit ad me,
Moſes Filius meus es tu, ego hodie genui te/& multa huiuſmodi.Sed cõſcenda/
Bilham mus ad Moſem/a quo exordiri debebamus:Hic eni inducit Bilham Dei
ſpiritu arreptum de futuro Meſſiah,& de eius diuinitate hæc præſenſiſſe
לֹא אִישׁ אֵל וְיכַזֵּב וּבֶן אָדָם וְיִתְנֶחָם:Quod (qcquid habeat traductio noſtra)
ad uerbum ſic interpretatur:Non homo Deus/& mentietur: & filius ho/
minis, & pœnitebit? Cuius ſententię ſenſus eſt:Nõ poteſt eſſe, q; Meſſiah
cum erit Deus homo mentiatur, ut illud/non/referatur ad uerbum men/
tiatur/ac ſi diceret:Homo Deus,& nõ mentiet. Et q; de Meſſiah loquat,
clariſſime patet ex his,quæ ſequuntur:Ait enim:Et filius hominis/ & pœ/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

nitebit? Sic equidem ſeipſum uocabat Meſſiah/ut illud: Quem dicũt ho/ CHRI/
mines eſſe filium hominis? & pleriſq; aliis in locis. Sequitur: Ipſe dixit, & STVS.
non fiet: Ipſe loquutus eſt, & nõ ſtabit? Quę, ut declaremus aliquid de re/
conditis arcanis, producamus. Omnes prophetę in aliquo defecerũt præ/
ter Chriſtum: qui ideo dixit: Cœlum, & terra trãſibunt, uerba autem mea
non pręteribunt. Defecit enim Moſes, cum non introduxerit populum in IDEM
terram promiſſionis, ſicut prędixerat. Defecit Ionas cum Niniuitis/ quia Moſes
non ſtatim poſt quadraginta dies ſubmerſa eſt ciuitas, ut p̃dicauerat. De/ Ionas
fecit Elias cum Achab, cui prædixerat multa mala eius tempore affu tu/ Elias
ra: ſed Deus propter ipſius Achab pœnitentiam diſtulit illa mala uſq; ad
obitum eius: unde minus completum eſt, quod dixerat Vates. Defecerunt
& alii prophetę ex aliqua mutatione facta in iis, quibus prophetauerant:
adeo/q; ipſorum omnium uaticinia reperiebantur aliquando conditiona/
ta: & uiſi ſunt, & ſecundũ quid fuerunt mendaces: Chriſtus autem Deus,
& homo nunq̃ repertus fuit, aut reperietur mendax: nec eius uerba muta/
buntur, aut deficiẽt. Et q; Bilhan loqueretur de ipſo Chriſto clara luce cõ/
iectare poſſumus tam ex adductis uerbis, q̃ ex eis/quę ſequuntur: Subin/
fert enim: Benedictionem accepi: benedicam, & non mutabor: quia nõ ui/
detur iniquitas in Iacob, neq; fraus in Iſrael: q̃uis noſtra traductio habeat,
Non eſt idolum in Iacob, neq; ſimulachrum in Iſrael. Veritatem autem
litteræ proſequentes clare conſpicimus/q; de populo illo pleno iniquitate,
rebellione, & fraude non poterat uerificari ſententia illa, q; in eo non eſſet
iniquitas, & fraus: ſed tantummodo in Meſſiah de illo populo naſcituro:
in cuius ore non eſt inuentum mendacium, aut dolus: & qui iniquitatem
non fecit: ut inquit Iſaias. Propter ipſum igitur non poterat Bilhan male/ Iſaias
dicere populum illũ, & progenitores eius. Sequitur Vates: Dominus Deus
eius cum eo, & clangor, & applauſus regius in eo: quia fuit uerus Rex re/
gum, & Dominus dominãtium de ſtirpe regia Iehuda progenitus. Sequi/
tur: Deus deduxit eum de Aegypto, ideſt de anguſtia, & ergaſtulo huma/
næ calamitatis: Et etiam ad litteram ex Aegypto reuocauit eum defuncto
Herode, ut habetur ex Euangelio ſecũdum Matthæum. Sequitur: Forti/ Matth.
tudo eius/ ſicut רְאֵם, quod eſt animal omnium potentiſſimum in tradu/
ctione noſtra uocatum Rhinoceros ex ῥὶς, quod narem, & κέρας, quod cor/
nu ſignificat: qa cornu habet in nare differens ab unicorni: qui cornu ſuũ
habet in fronte: & uocatur græce μονόκερως monoceros, ideſt unicornis. Dif/
fert etiam ferocitate, & corpore: quia hic equinum, ille autem bouinũ cor/
pus habet: Vnde ab aliquibus dicitur bos Aegyptius, ut Sextus Pompe/ Sex. Pó.
ius refert. Aduerſatur hoc animal elephanti cum eo pugnans cornu prius
ad ſaxa limato, longitudine ei ſimilis crura habens breuiora, colore bu/
xeus, corpore aliquantulum gibbo, aſpectu horribilis, robore ingẽtiſſimo:

Ideo Meſſiah omnibus prævalens uirtute, & robore cœleſti illi fortiſſimo
Zacha. animali aſſimilatur. Zacharias quoq; tam aperte de Chriſti natiuitate lo/
quitur, q; nihil clarius: inducit enim Deum loquentẽ ſuper Iſrael/ & poſt
multa dicentem: Et effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores
Ieruſalem ſpiritum gratiæ, & precum: & aſpicient in me, quem tranſfixe/
runt. Neq; enim poterat Deus tranſfigi, niſi in aliquo corpore aſſumpto:
Sed aliud corpus, q̃ Meſſiæh, non legitur aſſumpſiſſe: nec cõueniens erat,
ut aſſumeret illo reiecto. De Meſſiah igit̃ loquitur, in quo habitans tranſ/
Longi. fixus eſt a Romano milite: qui eo uulnerato ſtatim aſpiciens in eum me/
liori oculo exclamauit dicens: Vere Filius Dei erat iſte: De quo omnia,
quæ præcedunt, & ſubſequuntur, citra dubium dicta ſunt: Nunquã enim
tam large diffuſus eſt ſpiritus gratię ſuę: & precũ, ſicut tempore Meſſię: h:
quãdo ſupra multos orantes uiſibili ſpecie, & igneis linguis apparuit: Nec
aliquis trãſfixus fuit aliquãdo, qui tanta celebritate & ab aſtanti pop ulo
corporeis oculis aſpiceretur/& omnibus retroactis temporibus ab omni/
bus credentibus oculo mentis, & contemplationis non ſine lachrymis, &
fletu cõſpiceretur: De quo planctu magno faciẽ o a diuerſis familiis ſub/
intulit Propheta: Et mirum quippe eſt, q; a mille & quingentis annis citra
ſemper in die paraſceues a populo publice/& quotidie in priuatis cubicu/
lis a deuotis deploretur mors noſtri tranſfixi IESV: Quod de nullo alio
Aggeus ſaltẽ poſt annum aliquando factum fuit. Aggeus quoq; Chriſti diuinitatẽ
& ſi non claris, ſaltem obſcuris uerbis profitetur, ſi bene ipſa interpretatur
Hiero. Hieronymus: Ait enim: Adhuc modicũ, & ego/qui v3 moui cœlum/quã/
do audita eſt uox mea: moui terram/quãdo me legem tradente, caligo &
turbo tenebroſa, & mons ardere uidebatur: moui mare rubrũ/quando uiã
tranſeunti populo præbui: moui aridam Aegyptum cultu Dei uacuam
per denas plagas: & ſolitudinem tegens populum in die per nubem, & in
nocte illuſtrans ignea columna, mana paſcens eundem: mouebo adhuc
cœlum fugans ſolem, & inducens tenebras in morte deſiderati a populo:
& a me dilecti Filii: mouebo terram magno terræmotu ſcindens duriſſi/
mos lapides, reſerans, & terrens ſepulchra, ut reddant mortuos ſuos: mo/
uebo mare interfecto dracone, qui in eo cũ multis reptilibus capiebat gen
tes: mouebo aridam, & eremum replens eam contemplatiuis, & ſolitariis
uiris: & mouebo omnes gentes ad ſuſcipiendam legem/& Dei cultum: qui
ſolummodo ſuſceptus fuerat ab Hebraica familia, & paucis aduentitiis:
Vnde ſequitur: Et ueniet deſideratus cunctis gentibus: pro quibus pri/
mus legiſlator Moſes non ſuffecerat. Et implebo domum iſtam, ſcilicet
nouam eccleſiam/ & collectionem populorum gloria. Et erit magna glo/
ria domus iſtius nouiſſimæ/ pluſq̃ primæ: Prima enim fuit ſynagoga:
& nouiſſima eſt eccleſia: quamuis iudei neſcio quid cõfingant de duabus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

domibus: Vna enim fuit eorũ familia, unus cultus, unus ſacrificandi mo/dus, una templi fabrica, a Zorobabel tamen, & Nehemia reſarcita: Quæ nec diſtabat a fabrica tabernaculi: quãuis una lignea, & altera eſſet lapi/dea: quia unus utriuſq; fabricę erat ordo: Vnde non alia domus poſt Da/uid, aut Zorobabel dici poterat. Sed iſta nouiſſima eſt Chriſti eccleſia: in qua omnia innouata ſunt: Quæ ſi glorioſior prima eſſe debebat, meliora ſacrificia exquirebantur, melior fabrica, & melior architectus. Sanctus enim fuit, & plenus Deo Moſes primæ domus inſtitutor: Verum plenior debebat eſſe huius ſecundæ domus architectus: quia quanto hæc glorio/ſior eſſe debebat, tanto eius artifex magis Deo plenus. Et ſi Bezeleel filius Vri electus ad fabricã ligneĩ tabernaculi repletus fuit ſpiritu Dei, quanto magis debebat repleri Deo conſtructor tabernaculi non manufacti, ideſt non huius cõſtructionis humanę, ſed diuinę? De quo & Regius propheta (ut alios omittamus) exerta uoce decantat in pſalmo octogeſimo octa/uo dicens: Quis in nubibus. i. in ſanctis æquabitur Dño, Meſſiæh y3 uen/turo: aut ſimilis erit Deo in filiis Dei, ſicut Chriſtus: qui eſt Filius per ue/ram generationẽ: alii autem per adoptionem, aut per generationẽ anago/gicam. Deus. ſ. & homo, qui glorificatur in conſilio, & eccleſia ſanctorum utriuſq; teſtamenti, magnus, & terribilis ſup oẽs, qui in circuitu eius ſunt: qui y3 intrare non poſſunt in ſphæram diuinitatis. Adonai Deus uirtutũ quis ſimilis tibi potẽs? יה ia, & ueritas, ideſt diuinitas tua in circuitu tuo. Tu dominaris poteſtati maris, & motum fluctuũ eius tu mitigas: ut fecit imperãs uento, & mari, in quo agitabantur diſcipuli. Tu humiliaſti, ſicut uulneratum ſuperbum diabolum eiiciens. ſ. eum foras. In brachio uirtutis tuæ: non inuocando, ſicut propheræ, & ſancti alii diſperſiſti inimicos tuos. Tui ſunt cœli, & tua eſt terra: orbem terrarum, & plenitudinem eius tu fun/daſti: Aquilonem, & mare tu creaſti ſimul cũ Patre: de quo dixiſti: Omnia dedit mihi Pater. Thabor & hermon exultabunt, ut clare patuit in tranſfi/guratione. Tibi brachium, ideſt uirtus cum potentia: ideo firmabitur ma/nus tua, in operibus videl3, quę facies: ut nullus poſſit deſtruere, aut rapere quicq̃ de manu tua: & exaltetur dextera tua hæc perpetrãs. Iuſtitia, & iu/dicium prępparatio ſedis tuę: miſericordia, & ueritas præcedet faciem tuã: ut conueniebat illi, cui datũ eſt omne iudicium a Patre. Beatus populus, qui ſcit, & experitur iubilationem, quæ eſt ſub eo. Domine in lumine uul/tus tui ambulabunt: quia es lux uera omnes illuminans. Et in nomine tuo exultabunt tota die: quando dabitur in eo loqui linguis, dæmones eiicere, & ægros ſanare: & in iuſtitia tua exaltabuntur ipſa. ſ. releuati: qui propriis meritis proficere nequeunt. Quoniã gloria uirtutis eorum tu es, cũ ſine te nihil fieri poſſit. Et in beneplacito tuo, quo nos uocaſti, exaltabitur cornu noſtrum: Quoniam domini eſt aſſumptio noſtra: & ſancti Iſrael regis no/

Dauid

CHRI/STVS.

ſtri: qui uocauit nos de mundo, ut fructum afferamus. Tunc loquutus es in uiſione ſanctis tuis, & dixiſti: Poſui adiutorium in potente, & exaltaui electum de plebe mea: inueni Dauid ſeruum meum. Inducitur hic Pater loquens non de Dauid filio Ieſſe, ſed de proprio Filio Chriſto: qui Dauid plæriſq; in locis dictus eſt. Oleo ſancto meo, ideſt diuinitate, unxi eum præ omnibus participibus eius: Manus enim mea auxiliabitur ei, & bra/chium meum confortabit: Ideo dixit Filius: Pater meus non relinquit me ſolum, ſed mecum eſt. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei: iuxta illud edictum a filio: Venit enim Princeps mundi huius, & in me non habet quicq̃. Et concidam a facie ipſius inimi/cos eius: & odientes eum in fugam conuertam: ut in alio Pſalmo dicitur: Ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum/Et ueritas mea, & miſe/ricordia mea cũ ipſo: unde idem ipſe effectus eſt ueritas, & miſericordiæ, gratiæq; plenus, adeo, ut de plenitudine eius omnes accipiamus. Et in no/mine meo exaltabitur cornu eius: Nam Pater eum glorificare curauit. Et ponam in mari/uidelicet excælſo, & ſupramundano manũ eius, & in flu/minibus dexterã eius: de quibus ſupra diſſeruimus. Sed uideamus/q̃ clare ſubinferat: Ipſe inuocabit me, Pater meus es tu, Deus meus/ & ſuſceptor ſalutis meæ: ideo uocabat Deum Patrem: Quod arcanum non intelligen/tes obtenebrati iudei uoluerunt ipſum lapidare. Et ego primogenitum po/nam illum in multis fratribus: ex quo (inquit Paulus) omnis paternitas in cœlo/& in terra nominatur/Excælſum præ regibus terræ: unde rex re/gum uiſus, & prædicatus eſt a Iohanne. In æternum ſeruabo illi miſericor/diam meã, & teſtimonium meum fidele ipſi: Ideo filius ait: Hic calix no/ui, & æterni teſtamenti eſt in meo ſanguine. Et ponam in ſæculum ſæculi ſemen eius: quo regenerauit nos in ſpem uiuam ſecundũ ſpiritũ. Et thro/nus eius, ſicut dies cœli: Quod de filio Ieſſe uerificari non poteſt, cum de/fecerit thronus eius. Et paulo inferius dictum corroborat dicẽs: Semel iu/raui in ſancto meo, ideſt in Chriſto ſancto, uel in meipſo Archetypo ſan/cto/ſi Dauid mentiar, cum mentiri non poſſit, neq; Pater dans/neq; Filius ſuſcipiens. Semen eius/ſpirituale uidel3, in æternum manebit. Et thronus eius ſicut ſol ſemper eodem modo perſeuerans in conſpectu meo: & ſicut luna perfecta in æternum: Quorum neutrum in filio Ieſſe habuit locum: quia nec ſicut ſol eadẽ continua luce, & gloria ſplenduit thronus eius: nec fuit ſicut luna perfecta in æternũ: Nam & ſi plenus fuerit in ipſo Dauid, & Salomone, ſicut luna perfecta, diminutus fuit tamẽ in Roboam, & ex/tinctus penitus in Ieconia, abducto ipſo, & populo in captiuitatem Ba/bylonicam. Et teſtis in cœlo fidelis: Nec enim reperitur alius teſtis in cœlo (ſi recte ſentit Iohãnes) niſi Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus: qui tres unũ ſunt. Hinc alibi dixit magno myſterio, & conſonantia cũ Pſalmogra/

Pſalm.

Paulus

Iohan.

CHRI/STVS.

Iohan.

Idem

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

pho:Et a IESV Christo,qui est testis fidelis,primogenitus mortuorum. Prosequitur postea Propheta domesticam querelam cum Patre/q̄ permi/serit Filium tot,& tam indigna pati dicens:Tu uero dereliquisti,abomi/natus es,& excanduisti in Christum tuū: Ideo omnibus audientibus cla/mauit in cruce ad Patrem Deum dicens:Deus Deus meus/ ut quid dere/liquisti me,tanq̄ abominabile quoddam, & inimicū,inuisum,percussum, & humiliatum. Fregisti fœdus serui tui, idest humanæ naturæ, cum qua unitus erat fœdere perpetuo,& uisus fuit eam relinquere in mortem.Pro/phanasti ad terram diadema,uel coronam sanctam/ qua eum coronaue/ras/& constitueras super opera manuum tuarum. Dissipasti,uel ammo/uisti omnes sepes, siue munitiones eius, Angelorum uidelicet custodiam, ut nec legio eorum,nec Angelus,nec homo fuerit ei in adiutorium:sed so/lus calcauerit torcular crucis. Posuisti munitiones eius formidinem, uel confractionem:quia & ipsi Angeli pacis amare flebant. Sic prosequitur usq; ad calcem hymni de progressu facto circa hunc Deum hominem in passione sua,quam sustinuit in humana natura pro toto genere humano. Baruch etiam (quāuis in hebreo canone non habeatur:quia tamen est in uulgata traductione,& communi usu ecclesiæ) q̄ clare de diuinitate no/uissimi legislatoris,qui est Messiah/loquatur,audiamus:Hic (inquit) est Deus noster, & non extimabitur alius ad illum: Hic adinuenit omnem uiam disciplinæ:& tradidit eam Iahacob puero suo, & Israel dilecto suo dans legem, & præcepta,atq; ordinans sacrificia: Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est factus caro, & aperto ore docens, quæ in lege,& prophetis ænigmatice ante tradiderat:adeo,ut discipuli di cerēt:Ecce palam loqueris,& prouerbium nullum dicis. Ex multis autem oraculis, quæ possemus adducere hæc pauca sufficiant, quibus non cre/dentes nec aliis credent.

CHRI/STVS.

Baruch

Quomodo sit deitas/& uerbum in ipso Christo. Cap. III.

QVamuis modus/ quo Deitas erat, & est in Redemptore no/stro/sit difficilis,& penè impossibilis explicatu, imo nec in/tellectu perceptibilis, cum dicat Damascenus, q̄ incarnatio uerbi fuit ignota etiam summo seraphino nedum quantum ad tempus, sed & quantum ad modum,tamē pro quanto nobis fari per/miserit Deus,explicare conabimur/quomodo deitas/& uerbum sit in hoc homine redēptore. Aliquid patris semper reperitur in filio per semen,quo generatur:Hinc Aristoteles in Ethicis concludit/q̄ pater magis dilígit fi/lium, q̄ econuerso:quia sentit in ipso filio aliquid de suo: unde in multis apparet nō tm̄ paternus spūs,sed loquela,uox,mores,species,lineamenta aciei,statura corporis/& huiusmodi. Sed Deus/quāuis sit omniū parēs p analogiam quādam/ perfectiori ratione est pater hominis:qui ipsius gerit

Aristo.

imaginem, q̄ aliarum creaturarū,quæ tantūmodo eius uestigio gaudent. Sentit igitur,& continet homo aliquid diuinitatis excellentius, q̄ cætera creata:quia ipsius peculiare genus sumus:ut inquit sapiēs Aratus:Et ante eum Pythagoras ait:Diuinum genus hominibus inest: Cum quibus am/bigens ille semipythagoreus inquit: Natus homo est:siue hunc diuino se/mine fecit ille opifex rerum/Multoq;, & incomparabiliter maius deitatis munus esse in eo debuit/ qui antonomatice dicitur Filius Dei, & per quē cæteri filii Dei efficiuntur.Nedum seminaria uirtus Dei in omnibus pro/ductis rebus,& potissime in homine est, sed continuus affluxus illius di/uinitatis,sicut continua diffusio radiorum solis illustrat,& cōfouet omnia loca:ad quæ peruenit semper ipsis beneficus uitam,& fœcūditatem præ/stans:Quod clara luce comprobamus,dum per eius accessum ad nos fœ/cundatur terra: pullulant plantæ: gliscunt animalia ad generationem, & fœtum:festinant aues ad oua producenda,& confouenda:& pisces diffu/sis ouis suo generi maximum præbēt incrementum:Et uersa uice ipso re/cedente,clausa uidetur fœtura: & plantæ deponunt,quæ antea fœcunda/tæ produxerant: Vnde si æquiformis esset ipsius solis affluentia, eadem semper in omnibus æqua esset fœtura. Summus autem,& supramunda/nus sol cū nō accedat nec recedat,quia semper ubiq; est, semper in omni/bus pro eorum capacitate diffunditur:Semperq; in cunctis affluens illo/rum esse conseruat fœcunditatem & operandi uim continue tribuens, & suggerens,nisi recipientis imbecillitas obstet:Vnde quanto quis est magis dispositus,tanto magis persentit diuinitatis affluentiam:Quod cognoscēs Ieremias dicebat:Tu autem in nobis es Domine,& nomen tuum inuoca/tum est super nos, idest uirtus nominis/ & ipsius nominati persentitur in nobis:Nam idem est nomen Dei,quod ipse Deus: & uirtus nominis di/uini,quod uirtus Dei, si recte sentiunt sapientes Hebreorum sic interpre/tantes:Sicut de cingulo misso pro tutela, & ducatu Mosi testatur Dñs di cens:Ecce ego mitto Angelum meū,qui præcedet te:Obserua eū,& audi uocem eius:quia nomē meū in ipso est,idest uirtus nominis mei,& diui/nitatis meæ:ut supra adducti exponūt.Et adeo uirtus nominis Dei tran/sierat ad Christū,ut & ipse cōsequutus fuerit id nomen,in quo oia genu/flectantur:& in quo omnia efficiunē mirabilia:quæ solebāt fieri antiqui/tus in אֵל שַׁדַּי el sadai usq; ad Mosem:Et a Mose usq; ad Christū in qua/drilittero illo nomine magno יהוה:Quoꝝ nominū uirtutē sentiens Chri/stus cōflatam in se,& in suo nomine magna authoritate dixit:In nomine meo dęmonia eiiciēt:linguis loquentur nouis:serpentes tollent:& si mor/tiferū quid biberint,non eis nocebit:super ęgros manus imponēt,& bene habebunt.Influit igitur Deus in omnibus omnia implens pro captu suo, sicut aer replet omne spatiū non occupatū alio corpore:quia Iouis omnia

Aratus Pytha. Ouidi.

Sap.he.

DEVS

CHRI/STVS.

Ieremi.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

plena:quod de aere, & de Deo intelligi potest. Et sicut totum corpus repletur anima,ut sit tota in toto,& tota in qualibet parte,sed modo quodã eminẽtiori in cerebro,& corde medio in sensibus,infimo autem in cæteris membris/Sic & in hoc mũdano corpore est Deus dicens per Ieremiam: Cœlum,& terram ego impleo:Terram quidem, & elementa,cæteraq; inferiora remissius, media plenius,suprema autẽ plenissime replet:Quæ suprema sunt Angelus & homo, quos tanq̃ cor & cerebrum replet non tm̃ uita cõmuni,sed rationali,intellectiua,& libera,aut amatiua.Nec minori uirtute ipsa membra mundana replet Deus, q̃ sol spatia mundi,& anima membra omnia humani corporis. Est igitur Deus in homine, sed potissime in Christo per semen,per affluentiam, & per repletionẽ. Est etiam (ut nouitiores Theologi docent) per hypostasim,aut personam,quã adiudicant in ipso Christo,& uncto nostro:eo q; uideant opera trãscendentia limites naturæ humanæ,quæ a supposito necessario ueniunt:quia actiones suppositoꝝ,aut singularium sunt.Est etiam per insertionem dicente Iacobo:Suscipite insitum uerbũ.Accõmodata quippe translatio est:quia inibi duæ naturæ unitę simul glutino quodam naturali,aut diuino, & superna turali fructum producunt magis secundũ naturam inserti surculi,q̃ susci/pientis trunci. Sed ipse Christus dixit se esse unitum nobiscum continuatione quadã dicẽs:Ego sum uitis,& uos palmites:sic & eius natura assumpta continuatione quadam meliori nota unita est cũ uite diuinitatis.Alia quoq; exempla possent adduci istius unionis diuinitatis cũ illa natura humana assumpta,sed hæc ad præsens sufficiant.

Ieremi. Theolo. Iacobus CHRISTVS.

In uerbo diuino cõtinebantur omnia. Cap. IIII.

OMnia præextitisse in uerbo,anteq̃ in proprias formas explicarentur, Iohannes huius mysterii summarius, & compendiosus descriptor aperto sermone testatur dicens: Quod factum est,in ipso,uidelicet uerbo/uita erat: Quod non ex legis tantũmodo assertione (ut blasphemat impius Arabs) tanq̃ loquens, & fabulator deprompsit,sed ea protulit,quæ tanq̃ Aquila ultra humanos limites peruolitans uidit. Quod (inquit) audiuimus,& uidimus,& contrectauimus de uerbo uitæ,hoc annuntiamus uobis. Et iterum:Vidimus gloriam eius,gloriam quasi unigeniti a Patre.Ideo merito ipsum sequũtur stupentes sapientissimi non tm̃ christianorum,sed etiam externorum non pauci. Aemilius ipsius Iohannis dogmata, quando de rerum emanatione disputat,ad unguem prosequitur:conaturq; eum cum Heracliti carminibus cõcordare.Proculus in Parmenidem Iohãnis doctrinã adeo uenerat, ut nullus eam pluribus/aut fortioribus rõnibus ,pbet.Alpharabius quoq; in libro de entibus mutatis ponderat nostri Iohãnis diuinissimã sapientiã: quẽ Iohãnẽ Christianũ appellat. Nec dissidet Platonicoꝝ dogma de ideis

Iohan. Auero. Iohan. Aemili. Procu. Alphar. Platon.

rerum,& numerorum a Iohannis nostri sententia. Sed & Hebrei sapientes ב bet dicunt esse sigillum supremæ sapientiæ,quæ est filius Dei:in quo omnia præexistebant cosignata,& collocata tanq̃ in domo: Nam ב bet domum significat,in qua existebant,& facta sunt omnia,sicut & Psalmographus canit:Omnia in sapientia fecisti. Erat enim ibi cœlum/& terra primo producta:Erant & omnium rerum formæ inde manantes,quando materiæ dispositę donantur.Quod non percipientes Peripatetici,maxime nouitiores,ingenti cõtrouersia disputãt de introductione,aut incohatione formarũ. Sed si antiquiores recensere uoluerimus,hi multigeni sunt:quãuis Auerois dicat eos tripartitos: Anaxagorei enim nihil opinabantur de nouo fieri:sed in lucem produci eas quæ latitabant formas, existimantes quodlibet esse in quolibet/Quo autem sensu,alibi declarauimus.Alpetragius existimabat formas esse a substantia cœli:& q; dispositiones essentiales non essent in rebus per suũ esse particulare,sed ab influentia primi cœli.Mathematici ipsam formã dari a syderibus:Themistius, & cum ipso nõnulli alii diuersimode hoc negotium determinabant pro diuersitate generatorum: Inanimata enim ut elementa generari existimabant ab unica forma materiæ:Animata uero,quæ æquiuoca generatione producuntur, ut uespæ ex cadaueribus equorum,Apes ex putrefactione uaccaꝝ,muscliones ex uino corrupto,ranæ atq; mures ex terræ computrescentia:Hæc & huiusmodi a forma abstracta a materia produci existimabant prę/ponentes omne quod fit,a sibi simili necesse fieri.Et cũ non sit in rebus inferioribus aliquod simile,ex quo istiusmodi generentur, ideo existimabãt abstractas formas,a quibus uel ad quaꝝ similitudinem generarẽtur. Sed peripateticorum dux cũ sua familia docens, q; productor non aliud agit in ratione compositi,nisi mouendo materiã,& transmutando ipsam,educit formam de gremio ipsius materiæ:ubi prius præexistebat in potentia. Et ibi Arabs ait: q; hæc opinio habet similitudinem quandam cũ sententia Anaxagoreorum, & Empedoclistarum:cũ utriq; dicant agentem sequestrare formam a subiecto: Sed differunt, quia illi separant quod actu prę/existebat:Peripatetici uero,quod potẽtia tantũmodo:Auicena autem, & eius abbreuiator Algazel cederunt decreta Iohanni nostro satis confonia dicentes, q; secundũ dispositam materiam per cœlos,& causas secundas infunduntur formæ a datore formarum Deo:Et hoc quidem in productionibus particularibus, & successiuis:Sed in primæua productione existimarũt, q; primo materia,postea formæ ipsam determinantes ab eodem fonte,scilicet diuino uerbo emanarunt. Accedit ad hos Cinesius ille Cyrenensis philosophus illustris: qui in hunc modum philosophatur dicens:Entia prima simplicia sunt:descendens uero natura ab eis multipli/ci ratione uariatur: Sed ens primum simplicissimum est: a quo media,

Sap.he. Dauid Peripa. Auerõ. Anaxa. Alpetr. Mathe. Themi. Aristo. Auer. Anaxa. Empe. Auice. Algazel Cinesius

generatio animatorum
Generatio animatorum
at uerso ut similia

& ultima proueniunt: Illud autē ſimpliciſſimū Deus eſt p ſuum uerbum omnia cōtinens. Proculus uero Dyatocus in ſuis Theorematibus theologi zans, & philoſophans, pbat, q̄ ſicut omnis numerus ab unitate, ita omnis multitudo ab uno procedit, in quo cōtinebatur uirtute. Ipſum autem unū in oibus eſt actu: qa in ternario ſunt tres unitates, in q̄ternario quatuor, & ſic de reliquis, ut copioſius tractat Rabi Samuel in cōmētariis libri, cui ti tulus eſt de formatione reꝝ. Sic & illud ſupremū unum eſt actu in oibus oia ſuſtentās, ut ex Dionyſio hēmus in ſuo de diuinis noibus: ubi ait: Mo nas hēt omnē in ſe numeꝝ unice, & omnis quidē numerus complicatus in monade eſt: q̄tū uero a monade progreditur, tantū diſcernitur, & multipli catur: Quod de numero, & unitate formali, atq; eſſentiali intelligendū eſt. Et ut antiquiores repetamus: qui fatent oia p̄fuiſſe in uerbo diuino, anteq̄ in proprias formas explicarētur, audiamus, qd Hermes cū Tatio filio cō cionetur: O fili /inquit/ arcanū eſt ſapiētiæ uerbum ſanctum ſancti ſolius Dñi omniū, quod effari ſupra hominē eſt: quia ab ipſo homo, & omnia, & in ipſo omnia. Plato in Epimonide, cū de diuinoꝝ cōſortio, & æqua di gnitate diſſereret, ait: Et nos honores reddamus, nō alii menſem, alii annū, alii nullā ſortē deſtinantes, nullūq; tēpus excludamus: ſed totū ei tribuat: in quo ſuum curriculum p̄currere mundū facit: Quod ordinauit uerbum omniū diuiniſſimū: Nihil aptius cū eo, quod noſter Iohānes dicit/ Omnia per ipſum uerbum facta ſunt: & cū eo, quod canit Propheta: Verbo Do mini cœli firmati ſunt.

Procu. Ra. Sa. Diony. Hermes Plato Iohan. Dauid

Ibidem omnia ſunt numero/pondere/& menſura. Cap. V.

ET ſicut omnia ſunt ab Opifice diſpoſita numero, pondere, & menſura, eodē modo præexiſtebāt in uerbo illo ſanctiſſimo: Numero quidē, quia numeroſitas rerū uniuerſitatē exquirit ſuoꝝ exemplariū in Archetypo, ut ſupra latius diſſeruimus. Ea tamē multitudine ibi ſunt, ut nunq̄ ab unitate promptuarii diſcedant. Quod & Proculus in ſuis theorematibus theologicis docet: Omne/inquit/ quod unū participat, unū eſt, & non unum. Sic & diuinæ p̄ſonæ (ut edo cemur a noſtris Theologis) ſunt unū in radice eſſentiæ, quā participant: & tres ſeipſis diſtinctæ: Creaturæ autē oēs ſunt unū in fonte, a quo fluunt (ut ſapientiſſime dicebat Parmenides falſò ab Ariſtotele de errore calum niatus) in particularibus uero formis diſtinctæ: iteꝝ tamē uniendę cū illo uno, ad cuius unionem Academici (Plotinus maxime) tanta celebritate nos ſuadent. Numeroſa ergo maſſa ſtellarum eſt in Deo, & in uerbo, quo cœli firmati ſunt: ſic & numeroſa multitudo animalium, arborum, lapi dum, & omnium, quæ creata ſunt. Nedum eſt ibi numerus ſpecierum, ſed etiā ſingularium ſuppoſitoꝝ, dicente ipſo uerbo ad particulares homines: Nomina ueſtra ſcripta ſunt in cœlis. Et qd̄ maius eſt, ēt eoꝝ, quæ ſupflua uident

Procu. Parme. Acade. Ploti. CHRI STVS.

CHRI STVS. uident in nobis, numerus repperiē in eo/dicēte eodē uerbo: Capilli capitis ueſtri oēs numerati ſunt. Pondus quoq;, & menſura omniū: & quo omnia

Iſaias ponderant, & menſurantur in eo præeſſe debet: de quo inquit Iſaias: Quis menſus eſt pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit? Quis appendit tri bus digitis molē terræ, & librauit pōdere mōtes/& colles in ſtatera? Deus quippe, qui in fortitudine ueniet, & brachiū eius dominabitur, & merces eius cū eo. De uerbo quidē incarnando loquit Propheta: quo Deus Pater

Paulus omnia fecit, omnia ſuis nexuit ordinibus, iuxta illud Pauli, qui cū de filio loqueretur, ait: Quem conſtituit hæredem uniuerſorum: per quem fecit & ſæcula: Qui cū ſit ſplendor Patris, & figura ſubſtantię eius/portans omnia

Augu. uerbo uirtutis ſuę. Quod Auguſtinus in Geneſim exprimēs ait: Nihil crea tum fuit, nec ante tempora productum/quod non in Dei uerbo Patri co æterno coæterna uita uiueret: Ideo ſcriptura priuſq̄ inſinuaret unāquanq; creaturam ex ordine, quo condita ſunt, reſpicit ad Dei uerbum prius pro ponens: Et dixit Deus/Fiat & factum eſt. Non enim inuenit cauſam ali quam rei creandæ/niſi quia in uerbo Dei depictam iam repperit eam per uerbum/aut iuſſum in propriam formam conducens, & explicans/ſecun dum quod in dicto uerbo diſtincta erant, & enumerata rationibus ſuis.

Pytha. Hinc Pythagorei numeros abſtractos ponebant in Deo: quos uocabant ideam rerum faciendarū (ut ſtatim dicemus) quas immutari in res Phy ſicas opinabantur. Sed & Plato aliquātulū eoꝝ dictum corrigēs docebat ideas illas participari rebus phyſicis/non aūt ipſas mutari cum perpetuæ ſint, & mutari non poſſint, niſi per mutationem intelligant earum com municationem cū rebus, quæ ad earum fabricantur imagines/& earun dem uirtutem ſuſcipiunt: adeo, ut nihil ſit quod ab aliqua illarum non de pendeat. Et hæc eſt (ut opinor) elegantiſſima ratio, cur non poſſit tranſcē di denarius numerus: quia videl3 numerorum idea nō ultra extenditur, ut

Abrahā Abrahā in libro de formatione cōſtanter aſſeuerans dicit: Decē, & non no uem, decem & nō undecim. In hoc.n. denario/tanq̄ in omniū menſura/& pondere omnia includuntur/& ab eodē emanāt: Quæ tñ omnia prius col locata ſunt in domo diuinæ ſapiētiæ/& depicta in æterno uerbo, qd̄ eſt cē trum diuinæ ſphæræ ubiq; exiſtens: quia omnia cōtinet, & in oia ſe exten

Diony. dit: ut pulcherrime docet diuus Dionyſius in ſuo de diuinis nominibus: Eſt (inquit) centrum ſphæræ uniuerſi oēs lineas continens, & principiū reꝝ: ex quo eſt & ipſum eſſe, & oia, quæ quomodolibet ſunt. Et eſt omne initium, omnis finis, omnis uita, immortalitas omnis, omnis ſapientia, oīs ordo, numerus, & harmonia omnis, omnis uirtus, & omnis cuſtodia, firmi tas omnis, omnis diſtributio, omnis intelligentia, omnis ratio, omnis ſen ſus, omnis ſtatus, omnis motus, omnis unio, temperamētum omne, omnis amicitia, omnis continentia, diſcretio omnis, omnis diffinitio, & alia quęq;

Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

(quęcũq; ſunt)ab ipſo exculpuntur, ſicut erant in ipſo uno/ a quo omnis numerus,& harmonia mundani huius inſtrumenti ꝓcedit,ueluti ab unitate/tanq̃ a fonte omnium numeroꝝ,& proportionum omnis numerus,& harmonia uocalis emanat:ut Nicomachus, & Boetius diffuſe pertractãt. Nicom. Boetius
Et hoc unum omnium principium eſt illud, de quo diuus doctor Moſes Moſes
ait:In principio ideſt in ſapientia/uel uerbo creauit Deus cœlum,& terrã. Paulus
Quod clarius explicat Paulus dicens: Ipſe eſt primogenitus omnis creaturæ,in quo condita ſunt uniuerſa.

Cognitiões exẽplares in mẽte artificiis ideę dicunt̃,& ſũt. Cap. VI.

DVplices eẽ regulas in mẽte, & uerbo diuino a ſapiẽtib⁹ q̃plurimis didicimus: Quaꝝ alteræ ſunt rerum faciẽdaꝝ a ſeipſo: & ſunt proprie ideæ dictæ ἀπὸ τοῦ εἶδος q̃ ſpeciẽ, formãq; ſignificat:Alterę autem exemplaria ſunt,ad quoꝝ metas opera noſtra deducenda ſunt,quæ & ipſa ideæ dicuntur per analogiam quandam.Sunt ergo ideæ formæ,ſpecies,exemplariaq; rerum æterna in mente diuina ſemper exiſtentia,& anteq̃ res fierent/ut ab eis tãq̃ a propriis ſigillis unumquodq; ſubiectũ imprimeretur:Et nunc in ſua exiſtentia perſeuerant:ut ſpecies ipſæ ſemper,cõſeruentur,& æternę ſint:nec corrumpantur & tranſmutent̃ ad corruptionem,aut tranſmutationem indiuidui. Et per analogiam quãdam etiam cogitationes rerũ a nobis per artem faciendaꝝ ideæ dicũtur/ & exemplaria:ut longo progreſſu diſceptat Auguſtinus ſu- Augu.
per Iohannẽ.Sed quia non ſunt exemplaria ſpecieꝝ,& rerum eſſentialiũ/ non ſunt proprie ideę,ſed analogice dicuntur,per quas illas diuinas cõiectare poſſumus:Quæ(ut Plato docet) in paterno itellectu una,& ſimplex Plato
idea eſt/uirtute,& cauſalitate uniuerſalis/ & in ſeipſa uirtute præhabens formas omnes excellentiori quodam modo.Hęc autem procedens relucet multiplicata in eo,qui oia habet a Patre:Et ultra diffunditur aliquo modo diuiſa in diuerſis locis,aut manſionibus archetypi. Deuenit poſtea ad motores orbium,& alias intelligentias,quibus inferiora diſponenda commiſit/prębẽs eis quaſi ſementem:& præcipiens,ut exequant̃,& conducãt ſecundum ſibi datam infuſionẽ. Ipſi autem explicant per cœlos tanq̃ per inſtrumẽta diuerſis irradiatõibus,& aſpectibus opportunis/trigonis,exagonis,& tetragonis,nunc accedendo,nunc recedendo: Et tandem infunduntur formæ ſecundũ ſubiectoꝝ diſpoſitionem,quas ſemper appetũt,ut informentur/& perficiantur: ſicut fœmina appetit uirum, ut ab eo ſuſcipiat fœtum,& genituram:uel ut eius ſexu gaudeat. Illa autem omnia diſponũtur uirtute luminis cauſæ primæ:quod a principio iuſſum fuit illuſtrare,& fœcundare omnia,tanq̃ ſemen/forma,& uita omnium.Hinc dixit Iohannes:Et uita erat lux hominum:Quia lux illa ſuprema eſt ipſorũ, & omnium uita:Quæ uita,& lux inducitur in materiam per cauſas ſecũ-

das,& cœlica inſtrumenta,ſicut forma excogitata in mente artificis induci
Augu. tur in ſubiectum per inſtrumenta artificialia.Sunt etiam regulæ,& exẽ
DEVS plaria in Verbo diuino/quibus(inquit Auguſtinus) cõformes uiuere debemus: Quas demonſtrans ſummus opifex Moſi dixit:Inſpice, & face ſecundum exemplar/ quod tibi in monte monſtratum eſt. Nec tantum de tabernaculo ligneo conſtruendo loquitur, ſed de tabernaculo/ & templo uiuo Dei uiui componendo,quod ſumus nos: quorum uniuſcuiuſq; illud cum ſuis ſacris ibi peractis typum gerebat:ut ſuo loco latius/Deo fauẽte/
Augu. referabimus:Quas regulas etiam Angeli (inquit idem Auguſtinus) conſulunt in agendis/tanq̃ uitæ & ueritatis fontem.

Qui has ideas admiſerint Cap. VII.

HAcilis conuentus multorũ ſapientum in eandem ſententiam quãtum autoritatis præſtet,quantæq; ueritatis illam eſſe demõſtret,dicat Ariſtoteles,Proculus, Porphyrius,& alii ſapiẽ
Ariſto. Procu. Porph. tes:qui ueritatem rei probant multoties ex ſapientum communi conſenſu.In negotio itaq; idearũ non ſolum Catholici/aut Chriſtiani omnes conueniunt,ſed externi ſapientes tot/& tanti uiri, ut omnis ſuſpitio merito tolli poſſit/q; noſtri magis lege,q̃ ueritate eas affirment. Zeno
Zeno antiquus Philoſophus Deum prædicat naturę principem,& diſpoſitorem:quẽ logon/ideſt uerbum nominat/quod/ eſt intelligentia ſuiipſius,& rerum faciendarum,& cõſequenter idea:Quod accepiſſe opinor ex offici-
Mercu. na Mercurii:qui in Pymãdro ait:Mens Deus utriuſq; ſexus fœcunditate pleniſſimus/uita/& lux uerbo ſuo mentem alteram opificem peperit: Qui quidem Deus ignis/ atq; ſpiritus ſeptem deinceps fabricauit gubernatores:qui circulis mundum ſenſibilem complectuntur:eorumq; diſpoſitio fatum uocatur. Connexuit inde Dei uerbũ ex elementis Dei deorſum tendentibus purum naturæ artificium,unitumq; opifici menti: conſubſtantiale enim erat.Ecce q̃ pie,q̃ docte,q̃ clare docet omnia præfuiſſe in illa fœ
Iohan. cundiſſima Dei mente,aut intelligentia:quam uerbum appellat,iuxta Iohannis noſtri doctrinam.Mens autem quam peperit, altera eſt perſona, ſed eadem eſſentia: in qua opifici mente/ideſt uerbo producto, omnia fabricauit:Primum uero fabricati ſunt ſeptem illæ mentes/qui primi intelle
Hebrei ctus ſeparati dicuntur, iuxta illud ſeptenarium ſupramundanum:quem ſeptenarium fabricæ Hebrei appellant:cum quo & has intelligentias, & ſuos orbes conuenire declarauimus: Quæ ſeptem intelligentiæ aut Spiri-
Apoca. tus(ut in Apocalypſi,& Thobia legimus) ſemper ſunt in conſpectu thro-
Thobi. ni ſummi Principis:qui diſponentes inferiora exequuntur:quæ ſupremus iubet:hincq; eorum diſpoſitio fatum uocatur. Poſtea clare loquitur quomodo Dei uerbum/ideſt excogitatio rerum faciendarum: aut in quo eſt ipſa excogitatio,fabricauerit hoc mũdanum opus uniendum cum opifice

The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

primo. Et ſicut ipſum uerbum eſt conſubſtantiale, & unitum primo, ideſt ſummo Patri / ſic omnia, quæ per ipſum fabricata ſunt ad unionem de/ducit. Et ab iſtis, uel a ſuperiori officina prophetis/& ſanctis uiris reſerata didicerunt Socrates / & Plato: qui dixerunt ideas ſeiunctas a materia in penetralibus Dei exiſtentes, non inter nubes, aut in concauo lunæ: ut falſò calumnianť Peripatetici, uel alii naſuti. Sint igitur ideæ in ſummi Archi/tecti mente, uel uerbo, tanq̃ rerum cauſæ: a quibus procedens Plato ſuper omnes philoſophos cauſas a diuina prouidentia aſſignaſſe merito dicitur a Theophraſto. Stoici ſuum Zenonem imitati dixerunt notiones in ani/mis noſtris anticipatas ideas eſſe: Sed hæ analogice, illæ autem in mente diuina uere, quia ad earum ſimilitudines effigiantur materiæ informes in ratione ſpecifica, ut dicit Plutarchus in de Placitis philoſophorum. Et an/te hos docet Timœus Locrus ideam ingenitam, ad extra uero exemplar, adiuuantemq̃ cauſam / uel formam omnium, quæ tranſmutantur: Cum quibus Epicharmus Sphęræus, & multi alii antiqui cõueniunt. Nouitio/res autem Platonici, Iamblicus, Porphyrius, Plotinus, Hermias, Nume/nius, Proculus, & eius præceptor Syrianus hanc doctrinam ampliarunt: Quorum ultimus adeo in Apologetico pro Platone ſe diffundit, ut uolu/men ampliſſimum ædiderit. Alcinous etiam magiſtri dogma explicans in libro/ cui titulus eſt de doctrina Platonis/ & in Epitomis inquit: Plato/ni placuit ideas eſſe / non quidem artificum proprie, ut ſcuti/& lyræ: neq̃ eorum, quæ ſunt præter naturam/ ut febris, & bilis: neq̃ ſingularium, ut Socratis, aut Platonis: neq̃ minutiſſimarũ rerum, ut pulueris, uel feſtucæ: ſed ſunt entium perfectorum, & notiones immutabiles/ſemperq̃ manen/tes: & menſuræ quædam immateriales exiſtentes/ eo q̃ mundus non ſit a caſu/ſed ſummo ordine ad inſtar eorum exemplarium/quę erant in Arti/fice fabricata: Quæ ideę in opifice una eſt, & uniuerſalis cauſa, uirtute oĩa habens/& prę habẽs/ ſed multiplicata per reſpectum ad ideata: quia mul/toꝝ eſt: Vnde origine eſt una, multæ aũt ex determinatis ab ea: Quæ opi/nio fulcita tot ſapientibus, & diuinis oraculis, maiori aſſertione digna iudi catur, q̃ Ariſtotelis hæreſis, uel irriſio: q̃uis offuſcati Alexander, & Auerois contrarium ſenſerint. Et pulchrum eſt (ſi bene perpendatur Ariſtoteles) ipſe & ſi uerbis, neſcio quo ſpiritu, diſcrepare uideatur, in re tamen non aliud ſentit: Concedit enim potentiam actiuam, & artem præeſſe in arti/fice, anteq̃ ad ſuum opus deueniat. Nec minor ratio eſt in artifice munda/næ fabricæ, quem cum non cognouerint, & quando, & cur, & quomodo mundanam hanc domum fabricauerit, fabricam ipſam, & modum, & ordinem negat alicubi: quę alibi ueritate coactus confitetur. Negauit for/ſitan ideas, & mundi fabricam / dum infra terminos phyſicos contentus profitetur, & docet: Aſſerit enim in eo tractatu de mundo, qui eidẽ aſcri/

Socra. Plato Peripa. Plato Theop. Stoici Zeno Plutar. Tim.lo. Epicha. Sphær. Iambli. Porph. Plotin⁹ Hermi. Nume. Procu. Syria. Alcino.

bitur, hanc machinam a ſummo artifice fabrefactam: & in ſuperiori phi/loſophia a phyſicis legibus abſolutus/ ſatis bene theologizans dicit, q̃ ſi/cut intelligentia noſtra cauſatur a rebus, & obiectis cognitis, ita ſcientia, & cognitio Dei eſt cauſa eorum, quæ ſunt: Sed quid eſt, quæſo, intelli/gentia Dei cauſatiua rerum, niſi uerbum eius, per quod facta ſunt omnia? Sed iam ad colluſtratos diuino lumine redeamus. Paulus cum de uerbo incarnato cũ Coloſſenſibus diſſereret, ex promptuario tertii cœli hæc de/promit: Ipſe eſt primogenitus omnis creaturę, in quo condita ſunt uniuer ſa in cœlo, & in terra. Nec quippe condita ſunt materiali ſtructura, aut in officina ferraria, uel lignaria, ſed per rationes exemplares exiſtentes in uerbo, & in filio, quẽ (ut alibi dixit) conſtituit hæredem uniuerſorum: per quem fecit & ſæcula. Moſes quoq̃, cum fabricam mundi miro artificio deſcriberet, binas ſemper productiones meminit: quarum alteras in men/te, alteras in productione exteriori fuiſſe innuit: Illæ quidem per uerbum, dum ait: Et dixit Deus: Fiat, producat, uel faciamus: Hæ autem exterius explicatę deſcribũtur. Salomon Dei, & hominum iudicio ſapientiſſimus adiudicatus, cum de ſapientia Dei loqueretur, in qua facta ſunt omnia, ipſam productam præmittit ante terram, montes, colles, abyſſos, uel ma/teriam informem, ante flumina, maria, & quicquid in eis continetur: & cœlorum atq̃ inferiorum fabricæ aſtitiſſe, dum ait: Quando præparabat cœlos, aderã: quando ſtatuto ſuo, & gyro uallabat abyſſum, omnia vidꝫ formans, & in omnibus imprimens ſuis menſuris, & ordine: Vnde ſequi/tur: Quando æthera firmabat ſurſum: uel ut habet ueritas litterę: Cum de duceret nubes deſuper, & firmaret fontes aquarum, & poneret aquis ſta/tutum, ne tranſirent fines ſuos: Cumq̃ ordinaret fundamenta terræ, eram apud eum אָמוֹן amon, quod magiſter in qualibet arte, aut artifex, & figu rans interpretatur. Ecce q̃ clare profitetur in ſapiẽtia diuina eſſe artificiũ, quo omnia formarentur, & moderarentur: Et illud eſt exemplar, & idea rerum faciendarum.

Paulus

Moſes

Salomõ

Qui ideas reſpuerint, & quibus rationibus. Cap. VIII.

Ariſto.

PRęcipuus inter eos, qui ideas abiecerunt, Ariſtoteles eſt cum ſuis Peripateticis: & hic uir quidem grauiſſimæ authoritatis apud eos, qui ſenſibilem tantummodo ſequuntur doctrinã, & inferiorem philoſophiam: qui nec pie, nec iuſte, ſed ingrati diſcipuli more magiſtrum irridendo ait: Valeant ideæ Platonis: quia ni/hil ſunt, aut monſtra ſunt: ſuperfluum, ridiculum, inconueniens, & falſum exiſtimans ipſam ideas admittere. Superfluum quippe exiſtimabat: cum ſufficiat primo agẽti obiectum ſuum, quod eſt eius eſſentia, per quam oĩa operatur: & in qua continet omnia. Ridiculum quidem, quia non indiget Deus ſimulachro, aut paradigmate, p̃ quod aliud cognoſcat, ſicut indiget

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

homo ſpecie ſenſibili, aut intelligibili. Inconueniens quoq;, & abſurdum eis uidebatur, q̃ ex formis illis ſempiternis generentur corruptibilia, & temporanea. Et cum ideæ ſint relatiua, quia ad ideata referuntur, nõ poſſunt eſſe in ſubſtãtia illa ſimpliciſſima ab omni imperfectione aliena. Abſurde etiam dicuntur conferre ad numerum, cũ æquiuoca exiſtant diuerſæ rationis a rebus numeratis. Falſum inſuper opinabantur per illa exemplaria res productas aſſimilari opifici: ut idearũ fautores aſſerere uidentur, cum res productę non aſſimilentur primo, niſi per attributa: quorum rationes multo inferiori nota, & per analogiam quandam reperiuntur in productis: Hinc uacillant, etiam qui Chriſtiani ſunt nomine, aſſeclæ autẽ cacodæmonis, exiſtimantes erroneum, & ridiculum, quod non eſt imaginatus ipſorum Ariſtoteles ſolertiſſimus cauſarum, & rerũ perſcrutator: id maxime, cum fuerit Platonis auditor uiginti & uno anno: Vnde mirum eſt, q̃ ſi aliquid boni de iſtis ideis ab eo percepiſſet non approbaſſet, & ſcripturę cõmiſiſſet. Et ulterius progredientes leue iudicant, aſſertũ etiã in doctrina Chriſtiana, quod nulla authoritate ſcripturæ ſacræ fulciatur: & id potiſſime cum de Deo/ de cognitione noſtra/ deq; rerum æternitate abſq; ideis omnia, quæ dicunt̃/ ſaluari poſſe exiſtimẽt: Nã cognitio noſtra (ut aiunt) ſufficientiſſima eſt per genus in uniuerſali/ & per differentiam propriam in particulari, dũmodo ipſa cognoſcatur: Quæ ſpeciem, & formam propriam ſpecificam decernit: quæ non eſt exemplar in alio, ſed ut eſt actu exiſtens in compoſito eſt ipſum informãs. Nec Deus uidetur illis figuris indigere/ tanq̃ ſigillo imprimente/ quia uirtute ſua omnia agere poteſt, & agit abſq; inſtrumento: Si tamẽ inſtrumentum aliquod concurrere iubet, illud eſt extra ipſum, & non in ipſo, ut de ideis dicit̃. Nec poſſunt (inquiunt) exemplaria illa cauſare generatiuũ, & corruptiuum motum: quia non ſunt in ſubiecto/ ſicut uirtus in ſemine: Nec per contactum mouent, ſicut uirtus ſyderum pertingens uſq; ad qualitates elementares: quia ipſa penitus ſeparata dicuntur. Hęc ſunt potiſſima monumenta, & robora eorum/ qui negant ideas.

Errores ſunt, & non rationes, quæ contra eas facere uidentur.

Caput IX.

ERga idearum hoſtes an nobis pugnandum ſit, necne, dubia eſt mens: quia non ſunt exponenda ſancta canibus: neq; lucernæ, & lumina accendenda ſunt ueſpertilionibus: nec margaritæ ſunt proiiciendæ porcis conculcandæ: Quod nobis faciendum eſſet, ſi arcana ideaꝝ cum huiuſmodi diſceptãdo (ut opus eſſet) exponeremus. Ne tamen lectores penitus ieiunos dimittamus/ aliquid uel leuiter percurremus, ea tamẽ lege, qua Orpheus de arcanis diuinis decantare ſolitus eſt/ hac in primis de more proteſtatione præmiſſa. Orphe.

Vos/ qui uirtutem colitis, uos ad mea tantum
Dicta aures adhibete, animoſq; intendite ueſtros:
Contra qui ſanctas leges contemnitis, hinc uos
Effugite procul o miſeri/ procul ite profani.

Vos inq̃/ qui diuina contemnitis/ oracula ſpernitis, leges abiicitis, ut ille maledictus Arabs: aut uenari uultis rationibus Deum/ & ſua arcana/ quæ propriis uiribus inueſtigari nõ poſſunt/ ſed tantũmodo ab oraculis addiſcenda: unde Orpheus fatetur Deum cognitum ſoli Abrahæ (cui ſoli/ & familiæ ſuæ credita ſunt eloquia Dei) ſubinferens de Deo ipſo.

Nemo illum/ niſi chaldeo de ſanguine quidam
Idem Progenitus uidit: quẽ cœlorum aurea ſedes/
Sublimiſq; tenet: cuius ſe dextera tendit
Oceani ad fines: quem de radicibus imis
Concuſſiq; tremunt montes, nec pondere q̃uis
Immenſo ſit ferre queunt: qui culmina cœli
Attollens, terris nunq̃ tamen ille fit abſens:
Ipſe eſt principium, medium, qui & exitus idem.

Paulus Fatetur igitur Deum eſſe principium, & finem omnium, & medium, quo fiunt omnia, iuxta illud Pauli: A quo omnia, in quo omnia, per quem omnia. Quod arcanum explicatum fuit Abrahę chaldeo, & poſteris ſuis (qui Hebrei dicti ſunt a tranſitu) & ſcripturæ cõmendatum in libro de Formatione: qui ipſi Abrahæ inſcribitur. Vnde & Ariſtoteles, cum de ipſius Dei cognitione in prima philoſophia diſſereret, patres Chaldeos uenera/

Ariſto. tur cedens ipſis: quia ab oraculis acceperunt: Qui (ut inquit Proculus neſcio quo lumine colluſtratus) apud Deũ epulati, & in puro uiuẽtes ſplendore, ſecundum perfecta undiq;, ſtabiliaq; initiati ſunt Phantaſmata, aſſeuerantes opiniones, & rationes ſcientificas pro nugis, & anilibus fabellis reputabant, cum illæ quidem incertæ, & dubiæ ſint, non procul ab irrationali exiſtunt uita: Eæ autẽ ſyllogiſticæ ſunt, & compoſitæ, nulloq; modo opificis ipſius ſolitariam, intellectualemq; naturam attingere poſſunt. Illas tamen faciles, & fallaces rationes, ne uideamur eorum uerſutiam declinare, iam enodabimus. Et primo cur irriſerit Ariſtoteles, aut cõtempſerit ideas/ dicant Themiſtius, & Simplicius eius expoſitores, & Franciſcus

Themi. Simpli. Franci. inter nouitiores theologos inſignis illuminati cognomine decoratus: Horum primus ait: Ariſtoteles ſemper conatus eſt contradicere ad apparens: Sequens uero inquit: Arguit Ariſtoteles potius ad uerba, q̃ ad ſenſa: Vltimus autem largiori licẽtia, aut zelo diuiniſſimæ theologiæ in eum huiuſmodi uerbis prorumpit: Ariſtoteles duplici de cauſa Platonem crimina/ tur: Prima eſt inuidia, qua falſò, & impie magiſtrum, a quo multa didicit ubiq; inſequitur: ut manifeſtũ eſt etiam mediocriter in Platonis dogma/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

tibus expertis:Altera,quia & si fuit bonus philosophus,fuit pessimus me/
taphysicus:Sed nec in physicis inuentor,uerum tantum collector fuit, ut
ipsemet in Elenchis fatetur dicēs:Si de inuentis detur alicui laus,mihi de
betur de Elēchis:Vbi ueritate coactus noluit sibi arrogare, qđ nō fecerat.
In illis itaq; arguendi regulis,& sensibilibus uersatus sponte discessit a di/
uino symposio:in quo (inquit Simplicius) nutritus Plato semper diuina Simpli.
ueneratur,& a speciebus illis ęternis,& ideis exorsus usq; ad ima deuenit: Plato
Aristoteles autem a sensibilibus procedens eóusq; conscendit,quo suę ra/ Aristo.
tiones ex sensibilibus formatæ deducere possunt. Diuisiones enim gratia/
rum sunt,inquit noster Paulus:Ideo alii datur sermo sapientiæ, alii sermo Paulus
scientię,alii genera linguarum, & huiusmodi.Alii itaq; datur scire in hu/
manis:alii sapere i diuinis. Aliis etiam (ut Cicero inquit) data fuit copia Cicero
fandi: Aliis ad penetralia doctrinarum ingressus: sed ad utrunq; (ut ait)
nemini Græcorum uiderat contigisse. Quid autem ipsi de seipso uisum
fuerit,subticeo:sed ueniamus ad rationes.Existimant sufficere Deo suum
obiectum:damus eis, sed dicimus,q; i illo,uel in uerbo ab ipso producto,
quod idem est cum ipso obiecto,sunt rerum ideę:Quod non est obiectum
sub ratione filii, aut uerbi producti, uel idearum:sed sub ratione deitatis,
uel essentiæ.Nec ridiculum proponūt fautores idearum dicentes,q; Deus
indiget simulachro,cū ipse sese constituerit exemplar rerum faciēdarum.
Nec mirum,si ex exemplaribus æternis generentur corruptiblia,& tem/
poranea: cum semper opus degeneret ab artifice uoluntario, & libero:&
multoties ab instrumento;Imprimit enim sigillum argenteum,siue aureū
in ceta,uel luto multo ignobiliori ipso auro.Nec sunt ideæ relationes alio
modo,q̄ ea relatio/qua Deus refertur ad creaturas:sint autem rationes(ut
aiunt)aut quocunq; uocabulo nuncupentur:Sicut enim creatura depen/
det a Deo,ita dependet ab ideis:quæ idem sunt,cum ipso Deo. Conferre
quoq; ideas ad numerum non absonum est:cum tot sint species/quot ideę
earum. Nec sunt speciebus æquiuoca, ut imaginabatur Arabs: cuius cu/ Auerois
ra fuit semper mordere diuinos sapientes:Intricat enim hic nescio quid de
numeris/adeo ut Albertus ille magnus merito ipsum spernat: cum esset in Alber.
æquiuoco/eo q; non fiat sermo de numero mathematico/quando assignā/
tur rerum principia,& ideæ/sed de meliori numero/ ad quem non peruе/
nit Arabs.Postea excusat eum (si excusatione dignus est) ascribens erro/
rem sententiæ corruptæ:qui potius ascribēdus erat corruptæ menti,quæ
semper diuinis inimicabatur.Ad aliud aūt:Verū est,q; assimilatio in pro/
gressu ad Deum fit per attributa/& uirtutes:ex quibus cōscendentes sum/
mæ uerirati , & exemplari uirtutum magis ac magis apropinquamur:In
exitu autem ab ipso Deo progredimur similes per ideas , quibus figura/
mur eius imagine: Quod si Aristoteles assiduus Platonis auditor noluit Aristo.

inuidia admittere/aut quia non erat consonū progressui suo facto ex sen/
sibus,uel quia illi cacodæmoni Plato non explicauerit,nec crediderit di/
uina,quid ad nos?Nec deficiunt sacra eloquia de ideis perhibentia/dum/
modo sane intelligantur: ut supra tetigimus. Nec admittimus eas/ tanq̄
necessarias ad modum doctrinæ , quam docet Aristoteles ex diffinitione
per genus/ & propriam differentiam: sed ad illum,qui a superiori causa
procedit: quò deuenire (dūmodo adsit facultas) laudat etiā Aristoteles
dolēs/q; oculus noster ad ea,quę sunt manifestissima in natura,& in Deo
ipsius naturæ,& rerum naturalium authore sit tanq̄ oculus nycticoracis
ad lumen solis. Dolet insuper, q; sermo de diuina substantia sit in nobis
perpaucus & debilis.Hinc uenerandi sunt illi, quibus Deus credidit elo/
quia, & arcana, quæ nos propriis uiribus inuestigare nequimus. Et ue/
rum est, q; non indiget Deus in operando aliquo instrumento, uel re ex/
traria, seipso contentus,& sufficiens: sed ideæ in eo sunt idem cum ipso,
etiam impartitæ rebus,non autem extrariæ.Nec inconueniens est secun/
Platoni. dum Platonicos,& diuinos sapientes,quod a summo ente emanat, & ip/
sum participat,esse aliquo modo unum, & aliquo modo non unum: ali/
quo modo idem,& aliquo modo non idem, sicut sol unus est in se,multi/
plex in radiis:& calor ab eo procedens idem est cum sole,& in susciпiente
non idem:Sic & arbor una est in se,multiplex in ramis:eadem est cū fru/
Procu. ctu,& nō eadem in sapore,gustu,& natura: Quod a Proculo in Timœū,
& in theorematibus theologicis docte,atq; sapienter differitur:Sic & Io/
Io.Sco. hannes Scotus docet,q; obiectum,ut est in cognoscente,est idem cū ipso,
sed in proprio esse diuersum.Nec ipsis ideis utitur opifex,tanq̄ instrumē/
to, sed tanq̄ ui (ut ita dicam) seminaria, & impressiua formarum essen/
tialium,a qua relinquatur simulachrum in susciпiente , sicut a generante
naturali imprimit forma specifica:Ab equo enim fit equus,& non simia:
& ab aquila fit aquila,& non asinus. Et miror quippe,cur dubitauerint,
qūo uirtus illa idearum/ cum sit ueluti seminaria uirtus / moueat passum
ad formam susciпiendam:quia eadem dubitatio esset de quocunq; agen/
te,cum non minor applicatio/siue dicatur uirtualis contactus,sit in pri/
maria causa/q̄ in secundariis.Multa prosequi possemus disputantes cum
huiusmodi,sed superuacaneum adiudicamus/cū hæc non sint in contro/
uersiam deducenda:sed potius susciпienda cum omni reuerentia,gratias
agendo Deo collustranti intellectum nostrum ad arcana,& thesauros
suos susciпiendos.

Quid habeamus ex ideis. Cap. X.

ET ne credantur ideæ frustra esse,& falsa imaginatione con/
fictę,uideamus,quid utilitatis assequamur ex ipsis,quas tan
tum ueneramur. Habemus ex eis formam , & esse specifi/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

cum,ut conſeruemur,& intelligamus:habemus deniq; noſtrum pondus, atq; menſuram. Et quantum ad primum/diſputatur a multis de origine, & incohatione formarum,unde progrediantur:Et communi greſſu conueniunt Peripatetici / q̃ animæ corruptibiles/ac mortales egrediantur de gremio materiæ/ut eorum uerbis utamur. De intellectiua autem,cũ adhuc apud eos dubium ſit,an ſit mortalis,uel immortalis,nec unde ueniat determinarunt,ſed eorum Princeps dubius loquens ait:Si eſt aliqua forma ueniens deforis/ipſa eſt anima intellectiua : ſed neſcio uere,quomodo quis imaginari poſſit, q̃ forma educatur de materia , niſi ſit uera opinio Anaxagoræ aſcripta,q̃ quodlibet ſit in quolibet. Sed dicunt,q̃ ineſt potentia in actum aliquãdo deducenda. Sed o Peripatetici,quis illam dedit materiæ in potentia,& quis in actum deducit? Natura (inquiunt) materiæ & ſubiecto hoc tribuit,& particulare agens uirtute ſeminaria deducit in actum. Quid autem ſit hæc natura (ut alibi diximus) non determinant, ſed aliud eſſe non poteſt , niſi primus Opifex operans omnia in omnibus,aut ſecundariæ cauſæ agentes ad imperium eius,& uirtute ipſius.Ipſe eſt ergo primum agẽs,& primus formarum dator,a quo omnis uita, forma, & ordo. Sed cum nemo det, quod non habet (ut ipſi Peripatetici docent) neceſſe eſt ergo,ut omnis forma ſit in opifice,a quo proceſſit:Et formæ ibi exiſtentes ideæ ſunt,ad quarum metas habemus particulares formas,& eſſe:Et cum illud eſſe continue fluat ab ipſo , qui dedit,habemus ab ideis,ſecundũ quas tribuit,unde ſuſtentemur,ne defluamus in nihilum:cũ noſtrum eſſe continue fluat:Et quod fluit,neceſſe eſt, ut in aliquo permanente ſuſtentetur:Fluũt enim tempus,& motus,& ſuſtentantur in cœlo permanente:Fluit calor naturalis,& ſuſtentatur cibo: Fluit aqua in fluuio,& ſuſtentatur alueo:Fluit denique omnis creatura in nihilũ,& ſuſtentatur diuino uerbo: in quo omnia condita ſunt. Hoc eſt, quod inquit Paulus de Patre omniũ bonorum fonte: Portans omnia uerbo uirtutis ſuæ.Hinc habemus:unde intelligamus ab eis,quæ inuariata, & immutata permaneant:Nam ex his continue fluentibus,& nunq̃ permanentibus in eodem ſtatu nihil ſciri poteſt , ut opinabatur Heraclitus Epheſius,Cyrillus,Paron, & multi alii:quia cum forma rerum tranſmutabilium continue fluat,exiſtimabant illam non eſſe ſemper eandem,neq; habere determinatum eſſe:adeo, q̃ neque diffinitio, quæ eſt permanentium,& neceſſariorum,de eis haberi poteſt:Quamobrem & Parmenides aſſerebat nihil ſciri de inferioribus, niſi inquantum a ſupremo, de quo eſt uera cognitio , dependent: Qui poſtq̃ de diuinis decantauit de inferioribus ſubinfert.

Peripa.
Ariſto.
Anaxa.
Paulus
Heracli.
Paron
Cyrillus
Parme.

Hactenus & ueri mentem,intemeratag; uerba.
Nunc res mortales carmen quoq; ſumite fallax.

Ecce q̃ pie,q̃ iuſte,& q̃ eleuata mente uocat diuinoꝝ cognitionem ueram ſcientiam / & ſermonem de eis intemeratum:quia ſtabilia, & firma ſunt: Inferiorum autem/& tranſmutabilium opinionem/fallacemq; ſermonem diiudicat:Quæ non uidit,aut uidere noluit Ariſtoteles, & Auerois: quia noluerunt excitare, & aſſumere oculum , quem (ut Plotinus ait) habent quidem omnes , utuntur uero perpauci : aut noluerunt admittere: quæ docentur ſolummodo in ſcriptura illa ſacra bipartita : ex qua , tanq̃ ex uero theſauro extrahi poſſunt noua, & uetera, quæ nouo,& ueteri decantamus cantico: Quod perpendens Auguſtinus ex ſacris eloquiis colluſtratus,& diuino ſubuectus ſpiritu/quid de ideis dicat , per quas habemus eſſe/& cognitionem,audiamus:In ideis eſt tanta uis,ut niſi eis intellectis nemo ſapiens eſſe poſſit . Quæ cum in uerbo incarnato ſint,non immerito Paulus de ipſo depromit:Ibi ſunt omnes theſauri ſapientiæ,& ſcientiæ abſconditi . Cui ſententiæ fauet Philon ſapientiſſimus in libro, quem ſcripſit / q̃ peiora melioribus inſultare ſolent/dicens:Decet omnes, qui ſcientiam quærunt / ad Deum patrem mentem erigere : Si uero nequeunt,ad imaginem ſaltem eius,ſcilicet uerbum ſacratiſſimum.Faciunt etiam ideæ neceſſario ad numerum : quia in rebus tranſmutabilibus , & continuæ uariationi ſubiectis non poteſt uerificari/aut ſtabiliri annumeratio. Neque aliter omnia diſpoſuit Opifex in numero,pondere,& menſura/niſi quatenus in uerbo annumerata,ponderibus ſuis librata, & menſurata ſunt. Septuaginta hebdomades (dixit Gabriel ad Danielem) determinatæ ſunt ſuper populum iſtum/pro quo nos habemus abbreuiatæ: Determinata ſunt enim ibi non tantum hebdomades, ſed omnia,quæ in hoc mundo fiunt,& facta ſunt:ponderanturq̃,ut harmonica ſint: Nam (ut Pythagoras primo / & poſt eum multi comprobarunt) a ponderibus uera harmoniæ ratio deprehenditur : quæ tamen in numeris fundatur: Et iſti numeri uocales ſimul cum naturalibus, uel formalibus, & rationalibus a diuinis procedunt, ſine quibus, tanq̃ primariis fundamentis illi penitus nihil eſſent.

Procu.
Gabriel
Pytha.

Quod omnis harmonia a uerbo procedit. Cap. XI.

CVm in uerbo omnia numerata , & ponderata ſint, & harmonia a numero/pondereq; dependeat, facile concludimus cuncta cõſequi ſuam harmoniam ab ipſo uerbo,in quo numerati, & diſtincti ſunt rerum gradus concinni:Qui & neceſſario harmonici ſunt,ſi uera docet Academicæ doctrinæ illuſtrator præcipuus Proculus : q̃ omnis multitudo ab aliquo uno deſcendens harmonia indiget:qua uidelicet inter ſe,& cũ ipſo uno conueniat. Verum omnia ab illo uno uerbo emanarunt,& facta ſunt utiq; harmonica,prout ab eo

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

dem unico uerbo accipiunt,& eius uirtute in unitatem primi tendunt:& eius attractu conducuntur. Hinc accepta fuit portio illa, de qua inquit Plato in Timæo:Vnam in principio accepit opifex ex uniuerso portionem:Ex fonte enim uniuersi, & totius esse accepta est una portio, quæ est (ni fallor) ipsum esse omnium rerum communicatum ab eo, qui dixit: Ego sum,qui sum,habens uidelicet esse a meipso: & ab inuidia semotus omnibus illud cõmunico, suis tantum distributum gradibus. Quæ communicatio:cum sit facta materiæ primæ ab eo ad extra productæ, ideo sequitur Plato / q; ab illo uno primo emanat binarius ipsi materiæ attributus: quia primo dualitatem consequuta est:Nam sicut ab unitate primus numerus emanans est binarius (si numerus conferi potest) sic ab illo summe uno esse communicatum primo determinatum fuit in materia: Et hunc binarium congeminat usq; ad cubum, trinam uidelicet dilationem,ultra quã nõ datur alia:Quod ex ista Platonis officina Aristoteles tradit in principio libri de cœlo.Ex alio uero latere,quod formæ cõpetit secundo productæ,& tertiæ a producente per ternarium procedit,usq; etiam ad eius cubum: in quo omnigenam formam concludit: per quam materia reducitur in actum,& redit in primum:Vnde inest forma, tanq̃ medium inter perfectissimum & imperfectissimum utriq; familiaris, & symbolum quoddam habens cum summo & infimo, ut hoc reducat in illud:Quo ternario forma,& ipse dator formarum gaudet:ideo hic/secundum nostram diuinissimam Theologiam, in ipsam diffunditur,aliquali/ter nobis eam cõmunicans: Quod Academici ipsa ueritate excitati profitentur:Proculus nanq; dicit animam hoc potissime numero lætari,sentiens quodam modo conuenientiam cum illo,cuius gerit imaginem.Plotinus autem,cui semper curæ fuit nuda palestra,& expedita ab ænigmatibus, truncis tamen,& obscuris uerbis proponere, quæ antiquiores sui Academici: & Pythagorici uelaminibus ænigmatum obuoluerunt,in libro de tribus substantiis inquit:Aeternum illud,atq; perfectum,æternum semper,perfectumq; generat:quo genitore genitum minus est,iuxta illud quod genitus ait: Pater maior me est. Sequitur Plotinus: Ab ipso enim primo procedit, quod omnium maximum est post ipsum primũ: Et hoc ipse uocat intellectum,intelligẽtiam,mentem,& Dei uerbũ/Sic & Mercurius uocat ipsum Dei uerbum, & mentem:Sed Zoroastres mentem: Pythagoras simul cum Psalmographo uocat ipsum Dei primogenitum sapientiam,iuxta illud Ecclesiastici:Ego ex ore altissimi prodii primogenita ante omnem creaturam: Orpheus uero, poetico more, uocat ipsam palladem de cerebro Iouis natam: Nam sapientia est supremi intellectus germen. Sequitur deinde Plotinus: Genitum ei / qui genuit / usq; adeo cohæret, ut sola alteritate uideatur esse discretum. Verum Theologi

Plato
DEVS
Arist.
Acade.
Procu.
Plotinus
CHRISTVS.
Plotinus
Mercu.
Zoroa.
Pytha.
Dauid
Eccles.
Orphe.
Plotinus
Theolo.

nostri dicunt,q; relatione reali differt,non tamen essentia,uel substantia: quamuis aliqui per absoluta quædam opinentur ipsos distingui. Sed his dimissis ad negotium nostrum reuertamur.Iam ex Plotino habemus duo in diuinis/generantem/& genitum,non quidem generationi animali/quã iubet procul astare, cum de sempiternis fit sermo: Et cum adhæsionem, cõnexionemq; doceat inter generantẽ & genitum/confitetur etiam Spiritum sanctum:quẽ nexum/& amorem mutuũ dicimus. Ecce quomodo confitentur Triniratẽ in diuinis, qui ipsam ueritatem uenantur:Sed melius perciperent,si ipsum susciperent,& audirent, qui omnia,quæ audiuit a Patre, nota fecit secretioribus discipulis. Postea ad animam descendit Plotinus: quam dicit uerbum diuinæ mentis eius gerentem imaginem: Nam ipsa/& omnia alia producta sunt Dei uerbo existentia/& ipsa uerbum non quidem illud essentiale/& Dei filius,sed expressiuum quoddam conceptus idealis:Sicut enim uerbum/quod uoce proferimus/manifestat cogitationem/quam mente concepimus,sic creatura producta,quasi uerbum quoddam manifestat,quod Deus mente cõceperat:Et quãuis quodlibet creatũ posset hoc modo dici Dei uerbum,nullum tamen habet imaginem,nisi anima: Ideo & ipsa gaudet ternario, quo & eius progenitor: Et quæcunq; fit rerum Trinitas,est a primo ternario, a quo per uerbum omnis effluit multitudo:In qua cum sit similitudo,& dissimilitudo,paritas, & imparitas, hinc ibi resultat harmonia,quæ est (authore Boetio,& Nicomacho) parium,impariumq;,aut similium/dissimiliumq; uocum in unũ redacta concordia. Ecce igitur quomodo & omnis harmonia a uerbo ipso procedit.

Plotin.
Boetius Nicom.

Quomodo iste ideæ intelligantur a nobis. Cap. XII.

ESt dogma Platonicum, q; naturalia sunt discenda, moralia usu comparanda, sed diuina cum reuerentia ab oraculis suscipienda: quia ad ea non possumus, nisi quantum ipsa suprema lux nostros collustrauerit oculos: Vnde nec Angelus, cuius intellectus non est materia præpeditus,sine luce illa diuina Dei fabricam intelligere ualet. Ideo Moses (ut sentit Augustinus) miro artificio innuit,quomodo omnia,quæ producebantur,manifesta fiebant mentibus Angelicis successione quadam illius luminis coruscantis,dicens:Sicut ratio,qua creatura conditur,prior est in uerbo Dei, quã in ipsa creatura,quæ conditur,sic & eius rationis cognitio prius fit in creatura intellectuali peccato non obnoxia per lumen uerbi, postea in genere proprio. Ex quibus binis cognitionibus eodem lumine,tanq̃ ex mane & uespere, integratur dies:Et esto q; incipiat scriptura a uespere, illud facit resumendo successionem a posteriori parte. Multa prosequitur Augustinus, quibus demonstrat Angelos non intelligere illa arcana,nisi quatenus fuerint

Augu.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

diuina luce perfusi:multominus nos grauati mole corporea subuehi pos/ sumus ad illa spectacula,nisi diuina gratia noster emũdetur oculus,& suo lumine collustretur : Ideo hæc absconduntur a sapientibus/ & prudenti/ bus huius sæculi:& reuelantur paruulis malitia effectis discipulis ueræ lu cis,& ueritatis æternæ,quæ omnia condidit, & ordinauit. Et mirũ quip/ pe est,q̃ nolint multi credere de mundi,& rerum particularium genitura progenitori,& opifici earum, & credant Aristoteli,& Aueroi, qui nec fa/ bricarunt,nec eorũ artificem,nec ipsam fabricam cognouerunt, nisi qua/ tenus subest animalibus sensibus.Satis eis fuit stare intra limites suę Phi/ losophiæ naturalis : quæ de rebus, prout motui multiplici subiiciuntur, pertractat:Quæ autem a Deo effecta sunt, relinquunt his, qui ipsius Dei scholam frequentant: & aliquando ad eius penetralia introducuntur: ut non tantũ audiant,sed uideant,& manibus cõtrectent ea, quæ latent ex/ trario: Quomodo uidelicet ab ipso uno processit hæc numerosa multitu/ do/Ab ipso bono cuncta hæc ualde bona/Ab ipso uero,ut hęc omnia ue/ ra sint:Ab ipso uerbo,& intelligẽtia suprema,ut cognoscibilia sint,& co/ gnoscantur:Ab ipsa uita,ut uiuant:Ab ipso sancto,ut sancta sint,quæ san ctificari uolũt:Ab ipso pulchro,ut pulchra sint: Quod in parte sua beni/ gnitate manifestauit ipsum Dei uerbum dicens : Ego sum uia, ueritas,& CHRI/ uita:Et summatim concludens ait: Omnia dedit mihi Pater : qui est fons STVS. omnium bonorum immensus, ut per me videlicet producantur, & co/ gnoscantur.

Rerum necessitas,& omne esse ab ideis dependet. Cap. XIII.

EX officina itaq; summi Architecti habemus,q̃ ab ipsis ideis non tantum suscipimus formas, & esse continue fluens/co/ gnitionemq;, & numerum rerum,pondus, atq; mensuram, & cõsequenter,ut cõcinna sint omnia,sed habent,unde sint, & necessaria sint:quod probare possumus:Nam omnibus notum cense/ mus,q̃ nullus habet ea,quæ acquirere,& conseruare satagit: Quærimus enim ueritatem/ & sapientiam / quia eam non habemus a nobis:Quæri/ mus bonitatem,& uoluptatem,& uirtute proficere, & præfici,cum hæc in nobis non sint,sed aliunde comparanda:Laboramus & ipsum esse con/ seruare,cum illud cõtinue ab alio hauriamus:& tandẽ,quicquid boni est, acquirere procuramus,tanq̃ aliunde proueniens: Deus autẽ nihil quærit, Dauid cũ bonorum nostrorũ nõ indigeat/inquit Propheta:Cũ quo Aristoteles in Aristo. Politicis ait: Teste Deo/nõ est fœlicitas in rebus exterioribus: quia ipse est fœlix absq; aliquo extra seipsum.Cum Deus igitur omnia habeat a se,nos autem nihil,omnia suscipere expectamus ab eo,qui tribuit secundũ men/ suras illas æquissimas,quæ sunt in Archetypo:Quas nonnulli sapientum hebreorũ ideas esse docent,ut nomina consonant:Nam idea est exemplar,

meta,& mensura rei faciendæ : Aequus enim & iustus distributor men/ surat,& ponderat,quæ distribuit : ut unicuiq; tribuat secundũ propriam uirtutem,aut secundum id,quod meretur:Sic & opulentissimus largitor Deus,esto q̃ sit interminatæ bonitatis,tamen influit secundũ exigentiam recipientiũ: sed in primæua distributione secundũ quod requirebat ordo uniuersi. Hinc posita est cortina in medio aquarum superexcælsarũ, quæ immensæ sunt,& inter aquas has inferiores,& terminatas.Per cœlos itaq; supramundanos mensurantur omnia donanda,ne plus detur recipienti/q̃ cõueniat:sed omnia mensurata,& librata distribuantur illis ponderibus, Augu. & mensuris, quæ nõ sunt in rebus mensuratis (ut ex doctrina Augustini supra diximus) sed in mensurante:Et istæ sunt ideę,& exemplaria rerum æterna,a quibus unũquodq; recipit esse,& donatiua,secundũ gradum,& terminum,qui præteriri non potest:Vnde ex ordine ab opifice dato,& ab idea eius sigillante,iuxta mandatũ regis,est ipsarũ reę recipientiũ & ipm esse,& necessitas essendi,secundũ formã datam.

Ibidem sunt etiam ideæ uirtutum , & regulæ, quibus conformiter uiuere debemus. Cap. XIIII.

LEges,regulas,& metas uiuendi descriptas esse in uerbo,satis erat ad cõprobãdũ illud uerbi æterni,& infallibilis Veritatis CHRI/ dicentis:Ego sum ueritas/ & uia:a qua vȝ emanat,uñ omnia STVS. creata sint uera entia, & unde unusquisq; rectũ uiuendi tra/ Augu. mitẽ teneat:& a qua omne iudiciũ rectum sit: Nihilominus & Augusti/ num adducemus explicantẽ,quæ Christus paucis uerbis cõplicata tradi/ dit/Hæc enim in suo de trinitate ait:In libro lucis illius,qui ueritas dicit, scriptæ sunt regulæ, quibus uidetur quẽadmodum quisq; uiuere debeat: & ibi quid sit iustum,& iniustum agnoscit:Ibi cernit habendũ,quod non habet:Inde omnis lex iusta describitur/ & in corde hominis,qui operatur iustitiam,non migrando, sed tãq̃ imprimendo transfertur,sicut imago ex annulo in ceram transit,& aurum non relinquit: Nam illæ æternę,& im/ mutabiles sunt. Et cũ de ciuitate superna ageret, docet has regulas etiam Idem. Angelos dirigere dicens:Incõmutabilis ueritas tanq̃ lex æterna:in illa eo/ rum curia superna ab Angelis consulitur : Neq; enim sibiipsis sunt ueri/ tas, sed creatricis participes ueritatis:ad quã mouentur,tanq̃ ad uitæ fon tem:a qua si declinauerint,& ipsi iniqui, & filii mortis efficientur,ut ipsa CHRI/ Veritas perhibet dicens:Ille homicida ab initio in ueritate non steterit,quia STVS. nõ est ueritas in eo:Vnde oportebat, q̃ aliũde,idest a uerbo susciperet: de Paulus quo incarnato inquit Paulus : Nihil putaui me scire inter uos,nisi Iesum Christum,& hunc crucifixum:qa tunc impleuit omnẽ ueritatẽ aperiendo uiam ad finem:in quẽ tendimus, cõplendo prophetias, & legem,attrahẽs omnia uirtute sua/ præbensq; doctrinam uiuendi cõsummatissimã:Quod

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre... Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ut declararet/clamãs ait:Cõsummatũ est/omne v3 mysteriũ/& cõpleta ueritas/quã obtenebratæ mentes nõ cognoscũt,nec unde ueniat, neq; a quo emanet.Ex scriptura quoq; antiqua edocemur / q; in Christo Dei filio,& sapientia humanata est omnis regula uiuendi, & iudicandi,ut ipsamet in Prouerbiis Salomonis loquitur dicẽs:Per me reges regnant,& legũ conditores statuta decernũt:Per me principes imperãt, & potentes decernũt iustitiã.Et paulo inferius:Nunc ergo filii audite me:Beati qui custodiunt uias meas:Audite disciplinam:& estote sapientes, & nolite abiicere eam. Beatus homo,qui audit me:& qui uigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes hostii mei. Necnõ in carne existẽs dixit:Ego sum hostiũ, per me si quis introierit/saluabitur.Vnde sequit:Qui me inuenerit, inuenier uitã,& hauriet salutẽ a Dño.Ex Vaticinio quoq; Ieremiæ hęc de ipso habemus:Hic adinuenit oẽm uiã disciplinæ,& tradidit eũ Iahacob puero suo,& Israel dilecto suo;post hæc in terris uisus est,& cũ hominibus cõuersatus est,unitus v3 carni humanæ. Ecce igitur quomodo hoc uerbum incarnatũ/qui est Christus/& Messiah, omnẽ legẽ, & omnẽ ueritatẽ tradidit:quæ in utroq; continetur testamento.

CHRISTVS.

Salomõ

CHRISTVS.

Baruc

Ibi sunt rõnes moderãtes honestas,& turpes actiones. Cap. XV.

CVm igitur in uerbo diuino sint oẽs regulę bene/rectęq; uiuẽdi,a qbus discrepare peccatũ est,merito eidẽ,in quo sunt istę regulæ discretio bene, aut male actoꝝ cõmittitur, sicut ipsemet ait:Omne iudiciũ dedit mihi Pater.Ipse.n.iudicabit uiuos/& mortuos,qui discernere omniũ merita,& flagitia nouit. Quod & Isaiæ oraculũ phibet,dum de Filio nascituro de Virgine (qui Himanuel uocandus erat) pertractat dicens:Butyrũ,& mel comedet,ut sciat reprobare malum,& eligere bonũ.Comederunt quippe butyrũ,siue lac,& mel oẽs prophetæ,& patres illi,quibus data est promissa terra fluens lacte,& melle,& qbus datũ est sugere ubera illa excælsa: Sed nullus tantũ comedit,ut possit plenissime discernere malũ a bono,nisi noster Himanuel,qui nõ tm̃ opus,sed corda hominũ cognoscebat,sicut ait Iohãnes: Ipse nouerat oẽs. Nec opus ei erat,ut quis testimoniũ phiberet de homine: Ipse.n. sciebat,quid esset in homine. Cui incarnando etiam Regius Propheta cũ summa reuerentia loquebat dicens:Confitebor tibi,qa terribiliter magnificatus es:mirabilia opera tua,& anima mea cognoscet nimis. Inter quæ mirabilia hoc enumerat,q; omnia abscondita uidet,subinferens: Non est occultatum os meũ a te,qd̃ fecisti in occulto,& substãtia mea in inferioribus terræ:Imperfectũ meũ uiderunt oculi tui,& in libro tuo omnes scribentur.Sic & omniũ merita,& flagitia cõnotantur in eodẽ libro,qui citra omnẽ controuersiã,uerbum diuinũ,& sapientia illa est,quæ unita cũ humanitate facit nostrum Messiam,& Christum.

CHRISTVS.

Iſaias

Iohan.

Dauid

Christus

Christus est uerus homo diuinitate plenus. Cap. XVI.

SI Christus fuerit uerus homo/cũ oẽs passim cõfiteantur/superfluũ est disputare:Vñ/ cur uoluerit redimere genus humanũ in humana nã assumpta/nobis restat pcurrẽdũ:Cuius rei prima rõ sit, qa cũ in p̃hoie totũ genus humanũ p̃uaricatũ sit/ æquũ erat/ut & satisfactio tribunali summæ iustitiæ Dei fieret p hominẽ, stante ipsius Dei lege,q; qsq; puniri debet,p quæ & peccauit:& satisfactio faciẽda est p æqualens/sicut in Exodo,& in Deuteronomio legimus repetitũ,q; nocẽs alicui reddat animã pro aĩa,oculũ pro oculo,dentẽ pro dente,manũ pro manu,pedẽ pro pede,adustionẽ pro adustione, uulnus pro uulnere,liuorẽ,pro liuore:Ideo hõ pro hoie exponi debuit:sed hõ qdẽ cœlestis,& inocens,& inoxius a peccato pro hoie terreno, trãsgressore, & flagitioso:ut nõ tm̃ sumerẽt debita pœna, sed legitima redẽptio fieret a non obligato pro se:Quod Paulus suis reboãtibus uerbis intonat dicẽs: Quoniã qdẽ p hominẽ mors,& p hoiem resurrectio mortuoꝝ:Et sicut in Adã oẽs moriuntur/ita & in Christo oẽs uiuificabunt.Neq;.n.satisfactio/quæ pœnã exigit,fieri potuit,nisi p eũ,qui passioni eẽt subiectus.Præfici insup debuit is unicuiq; operi/q in eo expertus sit:Hinc homini fragili,& multis subiecto passionibus cõueniens fuit Princeps in huiusmodi instructus,& assuetus,ut inqt nr̃ Paulus cũ Hebreis disserẽs: Nõ.n.hẽmus pontificẽ/q non possit cõpati infirmitatibus nr̃is,tentatũ aũt p oĩa pro silitudine absq; petõ:ut regat cũ debita clementia,& dolore de malo alieno: & pie iudicet expertus infirmitatẽ iudicãdoꝝ:Quod ipse Christus his uerbis inuit:Potestatẽ dedit Pr̃ Filio hois iudiciũ facere:qa Filius hois est,cõscius v3 p experientiã cõditionis eoꝝ,qui iudicãdi sũt.Cõstitui quoq; debuit caput corporis,q eiusdẽ rõnis esset cũ corpore,ne fieret chimęra,de qua dr̃:Prima leo, postrema draco,media ipsa chimęra.Est.n.collectio omniũ Deo seruiẽtiũ corpus quoddã,cuius caput Christus est,ut inqt Apl̃s:Ipse est caput corporis eccleſiæ:& alibi:Sicut in uno corpore multa mẽbra hẽmus,oĩa aũt mẽbra nõ eundẽ actũ hñt,ita multi unũ sumus in Christo: singuli aũt alter alterius mẽbra.Cũ insup paratũ sit nobis cœleste regnũ a cõstitutione mũdi, & ad ipm̃ obtinẽdũ instituti simus/ut iure hæreditario illud acquiramus erexit Pr̃ hominẽ adeo plenũ Deo, & filiali diuinitate,ut nõ tm̃ faceret eũ p̃genitũ,sed p eũ daret oĩbus uolẽtibus pie uiuere,nõ scd̃m carnẽ & sanguinẽ,ut & ipsi filii Dei efficerentẽ. Et hic p̃genitus uniuoca/& cõgenea ratione debuit esse frater cũ aliis, si primus eoꝝ numerari debebat: Quod hoꝝ arcanoꝝ cõscius Paulus nõ tacuit,sed ait:Quos p̃sciuit, & p̃destinauit cõformes fieri imagini filii sui,ut sit ipse p̃genitus in multis fratribus.Et iteꝝ:Si aũt filii,& hæredes:hæredes qdẽ Dei,cohęredes aũt Christi. In hũc insup hoiem uenit,in quo p ipsius rebellionẽ cõtaminata erãt oĩa,

Exodus Deute.

Paulus

Idem

CHRISTVS.

Lucre.

Paulus

Idem

Idem

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ut oia in ipso purgans oia restitueret ad pristinũ statũ: Affuit.n.in homine tanq̃ fermentũ, non quidẽ corrũpẽs massam totã, sed perficiens: destruens uero, & expellens corruptũ, & deterius: Aut tãq̃ uirtus perfecta auri fuit, quam lapidem philosophoꝝ uocant, quæ (ut aiunt) omne metallũ statim in aurum cõuertit, sic iste ea, quæ per peccatũ cõuersa erant in scoriam, in aurum uel argentum imutauit. Hinc per Isaiã dicit: Et conuertam manũ meam ad te. i. Filium, qui nunc manus, nunc brachium dicitur ęterni Patris: & excoquam ad purum scoriam tuam: & auferam omne stannũ tuũ. Et per Malachiam: Et sedebit conflans, & emundabit argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurũ, & quasi argentũ: & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. Et per Isaiam iteꝝ, cũ de Messiah futuro longo progressu ageretur, aperta uoce intulit: Et scias, quia ego Dominus saluans te, redemptor tuus, sanctus Israel: Pro ære educam aurum, & pro ferro educã argentum: ponãq; uisitationem tuã pacem, & cætera, quæ sequũtur: Quod & si dispositiue in omnibus, effectu autẽ in quibusdam fecit in primo aduentu, plenius & pfectius faciet in secundo: ut Apostolus ait: Saluatorẽ expectamus Dominum nostrũ Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratũ corpori claritatis suæ, secũdũ operationẽ, qua possit subiicere sibi oia. Tandem cũ homine uniri uoluit, & per ipsum genus humanũ redimere, & purgare, ut ipse Deus hõ uiã faceret ad diuinitatẽ: ad quã consequẽdã instituti sumus, sicut ipsemet testat dicẽs: Ego sum uia: Ego sum hostiũ: p me si qs introierit saluabit: & ingredietᵉ, & egredietur/ & utrobiq; pascua inueniet. Venit itaq; Deus ad hoiem, ut hoiem deduceret in Deũ: Ideo cũ in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est esse se æqualẽ Deo/ & hoies deos facere, cũ ad hoc essent instituti: Propter qd̃ cõducẽdũ ipse Deus exinaniuit semetipsum formã serui accipiẽs, i similitudinẽ hoium factus, & habitu iuẽtus ut hõ: humiliauit semetipm factus obediẽs usq; ad mortẽ: ꝓpter qd̃, & Deus exaltauit illũ: & dedit illi nomẽ/ qd̃ ẽ sup omne nomẽ. Exaltabit qppe ẽt illos, q uoluerit secũ uniri/ dãs eis nomẽ diuinitatis/ qd̃ est sup oẽ nomẽ: Ideo iqt Iohãnes: Videte q̃lẽ charitatẽ dedit nobis Pr̃, ut filii Dei nominemur, & simus.

Isaias

Malac.

Isaias

Iohan.

Sicut Christus in eo/ q; Deus/ continet oia uirtute, sic in eo, q; hõ, cõtinet eadẽ oia in eũdẽ excellẽtissima nota collecta. Cap. XVII.

Paulus

NOn absq; ꝓfundissima doctrina, & sacramẽto Paulus extimis penetralibus, ad quę aliq̃ fuerat introductus, affert nobis celeberrimũ Christi elogiũ dicẽs: Cõplacuit Deo pr̃i in eo recõciliari, siue recapitulare oia: ut exp̃sse sentit, & lõgo progressu disserit Hieronymus in epistolã ad Ephesios, dolẽs/ q; traductio latina habeat istaurare pro recapitulare: Recapitulat utiq; Christus oia in se oia cõtinẽs: Nã sicut in summaria, & extrema repetitiõe oronis orator oia

Hiero.

recapitulat, & cõplectit, quę diffuse, & singilatim in tota oratione ptracta uerat, sic sũmus opifex ꝓductis oibus creaturis distincte, in sexto & ultimo die hoiem ꝓduxit, in quo cõtinẽt oia. Sic ẽt in ultimo hoc tẽpore, & ætate erexit, & mũdo mõstrauit filiũ suũ Christũ Iesum, in quo cõtinent eadẽ oia multo maiori excellẽtia, q̃ in aliis hoibus: Cõtinet enim in eo, q; Deus,

CHRISTVS. ipsum Pr̃em æternũ: Pater (inquit) in me est, & ego in eo: Cõtinet Spiritum sanctum, de quo ait: Ille de meo accipiet. Et iteꝝ Mittã uobis eũ. Sed non mittit, nisi qui producit, dñt Theologi nr̃i: nec producit, nisi illud in se primo cõtineat. Cõtinet oẽs pfectiones diuinas, ut idẽ ipse clara uoce profitet dicẽs: Oia dedit mihi Pr̃. Et iterũ: Oia tua mea sunt. Quæ sicut infinita, & immensa sunt, sic impossibilis eoꝝ explicatus: Cõtinet.n. pietatẽ, iustitiã, clemẽtiã, fortitudinẽ, pulchritudinẽ, imperiũ, regnũ, oia attributa, &

IDEM oia charismata, oẽmq; uirtutẽ fabricandi: Vñ dicit & ipse fabricator mũdi, & per quẽ oia facta sunt, & fiũt. Hinc ait: Pater meus usq; modo operatur, & ego opor. In eo aũt q; hõ, cõtinet oia, quæ in hoie cõnectunt, sed pfectiori nota: sicut & ipse hõ Deo unitus pfectior est, imo pfectissimus oium. Hinc dicit primogenitus oĩs creaturæ nõ tm̃ tẽpore, sed dignitate, & perfectiõe: Et per symbolũ oium rerũ, qd̃ assumpsit, oia pfecit, & purificauit, ut Petrus hospitãs apud Symonẽ coriariũ edoctus fuit p uisionẽ aialium quadrupedũ, & uolatiliũ existentiũ in uase, quæ ante Christũ reputabant immũda in antiqua lege, sed cœlesti oraculo purificata declarãtur, tẽpore

IDEM vꝫ Christi, qui oia purgauit: Nam & si hoc in typũ gẽtilitatis purificãdæ demonstratũ fuit, nõ decidũt tñ a ueritate rei. Hinc pmissi Christianis sũt cibi, qui dicebant, & erãt immũdi ante Christi aduentũ: Quod & ipse declarauit, dũ dixit: Nõ qd̃ intrat in os/ coinqnat hoiem: quia vꝫ iã per ipsum mũdabant. Si.n. per Noe purificata fuit terra maledicta in peccato Adę,

Lamec ut inducit a sacra scriptura Lamec dicẽs, post q̃ genuit Noe: Iste cõsolabit nos ab operibus, & sudoribus manuũ nostrarꝫ, a terra cui maledixit Dñs, adeo, ut sicut fructus terræ maledictæ infensus, & odibilis erat Deo ante diluuium, unde reprobatę fuere oblationes, & munera Chain ex fructibus terrę maledictæ, & nõ purificatę, sic post Noe susceptit Dñs, immo requisiuit in lege primitias omnium fructuũ terræ, a qua per Noe sublata erat

Sap.he. maledictio, ut diffusius tractant sapiẽtes Hebrei. Multo itaq; magis, & pfectius terræ fructus, & oia purificari/ & mũdari debebãt per eũ, de quo

Paulus dicit Apostolus: Pacificauit per sanguinẽ crucis eius/ siue quę in cœlis, siue quæ in terris sunt. Nec pacificasset, nisi prius purificatis ab omni imũditia rebus, ex qua reddebant Deo odibiles: Cui adstipulat illud Iohãnis: Misit Deus filiũ suũ, nõ ut iudicet mũdũ, tãq̃ reũ vꝫ, & immũdũ, sed ut saluetur

CHRISTVS. mundus per ipsum, eũ. s. purificantẽ, & mũdantẽ: Quod & ipse Redẽptor innuit, dũ ait: Pater diligit filiũ, & oia dedit in manu eius, ut oia cõtineat/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

sanctificet,& possideat:Sicut.n.homo in se cõtinet elementa & elemẽtata oia pfectiori nota,quã in seipsis existãt,ita eadẽ oia pfectissime cõtinentur in Christo pfectissimo omniũ hominũ/& omniũ creaturarũ:quia taberna/culũ illud Dei (inquit Apostolus) fuit nõ manufactũ.i.nõ huius creatio/nis:q̃ nõ manu,aut uirtute humana genitũ,& fabricatũ,sed Spiritu san cto,& uirtute altissimi obũbrata Maria genuit,& peperit Iesũ,non sed̃m hãc ꝓductionẽ,aut generationẽ carnis,& sanguinis,sed secundũ Deũ,qui dedit ei fœcunditatẽ,aut formãdo portionẽ illã incõtaminatã,quæ ex pri/mo parẽte per Patriarchas traducta tãdẽ fuit in Mariã,ut forsitan nõ in/sulse opinat̃ Petrus Lõbardus, aut ꝑ nouã portionẽ extractã (ut ait Da/mascenus) ex purissimis uirginis sanguinibus:quæ incõtaminata nullate nus uidit corruptionẽ.Sed hæc,& omnia alia cõmittimus iudicio,& de/terminationi sanctæ matris ecclesiæ in Spiritu sancto congregatę,a quo omnis,infallibilis,& inconcussa ueritas. Paulus Pe.Lom. Damasc.

CHristus est uita,& sustentaculum omnia uiuificans, & omnia ad se trahens. Tonus Secundus.

MVltiplex/& unica est uita omnium. Cap. Primũ.
Vnde omnia sortiantur uitam. Cap. II.
Quid sit arbor uitæ. Cap. III.
Vbi plantata sit hæc arbor. Cap. IIII.
Qualiter sit formata ipsa arbor. Cap. V.
Quibus,& quomodo communicata. Cap. VI.
Quando,& cur uetita sit arbor. Cap. VII.
Quõ oia in ea arbore,& consequẽter in Christo uiuãt. Cap. VIII.
Christus est sustentaculum omnium. Cap. IX.
Cur non omnes sustententur ab eo. Cap. X.
Quomodo a terra fuerit exaltatus. Cap. XI.
Qualiter exaltatus omnia traxerit ad seipsum. Cap. XII.
Quõ uirtutes,& numina in plura uidebant̃ diffusa. Cap. XIII.
Christus liberans ab hac calamitate humanum genus deiecit tricipitem illam bestiam. Cap. XIIII.
Quomodo aduocauerit ad se omnia alia numina. Cap. XV.
Hoc dominiũ obtentum,& attractio omnium numi/num ad se,probantur euidenti facto. Cap. XVI.
Eadem comprobantur uaticiniis. Cap. XVII.
Quomodo distrahentia omnia tandem ammouebit,ut ad se unum omnia perfecte attrahat. Cap. XVIII.
Quod tandem trahet omnes attrahendos. Cap. XIX.

MVLTIPLEX/ ET VNICA EST VITA OMNIVM. CAPVT PRIMVM.

NISI Sol/quem Deus ad declarandam suam maiesta/tem accendit,& anima,quã tanta excellentia fabrica/uit,me docerent, quomodo unũ possit esse multiplex aut plura, non auderem equidem dicere uitã esse uni/cam simul atq; multiplicẽ. Est nanq; sol unicus in se, multiplex in radiis/unicus i essentia,uirtute tñ omni/genus. Est etiam anima unica in se, sed multiplex in operatione: Audit.n. in auribus:uidet in oculis:odorat in naribus: gustat in ore:palpat,& ope/ratur in manibus:intelligit in cerebro: diligit in corde:gradit̃ in pedibus: digerit in stomacho/epate/& aliis mẽbris digestiuis: generat in deputatis ad hoc instrumentis/adeo/ut uideat̃ multiplex,cum tamen unica sit. Nec ex hoc,ꝙ in aliquo membro pati uideatur defectum/diminuta est: Nam si debilis esset oculus,uel manus/non inde minor est in cerebro,uel corde. Ex quibus facile dignoscetur, quõ uita illa unica multiplex esset in mem/bris/si admitteremus mũdum esse animal, ut multi sapientes conueniunt, etiam illi,qui sacra eloquia uenerant̃/ cum ipsa obstare minime uideant̃: ut excitatissimi ingenii,& excellẽtis doctrinæ Augustinus decernit:unde & huic sententiæ assentire uidet̃. Origines autem in hanc eandẽ sententiã currit expeditis pedibus:quã & rationibus,& sacræ scripturæ testimonio probare nititur dicens in suo de Principiis: Quãuis diuersis officiis sit or/dinatus mundus:non tamen dissonans, atq; discrepans ipsius intelligẽdus est status:sed sicut corpus nostrũ unum ex multis membris aptatũ est,& ab una continetur anima,ita & uniuersum mundũ animal quoddam esse immensum,& immane opinãdũ existimo:qd̃ quasi ab una anima uirtute Dei & ratione teneatur. Quod etiam a sacra scriptura iudicari arbitror per id/quod a Propheta dicitur:Non ne cœlũ,& terrã ego impleo,dicit Dñs? Et iterꝙ per alium Vatẽ:Cœlum mihi sedes est,& terra scabellũ pedũ meo rum. Quod etiam Saluator confirmat,dũ ait:Nolite iurare,neq; per cœ/lum,quia sedes Dei est:neq; per terrã,quia scabellũ pedum eius est:Sed & illud,quod Apostolus/ cũ apud Athenienses concionaretur Arati appro/bans sententiã,dixit:Quoniã in ipso uiuimus,mouemur,& sumus.Et quõ id est,nisi qa Deus uirtute sua uniuersum constringit, cõtinet,& uiuificat mundũ? Quomodo etiam cœlũ sedes Dei est,& terra scabellũ pedũ eius, nisi quia in cœlo/& in terra replet uniuersa? Hucusq; Origenes/Cum quo Eusebius Pãphilus in solutiõibus Theologicis de sũmo opifice ratiocinãs ait: Vita illic est,& mens,ut ipsi uitæ perpetuo ens permaneat,menti autẽ

Augu. Orige. Ieremi. Isaias CHRI/STVS. Paulus Aratus Euse.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

effigiet,& cõtineat ea,quæ sunt.Hinc primũ ens uitale esse oportet,& intellectile:Vnde oĩs essentia/uita/& intellectus participatione magis q̃ speꝯcie nominat̃:Illud namq; ipsum esse per se uita/& per se intellectus:Quod autẽ præter hęc oẽ magis non ens/q̃ ens:quia erat,qñ non erat ens.Et hac perpetuitate manet ens/uiuit/& itelligit:Eatenus.n.particeps est uitę,quatenus illud prębuit:& tm̃ intelligit,q̃tũ illud tradidit. Multaq; ꝓsequit̃ in hoc negotio,ex quibus cõcludit unã esse oĩum uitã uiuẽtiũ,sicut unica est aĩa in oĩbus mẽbris corporis:quæ nõ tm̃ diffundit̃ in ipsis mẽbris ꝓpriis, sed aliquo modo diffundit̃ usq; ad extraria:Nam sudori ab hoie defluẽti, & cõdensato,atq; dispositio uita quædã infundit̃ debilior/q̃ hois uita,& pediculi efficiunt̃:Ex flatu aũt facta cõgerie/cimicũ & pulicũ uita repletur. Quod euenit,aut ex dispositione materiæ,aut ex scintilla uitæ ab hoie decidẽte/quæ minus pfecta q̃ ipsa uita in se,deteriori nota illa subiecta uiuificat.Et ex his,q cardines christianæ domus dicunt̃,solertissimus & singu Cardi.
laris disceptator,cũ microcosmũ ad maiorẽ mundũ cõpararet,dixit:Vita Cusa
illa mũdi,quæ seipsam,& oĩa mouet/ꝓpetua est, quia motus rotundus, & circularis oẽm cõtinens motum,sicut circularis oẽm in se cõplicat figurã: Ad quã animã totus corporeus mũdus se habet,sicut corpus hois ad prĩa animã.Est insuper aĩa in mundo,ueluti rex in regno, cuius regimine ducunt̃ incolæ:a quo assignant̃ diuersi principes,& duces, quoꝝ ducatu regãt̃ particulares populi,nõ tamẽ secluſi a totius dominii rege:Sic unaquæq; creatura,quæ primo in uita illa uniuersi præexistebat,determinato ipsi ducatu,specie,& forma uiuit,angelus,homo,leo,aqla,uel plãta:nõ tm̃ secludit̃ ab illa unigena uita,sed decedẽte illa particulari uita, aut sublato illo particulari ducatu,reuertitur corpus ad regnũ magis uniuersale.scelemẽtũ terrę,aĩa aũt ad uniuersi regnũ uitę.Reuertit̃.n. (inqt sapiẽs) spũs ad Deũ,qui fecit illũ.Si q uero detrudũtur tartareis carceribus,illic uiolẽter uinciunt̃.Si aũt externos adducere uoluerimus,multos qdẽ habemus
ꝓ manibus:Aristoteles.n.qui hac tẽpestate ex Philosophis potissime celebrat̃,cũ Theophrasto eius auditore,atq; Auctoi ꝓfitet̃ mundũ esse aĩal. Aristo. Theop. Auctois
Democritus aĩalis mũdi aĩam dicit eẽ Deũ.Stoici (Eusebio & Plutarcho referẽtibus) dicũt Deũ esse spũm per uniuersum mũdũ penetrãtem,diuersis nominibus appellatũ secũdũ rerũ,per quas transit,diuersitatẽ.Indi(ut Democ. Stoici
Hiarchas apud Philostratũ docet) mũdũ eẽ aĩal dixerũt,& hoc androgy Eusebius
nũ:qa pĩis & mĩis uicẽ supplet in aialiũ generatione,educatione,& amo Plutar.
re.Zeno ꝓbat mũdũ aĩatum,suscipiẽtẽq; esse ex eo,q ex se generat aĩan Indi
tia.Et sapiẽter Trismegistus in eo libro, cui titulus est,ꝙ Deus latẽs simul Hiarch.
ac patens est,inqt:Nihil est etiã in corporibus,qd̃ nõ sit ipse Deus:Oĩa.n. Philostr.
solus existit,quæ sunt in lucẽ deducẽs:& quæ nõ sunt occludens in seipso. Zeno
Hic occultus,hic oĩum patentissimus:Hic mẽti cõspicuus,hic pñs oculis: Trisme.

Hic incorporeus,hic (ita dixerim) multicorporeus. Et ĩ libro de cõmuni
Trisme. ait:Nec qcq̃ est in omni,qd̃ nõ sit ipse Deus:qui est oĩum uita. Sed uidea
Iohan. mus q̃ cõcine loquat̃ cũ Iohãne nostro:Is.n.inquit:Quod factũ est in ipso uita erat,& uita erat lux,oĩa per ipm̃ facta sunt,& sine ipso factũ est nihil. Quod intelligere possumus in duplici sensu:aut ꝙ nihil factũ est sine ipso, aut ꝙ illud qd̃ factũ est sine ipso cõseruãte,repplẽte,& uiuificãte,nihil est.
Orphe. Cũ his Orpheus in sua theologia lõgo ꝓgressu decãtat Deũ esse,& cõspici
Mani. in oĩbus mũdanis mẽbris:Quẽ ad unguẽ ꝓsequẽs Manilius canit.

Cum spiritus unus
Per cunctas habitet partes/atq; irriget orbem
Omnia peruolitans/corpusq; animale figuret:
Quod nisi cognatis mẽbris cõtexta maneret
Machina,& imposito pareret tota magistro,
Ac totum mundi regeret prudentia sensum,
Non esset statio terris,non ambitus astris:
Hæreretq; uagus mundus,standoq; rigeret.
Nec sua dispositos seruarent sydera cursus:
Noxq; alterna diem fugeret,rursumq; fugaret:
Non imbres alerent terras/non æthera uenti,
Non pontus grauidas nubes,nec flumina pontum,
Nec pelagus fontes,nec staret summa per omnes
Pars/sed per partes æquo digesta parente:
Vt neq; deficerent undę,nec sydera nobis/
Nec cœlum iusto maiusue,minusue uolaret:
Motus alit/non mutat opus:sic omnia toto
Dispensata manent mundo/dominũq; sequuntur.
Hic igitur Deus/& ratio/quæ cuncta gubernat.

Platoni. Platonici autẽ oẽs istud idem una uoce affirmãt:eorum enim peculiare est dogma/Et ex multis rationibus/quibus itidẽ asseuerabãt,hãc tm̃ a Platone educemus:Huic.n.placebat duos esse motus/unũ ꝓpriũ,alteꝝ externũ: Esse aũt diuinius/qd̃ ex se sua spõte mouet̃/q̃ qd̃ pulsu alieno agitat̃:Hunc autem motũ in solis animis collocabat, ab hisq; principiũ alterius motus deduci putabat.Quapropter/cũ ex mũdi ardore motus oriatur oĩs,& hic ardor nõ alieno impulsu/sed sua sponte mouetur,ut animus sit,necesse est: Ex quo intelligimus aiantẽ esse mũdũ: atq; ex hoc quoq; intelligi poterit, in eo esse intelligẽtiã.Sed merito quis dubitaret,cũ mũdus sit animal, cur nõ alteretur,aut infirmetur,aut deficiat,sicut cætera animantia.Placet hic
Chalci. Chalcidii solutio,q̃ in Timœũ ait:Quod a Deo instituit̃,ab imutatione ętatis,morbis,senectute,& occasu immune est:ut oẽs Academici consentiũt, & deductiõe cõprobat̃,si bene ꝑpendunt̃ ea,quæ a Deo imediate, & quæ

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

per ſecũdas cauſas, pducta enarrantᵉ a ſapiẽtiſſimo Philoſopho Moſe. Nec inſtetᵉ de hoie manibus Dei fabricato: quia nec ipſe ſine puluere, aut terra ſubiecto intermedio, formatus eſt: Sicut cœli, & tota machina: quæ ex nihilo a Deo immediate facta eſt/ideo ipſa/quo ad partes ſubiectiuas, & immediate fabricatas a Deo eſt perpetua, & indefectibilis: ſic & aĩa hominis ſine medio ab ipſo Deo producta. Extat & alia ratio: quia conſtat mũdus ex oĩbus partibus, ut nulla, uel minima quidẽ pars alicuius corporis extra mundi ambitum relicta ſit, quæ ab extrinſeco accedens calida, uel frigida moueat ægritudinẽ mundo: qui in ſe ꝓportionatiſſimus eſt, eſto q̃ partes eius uideantur aliqñ alteratę, ratione tñ totius conſonantes ſunt. Eſt inſup mundus totũ corpus, ut nihil extra ſe, qđ effluat, dimittat, & minuatᵉ, aut detrimentũ ſuſcipiat: qđ ex ꝓditione partiũ/quæ in aliud quid reſoluuntᵉ/procedit: Intra mundũ. n. degunt oĩa: unde fluunt partes, & nõ fluũt: cum nihil extra eius terminos ſit: in quo fluãt. Partes igitᵉ ipſius/quæ aliquãdo fatigatæ fluunt/ad naturã uniuerſi tandem recurrunt recreatæ.

Moſes

Vnde omnia ſortiantur uitam. Cap. II.

CVm unicus ſit fons duplicis uitæ/qui in Ieremia ait: Me dereliquerũt fontẽ aquarũ uiuẽtiũ Dñm/neceſſe eſt, ut oẽs & nãlẽ, & ſpũalẽ uitã, & quęcũq̃ alia ſit, hauriãt ab illo fonte, a q̃ ꝓcedit fluuius, de quo in Geneſi dicitᵉ: Et fluuius egrediebatᵉ de loco uoluptatis, q̃ Deus eſt, ad irrigãdũ primo ipſum paradiſum. i. totũ Archetypũ ꝓ diuerſos canales rerũ nobis cõicãdarũ: Et iſtæ ſunt aq̃ ſupramũdanę, quę ſupra cœlos a Moſe, & Dauid eẽ dicunᵉ. Poſtea diuiſus fluuius in quatuor capita irrigat uniuerſam terrã. Quæ aquæ uitæ prius ſũt in pr̃no fonte, poſtea in Filio, qui & ipſe eſt fons apud Pr̃em exiſtens, ut in Pſalmo canitᵉ: Quoniã ap̃ te eſt fons uitæ. Apud Pr̃em. n. eſt Filius, cui Pr̃ oĩa dãs & ip̃m fontẽ cõſtituit, ut merito dicere poſſit: Ego ſum uita, utrãq̃, nãlẽ vꝫ, & ſpũalẽ, oĩbus tribuẽs: Quãdo. n. dicimus oĩa, quæ facta ſunt, in ipſo uita erãt, de nãli intelligitᵉ uita: Sed cũ ipſe ait/Ego ſum reſurrectio, & uita/de ſpũali intelligitur: Quæ ꝓpetuata ſit uita æterna: quã & ab ipſo Filio Dei habemus, ſicut ipſemet plęriſq̃ in locis teſtatᵉ dicens: Ego uitam ęterñ do eis. Et itęꝝ: Si qs biberit ex aqua, quã ego dedero, fiet in eo fons aquæ ſaliẽtis in uitã æternã. Extat & alius fons uitæ in illo ſãctiſſimo Archetypo, q̃ Spũ ſanctus eſt, & hic aliqñ dictus Spũs uitę, ſicut i Ezechiele legimus: Et ſpũs uitæ erat i rotis. De q̃ & in Pſalmo canitᵉ: Emitte ſpũm tuũ, & creabuntᵉ, ea qdem, quæ mortua, & deſtructa erãt. Ii tũ tres fontes unus ſũt in fonte illo uitæ, & eſſentiæ diuinæ, ſine qua nihil uiuit, & nihil eſt, ut pulcherrime, & pie Apuleius Madaurẽſis ea, quæ ex officina Platonica collegerat, depromit dicẽs: De rectore oĩum, q̃tũ dicere fas eſt (qa de ipſo multa loq uetus opĩo, phibet, cũ oẽm captũ humanũ auſugiat) hęc ꝓ

Ieremi.

Geneſis

Moſes
Dauid

Idem
CHRI/
STVS.

IDEM

Ezechi.
Dauid

Apule.

decernimus: In cogitatiões omniũ hominũ incidere Deum eſſe, & ſuæ originis nõ hẽre authorẽ: Deniq̃ eſſe ſalutẽ, & pſeuerãtiã eaꝝ reꝝ, quas effecerit: Neq̃ ulla res eſt tã prędtãtibus uiribus, quæ uiduata Dei auxilio, ſui natura cõtẽta ſit: Hãc opinionẽ ſecuti uates, pfiteri auſi ſunt omnia plena Deo. Et paulo inferius: Quæ priora ſunt, amplius trahũt, unde corpora illa cœleſtia, quãto finitima ſunt ei, tanto ãplius de Deo capiunt: Minus quæ ab eo ſcẽta ſunt: & ſic uſq̃ ad terrena pro interualloꝝ mõ indulgentiã Dei ad nos uſq̃/bñficaq̃ ſuſcipiũt: Sed cũ credamus Deũ p oĩa pmeare, & ad nos, & ultra poteſtatẽ ſui noĩs tẽdere, q̃tũ abeſt, uel iminet, tm̃ exiſtimãdũ eſt eũ amplius, minuſue rebus utilitatis dare. Nec diſſonat hæc doctrina ab ea, quã Apl̃s tradit, qñ & gradus in eccleſia deſcribit, & oẽm cõgregationẽ corpori ęquipat: cuius aĩa, & uita plus, minuſue ſeſe in mẽbra diffundit ſcđm eoꝝ exigẽtiã, & ꝓpinqtatẽ, nõ qdẽ ſitus, ſed uirtutis, & ſymboli.

Paulus

Quid ſit arbor uitæ. Cap. III.

OMnibus triuiale eſt Chriſtum, & Meſſiã noſtrũ multigenis myſteriis celebratũ, pluribuſq̃ uocatũ noĩbus: Vocatᵉ enim Agnus, Leo, Lapis ãgularis, Chriſtus, Verbũ, Veritas, Vita, & huiuſmodi: Sic & arbor uitę dr̃, quę collocata eſt in medio horti delitiaꝝ, ut omnibus uitã impartiatur, ſicut ſupra patefecimus. Sed quare dicatᵉ arbor, nunc apiendũ reſtat. Eſt arbor in terra radicata, a qua uitæ ſuſcipit incremẽta: Et Chriſtus eſt arbor radicẽ hñs in terra uiuẽtiũ, uñ primã traxit originẽ, q̃uis corpus, & organũ ſuæ diuinitatis traxerit a populo iã ſicco, & arido, ut inqt Iſaias: Aſcẽdit ut uirgultũ de terra, & ſicut radix de terra ſitienti. Diuidiᵉ arbor p̃ in ramos maiores, & pauciores, poſtea in minores q̃plurimos: Et Chriſti pleniſſima uirtus, & gr̃a diffuſa primo fuit in paucos Apoſtolos, ſed magnos & robuſtos uirtute, & p illos in q̃plurimos alios, quibus ideo illi merito præferẽdi ſunt. Haurit arbor a terra cõtinue uitę incremẽta palmitibus, ramuſculis, floribus, & fructibus cõmunicanda: Viuit & Chriſtus in terra illa diuinitatis/& paterna: ſicut ipſemet phibet dicens: Sicut miſit me uiuens Pater, & ego uiuo pp Patrẽ: Quã ſuſceptam uitã a Patre, ęteris impartitur, ut uiuant: unde ſubinfert: Et qui manducat me ſumendo cibũ, ſicut ramus a trunco, & radice, ipſe uiuet propter me. Et iterũ: Si quis in me non manſerit, hauriendo. ſ. a me uitam, mittetur foras, ſicut palmes, & areſcet. Viuũt, & pulchreſcũt flores in arbore, ſucciſi autem ſtatim areſcunt, aut putreſcunt: Viuunt, & flores cogitationũ noſtraꝝ in ea arbore, quæ ait: Sine me nihil poteſtis facere. Neq̃ cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis poſſumus, inquit Apoſtolus. Matureſcunt quoq̃ fructus in arbore ab ea ſuſcipientes continua fomenta, ſicuti ipſamet arbor loquitur dicẽs: Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.

Iſaias

CHRI/
STVS.

Paulus

CHRI/
STVS.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Vbi plantata sit hæc arbor. Cap. IIII.

VBi ãt hæc uiuifica arbor hẽat ſuas radices, duo hẽmus ex diuinis ꝓmptuariis monumẽta. Alterꝝ eſt/qꝺ paradiſus, uel hortus ille delitiarꝝ plantarus fuerat a Dño Deo מִקֶּדֶם michedẽ/qꝺ a prin°/uel ex antiq̃ ſignificat: cũ totus hortus, & oĩs uera uoluptas radicata ſit i antiqſſimo illo Pre ꝯterno omniũ bonorꝝ origie prima: ſiue plãratus ẽ hortus in eſſentia illa diuina / q̃ eſt uera terra uiuẽtiũ: a qua oĩs uita, oẽſqꝫ delitię, & uoluptates pullulãt. Alterꝝ ẽ, qꝫ lignũ uitę erat in medio paradiſi: qa uerbũ diuinũ, qꝺ eſt uera uitę arbor, eſt ꝑſona media in illa ſctiſſima trinitate: & carne humana indutũ cũ hoib° cõuerſans ſemꝫ mediũ tenuit: Naſcẽs. n. in medio aĩaliũ, diſputãs i medio doctorꝝ, moriẽs in medio latronũ, reſurgẽs in medio diſcipulorꝝ inuẽtus eſt. Et q̃uis ipſe, ut Verbũ, ut Filius, ut Dei ſapia ſedeat ad dexterã Pris/tñ ut doctor, ut redẽptor, ut Meſſiah, ut arbor uitę ſtat in medio archetypi: ſicut uita hoĩs/q eſt ad imaginẽ illius, hẽt ſedẽ in corde, qꝺ mediũ obtinet in humano corpe: a quo & uita in oĩa mẽbra defluit. Et q̃uis Deus ſit totus ubiqꝫ, nõ ꝑ partes, aut mẽbra diuiſus, nec cõſequenter in eo ſit dextrũ, & ſiniſtrũ, mediũ, uel extremũ his nr̃is corporeis legibus/eſt tñ diuino, & excellẽti q̃dã mõ nobis nõ plene ꝯceptibili diſpoſitio q̃dã, nõ rei, quæ ſimpliciſſima eſt, ſed influxus ꝑ reſpectũ ad nos, ſcꝺm quã ipſius tenemus imaginẽ: & de qua ueri/ficat ſcriptura ſæpius reiterãs de dextera, ſiniſtra, medio, oriente, occidẽte, meridie, aquilone, & huiuſmodi diſpoſitionibus ipſius diuini influxus, ſecundũ quẽ arbor illa uitæ dicitur in medio collocata.

Qualiter ſit formata ipſa arbor. Cap. V.

FIgurãt hãc uitę arborẽ ſapiẽtes hebrei eo meliori mõ, q̃ pñt/ꝑ haſtã lfæ ו quæ recta ẽ ad inſtar arborei trũci, cũ illa ſupiori ꝑte, q̃ eſt tãq̃ lfa ו unita illi haſtę, ſuꝑmũ uitę fontẽ ſignificãs Pfem ꝯternũ in Filiũ influẽtẽ: quẽ ipſi hebrei coronã ſupiorẽ uocãt: cui uolũt dicatũ eſſe א & י: quarꝝ altera unũ, & pricipiũ ſignificat: altera decẽ, & numerorꝝ cõplemẽtũ: ut inuaĩ, qꝫ Pr̃ æternus ſit principiũ, & finis omniũ. Et ꝑ cõtinuationẽ, & unionẽ cũ haſta illa/quæ arborẽ uitę figurat, denotaĩ unio, quã hẽt cũ Filio: in quẽ oĩa ifluit, ut & ipſe dici poſſit pricipiũ, & finis: & totũ ו attribuaĩ Filio. Hic magno ſacramẽto iuſſit Deus in Exodo ſculpi i colũnis tabernaculi וָוֵיהֶם כֶּסֶף uauehẽ chaſeph. i. uauim eorꝝ argẽtea: pro quo nos hẽmus cũ capitibus argenteis: Quod aut ignorauit traductor, qꝺ importet: aut noluit pãdere ſaramẽtũ: Colũna. n. tabernaculi, & totius mũdi, ad cuius exẽplar illud fabricatũ erat, Chriſtus, & uerbum humanatũ eſt: quo & cœli firmati ſunt, & Pr̃ oĩa portat, & ſuſtentat. In hac igitur iuſſu Dei inſculpta erat littera, quæ uitã importat: ut denotareĩ, qꝫ principiũ uitæ collocatũ erat in eo a Patre æterno: ut ipſam

Sap. he.

CHRISTVS. aliis impartireĩ, ſicut patefacere dignatus ẽ ipſemet Chriſtus dicẽs: Sicut miſit me uiuẽs Pr̃, & ego uiuo ꝓꝑ Pr̃em: & qui mãducat me, ipſe uiuet ꝓꝑ me. Et diſtinguiĩ hęc arbor in radicẽ, trũcũ, ramos, flores, & fructus: Radix. n. eſt ipſa pullulãs deitas: Trũcus eſt uerbũ in ipſa a Pre ꝓductũ: Rami ſũt attributa ipſi cõicata ab eo, q̃ dedit eidẽ oĩa: Folia, & flores ſũt ideę uiuẽtes in ea: Sed folia ideæ ſunt rerꝝ irrõnabiliũ: q̃ in obſequũ itellectualiũ ꝓducta ſũt creaturarꝝ, ſicut folia ad tegẽdũ flores, & fructus, & q̃ſi in eorꝝ obſequiũ cõſtituta ſunt. Flores ãt ideę intellectualiũ rerꝝ, a qbus expectantur debiti fructus: Sed ſicut multi flores decidũt ſine fructu, ſic multi Angeli, & hoĩes abſqꝫ fructu cecideũt/& cadũt cõtinue: & ab illa uitę arbore lemoti areſiũt, igne inextinguibili cõburẽdi. Fructus uero ſunt regulæ bñ agẽdorꝝ a nobis, & dona, atqꝫ chariſmata, qbus donamur cõtinue, ut ſcꝺm illas regulas uiuẽtes poſſimus nos q̃qꝫ fructus operꝝ nr̃orꝝ pñtare illi, q &

Paulus ipſã arborẽ uitę, & nos q̃liacũqꝫ arbuſcula plãtauit/ut ab ea arbore uitę ſuſcipiamus, uñ debitos ꝓducamus fructus ſcꝺm ſpũm: q̃ꝝ Paulus meminit dicẽs: Fructus ãt ſpũs eſt charitas, gaudiũ, pax, &c. quæ ſequunt. Nec ulterius ꝓgrediemur de figura illius, qui nulla figura effigiaĩ, dantis tamen oĩbus, ut figurata ſint: nec termino aliquo claudiĩ, cũ oĩa tamẽ in ſe cõcludat. Sed hęc pauca dicta ſint, prout ex ſacris litteris diſcere potuimus.

Quibus, & quomodo cõmunicata. Cap. VI.

CItra oẽ dubiũ hẽmus, qꝫ oĩa, quæ uita gaudẽt, ipſam hauriũt a uitæ fonte, uel ſuſcipiũt, & comedũt de fructib° arboris uitarꝝ: Sed in cõtrouerſiã uenit, q̃ ſint uiuẽtia: & utrũ oĩa uiuãt. Viuũt qꝑpe Angeli, hoĩes, aĩalia, & plantę, unũqꝺqꝫ ſua uita, ut oẽs cõueniunt: ſed de metallis, lapidibus, elemẽtis, & cœlis extat apud nõnullos difficultas: qa cũ eorꝝ uita nõ appareat, diiudicãt ipſa minime uiuere, & inaiata uocãt: Si uero mũdus ẽ aĩal, ut ſupra diſſeruimus, & ut cõueniunt pleriqꝫ ſapiẽtes, nulli dubiũ eſt, qꝫ hæc oĩa uiuũt, ſicut mẽbra oĩa, caro, inteſtina, nerui, ſanguis, & oſſa in humano, uel beſtiarꝝ corpore: q̃uis oſſa, & hmõi ſemota uideanĩ a uita priuata. In corpe ãt creſcũt oſſa, mouenĩ, ſuſtentãt corpus ipm, q̃ſi uiuæ colũnę. Vireſcit caro, & redintegraĩ, ut uulnus & inciſionẽ nõ timeat: & reditegranĩ oſſa cõfracta, qꝺ mortuis

Mercu. rebus minime cõtigit: Sic & mẽbra magni, & mundani aĩalis uiuũt, unũquodqꝫ ſua uita, ut Mercurius in eo tractatu, quẽ de cõmuni appellat, inquit: Totum, quod eſt in mundo, aut creſcẽdo, aut decreſcendo mouetur: Quod aũt mouetur, id propterea uiuit. Et cũ omnia moueãtur, etiã terra, maxime motu generatiuo, & alteratiuo, ipſa quoqꝫ uiuit. Sed ueniamus ad ſupiora mẽbra, de qbus dubitaĩ, an uiuant: & hæc ſunt cæli, quos qui

Theop. dubitat uiuere (inquit Theophraſtus) non cenſetur philoſophus. Nec defuerunt, qui dicerent cœlos animalia eſſe: Quod ex motu rationali / & cõ-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

tinuo influxu ꝓbare nitunt, quia nō possent uiuentē præstare uim, nisi & ipsi uiuerēt. Ad inferiora uero descendendo/Lapides ideo dicunt uiui, qa uiuūt: Crescūt. n. cōdēsant, durescūt, & uarios effectus habēt eorū q̄plurimi: qui nō possunt ꝓcedere, nisi a uiuēte. Viuūt metalla (ut diximus) superiori uita, quibus infundit spiritus quidā occultissimus a luminaribus/ & cœlis: Quod ēt nōnulli naturæ æmuli efficere gestiūt, existimantes posse stānū, æs, aut argentū uiuū in aurū, uel argentum tranſmutare, imittendo in ea spiritū, & uitā auri uel argēti, ut aiūt. Viuit aqua, cui potissime attributum est germen animaliū, in eo, quod dictū est: Producant, uel serpant aquæ serpiturā, uel geniturā aiæ uiuentis. Viuit & terra, ut diximus: cuius uitā facile cōprobamus, dū uidemus eam fœcūdissimā plantaꝝ uiuentiū. Et una pars feracior est q̄ alia, quod esse nequit, nisi quia uiuacior. Huius quoq; terræ uita dignoscit ex crassitudine, & pinguedine q̄dā, quæ auget fimo animaliū ex aiali uiuo decidente: unde secum aliquo mō uitā ferens, terræ, cui cōmiscet, impartitur fauens generationi plātaꝝ uiuentiū: quæ a nō uiuēte ꝓuenire minime possent. Aer autē trī̄ de uita cōtinet, ut Hebrei ipm sępius spūm uocent, spūm inq̄ cōtinētē, & copulantē cętera elemēta. Hebrei
De igne uero nihil dicā, cū oēs antiqui fateantur uitā esse ignem quendā, & ipiam ab igne, luceq; ꝓcedere. Et hæc omnia simul cū eis, quæ patenti uita uiuūt pro captu suo uitā suscipiūt ab authore uitæ: qui nūc fons, nūc fluuius, nūc arbor uitæ dr: quæ sese diffundit in totū mundanū corpus, sicut aia particularis in oia mēbra corporis sui, ut oēs opationes, quæ fiunt per aliqd ipsius corporis mēbrū, ab anima uiuificāte, & mouēte ꝓueniāt: Sicut. n. hō loquit in ore, in oculis uidet, in auribus audit, in pedibus ambulat, & cætera huiusmodi/sic Deus prima omniū uita in sole illustrat, & calefacit, in syderibus uariis diuersa influit, in nubibus pluit, in aere spirat, in terra germinat, in aquis/piscibus/& aialibus diuersa operat: Sic & in diuersis hoibus opat (inqt Paulus) oia in oibus. Et hic Deus/& uita est nā illa cōis operās/quā Aristoteles uidetur a Deo distinguere, dū ait: Deus & nā/quasi sit socia, & coniunx Dei. Nec est alia nā uis, nisi Deus, q in oia diffusus, oibus dat, ut operent: Quod (ut refert Socrates i phædone) docet Anaxagoras cœli cōtēplator in prīo libri, quē de mūdo ędidit, dicēs: Mens omniū cā est fabricator & moderator, omnia exornās, atq; replens. Et dolet Socrates, q; rōnem & modū eoꝝ, quæ ab ipsa prima mēte fiunt, nō declaret. Academici uero oēs animā mūdi ꝓfitent uno ore, qua omnia uiuunt: Et hanc maior pars eoꝝ opinātur esse Deum. Porphyrius. n. (Cyrillo referente in antiiuliano) Deum primo summū bonū dicebat, secūdo Creatorē, tertio animā mūdi: ut primo esset in se, secūdo res crearet, tertio repleret, & uiuificaret oia. Numenius autē ulterius forsitan progrediēs, q̄ expediat, inquit: Deus primus in se substans est, secūdus autem, & tertius

Hebrei Antiqui
Aristo.
Socra. Anaxa.
Acade. Porphy. Cyrillus
Nume.

unus cum primo est: Sed ille secundus inhærēs materiæ, quæ binaria est, ab ipsa dissecat: Ipse tamen cū tertio uitā rebus infundit: Quæ tamē/sane intelligēdo/cōueniunt cū Theologia nostra: in qua dicimus Patrē primū omniū principiū/& ab eo nō quidē scdm Deū, sed secundā psonā nrō mō loquētes/quæ inhæsit materię, dum carnē humanā assumpsit, aut dū exiuit in opus imprimēs formas in rebus scdm exēplaria in ipso existentia/ scdm quæ formans res diuersas, quasi in eas dissecatur: nō tamē minuit, nec aliqd ab eo decidit. Et hi simul cū tertio. i. cum tertia psona, qui tamē oēs unus Deus sunt, uitā rebus infundunt: Nā & Filius dicitur uita, & arbor uitæ, & tertia psona dicitur spūs uitæ: quia ambo rebus inferioribus uitam infundunt: Sed uerbū, & Filius dat rebus uitam/ut uiuāt: Spiritus
Dauid autē, ut operētur opera uitæ: Quod innuit Propheta dū ait: q; uerbo cœli, & cōsequenter oia formata, & stabilita sunt, sed spiritu oris eius est omnis
Sapiē. uirtus eoꝝ/in operando v3/sicut & in libro Sapientiæ legimus: Spūs intelligentiæ sanctus mobilis est. i. faciēs alia moueri ad opus: Quod ut me-
Paulus lius exprimat, subinfert: Omnem habens uirtutem. Sic & Paulus diuidit opera diuersoꝝ secundū spiritū, tandē concludens: Hæc autem operatur unus, atq; idem spiritus diuidens singulis, prout uult.

Quando/& cur uetita sit arbor. Cap. VII.

EXpressam doctrinā habemus in sacris eloquiis/q; Deus post Adæ trangressionē dixit: En Adam factus est, sicut unus ex nobis/cognoscens bonū/& malū: Et nunc, ne forte extendat manū suam, & accipiat etiā lignum uitæ, ut uiuat in ętернū, eiiciamus eū: Quod & factum est. Nec miretur quispiā/q; uideatur Deus ægre tulisse Adā effectum esse boni & mali cognitorē: Non. n. de ꝓfectu, sed de arrogātia uindictam sumpsit: cū uellet discernere bonū, & malum, & decernere qd iustum/& iniustū: qd Elohim/& iudicū est: in quoꝝ synagoga & cętu astat Deus diiudicans: qa id homo sine ipso Deo facere nequit: Aut qa uoluit assumere gradum, & locū Messiæh: qui (ut alibi dixi-
Idem mus) est uera arbor scientiæ boni, & mali. Prohibuerat igitur, ne quispiā filii Dei, & Messiæh dignitatē æmulando sibi uēdicaret, qui est ueræ uitæ trūcus/& arbor sciētiæ boni, & mali. Sed hoc altius est mysteriū, q̄ fari liceat/Ideo aliā rationē assignemus: quæ ab oibus intelligat: Et ea est, ne hō peccato infectus indigne uitæ fomētū suscipet in sui pernitiē: Nā si in immunditiā deuenisset, perpetuo stetisset, & staret imūdus, si imūditia cū illa uita stare potest: Vel ne indispositus suscipiēs uitæ nutrimentū, ei cederet in malum, sicut optimum uinum febricitanti, & delectissima caro quāuis bene cōdita pleuretico nocet. Et hoc est, qd inquit Paulus de comesuro panem uitæ: Probet autē seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: Qui enim māducat, & bibit indigne, iudiciū sibi māducat, & bibit.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Quod enim erat primis parẽtibus arbor uitę, nobis est panis uitæ: qui interdicitur indignis, sicut & illa arbor interdicta fuit prævaricatori Adæ, & cuicũq; indigno, & aliquo scelere fœdato interdicitur: Quia cũ scelus, & peccatũ sit opus mortis, cõuenire cũ uita minime potest.

Quõ oia in ea arbore, & cõsequẽter in Christo uiuãt. Cap. VIII.

THeratasæ pius est illa celeberrima Iohannis sententia, q̃ oia, anteq̃ fierent, erant uita in uerbo. Nec opinandũ est, q̃ in formas proprias explicata destituant' ab illa uita creatrice, qua in opificis mente uiuebãt: Sed ultra hanc alias acquirũt uitas pro captu suo: Multiplex etenim est uita, ideo celebri nota dicitur hæc arbor עץ חיים ez haiim, idest arbor uitarũ, & non uitæ in singulari. Viuũt itaq; omnia illa uita creatrice: uiuũt & propria uita naturali: quæ tamen ab illa summa uita dependet, & est radius, uel scintilla ipsius, in quo uiuimus, mouemur, & sumus. Viuit quoq; homo ultra naturalem uitam multiplicem uita quadã spiritus, de quo dicitur: Spũs est, qui uiuificat. Et hic duplici uitæ fauet: Naturali, iuxta illud Ezechielis: Et spiritus uitæ erat in rotis, omnia uiuificans: Spirituali, de qua idem Propheta: A quatuor uentis ueni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant: Mortui enim erãt peccato, & indigebant uita spiritus: de qua Paulus: Si spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis: Quę utraq; uita, & si a spiritu uitę subministratur, prouenit tamẽ ab arbore uitæ, quæ est ipsum uerbũ Dei humanatũ, quod ait: Qui credit in filium Dei habet uitam æternã. Et iterũ: Sicut enim Pater uitã habet in semetipso, sic dedit Filio uitã habere in semetipso. Et sæpius repetens affirmat, q̃ est uita, aliis quoq; pro gradibus suis cõmunicãda: per quos gradus prętendit nos deducere in uitam illam beatã, & æternã, ultra quã non est alia: Ego (inquit) uitã æternã do ouibus meis: Et iterũ: Oportet exaltari Filiũ hoĩs, ut omnis qui credit in illum nõ pereat, sed habeat uitam æternã. Cuius uitæ fons est Pater, qui ait: Me dereliquerũt fontem aquarũ uiuentiũ. Filius aũt est fluuius uitæ de Patre no fonte ꝓcedẽs, aut arbor uitæ plantata in terra uiuentiũ. Spũs uero est, tanq̃ piscina, uitæ aquã suscipiens a fonte, & fluuio uitarũ in nos quoq; eã diffundens: Quod Origenes in Matthæum longo sermone disserit.

Iohan.

CHRISTVS.

Ezechi.

Paulus

CHRISTVS.

IDEM

Ieremi.

Orige.

Christus est sustentaculum omnium. Cap. IX.

ET si Christum diuinitate sua, & uerbi uirtute sustentare hanc mundanã fabricã supra tetigerimus, tamẽ clarius explicãtes prosequemur: Paulus. n. id aperto sermone depromit, primo cũ Hebreis dicens: Portat omnia uerbo uirtutis suæ. Et iterũ cũ Colossensibus ait: In ipso condita sunt uniuersa, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt. Et prosequẽs rursum ait: Omnia in ipso cõstant. Quod & Isaiæ uaticinio roboratur, dũ ait: Et factus est principatus. s. totius ma-

Paulus

Idem

Isaias

chinæ super humeros eius, constituens eum hæredem uniuersoꝝ, per quẽ fecit & sæcula. Hanc igitur machinã mũdanæ domus, & oẽs eius hospites sustẽtat, ut columna: regit, ut princeps: pascit, ut pastor cibo uitæ tam corporis/q̃ spiritus: Si enim omnia per ipsum facta sunt, igitur & escę per idem continue producunt': Sed pro uita spirituali seipsum in eduliũ præbuit dicens: Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum: Et iterum: Nisi manducaueritis carnem filii hominis, non habebitis uitam in uobis: Et rursum: Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Sed quia continue lauamur, & nostris iniquitatibus corruimus, ideo & huic ruinæ se suppossuit sustentaculum, purgationem peccatoꝝ faciẽs, & portans omnia peccata nostra, ut iusserat Pater, sicut i Isaia legimus: Posuit in eo Dñs iniquitates omniũ nostrum, & liuore eius sanati sumus. Nec contentus nos expurgasse ab omnibus coinquinamẽtis, sed ut uirtutes cõstrueremus, seipsum præbuit fundamentũ stabile, quod totum nostrũ sustentaret ædificiũ. Nemo (inquit Paulus) potest ponere aliud fundamentũ, nisi quod positũ est Christus Iesus: Quod & Isaias ante prædixerat: Loquẽs enim sub Redemptoris, & Christi patientis persona multa cõmemorat, quæ passus est, dicens: Corpus meũ dedi percutientibus, & genas meas uellentibus: Faciem meã nõ auerti ab increpãtibus & spuentibus in me. Postq; multa cõmemorata ad ignauũ, & obcæcatũ populum cõuersus, ait: Qui ambulat in tenebris, & non est lumen ei/ speret in nomine Dñi, in quo solũmodo est salus: & innitatur supra Dñm Deum suum, qui vȝ in humana carne saluauit mundum. Nec super alio, q̃ sup baculo isto, qui consolatur, & sustentat omnes, inniti possumus. Hoc est, quod de Regina cœlorũ, & mundi Imperatrice dicitur: Innixa supra dilectum Filium.

CHRISTVS.

Isaias

Cur non omnes sustententur ab eo. Cap. X.

ET si Christus ad omniũ productionẽ/conseruationẽ/& prouisionẽ simul cũ Patre conuenit, in omniũq; redemptionem datus est, dicẽte Paulo: Pro omnibus nobis tradidit illum: Et esto q̃ positę sint in eo iniquitates omniũ nostrũ, & saluati dicamur eius liuore, nihilominus nec oẽs uitã spũalem ab ipsa uita Christo suscipiũt, nec eius fulcimẽto sustentantur, ne pereant: Quod nõ mediocrẽ difficultatẽ affert nobis, an. s. hoc sit, quia nõ omnes sunt prædestinati, aut electi, an quia non tribuitur uita, & sustentaculũ/nisi uolentibus: Sed illud derogat clementiæ diuinæ, & authoritati scripturæ sacræ, quæ ait: Deus uult oẽs homines saluos fieri: Hoc aũt inferre uidetur calũniã electioni diuinæ, dũ dicimus eã depẽdere a cõsensu, & uoluntate nra: Sed (ni fallor) ab utroq; ꝓcedit, salua clemẽtia, & dignitate diuinę electionis: Quæ a nro cõsensu nõ depẽdet, sed uult nos coopatores in his, quæ spectãt ad nostrã

Paulus

Idem

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

salutem:Nam sicut corona regni parata est nobis a constitutione mundi, non tamē coronabitur, nisi qui legitime certauerit/ pari modo nec uitam suscipiūt omnes ab arbore, uel fluuio uitæ existente, siue fluente in medio paradisi omnibus cōmunicādo, nisi qui se disposuerint ad ipsam uitā susci piendam:Quæ ideo clamat in calce Apocalypsis: Qui sitit, ueniat:& qui uult, accipiat aquā uitæ gratis. Nec solūmodo consensum,& uotū nostrū exquirit a nobis, sed etiā strenuitatē nostrā: qua bellando uincamus, sicut in principio eiusdē reuelationis describitur: Vincenti dabo edere de ligno uitæ, qđ est in paradiso Dei mei. Et dum in carne mortali degeret, clama/ bat in tēplo: Si quis sitit, ueniat ad me,& bibat. Satis quippe est, ꝙ uitam nobis procurauerit,& eā dare paratus sit, & ꝙ tulerit iniquitates omniū nostrū, consensum a nobis exquirens,& ut ipsi cooperatores simus in ne/ gotio nostro: Qui igit nō uult audire uocantē, nec acquiescere attrahenti, nec a donante munus suscipere, merito a tanto bñficio secluditur: ut inge/ nue,& constanter dixerunt Paulus, & Barnabas ad Iudeos, sicut legimus in Actibus Apostolicis: Vobis oportebat ptimū loqui uerbū Dei, sed qñ indignos uos iudicastis æternę uitę, ecce cōuertimur ad gētes. Et ipse Dñs in euāgelio a Matthęo,& Luca annotato, cū parabolā de nuptiis/prādio/ uel cęna proponeret, subintulit, ꝙ multi se indignos tanto cōuiuio iudica/ runt, cōtemnentes. Sluocantē nuntiū, ideo secluſi sunt. Et ubicūq; fit sermo de acquirendo regno cœlesti, aut habēdo Christi suffragio/& patrocinio/ noster exquiritur cōsensus: unde sapienter, & docte Augustinus inquit in uolumine, quod de ecclesiasticis dogmatibus inscribitur: Initiū salutis no strę Deo miserante habemus: ut acquiescamus salutari inspirationi, hoc nostræ est potestatis: In omni enim loco, prouintia, & regione Deus uoce prophetarꝫ, prædicatione Apostolorꝫ, euāngelio diuulgato, Angelorꝫ sug/ gestione, internoq; afflatu quēlibet nostrum inuitat: ut Paulus cū Roma/ nis disserēs ait: Non est distinctio Iudei & Græci: Nam idē Dñs omniū, diues in oēs, qui inuocant illum: Omnis enim quicūq; inuocauerit nomē Dñi, saluus erit. Quomodo ergo inuocabūt, in quē non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quē nō audierūt? Quomodo audient sine pdicante? Et quidem in omnē terram exiuit sonus eorꝫ, & in fines orbis terræ uerba eorꝫ: Verba quidem Apostolorꝫ, & prædicantiū, uerba Angelorꝫ interne loquentiū, & præbentiū ducatū, uerba Christi,& Spiritus sancti intrinse/ cus loquentis,& inspirantis. Omnia enim tentat Christus/& sustentaculū nostrū, ut habeat a nobis consensum pro suscipienda gratia,& salute/quā ipse cōferre intendit: ut ad electum populū aperta uoce,& cōsequenter ad omnes ait: Quoties uolui cōgregare filios tuos, sicut gallina cōgregat pul/ los suos sub ala, & noluisti. Ad omnes enī est sermo illius, qui uult omnes homines saluos fieri.

Apoca.

Ibidem

CHRI/ STVS.

Paulus

Barna.

Matth.

Lucas

Augu.

Paulus

CHRI/ STVS.

CHRI/ STVS.

Quomodo

Quomodo a terra fuerit exaltatus. Cap. XI.

Portet (inqt ipse Deus Filius) exaltari Filiū hoīs, ut oīs qui credit in illū nō peat/sed habeat uitā æternā. Magnū qdē est hic sacramētū/ ꝙ uita æterna donet in exaltatione Filii hoīs/ & ꝙ ipse exaltatus dicat a terra, sicut serpēs in deserto. Nec opinor hoc intelligendum de exaltatiōe corporis/ qñ in ligno appēsum a terra,& mōte/in quo fixa erat crux/subleuatū fuit. Nec arbitror hoc intel ligi de illa exaltatione, qua semp apud Pīem excælsus est in dextera ipsius sedens: sed de ea exaltatione, quæ fit in conspectu nostro, qñ vꝫ sublimitas diuinitatis eius hoībus apiat: ut uidētes ipsum qualis sit uenerent, exaltēt, & magnificēt: Sicut in eius morte Cēturio, & q cū eo erāt uidētes aerem præter ordinē naturę obscuratū, terrā tremere, lapides scindi, mortuos re/ surgere, exclamauerūt dicētes: Vere Filius Dei erat iste: Aut de illa exalta/ tione, qua per ipsam crucē meruit Christus homo pfici oī creaturæ, sicuti Apostolus apto sermone loquit dicēs: Christus factus est pro nobis obe/ diēs usq; ad mortē, mortē aūt crucis, ꝓpter qđ Deus exaltauit illū, & de/ dit illi nomē, qđ est sup oē nomē: ut in noīe Iesu oē genu flectat, cœlestiū, terrestriū, & infernoꝝ: & oīs lingua confiteat, qa Dñs nr Iesus Christus in glia est Dei Pris: Quod & ipse saluator cōfirmat dicens: Oportuit Christū pati, & ita intrare in gloriā suā: Quibus uerbis apte demōstrat se, inquātū hō est, acquisiuisse gloriā, & regnū p opus cōsummatū in passiōe,& cruce: Sed exaltatus dr a terra, qa & opus, qđ operatus est, & regnū sublime, & excælsum, qđ obtinuit, nō erat terreū, sed cœleste, sublime,& altū: Regnū (inquit) meū nō est de hoc mūdo, sed est illud, qđ parauit Pr a cōstitutiōe mundi: Cuius possessionē pro nobis, pro se aūt imperiū obtinuit in cruce. Cur aūt exaltatio Christi in cruce facta æquiperetur exaltationi serpētis, quē erexit Moses, iubēte Dño, satis apta habet littera in libro Numerorꝫ: ubi legit, ꝙ cū peccasset populus stomachādo cibum a cœlo delatū, misit Deus serpētes ignitos in populū: qui pcussus ab eis, & plagatus uenit ad Mosem supplex, rogāsq; ut tollerent serpētes illi: Quapropter orāti Mosi pro populo dixit Dns: Fac serpētē æneū,& pone eū pro signo: qui pcussus aspexerit eū, uiuet: quod & factū est. Sic & pcussi quocūq; genere peccati quo serpēs antiquus,& eius satellites solēt uulnerare mortales, si intuentur Christū in ligno pēdētē, ubi oīum sanitatē,& salutē obtinuit, eius expoſcē tes suffragiū, sanant. Sed hic latet mysteriū, cur Deus uoluerit serpentem exaltari, qui est imago hostis humani generis:& cur Christus eidē assimi/ letur: Quid.n. serpens ad sanitatē confert? Quæ cōuentio figuræ principis tenebrarꝫ cū Principe lucis? Quod symbolū Christi cū immūdo & diabo/ lico illo reptili? Non est qdē hic cōuentio/aut symbolū/nisi in erectiōe: Sa nitas aūt cōfertur modo uario, imo penitus oppositō: Sanātur.n. intuētes

Nume.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Christum ab ipso effectiue, qui tāq̄ uerus medicus omnibus nobis attulit sanitatem, iuxta illud propheticum: Misit uerbum suum, & sanauit eos. Dauid
Sanabantur uero intuentes serpentem occasione sumpta, non quidem ei adhęrentes, aut ab ipso sanitatem efflagitantes, sed abhorrentes: Nam uidentes figuram serpentum, qui missi fuerāt a Deo in pœnā peccati, compūcti reuertebantur ad cor, & ad ipsum Deum deprecantes pro sanitate, & remedio contra serpentum morsus: Sicut & apud nos pingitur diabolus horrendus, & terrificus aspectu, ut deformitatem, & truculentam eius rabiem uidentes, & cōtemplantes populi ipsum perhorrescāt, & ei inimicentur, quoad possunt. Alia secretiora mysteria de serpente prosequi posse mus aperientes, cur omniū malorum suggestor in primo congressu cum homine serpētis effigiem induerit: & quomodo per eandem imaginem figuratiuus populus obtinuerit sanitatē corporis, quæ typus erat sanitatis utriusq; hominis donatæ a Christo ipsi serpenti assimilato: sed hæc pauca dicta sufficiant, cum non omnia fari liceat.

ſ 2. bo. 2. uel 3a6: bom. 5.

Qualiter exaltatus omnia traxerit ad seipsum. Cap. II.

EXaltatus itaq; merito omnia traxit, quia tunc omnimodam uim attrahentem induit: Attrahit.n. bonitas, & amor, adeo, ut uniat simul amantes: Sed quis maior, quis intimior, & intensior amor ostendi potuit, q̄ uitam, & animam dare pro dilectos? Maiorem enim charitatem nemo habet, q̄ ut animam suam ponat qs pro amicis suis, inquit ipse Christus, ut omnibus significaret: quā tum uirtutis attractiuæ susceperit in cruce exaltatus. Trahit item sapientia, atq; facundia. Hinc sapiens Salomon traxit reginam illam a finibus terrę, & lectores sapientes trahunt discipulos undequaq; ad suum auditorium. Nec minus ad facundum concionatorē conueniunt undiq; audientes, Sed ecce pluſq̄ Salomon, & pluſq̄ Demosthenes, aut Cicero, Christus rex noster in cruce exaltatus, in quo (ut inquit Paulus) sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi. Et iterū: Nos prędicamus Christum crucifixum, iudeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiā, ipsis autem uocatis iudeis, atq; græcis, Dei uirtutem, & Dei sapientiam. Quā absconditam cum omnes nō uideant, nec cognoscant, existimantes illud opus stultitiæ, & non sapientiæ, non attrahuntur: Attrahunt quoq; diuitiæ, & pecuniæ, quibus omnia obediūt, etiam usq; ad mortem, ut patet in his, qui militiæ stipendia accipiunt: Ad quæ tanto frequētius undiq; confluunt, quanto maior est copia in conducente ad militiam. Sed adeo ueris diuitiis repletus fuit crucifixus noster, maxime in cruce, ut de plenitudine eius omnes accipiamus, & diues sit in oēs, qui inuocant illum: Qui & clamat ad quēcunq;: Suadeo tibi emere, uel acquirere a me aurum ignitum, CHRISTVS.
ut locuplex fias: Gloria enim & diuitiæ copiosæ sunt in domo eius. Trahit

Salomō

Paulus

etiam potentia, & uictoria: Nam uincenti/& magno, atq; potenti principi adhærent multi fauētes: & etiam inimici perterriti deditionem faciunt. Sed nulla maior uictoria, nullus glorioſior triumphus isto, quem Imperator Christianæ militiæ in duello habito in cruce reportauit de hoste humani generis/sicut ipse prædixerat pauloante q̄ crucem subiret. Nūc (inquit) princeps huius mundi eiicietur foras. Quo debellato spolia diripuit: captiuos redemit: subegit mundum uincendi omnibus facultatem tribuens: tot millia attraxit/ut non sit numerus eorum, qui ipsum imitantes uitam dederint, ut uincerent: Quod minime feciſſent, nisi attracti uirtute morientes in cruce. Est quoq; inter attractiua nouitas/ad quam & uulgus & cuiuscunq; grauitatis uiri ducuntur: Sed nulla maior nouitas ea, quam Christus in cruce exaltatus effecit, ut diceret sedens in throno post uictoriam: Ecce noua facio omnia: ut refert Iohannes/ prout uiderat, & audierat in illis supremis, & reconditis penetralibus: De quibus innouatis agere curamus in hoc nouo cantico. Est etiam de maxime attrahētibus liberalitas, & larga distributio/potiſſime eorum, quæ indigentibus necessaria sunt: Christus autem in patibulo illo suspensus omnia nostra delicta donauit: & pro nobis æterno Patri omne debitum soluit: Cum enim omnes essemus debitores, nullo excepto, omnibus indulxit, oibus donauit, ut inquit Apostolus: Cum essetis mortui in delictis/ conuiuificauit uos donans uobis omnia delicta/delens, quod erat aduersus uos, chirographū decreti, affigens illud cruci. Et de Patris liberalitate cū Romanis inquit: Qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illū/ quomodo non etiam cū illo nobis omnia donauit? Hucusq; locuti sumus de multiplici ui attrahendi/ quā Christus in cruce moriens sibi comparauit: quæ in multiplici uirtute acquisita radicatur: Nunc autem prosequemur de eius propria uirtute attrahente, quæ ei cōnaturalis est & consubstantialis: Omnes enim comprobāt, quanta sit uis attractiua in lapidibus. Magnes omnibus uidentibus ferrum attrahit: & Balagius, atq; Electrum confricatum allicit paleam, & multa huiusmodi. Quid igitur dicemus de illo lapide pretioſiſſimo collocato in capite anguli, ab hominibus quidem reprobato/a Deo autem electo, & honorificato? ut ait Petrus: Siquidē in eo nō tantum uirtus balagii, magnetis, adamantis, & omnium lapidum pretiosorum, sed uirtus plantarum omnium, metallorum, animalium, hominū, Angelorum, & etiam ipsius Patris ęterni, qui dedit illi omnia: Ideo merito omnes attrahit, maxime electos, & qui symbolū uolunt habere cum illo: Quod quidem habere possumus, si uoluerimus susc ipere eius instituta, & monumenta, sacra quoq;, & oia/quæ docuit ad expiationē, & purificationem nostrā: Aut si dignabit Pater ęternus sua interminata uirtute trahere nos ad Filiū/cui adhærent rite purificati. Sed ad alia trāseamus.

CHRISTVS.

IDEM

Paulus

Idem

Petrus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Ja. Dom: 5

Quõ uirtutes/& numina in plura uidebãtur diffusa. Cap. XIIII.

DEus,ut probauimus,in omnibus mũdani corporis membris operatur/omnibus præstans, ut ipsi cooperentur / ne partes mundi dissectæ,absq; uniente uirtute deficerent/uel sibi inuicem adeo repugnarent, ut stare minime possent. Sed hoc unitatis sacramentum non percipientes antiqui existimabant multigena numina,secundum rerum pluralitatem multiplicata, ut collígit Porphyrius,& post eum Eusebius Cæsariensis ex iis/ quæ antiqui uates sparsim, & plærisq; i locis decantarũt:Quę breui sermone perstringemus.Vniuersi quidem aeris uirtutẽ Iunonem (quia mortales iuuet) appellarunt:Sed aerem effœminatum Iunonem inferiorem,cum nihil mollius: Eius autem aeris inferioris uirtutem,qui lunari luce illustratur,Latonam dixere a latendo,quia latere facit,& obliuisci animas eorum/quibus institutæ erant, anteq̃ lunarem orbem descenderent:ut uideantur, tãq̃ tabulæ rasæ in hũc inferiorem acrem ingressæ.Telluris autẽ uim Vestem appellant:quia herbas/floresq; producit:quæ sunt tanq̃ uestes/& ornamẽta ipsius terrę.Et qa uirtus hæc ferax est, in mulieris specie eam denotare uoluerunt . Rheam uero (quam Opem Latini dixerũt) lapidosæ,atq; montanę terræ uirtutẽ esse atbitrati sunt : Cererem autem feracis planæ : sed seminum uirtutem Persephonem uocarũt:Plantarum uero omnium Dionysium promiscuũ/ quia herbæ sunt semper utroq; sexu combinatæ:Quã uirtutem Aegyptii Irim/& Osirim nominarunt.Est etiã(ut ait Plato in Cratylo) Dionysius/ quasi didus inon,ideſt uini dator, & consequenter cæterorum fructuum, ipsos maturans sua ignea uirtute/non quidem elementari,sed solari:Ignis enim elementarem uirtutem Vulcanũ nuncuparũt: Sed ignis edacis uim dixere Vestam,& hanc infœcundam:Vnde Poeta.

Porphy. Euseb.

Plato

Plato

Nec tu aliud Vestam/q̃ uiuam intellige flammam:
Nataq; de flamma corpora nulla uides.
Iure igitur uirgo/quæ semina nulla reliquit.

Sed ut Plato sentit Vestem,quam & Vestiam dicunt, uocarunt rerum οὐσιάν ideſt essentiam:quia ipsa omnia uestiuntur.Et sterilis est,quia essentia non generat, nec generatur, sed indiuiduum generat, & generatur, non quidem ratione essentiæ, sed ratione uirtutis generatiuæ existentis in generante:cui respondet potentia passiua in genito.Sed prosequamur.In Sole igitur hæc uirtus ignea dicitur Apollo/a motu radioꝝ,uel quadruplici etymologia (ut Platoni placet) secundum quadruplicem uirtutem ipsi dedicatam,musicam,medicinam, uaticinium,& sagittandi peritiam. Hinc Apollo dicitur ab hemopolon,ideſt simul uertẽs omnia,& harmonia quadam conducẽs ad temperamentũ:Vel ab apolyon/quod est abluens,& purificans:& cõsequenter sanans:qđ qdẽ medici est:Vel ab aplon/

Idem

quod est simplex,& rectum,& uaticinãtium est: qui recte diiudicãt futura:uel qa simplici mente,& recto corde susciptur uaticiniũ:Vel ab aibalon,quod est perpetuus, uel fortis iaculator.Verum progrediamur.Atym porro,atq; Adonidem ad fruges,& fructus pertinere diiudicãt: Sed Atys ad flores,qui anteq̃ ad fructum ueniant,defluunt.Hinc pudenda ei abcisa dicuntur,quoniam flores defluxi nec semina,nec fructus producũt: Adonis autem perfectos fructus respicit.Silenum uero spiritalis motus dixere symbolum:Aquarũ effectiuam uirtutem Oceanum:Sed symbolum eius Thetym.i.quasi scaturiẽtem fontem,ut Platoni placet:Eius autem aquæ, quam bibere possumus/uirtus Achelous dicitur: marinæ Neptunus:Sed inquantũ generat Amphitrites,apud Aegyptios Nilus: Aquarum quippe dulciũ particulares uirtutes Nymphę,maris uero Nereides nuncupãtur.Ad solem reuertendo/eius robur Herculẽ nonnulli appellarunt ei tribuentes duodecim certamina propter decursum per duodecim signa Cui assistere dicunt nouem musas,ideſt nouem cœloꝝ orbes,in motu & uirtute consonantissimos: Qua uero ratione anni tempora circunuolutus conficit,Chorus dicitur.Lunam uero Dianam uocarũt,& Lucinam:quæ confert mulieribus parturientibus ex nouilunio . Et quod Apollo in sole est, id in luna Minerua.Et rursus Luna Hecate dicitur propter uarias corporis sui figuras: cui parcæ associantur Clotho ad generandum, Lachesis ad nutriendum, Atropos quasi sine conuersione ad pietatem neci pręsidet,nõ qa Luna sola hæc faciat,sed quia effundit immediate influxus, quos a superioribus , tanq̃ matrix suscipit effundendos . Saturni autem uirtutem, quoniam frigida & tarda est,tempori attribuerunt senem pingentes,quia tempore omnia senescunt.Martem igneum bello prefecerunt, ex impetu, quem in bili præstat: Venerem cum suo Cupidine generationi & amori. Orationis,& interpretandi uim Mercurium nuncuparunt.Multa prosequitur Plato de horum nominum etymologia, quam conatur demostrare rebus congruam,pro quanto illud patitur idioma:Et ante eum Hesiodus,ubi de genealogia deoꝝ ptractat,& plæriq; posteri,Quæ omnia longum esset adducere, nec nimium necessaria existimo , nec multum congrua,quia duriuscule applicata sunt:Imitari enim uoluit Plato etymologiam primæ linguæ,in qua protoplastes nomina rebus imposuit accommodatissima.Sed tantum differt conuenientia nominum cũ rebus in lingua hebrea ab ea,quæ est in idiomate græco,& latino,q̃to ipsa lingua hebrea sacratior,& diuinior est istis,quæ illam prosequuntur, longis tamen passibus, & longioribus latina q̃ græca : quia hæc immediate ab hebrea, latina autem a græca deducta est . Sed prosequamur . Vniuersi symbolum Pana,ideſt totum dixere. Et hoc diffusum in plurima membra existimabant multiplicata numina:Hinc pro diuersis indigentiis , hæc quæ

Plato

Hesio.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

diuersa opinabantur numina uariis orationibus, multigenis sacrificiis, & suffumigiis deprecabantur: Sapientiam etenim a Minerua efflagitabant, quam de cerebro Iouis natam numen fauens sapientię putabant. Vincere in bello exposcebant a numine Victorię, quã opinabantur progenitam ex Acheronte & styge, ideſt ex afflictione, & tristitia: Acheron enim sine lætitia, uel sine gaudio, & styx tristitiam significat: eo ꝙ qui uincere cupiũt, ut a multis abstineant, & sibiipsis maximam uim inferant, necesse est: unde tristitia exoritur. Sed in puniendis flagitiosis, uictricis Iustitiæ numen implorabant, quam Nemesim dicunt. Regnum obtinere existimabant a Ioue omnium domino: Et nuptiarum fœlicem copulam ab Hymenæo: Prosperam autem nauigationem a uentis Astrei titanis, & Auroræ filiis, quasi natis ex solis calore rarefaciente aerem, maxime in aurora, quando sol incipit radios suos super terram diffundere: Quod sequitur Aristoteles Aristo. dum in Meteoris dicit uentos produci ex calore solis: A Iunone nihilominus dicuntur habere imperium, quia non nisi in aere (quæ Iuno dicitur) perflant. Sed unde ueniant uenti, quamuis longæ sint poetarum, & philosophorum ambages, ueritas tamen una est: de qua inquit Propheta: Qui Dauid producit uentos de thesauris suis. Sed prosequamur. Gratias comparare a Venere opinabãtur, quæ sic dicitur quasi omnia uenustans, uel ad omnia ueniens, ut Ciceroni placet. Et si aliud quippiam emolumenti sperabant Cicero accipere a terra, mari, æthere, plãtis, arboribus, cœlis, & huiusmodi, inuocabant ea, quæ ipsis opinabantur præsidere numina. Vulgares autẽ, quorum cura est semper in multitudinem tendere, his non cõtenti numinibus, illa diuiserunt in plura: Soles enim quinq; ex uariis effectibus credebant: quatuor Vulcanos: quinq; Mercurios: Apollines quatuor: tres Aesculapios: tres Dianas: Dionysios quinq;: quinq; Mineruas: Veneres quatuor: Cupidines tres. Et per huiusmodi multa uagantes etiam pernitiosis rebus immissis per angelos malos non tantũ nomina deorum dedere, sed & etiã instaurarunt sacra: Febri enim phanum publice in palatio Romani dedicarũt: & aram malæ Fortunæ in esquiliis, ut Plinius refert. Et ad hãc usq; Plinius insaniam deuenere, ut etiam furtorum, & scelerum uoluerint assignare numina: Et horum omniũ simulachra effingentes sacra instituerũt eis/ spreto unico Deo/a quo omnia. Hinc idolatrandi sumpsere causam componentes sibi unoquoq; (ut cum Plinio iocer) Iunones, Ioues, Genios, Lares, Penates, & deos/quos uoluerint. Ad extremam quoq; dementiam, & caligi- Idem nem deducti a Principe tenebrarum non erubuerunt etiam apud inferos deos nuenire, quos colerent, omnium miserrimum, & infimum sub tribus nominibus uenerantes: Quem a ditando dixere Ditem, & Plutonem: Nã πλοῦτος græce, latine diues nuncupatur: Cui assignarunt Cerbeꝝ tricipitẽ, quasi carnem uorantem: κρέας enim carnem, & βόρον edacẽ dicunt: Et bene, Statius

quia semper circuit quęrens/quem deuoret/nulli parcens/sed continue accusans, uel nocens: Vnde Poeta.

Dux herebi populo poscebat crimina uitæ
Nil hominum miserans/iratus omnibus umbris:
Stant furiæ circum, uariæq; exordia mortis:
Sęuaq; multisonas exercet pœna cathenas.

Cui & assignarunt tridentem sceptrum, & currum trium rotarũ: quẽ tres equi ducebant: & canem cerberum. Alii quoq; ipsum pinxerunt tricipitẽ: Et hæc omnia, quia tribus scelerum fontibus præsidet, auaritiæ, superbiæ, & luxui: Quod a scriptura sacra non est alienum: Hæc enim ipsum uocat Ieremi. Amon mino in Ieremia, sed in euangelio Mamona, inq̃tum præest diui- Matth. tiis: Azazel uero in Leuitico, ubi nos habemus hædum emissarium: sed in Leuiti. Thobia Asmodæum: Iuxta quæ trina nomina triplicem habet potestatẽ Thobi. in mundo: de quo inquit Iohannes: Omne quod est in mundo, aut est con- Iohan. cupiscentia carnis, aut cõcupiscentia oculorum, aut superbia uitę. Et pulchre prosequuntur sæcularium litterarum gnari, collocatum describentes in secessu tartari, domo quidem obscura, & liuentibus semper umbris/ & dira caligine opaca: unde princeps tenebrarum dicitur: sed princeps mundi, quia suggestor est malarum concupiscentiarũ, quæ uigent in hoc mundo: Habitat quippe in secessu, ideſt in feculentissimis rebus, quibus dominatur: Quid enim aurum, quid argentũ hoc infimum, nisi fex terręꝰ Quid carnis cõcupiscentia, nisi feruor quidam, & ebullitio terreæ carnis? Et quid ambitus, nisi feculentæ huius portionis appetitus? Ad hanc igitur calamitatem deuenere mortales, ut in fece hac miserrima summersi dominũ fecis ipsius adorarent: Ad quã calamitatem ferè mortales oẽs deuenere, præcipue Romani reꝝ domini: cũ quibus tanq̃ p̃cipuis huius sceleris Paulus authoribus agẽs Paulus dicit: Et mutauerũt gloriã incorruptibilis Dei in similitudinẽ imaginis corruptibilis hoĩs, & uolucrũ, & quadrupedũ, & serpẽtũ: propter qđ tradidit eos Deus in desideria cordis eoꝝ, in imũditiã, ut cõtumeliis afficiant corpora sua in semetipsis: Quia cõmutauerũt uirtutẽ Dei in mendacium: & coluerũt, & seruierũt creaturæ potius, q̃ creatori. Et adeo pnitiosis spiritibus agitati erãt, ut seipsos mactarẽt dæmoniis, & filiorũ sanguine scelestas quęrerẽt placare uirtutes. Rhodii (teste Eusebio) hominẽ sacrificabãt Saturno, nõ quippe bono, sed malo. In Salamia quoq; Eusebi. (quã antiquissimis tẽporibus Coroneã uocabãt) usq; ad Diomedis tem- Mane. pora Graualæ Ceclopis filię hõ cædebat. Manethus etiã historicus Aegyptius in libro de pietate narrat hoĩes i Heliopoli imolatos fuisse. Multaq; Eusebi. huiusmodi prosequit Eusebius, & apud eum Dionysius Halicarnaseus & Diony. Diodorus Siculus: Sed hæc de multis sufficiant ad hominũ calamitatem Diodo. miserrimam ante Redemptoris aduentum innuendam.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Christus liberans ab hac calamitate humanum genus/deiecit trici/
pitem illam bestiam. Cap. XIIII.

ANtũ itaq; errorẽ/scelus/& infœlicitatẽ miseratus Pater æter
nus demisit filium suum Christum Iesum/qui eripuit nos de
potestate tenebrarum:& transtulit in regnum filii dilectionis
suæ.Hic igitur pugna assumpta contra totius mali suggesto
rem/cum debellauit:& ablata ipsius potestate, ligauit eum tartareis car/ Apoca.
ceribus habens(ut in Apocalypsi dicitur) claues abyssi,& inferni.Et eius
imperio Angelus descendens de cœlo ligauit cathena magna (ut ibidem
dicitur) serpentem magnum,qui est diabolus:quẽ in cruce exaltatus iam
debellauerat,sicut promiserat dicens:Nunc princeps huius mundi eiicie/ CHRI/
tur foras. Pro quo exultans Paulus cum Corinthiis ait: Absorta est mors STVS.
in uictoria:Mors quippe est ipse angelus mortis, & princeps tenebrarum, Paulus
ut exponũt omnes,qui recte sentiũt.Sequitur:Vbi est mors uictoria tua?
Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus nãq;, & sagitta mortis peccatum
est:quo ipse ãgelus mortis ferit,& occidit nos,ueluti sagitta uenenata;Sed
uirtus peccati,& robur eius est lex,cuius transgressio peccatum est: quæ si
non esset peccatum,non imputaretur:Sed Deo patri gratias,qui dedit no
bis uictoriam per Iesum Christum dñm nr̃m. Quam tamẽ uictoriam nõ
consequimur,nisi cooperemur uincenti/ut exquirit status uiæ, & pugnæ.
Sed tandem(iubente Deo) ipsa mors,& angelus mortis penitus destrue/
tur/ablata ab eo omnimoda nocendi potestate, ut paulo superius dixerat
Apostus:Oportet hunc sic regnare/donec ponat inimicos suos sub pedibus
eius: Nouissime autem inimica destruetur mors:ut clarius cum Hebreis
differens ait:Vt per mortem destrueret eum/qui habebat imperium mor/
tis,idest diabolũ: & liberaret eos/qui timore mortis per totam uitam ob/
noxii erant seruituti.Et ut destrueret cupiditatem habendi, docuit uerbo,
& facto detestari diuitias/protestans,q; nõ possumus seruire Deo,& Ma/
monæ.Et ut suppeditaret ambitum dominandi/ docuit nos esse mites, &
humiles corde:Et inuitatus ad regnum recusauit fugiens. Et ut ammoue/
ret a nobis omnia carnis desideria, iussit nos lũbos præcingere,nosq; hor/
tatus est castrari propter regnum cœlorum.Nec contentus uerbo tantũ/
modo instruxisse mortales, facto etiam docere uoluit / ut tanq̃ ucrus dux
præiret in bellum dicens: Venite post me. Ductus enim a spiritu in deser/
tum illa trina prælia sustinuit:in quibus semper feriens inimicum gladio
spiritus / quod est uerbum Dei/gloriosum reportauit triumphum : Quid
enim per panem fomentum præcipuum animalis hominis/ nisi concupi/
scentia,& carnis illecebræ,& totum,quod ad ipsam pertinet,intelligitur?
Et quid per suggestionem gloriæ comparandæ in deiectione a pinnaculo
templi,nisi ambitio,& superbiæ fastus denotatur? Et quid per omnia re/

gna mundi ostensa,& promissa,nisi possidendi cupiditas intelligi potest?
Victor itaq; in principem tenebrarum, & mortis,peccatiue suggestorem
effectus, fortior illo totum eius regnum destruxit, spolia dirripuit, præ/
damq; captiuam e manibus ipsius eruit:Quo prostrato,facile omnia,quæ
suo astu,& nequitia machinatus fuerat,ut auerteret hominẽ a Dei cultu,
demolitus est.

Quomodo aduocauerit ad se omnia alia numina. Cap. XV.

VErum,ut idolatriam,& cultum plurium numinum ammo/ CHRI/
ueret a mortalibus,totum numen in multa diffusum (sic iu/ STVS.
bente Patre) ad seipsum aduocauit: Quod sacramentũ sane Paulus
intelligẽtibus patefaciens ait: Omnia mihi tradita sunt a Pa
tre meo,idest omnium uires,omnium uirtutes,omnium numina, ut Pau/
lus exerta uoce nos admonet dicẽs:Expolians principatus, & potestates,
palam triumphans in semetipso traduxit confidenter omnem alioꝝ uim
ad seipsum:Et iterum: Euacuauit omnem principatum,& potestatem,&
uirtutem,ut nõ ultra ab aliis procuremus necessaria,& opportuna,sed ab
eo,cui Pater omnia donauit.Hinc docuit omnes,ut decætero a Patre pe/
terent in nomine suo:Quæcunq; (inquit) petieritis Patrem in noie meo, CHRI/
dabit uobis.Et hic est principatus/qui (attestãte Isaię oraculo) factus est STVS.
super humeros eius: qui esse solebat super humeros diuersorum princi/ Isaias
pum:sed illis expoliatis,omnia collecta sunt in eum:quem prouisor sum/
mus iussit apparere in carne uisibili, ut uulgarium oculi, qui spiritualia
aspicere nequeunt, nec ipsa contemplari ualent, oblatam haberent figu/
ram,quam conspicerent:& in ea numen,& diuinitatem adorarent:quam
depressæ mentes imaginari non poterant. Qui ergo sapientiam ueram,
non mineruam imaginatam desiderat,Christum Dei sapientiam inuocet.
Qui uult uitam,& sanitatem,nõ quidẽ Apollinem,uel Aesculapium im/
ploret,sed illum/qui est uera uita,& medicus omnes sanans languores:de
Dauid quo canit Regius propheta:Misit uerbum suum,& sanauit eos.Qui uult
iter prosperum in terra,& mari,non Aeolum,aut Astreos, sed illum oret,
qui mari & uentis imperat:& obsequuntur. Qui opulentiam frugum,aut
uini appetit, non iam Cererem, uel Bacchum, sed illum deprecetur, qui
ex quinque panibus statim multiplicatis satiauit uirorum, & mulierum
turbam copiosam/ & solo iussu aquam in uinum conuertit:qui etiam in/
CHRI/ quit:Ego sum uitis uera,præbens uidelicet uinum melius/q̃ Bacchus/aut
STVS. Dionysius. Si uero aqua quis indiget, non ad Oceanum, Acheloum,
Nereides, Cymothoem, uel Amphitritem accedat, sed ad illum fontem
uitæ uberrimum cõuolet,a quo aqua effluit: quam qui biberit, non sitiet
iterum.Si quis autem floribus,fructibus,atq; oleribus oblectari uoluerit,
non iam Atym uel Adonidem inuocet, sed ueram illam arborem uitæ

f 2. Dom 5.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

geminam, quæ præbet diuinos, & humanos fructus: uel pascit cortice, & medulla, ut utrobiq; in ea pascua inueniamus. Et si quis diuitias appetit, non iam ad Plutonem fecum terræ dominum accedat, sed ad Principem uerorum thesaurorum / qui conseruantur in cœlis: qui etiam scit remunerare in centuplum renuntiantes partem habere cũ Mamona: Quibus centenariis/& millenariis pecuniis a Deo / & non a Mamona datis, licite uti poterimus / sicuti fecerunt Abraham / Dauid/ & alii amici Dei, qui diuitiis abundarunt. Sed si quis nuptiarum optimam copulam desiderat, non iam Hymenæum coniunctionis/ & amoris numen excogitatum petat, sed ad illũ, qui coniunxit ea, quæ inconnexibilia existimabantur, diuinam videlz & humanam naturam accedat: Qui & nos omnes ad nuptias, non tanq̃ extrarios/aut ministros, sed tanq̃ ueras sponsas inuitat: Et qui has carnales nuptias prius copulat in cœlo, q̃ coniuges iungantur in terris. Et si quis delitias appetit, non iam a Venere/Cupidineq; expetat, sed ab illo, qui hortulum deliciaꝝ plantauit ab initio: in cuius dextera sunt delectationes sempiternæ: & qui torrente uoluptatis suæ potat omnes ad ipsum accedentes. Si quis deniq; regnum, & primatũ ambit, nõ iam supplex a Ioue exposcat, neq; Martio fauore, bello, & armis quærat, sed ad illum accedat, qui dixit: Ego dispono uobis regnũ, sicut disposuit mihi Pater: Et qui se dicturũ promisit: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum uobis regnũ a constitutione mundi. Sed quid pluraꝰ Dicamus cũ Apostolo: Diues in omnes, qui inuocant illum: adeo/q; ad nullũ aliud numen posthac recurrendũ est, nisi ad Patrem: ad quẽ intramus per Filium, tanq̃ per hostium: & deducimur per Spiritũ sanctum, iuxta illud prophe ticum: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Qui tamẽ tres unum sunt in deitate, & numine: a quo solo quærenda sunt necessaria, & opportuna, & non a diuersis numinibus: Ad cuius unici Dei cultum ipse prius deduxerat familiam Israeliticam, nunc autem totum humanum genus, esto q; Hebrei Messiam uenisse non admittant, & Ismaelitæ sequantur hæreses Mahumeticas / unicum tamen Deum omnes adorant: Quod uirtute Christi in cruce exaltati factum esse non ambigimus. Cur autem Hebreos in sua obstinatione, & Ismaelitas in illo errore diutius immorari permittat, alibi discutiendum est.

CHRISTVS.

Paulus

Dauid

Hoc dominium obtentum, & attractio omnium numinum ad se probatur euidenti facto.

Cap. XVI.

ET ne solũ uerbis uideamur astruere, quod molimur/percurremus & aliquos, qui uisi fuerũt effectus manifestissimi hoc comprobantes: Nam mortuo Christo in cruce, in qua eum reportauit de hoste triumphum, ut deiectæ fuerint tenebrarum potestates: adeo / ut quæ primo coli procurabant dantes responsa ex

idolis, & templis tanq̃ diuina oracula, statim siluerint, ablata ab eis omnimoda potestate ne dũ dominãdi, sed etiã loquendi mortalibus sub psona Deoꝝ, & mũdi huius dispositoꝝ: Quod nõ mõ uidemus oculis propriis/

Porphy. sed (qd̃ mirũ est) ipsi eoꝝ cultores p̃cipui fatentur admirantes: Porphyrius.n. in libro De oraculis deficiẽtibus hæc ueritate cõpulsus decantat:

Ablata est Pythii uox haud reuocabilis ulli
Temporibus longis/etenim iam cessat Apollo,
Clauibus occlusis silet, ergo rite peractis
Discedas patria, & redeas ad limina, sacris.

Plutar. Et Plutarchus in eiusdem libri titulo: Cum (inquit) dicerem ad Cleombrotum: Narra o amice, si placet, cur oracula, de quibus tanta dicebatis

Demet. extincta sint/tacente illo præ pudore/Quid oportet (inquit Demetrius) de illis quærere, cum omnia hic ferè pręter unum defeciſſe prospiciamus. Sed & in Boetia multiuoca dicta propter multitudinem oraculoꝝ, omnia

Plutar. quasi aquarum fluenta desiccata sunt: Quin & plus dicit Plutarchus, uocem delatam ex Echinadis insulis tempore Christi patiẽtis/magnũ Pana ipsorum mortuum esse, extincta vz eius uirtute / tam in dominando, q̃ in respõdendo/quãuis adducatur oraculum in comprobationem/ q; dæmones moriãtur. Hanc autem uocem delatam celebri fama diuulgatum est,

Tyberi. etiam apud Tyberium Cæsarẽ/ qui examinatis testibus in archiuis regiis depositionem collocauit. Cessauit igitur oraculũ delphicũ celebratissimũ: cessauit & Pythium/& alia omnia. Sed & paulopost mortẽ debellatoris dæmonũ destructa sunt tẽpla omnia Apollinis/Iouis/Iunonis/Mineruæ/ Dianæ/& quorumcunq; falsorum deorum/& erecta sunt templa Christi, & in honorem eorum, qui ipsum secuti sunt: ut exclamare possimus:

Ecce Deus noster CHRISTVS per sæcula regnat:
Dantq; Creatori cuncta creata preces.

Porphy. Et quid Porphyrius aduersus nos rabidus canis dicat in eo libro/quẽ cõtra religionẽ nostrã ędidit, audiamus: Nec miremur (inquit) si iam multis annis ciuitas peste uexatur/cũ Aesculapius, & alii Dii longe sint ab ea: Ex quo.n. Iesus colitur, nihil utilitatis a diis consequi possumus. Mira est quidem ueritatis uis, ut spiculum, quod acerrimus hostis in nos dirigit, in dirigentẽ ui ueritatis uersum/eum/qui miserat, feriat. Si dii cesserunt Iesu o Porphyri, nonne profiteris inuitus Iesum fortiorem tuis diis? Si dicas: Indignati abierunt: Cur (inquam) non deprimunt eum, qui suam dignitatẽ occupat, & cultores ipsius? Puniunt (inquies) morbo uexantes: Sed cessante morbo, & p̃ualentibus Iesu cultoribus, nunqd pœnitẽtia ducti dii tui cessarũt a uexatione cultoꝝ Iesu? Hũc.n. colentes/a diis tuis, & Romanis principibus p̃ multa tpa impugnati semp meliora incremẽta susceperẽt, & cultus eius adeo est ãpliatus, ut mũdi principes, prsus debellati fuerint:

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

& totius mundi uires paucis/& pauperculis euãgelii nuntiis cesserint. Insuper & Aesculapii,& Apollines,& Plutones, & Serapides,& Mineruæ, & Pallades,& Veneres,& Cupidines,& quodcũq; est portenti genus,aut quæ erant idolatriæ nomina,resurgente Christo ex mortuis, quasi audito terræmotu corruerunt:ut nec responsa dare possent,nec cultũ exquirere: nec hominum cruorem expoſcere,nec auguriis/aut quibuscũq; præstigiis fauere,nec Iesu obstare nuntiis:quibus dedit potestatem in illos hostes facile subiugandos,& deiiciendos,ut in euangelio,cui titulus est secundum Lucam,ait: Videbam Sathanam,sicut fulgur de cœlo cadentẽ. Ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpentes/& scorpiones,& super omnem uirtutem inimici,& nihil uobis nocebit. Sed & hanc potestatem dedit nõ in nominibus aliquibus inuocatis,ut solent Magi,uerum in nomine proprio ipsius uincentis, & obtinentis imperium in omnem uirtutem inimicam,sicut post resurrectionem triumphans de omnibus ipsius cultoribus dixit: Signa autẽ eos,qui crediderint,hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eiicient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent:& si mortiferum quid biberint,non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt. Illi autẽ profecti,prędicauerũt ubiq;, Domino cooperante,& sermonem confirmante,sequentibus signis. Quæ perpetrata ab Apostolis,& Iesu triumphantis assecłis,adeo manifesta sunt,& ubiq; cõprobata,ut nouis probationibus nõ indigeant. Quæ propriis oculis conspicientes mundi principes,cũ negare non possent, attribuebant magicis artibus opera, & miracula illorum,qui magiã,necromantiã,auspicia,præstigia, & quicquid dæmonũ arte moliebãtur gentiles,toto conatu destruere satagebant. Nec dubitandum est de scripturæ ueritate, cũ tot conueniant in diuersis mundi partibus testes,ut impossibile sit eorum conuentum esse falsum,id maxime,cũ & ipsi horum aduersarii huiusmodi facta ab eis confiteantur. Verum quid egemus testibus? Iam ipsi uidemus templa deorũ destructa, oraculaq; extincta: Quæ statim mortuo, immo triumphanti Christo cedere cœperunt, ut & ipsi crucifixi hostes sua sponte fassi sunt: & in nostris libris amplissime legimus. Siquidem cum Albanam maioris Armeniæ urbem Bartholomæus ingrederetur,& intraret in templũ,ubi Astarot colebatur,dæmones ulterius dare nõ potuere responsa: Admirantibus incolis, & ad uicinam ciuitatem, quo adhuc non perrexerat Apostolus, proficiscentibus/ sciscitantibusq; ab idolo illic existente, cur in Albana responsa non haberent,fassus est cacodæmon ueritatẽ ui Christi compulsus,Albanorũ Deum, immo cacodæmonem ob ingressum Bartholomæi in ciuitatem, & templum,cathenis ligatũ, ut loqui amplius non ualeret. Confessi etiam sunt mali dęmones Cypriano tunc mago,aut necromanti Christum pręualuisse in eos: Quare spretis Cyprianus uictis adhæsit uin/

Lucæ

CHRISTVS.

Paulus

centi. Fœlix præsbyter,& martyr nõ modo dæmones ligauit,sed solo flatu Mercurii statuam,& Dianæ simulachrũ deiecit: Arborem quoq; ubi lucus,& templũ erat,solo iussu in crucifixi nomine cõminuit. Margarita proprio cingulo dæmonem ligatum in crucifixi uirtute ducebat ad nutũ. Innumerabilia sunt in huiusmodi paradigmata. Sed,quid moror exemplis,quoꝝ me turba fatigat? Iam celebri fama diuulgatum est omnes potestates aereas pauere non tm̃ Christum iesum,sed olim infamẽ,nunc aũt insignem crucem, in qua triumphauit: ut iam in prouerbiũ uenerit: Magis timetur hoc,uel illud,q̃ diabolus timeat crucẽ. Neq; tacebo,quod experimento didici,nullum dæmonem,malũ spiritum,uel tetram uirtutem ex his,quæ uexant,uel possidẽt humana corpora,posse resistere,quin/uelint nolint,genuflectant,quãdo nomen Iesu debite pronuntiatũ ipsis proponitur uenerandum: Et quod plus est, iam experimẽto comprobatũ est nihil fauoris haberi posse a cœlestibus,nisi interueniat nomen,authoritas, fauor,& assensus Iesu. Hinc Hebrei in diuinis nominibus peritissimi,nihil post Christum operari possunt,sicuti faciebant prisci eoꝝ patres. Vndecũ aduocare nequeant cœlestia, & munda numina,ad tartareas potestates,& immundos dæmones confugiunt: & ad necromantiã illam artem omni lege,omniq; religione damnatã: ut mihi proprio ore fassi sunt,qui in huiusmodi magis experti,& præcipui habebantur. Aliqui tamẽ,ut suam incredulitatem,& perfidiam obtegant,criminantur peregrinationem suã, in qua longe distantes a terra promissionis,& templo,nihil (ut inquiunt) authoritatis/ aut uirium obtinent. Sed hæc uerba & nugæ meracissimæ sunt,cũ Ioseph in Aegypto, Ezechiel in Chaldea simul & Daniel uaticinati fuerint: Et hic etiam Dagon ibidem destruxerit: & Christi discipuli ubiq; terraꝝ in dæmones prorsus prævaluerint, & mirabilia operari passim comprobentur.

Eadem comprobantur uaticiniis. Cap. XVII.

Leuiti.

AD oracula autem/quæ huiusmodi negotium præuenerunt/ uenientes, incipiemus a Mose, a quo habemus in Leuitico, q̃ Nadab / & Habiu filii Aaron arreptis thuribulis imposuerunt ignem,& incensum desuper,offerentes coram Domino ignem alienum/uel extraneum,quod eis nõ præceperat: Et egressus ignis a Domino,deuorauit eos,& mortui sunt coram Domino. Non sine admiratione legi potest hic textus, nisi intelligatur latens, & mysteriosus sensus. Laborauit Abraham / Moses / Aaron / & electi illi sacerdotes,ut idolatriam extinguerent: atq; omnes ad cultum summi Dei deducerent: quod super omnia peroptabant. Hoc zelo Abraham,cum Deum unicum doceret Chaldeos, in ur, uel fornacem missus fuit ab eis. Hoc zelo Elias impetrauit ignẽ de cœlo cõtra prophetas Bahal. Hoc zelo Nadab,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

& Habiu arrepti uoluerunt adolere cũ igne alieno, ideſt ſacra offerre pro extraneis: Sed cum arrogarẽt ſibi maximum opus Meſſiæh tantũmodo reſeruatum/ & minime ipſis cõmiſſum/de arrogantia puniti ſunt: Vnde cũ doleret Aaron de filiis perditis ex opere/maxime bono zelo perpetrato, dixit ei Moſes: Hæc dicit Dñs: Sanctificabor in proximis, uel propinquis meis, & in conſpectu totius populi glorificabor. Propinquus/& proximus Deo, in primis Chriſtus eius Filius fuit: Poſtea Apoſtoli: quoꝝ plærique propinqui Chriſti erant in ſecũdo gradu cõſanguinitatis ſcdm carnẽ: ut Iohãnes/uterq; Iacobus/Philippus/Simon/& Thadæus: Secundũ autẽ ſpiritũ diſcipuli omnes/præcipue Apoſtoli/in qbus ſanctificatus, & glorificatus eſt in conſpectu cuiuſq; populi & uniuerſi mundi: Quã gloriã ſibi uendicare uoluerũt illi duo ſacerdotes, non præcipiente Dño, nec exigente tempore, ideo puniti fuere: Quod audiens Aaron tacuit, rationi, & iuſtitiæ cedens. Iſaias autem, cũ de Meſſiah multa uaticinatus eſſet, quid de idolis deprimendis adiecerit, uideamus: ait enim: In nouiſſimis diebus. i. in ultima ætate, erit præparatus mons Dñi in uertice montiũ: Et eleuabitur ſupoẽs colles. Nec enim legimus, aut uidimus/q; aliquis mons proxime eleuatus ſit ſup colles, aut alios montes, ad quẽ cõfluxerint gentes: Vnde mons hic eleuatus ſup omnes colles eſt ille, qui ſcriptus eſt in capite libri, & effectus Rex regũ, & Dñs dominantiũ, prælatus, atq; eleuatus ſuper omnes principes, qui tanq̃ colles eleuati ſunt ſuper populos: Et ad hũc confluxerunt gentes ſuſcipientes eius characterẽ, & donatiuũ, & ipſum adorantes: tunc enim, ut ſequitur, eleuatus eſt Dñs ſolus contritis penitus, & demolitis idolis: unde ſequit: In illa die proiiciet homo idola argenti ſui, & ſimulachra auri ſui. Zacharias quoq; ſole clarius loquitur dicẽs: In illa die erit fons patẽs domui Dauid, & habitãtibus Ieruſalem, in ablutionẽ peccatoris, & menſtruatæ: Qui fons (ut oẽs interpretãtur) Meſſiah eſt: qui abluit peccatũ, & menſtruata, ideſt actuale, & originale peccatũ. Et tunc (inquit Dñs exercituũ) diſperdam nomina idoloꝝ de terra, & non memorabuntur ultra: quod iam facto cõprobamus. Iterum in Ezechiele inquit contra Aegyptũ idolis opulentã: Diſperdam ſimulachra, & ceſſare faciam idola de Memphis: & dux de terra Aegypti non erit amplius: Et multa proſequitur Vates de ſtrage Aegyptiorum/quã principes Romani, & alii executioni demandarunt. Sed hæc omittentes de idolis proſequamur, quæ primo in Aegypto, Memphis, Taphene, Canopo, Alexandria, Thebis, Heliopoli, & aliis ipſius Aegypti locis, florente cultu crucifixi, demolita ſunt: & repleta loca Anachoritis, Monachis, & q̃plurimis Ieſum a terra exaltatum uenerantibus. Sed & Malachias ultimus Propheta rum de abiectione Iſrael, & uocatione gentium per Meſſiæh uirtutem q̃ aperte loquatur, uideamus: Non eſt (inquit ad populum Iſraeliticum)

Moſes

Iſaias

Zacha.

Ezechi.

Malac.

uoluntas mea in uobis, dicit Dñs exercituũ: & munus non ſuſcipiam de manu ueſtra: Ab ortu enim ſolis uſq; ad occaſum magnũ nomen meũ in gentibus, & in omni loco adolet̃, & offertur nomini meo oblatio munda: qa magnũ nomen meũ in gẽtibus, dicit Dñs exercituũ: Quæ ꝓpheta ipſe tanta certitudine cognoſcebat, ut ipſa futura tãq̃ pñtia, more ꝓphetico, denũtiaret: Nec.n. in gẽtibus tũc glorificabat̃ nomẽ Dñi, ſed exaltato cruci fixo honorari cœpit: Ad quẽ uerũ Meſſiã tãdẽ uenient Iſraelitici oẽs, ut p

Iſaias Iſaiã dr: In die illa erit radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populoꝝ, in cruce vz exaltatus: Ipſum gẽtes deprecabunt̃, & erit ſepulchrũ eius glorioſum: uel (ut hẽt ueritas textus) erit requies eius honor: Et adiiciet Dñs ſecũdo manũ ſuã ad poſſidendũ reſiduũ populi ſui, quẽ vz reduxit aliqñ, ſed plenius

Idem reducet ex uariis captiuitatibus, & ingenti diſperſione, quæ impñtiaꝝ eſt ubiq; terraꝝ, ut tãgit propheta: dum ſequitur: Quod. ſ. reſiduũ relinquet̃, & ab Aegypto, & a Phetros, & ab Ethyopia, & ab Elã, & a Senahar, & ab Emath, & ab inſulis maris: Quibus uerbis tres mundi partes p̃cipuas tangit/Aphricã, Aſiã, & Europã: ut ex illis omnia loca intelligant̃, in qbus di

Idem ſperſi ſunt. Sequit̃: Et leuabit ſignum in nationes, & congregabit ꝓfugos Iſrael, & diſpſos Iehuda colliget a quatuor plagis terræ. Nec aliqd clarius

Lucas dici põt, ſicut ad uerbum cõpletũ eſt, triũphante crucifixo, & miſſo ſpiritu ſancto: Quo repleti Apli, dum loquerent̃, erãt (inquit Lucas) admirãtes Parthi, Medi, Elamitę, & habitãtes in Meſopotamia, Syria, & Cappadocia, Ponto, & Aſia, Phrygia, & Pãphilia, Aegypto, & Libia, Cyrene, & aduenæ Romani: Iudei quoq; Proſelyti, Cretes, & Arabes, & dicebãt: Audiuimus eos loquentes noſtris linguis magnalia Dei: Hoc.n. primo die, quo Chriſtus prędicari cœpit actum eſt: Quæ aũt ab illis cunabulis ad noſtra uſq; tẽpora ſucceſſere/uolumen noſtrũ cape minime poſſet. Multis quoq; aliis oraculis hoc idẽ corroborari ſolet, ſed quæ dicta ſunt, ad p̃ſens ſuffi-

Iohan. ciant: Hoc tamẽ unum ꝓſtringam, qđ a Moſe, Chriſto, Paulo, & aliis p̃dictum eſt, q; tãq̃ omniũ immaniſſimũ ſcelus, & peſtis, atq; abominatio ſę-

Paulus uiſſima a IESV crucifixo conteretur, qui p antonomaſiã antichriſtus dicetur. Multi.n. (inqt Iohãnes) antichriſti facti ſunt, ſed unus omniũ acerrimus, qui eleuabit̃, nõ tm̃ cõtra Chriſtũ, ſed (ut inqt Apls) cõtra omne,

Moſes qđ dicitur Deus, aut qđ colitur, ita, ut in templo Dei ſedeat oſtendens ſe, tãq̃ Deũ: De quo Moſes inducit Bilham uaticinantẽ in huiuſmodi uerbis

Bilham אוי מי יחיה משמאל וציים מיד כתים וענו אשור וענו עבר וגם הוא עדי אובד

Quod ad uerbũ traductũ dicit: Heu qs uiuet ab eo. i. a facie eius, q poſitus eſt cõtra Deũ? Et naues de littore Italiæ, ſupple ueniẽt, & affligẽt Aſſyrium, & affligẽt Hebreũ: & etiã ipſe tandem peribit: Eleuabit̃ enim abominabilis, & affliget potiſſime Aſſyrios & Hebreos, ubi reſidebit: & cõſequenter affliget quoſcũq; potuerit ſtrage, & tribulatione magna, ut etiam

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

infallibilis Veritas protestata est dicēs: Cum uideritis abominationē desolationis/quæ dicta est a Daniele, stantē in loco sancto: qui legit, intelligat. Veh prægnātibus, & nutriētibus in die illa/in qua erit tribulatio magna, q̄lis nō fuit ab initio mūdi usq; mō, neq; fiet: & multa, quæ sequunt: quæ apte inuūt, nunq̄ acriorē hostē in Christū, & Deū, & salutē nostrā insurrexisse, aut insurrecturū: De q̄ nihilominus crucifixus nr̄ reportabit uictoriā, & triūphū trahēs de manibus suis oēs, quos accepit: ut subinfert Paulus dicens: Quē Dn̄s IESVS iterficiet spū oris sui: & destruet illustratiōe aduētus sui eū, cuius est aduētus scd̄m opatiōes sathanę in omni uirtute, & signis, & p̄digiis mēdacibus, & in omni seductione iniqtatis iis, qui pereunt, eo q̄ charitatē ueritatis nō acceperūt, ut sani fierēt: & merito attrahrent a crucifixo nr̄o. De eius q̄q; uictoria seqtur sūma Veritas dicens, q̄ tūc apparebit signū filii hois in cœlo, quo ip̄m sceleſtum v3 debellabit. Et mittet Angelos suos cū tuba/& uoce magna/& cōgregabūt electos eius a quatuor uētis cœli, a sūmis cœlor̄ usq; ad terminos eor̄. Postea subinfert: Cœlū & terra trāsibūt, uerba āt mea nō p̄teribūt. Quo debellato destruet, & inimica mors: quæ in hoc ultimo, & supremo conatu cōfracta peribit, triūphante Iesu/& attrahēte ad se oīa attrahenda, ut statim dicetur.

CHRISTVS.

Paulus

CHRISTVS.

Quomodo distrahentia omnia tandē ammouebit, ut ad se unū omnia perfecte trahat. Cap. XVIII.

MAgna q̄ppe ex añdictis insurgit admiratio, cur nō uideamus attractum istū omniū gentiū, & ēt populi Israelitici, sicut uident p̄dixisse oracula: Ait.n. Regius p̄pheta: Et adorabūt eū oēs reges, oēs gētes seruiēt ei: Et Isaias: Surge/illuminare Ierusalem, qa uenit lumen tuū, & gl̄ia Dn̄i sup te orta est: quia ecce tenebræ operiēt terrā, & caligo populos: sup te autē oriet Dn̄s, & gl̄ia eius in te uidebit: & ambulabūt gētes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui: Caligo.n. & tenebræ operiebant populos, quādo idolis, & potestatibus tenebrarū seruiebant: Sed orto Dn̄o in Ierosolymor̄ agro, & uisa eius gloria, gētes cœperūt ambulare in lumine suo/ & reges in splēdore ortus sui, uisa eius stella in oriēte. Sunt quoq; inumera alia oracula, q̄bus p̄dictū est oēs illuminari, dirigi, & deduci debere a luce ista a terra exaltata pro illustratione, & salute nr̄a. Sed hoc infert speculantibus admiratiōnē nō modicā/si hęc lux (ut dictū est) oēs collustrauit, cur tot remanēt obtenebrati, & illi, qui spurcissimę bestię characterē susceperūt, & q̄ eā lucē respuētes a figuris, & ęnigmatibus discedere nolūt: Nōne & illi, qui nomē tn̄m̄ō susceperūt, uñ christiani denoiant, opibus āt illud nomē impugnāt: certant.n. inter se odiis, & litigiis, Deūq; ueluti detrusi tartareis carcerib⁹ blasphemār, carnis illecebris obuoluūtur, idola pecuniar̄ adorār, terrena sapiūt, spiritualia oderūt, castrimargiæ inseruiunt, cultū Dei cōtemnunt, adeo/ut non attracti,

Dauid

Isaias

attracti, sed expulsi penitus ab ista luce uideantur: Vnde & Prophetarum oracula, & summæ Veritatis sententia de falsitate argui posse diiudicetur: quia nec ad eum confluunt gentes, nec ipsum adorant omnes populi, nec ab eodem omnia attracta conspiciuntur: Quibus satisfacientes/ dicimus Christum omnium salutem operatum fuisse pro omnibus / traditum pro omnium liuoribus sanandis, & in lucē omnium instar ueri Solis ortum, & accensum: Non tamen omnes salutem capiunt, etiam quibus salus parata est, quousq; ipsorum tempus aduenerit: Sol enim in sua primæua fabrica refertus fuit ea luce, quæ pro omnibus mundi partibus illuminandis est sufficientissima, non tamen partes omnes simul collustrat, sed completo circuitu, nulla remanet lucis ipsius beneficio priuata, & omnia suo tempore lumen suscipiūt. Ortus quoq; est sol iustitiæ Christus luce perfecta, qua posset omnem hominem illuminare: Sed sunt tenebræ, quę nequeunt eam comprehendere, uel nunq̄ uel pro tempore: Et qui nunq̄ eam susciperе uoluerint, tanq̄ lucis inimici dabuntur in sortem pessimam cū principe tenebrarum: Qui autem statim, uel saltem aliquando eam susceperint, hi & in patria lucis eius beneficio perfruentur: Virtus enim Christi distributa in omnia membra mystici, & Christiani corporis diffunditur tanq̄ fermentum in totā massam, & tanq̄ ignis in plura ligna: Sed sicut massa illa tota fermentatur cum tempore, & ligna calefacta suo tempore accendūtur, & in ignem transmutantur, sic & massa ista humani generis, susceptа Christi uirtute, tota suo tempore fermentabitur bono fermento: & calefacta igne illo diuino in ipsum transmutabitur, excepta ea parte, quæ ueluti fex, & purgamentum proiicietur ad latrinas tartareas. Sed id erit completo curriculo, quod Pater æternus decreuit pro expurgatione massę in illū transmutandæ: de quo Sophonias ait: Expecta me, dicit Dominus, in die, quo surgam: quia iudicium meum.i. decretum mihi datum est, ut congregem gentes, & colligam regna, & effundam super eos indignationem meam, omnem iram furoris mei, quia in ira zeli mei deuorabitur omnis terra.i. omnis, qui terrena sapit, & secundum carnem, & sanguinem uiuit: & expurgabo omnē scoriam, tam in operibus, q̄ in uerbis: & tunc omnes erūt puri, & in operibus, & in uerbis: Vnde sequitur: Tunc effundā super populos labium purum, ut inuocent omnes nomē Domini, ea v3 sanctimonia, & puritate, qua inuocare debēt. Et hoc quo ad uerba. Sed de operibus sequitur: Et seruient ei humero uno.i. unico corde, unico cultu, & cōformibus operibus: Quod adhuc minime uidimus: Speramus autem uidere, & lætari, quando congregatis gentibus, & collectis regnis effundetur furor, zelus, & sancta indignatio emundans, & expurgans omnia immunda, & colligens omnia dispersa, reddensq; unicum labiū, & illud purum, & mundum: Quod (inquiunt Hebrei) illud erit, quo lex, & oracula datæ sunt,

Sopho.

Hebrei

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

& celebres hymni dictati: Vel sit sermo purus, & clarus/nõ secũdũ idioma, sed procedẽs a corde puro/& unico in oibus ex colligãti charitate: Et tunc hoies a multiplicitate rituũ, & cærimoniaꝝ, in qua multoties cõfunduntᵉ, ad unicũ cultũ reducentᵉ: qui tunc clare, secũdũ Dei beneplacitũ explicabitur, cessante omni discordia, & dissidio: Quę an ab animis nã dissidentibus, an ex corporibus ex contrariis qualitatibus compositis, an ex formis multigenis ꝓcedãt, an ex uario cultu, influxu multiplici, & diuersis nutrimẽtis foueatᵉ, altissima quippe ad discernẽdũ exqreretᵉ indago. Adsunt qdẽ in hoic contrariæ qualitates diuersissime cõmixtæ: unde diuersæ cõplexiones. Intercedũt quoq; uarii influxus diuersissime disponentes corpora nostra. Intersunt etiã diuersæ regiones, uarii cibi, cõuersatiões multiplices, ex qbus oibus (ut Ptolemæo placet) deducitᵉ homo ad diuersos effectus. Ptole.
Nec minus id ꝓcedit ab animis, qui si ab eodẽ fonte procedũt, transeũtes tamẽ p diuersa media (ut Pythagorei, & Academici autumãt) diuersas in duũt nãs, & inclinationes: unde dissensio exoritᵉ. Pytha. Acade.
Sed cũ illud, quod est sũme unũ, a quo oĩs multitudo emanat, deducere intẽdat debito reꝝ curriculo omnẽ multitudinẽ in seipsum unũ, oportet, qꝑ colligendo multitudinem resecet, & ammoueat oia, quæ ab unitate distrahũt. Hinc (qd dictu mirabile est) etiã intelligẽtias ab eis, quos tuentᵉ, tãdẽ ammouebit: Quod dicere nõ auderẽ, nisi Isaias me aperto sermone doceret dicẽs de multiplici militia ꝓsidente Edom, & Bosra: Et tabescet oĩs militia cœli, & cõplicabuntur, sicut liber, in quo cartę multę colliguntᵉ, & cõplicantᵉ. Et hoc amplius subinfert: Et oĩs militia eorũ defluet, sicut defluit foliũ de uinea, & de ficu, qm̃ inebriatus est gladius meus in cœlo: Quod nõ de militia intellectuũ beatorũ intelligitᵉ, neq; de primæua expulsione principis tenebraꝝ: qa de militia Edom, & Bosra loquitᵉ: quę tũ nõ erãt, & de futuro est sermo, & nõ de pręterito: Sic & antea clarissime loquitᵉ dicẽs: Visitauit Dominus sup militiã cœli in excælso, & sup oẽs reges, qui sunt sup terrã, auferẽs forsitã ab hoibus, & regnis (ut aliqbꝰ placet) oẽm particularẽ tutelã, ut regẽs ipse unicus, quos regit, deducat ad omnimodã unitatem cordis, amoris, cultus, & idiomatis meliori fruge, q̃ principes Angelici, esto qꝑ boni. Hic Moses nõ cõtentus ducatu Angelico, ipsum Deũ uoluit hahere ductorem: Reducet (inquit) plura idiomata ad unũ, quę tot sunt, quot principes cœlestes distributi per portiones signoꝝ, ut secretiores Theologi docẽt: Sex enim sũt pro quolibet duodenario illo cœlesti, qui cõnumerati repiuntᵉ septuaginta duo, quot erãt sapiẽtes in cõsilio Sinedrim iudicantes turbã, & quot electi sunt post Apostolos duodenarios in doctores, & ductores gentiũ non sine magno mysterio, ut Resp. patrũ antiquoꝝ, & Christiana simulachrũ tenerẽt Reip. cœlestis. Et cũ dignabitᵉ Princeps hẽre de nobis tutelã imediatã, tunc forsitan deuenient gentes ad illud millenarium, de quo Iohannes in Isaias Idem Moses Iohan.

Apocalypsi: Et uiuent, & regnabunt cum Christo mille annos, omnes facti sacerdotes Dei, & Christi: Et iterũ: Et ipsi populus eius erunt, & ipse Deus erit cũ eis eorũ Deus in millenario septimo sabbatario, & quietis: In quo Deus quiescet ab operibus, quę nobiscum agit: & in nobis quiescet, & nos in eo, iuxta illud, qd dixit: Qui manet in me, & ego in eo: Sed multo fœlicius erimus i alterutro, & uniti perfecto amore, & quiete in patria illa, ubi dabitur perpetua mansio, & quies.

CHRISTVS.

Quod tandem trahet omnes attrahendos. Cap. XIX.

AMmotis igitur omnibus impedimẽtis, & collecta tutela oẽs attrahendos tandẽ ad seipsum deducet absq; aliqua resistentia, aut errore/iuxta id, quod ait: Ego uitã ętернam do ouibus meis/& non rapiet eas quisq̃ de manibus meis: Et iterũ: Oẽs quos dedisti mihi/non ꝓdidi ex eis quẽq̃: Et rursum: Oẽs/quos dedisti mihi, ego custodiui, & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, ut scriptura impleatᵉ, quæ multa de ꝓditore prædixerat: Nã sicut Deus elegit, ita modũ adinuenit, & uiã, qua ipsos ad se deducat, sicut docet nos Paulus cum Romanis disserẽs: Quos pręscinit, & prædestinauit cõformes fieri imagini Filii sui, hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & magnificauit: quid ergo dicamusᵉ? Si Deus pro nobis, attrahẽs v3, & deducẽs, quis contra nos distrahens & deuiansᵉ? quasi dicat nullus. Et de huiusmodi attractu fortissimo sequitᵉ Paulus dicẽs: Quis ergo nos separabit a charitate Christiᵉ? An tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an piculũ, an persecutio, an gladiusᵉ? Nam i his oibus superamus propter eũ, qui dilexit nos: & qui nos attrahit, & tenet. Ideo deprecabatur ille sapiens dicẽs: Trahe me post te curremus. Traxit qppe, & trahit Pater æternus in funiculis diuinis, sed Deus factus hõ trahit in funiculis hoinũ, sicuti per Osee ꝓdixit: In uinculis hominũ trahã eos, in uinculis charitatis: uel in seruitute amoris, ut habet ueritas litteræ. Quibus uinculis hominis extensis ab illo, qui habitu est inuẽtus, ut homo, quia sensibilia, quia domestica, quia maximi amoris pignora traxit multo maiorẽ multitudinem, q̃ irretierat uinculis illis inuisibilibus, & nõ ꝓceptis sensibus, quibus uulgariũ copiosa turba innititᵉ. Sed hic insurgit nõ modica inter multos sapiẽtes dilceptatio, quænã sit maior turba/aut eorum, qui trahuntᵉ, aut eorũ, qui abiiciuntur a Christo: Quod uolens determinare Symeon dixit: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionẽ multoꝝ in Israel, non magis unã, quã alteram multitudinem præponderans. Mouentur nõnulli & illo uerbo, quod iste attractor dixerat: Multi sunt uocati, pauci uero electi, existimãtes/qꝑ soli pauci electi ex multis uocatis saluentur: Sed quid dicemus ad Paulum, qui non contra Christum, sed pro Christo loquitᵉ dicens: Quos uocauit, hos & iustificauit: Omnes igitur uocati in numerũ electoꝝ:

Idem Salomõ Osee Symeõ Paulus Idem Paulus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

uenire cenſentur. Nec quidem a ueritate eſt alienum: Nam illi pauci electi non ſecernuntur a uocatis, tanq̃ a reprobis, ſed tanq̃ conſignati ab illa turba magna, quã dinumerare nemo poterat, deliguntᵉ, ut ordine, & numero illo duodenario ſacramentoꝝ pleno aliis prẽferantur. In cœna quoq; illa, ad quam multi uocati fuere/unũ tantũmodo expulſum/& abiectũ legimus/ cæteris aũt in nuptiis illis æternæ beatitudinis perſiſtentibus: Vnde edocemur, q̃ ex uocatis nõ pauci/ſed pene oẽs ſaluantᵉ. Nec illud uerbum Chriſti, quo ait: Multi ſunt uocati/pauci uero electi/ intelligi poteſt de illo uno tantũmodo expulſo/ſed de illis, qui multi inuitati fuere: q̃uis Hieronymus dicat per illũ unũ intelligi debere omnes, qui ſimul uniti ſunt in malitia, cũ iudeis v3/qui erãt uocati p legẽ, & ex ipſis pauci nuptiaꝝ participes ſunt effecti: Ne tñ ſedilia uacua remanerent, miſſi fuerũt nuntii ad exitus uiaꝝ, ideſt ad gentiliũ populos, qui erant extra uiã legis, ut introducerent ad nuptias, quoſcunq; adinuenirent, ſicuti bene interpretatᵉ Hieronymus. Sic igitᵉ pauci ex uocatis per legẽ electi fiũt, quouſq; dabitᵉ tẽpus: ut conuertantur reliquiæ Iſrael/ ſicut edocemur oraculo Iſaiæ dicẽtis: In ueritate reliquiæ cõuertentᵉ, reliquiæ inq̃ Iahacob ad Deũ fortẽ: Si.n. fuerit populus tuus Iſrael quaſi arena maris, reliquiæ cõuertentᵉ ex eo: Quod & Paulus adducit cũ Romanis diſſerens. Sed ex maxima turba gentiliũ omnes uocantᵉ, oẽs introducuntur, qui ubicunq; ſunt, reperiuntᵉ. Sunt ergo pauci electi ex multis iudeis uocatis, ad quos ſermo Chriſti dirigebatᵉ: Vel ſunt pauci electi, ut aliis p̃ferantᵉ: Nã ſeruatoꝝ ẽ turba magna ex omnibus linguis, populis, & natiõibus: Quoꝝ noĩa, & ſi uulgo obſcura, Deo tamẽ cognita, & manifeſtiſſima ſunt, annotataq; in libro uitæ, qui Deo ſemper patens eſt. Inſup iſti diminuẽtes numeꝝ ſaluãdoꝝ in fauorem eorũ, quæ dixerãt, aliud uerbũ Saluatoris adducũr, qui ait: Anguſta eſt porta, & arta eſt uia, quæ ducit ad uitã: & pauci ſunt, qui inueniunt eã: Vnde uidetᵉ ſatis manifeſtũ, q̃ pauci ingrediantᵉ, aut attrahantᵉ ad uitã, reſpectu multorum qui per uiã mortis, & dãnations gradiũtᵉ. Sed attendãt, quæſo, iſti tantum loquẽdi modũ ſũmæ Veritatis, quæ ait: Et pauci ſunt, qui inueniunt eam: Nã ſi dixerimus, q̃ nullus eã inuenit, nõ diſcedemus a ueritate, acclamãte Baruc: Non eſt, qui poſſit ſcire uiam eius: neq; qui excogitet ſemitas eius. Et ſi nõ poſſumus excogitare, minus adinuenire, niſi oſtẽdat nobis, & ducat ille, qui ſcit uniuerſa: & nouit eã, & tradidit eã Iahacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo: Poſtea in terris apparẽs docuit eam ore proprio: immo fecit ſe uiã, & hoſtiũ dicens: Ego ſum uia: Ego ſum hoſtiũ, per me ſolum datur introitus ad uitã. Hic ergo ſolus uiã inuenit, & hoſtiũ, ſine quo nihil facere poſſumus, aut excogitare: illũ tñ docentẽ, ducẽtẽ, & pręeuntẽ ſecuti ſunt multi, & turba magna, quam dinumerare nemo poteſt. Nec arbitror fuiſſe tã paruę uirtutis illũ, qui uult oẽs hoies ſaluos fieri, ut ſalute paucoꝝ

CHRISTVS. Hiero. Idem Iſaias CHRISTVS. Baruc CHRISTVS. Hiero. CHRISTVS.

contentus ab alioꝝ cura deſtiterit. Nec tam exigua fuit ducis uirtus, ut ini paucoꝝ attractu uideatᵉ extincta, dicẽte Paulo ad Romanos: Si unius delicto multi mortui ſunt/ multomagis gratia Dei, & donũ in gratia unius hominis IESV Chriſti in plures abundauit: Et iterum: Si unius delicto mors regnauit per unum, multomagis abundantiã gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ accipientes in uita regnabunt per unũ Ieſum Chriſtum: Igitur ſicut per unius delictum in omnes homines in cõdemnationem, ſic & per unius iuſtitiã in omnes homines in iuſtificationem uitæ: Et ſicut per inobedientiã unius hominis peccatores cõſtituti ſunt multi, ita & per unius obedientiã iuſti cõſtituentur multi. Si igitur multi, quomõ pauci? Neq; cõtra Chriſtũ Paulus, in cuius pectore Chriſtus reſonat, ſed cũ Chriſto, qui ait: Veni ſaluos facere, & quęrere eos, qui perierant. Et qui iterũ dixit: Omnes quos dedit mihi Pater, nõ perdidi ex eis quemq̃. Igitᵉ omnes datos a Patre ſaluat. Sed nec opinandũ eſt, q̃ largiſſimus dator omniũ bonoꝝ ex maxima multitudiue paucos dederit filio, cui oia donauit: Nec bonitati Dei, & miſericordiæ conuenit, ut plures perire ſinat, q̃ ſaluet, cum poſſit, & uelit oẽs ſaluare, niſi qui ſalutem recuſant. Dabitur quidem (Deo fauente) tempus, quando reliquiæ, quando diſperſi congregabuntᵉ, quãdo oẽs ſeruient Deo humero uno, & quãdo (ut inquit Zacharias) erit Dominus unus in omnibus, & nomen eius unũ: Quod erit (ut ſupra dixit) in die nota Dño: In qua exibunt aquæ, quæ ſupra cœlos ſunt, de Ieruſalẽ ſuperna v3, & medietas eaꝝ ibit ad mare orientale: Ad orientem quippe illũ, de quo Iſaias: Vocãs ab oriente iuſtũ: Et de quo Pſalmographus: Aſcendit ſuper cœlos cœloꝝ ad orientẽ: Medietas uero altera ibit ad mare, non quidẽ illud Syriacũ, quod facit littora Paleſtinę, ut aliqui interpretantᵉ: ſed ad Chriſtum/ qui nouiſſimis temporibus repletus fuit aqua illa diuina, & ſupercœleſti, ut pelagus effectus ſua plenitudine irrigaret uniuerſos: Quã aquã tam libenti animo propinat, ut publice in templo clamet, & dicat: Si quis ſitit, ueniat ad me, & bibat. Et iſtæ aquæ (ut ſequitur Propheta) nũq̃ deficiẽt, ſed erũt in hyeme, & æſtate ſemper refocillantes animas. Et tunc erit Dñs rex ſuper uniuerſam terrã, nõ qdem id tpis nouũ adeptus regnum, quia iã effectus eſt Rex regum, & Dominus dominantiũ: Sed quia habebunt eũ in dominũ omnes, quos permiſit per tempus uagari ſuo arbitrio: Vel erit Dominus omniũ, qa ceſſabũt dominia & principatus alioꝝ, ut pauloante diximus: Quod ſuum ſortietur effectum aut in ſecundo Chriſti aduentu, ut ſentit Hieronymus, aut quãdo id ille decreuerit, cui ſoli hæc dies cognita eſt: Quandoquidem noſtrum non eſt ſcire tempora, uel momenta, quæ (ut Chriſtus diſcipulos ab huiuſmodi inquiſitione reuocãs aperte referuit) Pater poſuit in ſua poteſtate.

Paulus CHRISTVS. Zacha. Iſaias Dauid CHRISTVS. Hiero. CHRISTVS.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

CHristus est uerus sacerdos, & uerus panis / & hostia, & sactificium omnia purgans/& omnia pacificans. Tonus Tertius.

QVid sit sacerdos/& eius officium. Cap. Primum
Quod Christus fuerit uerus sacerdos & omnibus refertus, quæ ad uerũ sacerdotem, & summum pontificem spectant. Cap. II.
Christo tãq uero sacerdoti omnia sacerdotalia debent. Cap. III.
Sacerdotis uestimenta quæ sint. Cap. IIII.
Quid hæc uestimenta ad sacerdotes, atq; ad antistitem maximum conferebant. Cap. V.
Quid ad sacerdotes Christi ptineãt hæc figuratiua indumenta. Cap. VI.
Quid omnia illa uestimẽta cum Christo, quem potissime figurabant. Cap. VII.
Christus est sacerdos in æternum. Cap. VIII.
Cur Christus fuerit sacerdos iureiurando. Cap. IX.
Quomodo Christus fuerit sacerdos secũdum ordinem Melchizedec. Cap. X.
Quanto maior, & melior sacerdos fuerit Christus, q̃ Aaron/& omnes sacerdotes legales. Cap. XI.
Christus fuit uera hostia, & omnigenum sacrificium, & oblatio. Cap. XII.
Quomodo Christus fuerit uerus agnus. Cap. XIII.
De uirga Mosi, & cruce. Cap. XIIII.
Ad quid sacrificia, & cur hirci sorte delecti pro peccato offerri iussi sint. Cap. XV.
Cur par turturum, aut duo pulli columbarum offerri iubeantur in purificationem partus, & mulieris parientis. Cap. XVI.
Cur aues duæ offerebant pro leproso mundando. Cap. XVII.
Cur simul cum hirco uitulus, siue bos pro peccato offerebatur. Cap. XVIII.
Quid ouis/& agnus. Cap. XIX.
Quid de panibus, ppositionis/placẽta azima/lagana/ panibus similæ/& huiusmodi oleo delinitis. Cap. XX.
Quid suffumerium/siue thuribulũ/thus & thurificatio. Cap. XXI.

QVID SIT SACERDOS/ ET EIVS OFFICIVM CAP. PRIMVM.

LATISSIMVM campum/ & qui sese ab oculis nostris sua magnitudine tollit, intramus/dum tractare uolumus de sacerdote, qui mediũ inter Deum & hominẽ tenet:& est quasi Deus uisibilis:Et maxime sumus, & uerus sacerdos Christus/cuius sacerdotiũ pro uirili nostra explicare intendimus. Sacerdos itaq; sic dicitur/quasi sacra dans: Ea enim quæ a sacrario supramundano suscipit/ plebi administrat: Vnde q̃ mundus/q̃ purus/q̃ diuinus esse debeat/iudicẽt sapiẽtes:Nam &si omnia sacra nobis administrare debet/ septẽ potissime ei necessaria ad præsens percurremus. Primo igitur orare debet pro populo/tanq̃ mediator, ut in Leuitico, quando agitur de perfido periuroq;/ bis repetitur: Et rogabit pro eo sacerdos, & dimittetur ei:uel propitiabitur ei, aut pro remissione super eum deprecabitur, ut sonat ueritas litterę, quę sic habetur וְכִפֶּר עָלָיו הַכֹּהֵן uecaper alau hacohen. Sic, & ubi tractat de purificatione mulieris post partum, dicitur: Et orabit pro ea sacerdos, & mundabitur, & in quacunq; expiatione, aut propitiatione lege iubetur, q; interueniat sacerdos/tanq̃ medius/& impetrator ueniæ, & remissionis. Sic & Iacobus ait: Infirmatur quis in uobis / inducat præsbiteros ecclesiæ, & orent super eum. Debet quoq; secundo loco offerre sacra, ut Paulus cum Hebreis differens nos admonet dicens: Omnis pontifex ad offerendum munera, & hostias constituitur: & pauloante: Necesse habent sacerdotes pro suis delictis prius hostias offerre/ deinde pro delictis populi: Et de hoc in lege plenissime edocemur. Tertio doctor populi constituitur, nõ quidem uanæ, & curiosæ doctrinæ, sed legis, & eorum, quæ Dei sunt: ut in Aggeo dicitur: Interroga sacerdotem legem: Et per Malachiam: Labia sacerdotis custodiunt scientiam: & legem requirẽt ex ore eius: quia Angelus exercituum est, idest dux exercitus Domini. Vnde consequentur quarto loco dux diuini exercitus constituitur: ut dirigat, corroboretq; debilorem populum, & hostium impetum primus sustineat: ut aperto sermone docemur in Deuteronomio: Si exieris (inquit) Dominus ad bellum contra hostes tuos, & uideris equitatus/& currus/& maiorẽ/q̃ tu habeas auersarii exercitus multitudinẽ/nõ timebis eos: quia Dominus Deus tuus tecum in medio uestri: Et hoc interueniente sacerdote: Vnde sequit: Appropinquabit sacerdos ad populum & dicet ad uos: Non pertimescat cor uestrum/ nolite cedere, nolite formidare eos/ quia Dñs Deus uester uadit uobiscum / & præliabitur pro uobis contra aduersarios, & saluabit uos.

Leuiti. Iacobus Paulus Aggeus Malac. Deuter.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Quod & factū est in Phinee zelantissimo sacerdote/q iubente Deo constitutus fuit dux exercitus duodecim milliū electorum ex omni tribu Israel, contra magnā multitudinem Madianitarū:de quibus gloriosum reportarunt triumphum.Id quoq; facere debet contra omnes hostes uisibiles,aut aereas potestates quilibet sacerdos: quando imminet periculum plebis,& diuini cultus:Et pugnare debent potius zelo,& oratione,& gladio Spiritus,quod est uerbū Dei,q̄ armis:ut in antiqua lege fecit Samuel,Eliseus/ Moses,& Aaron:pugnante enim populo contra Amalech orabat Moses pro populo manibus eleuatis:Quas nutantes sustinebant Aaron, & Hur qui unà cū eo orabāt:Et p̄ualente oratione,p̄ualebat populus Dei contra hostes.De quibus,& aliis sic pugnantibus,inquit Paulus: Fortes facti sūt in bello,castra uerterunt exterorū,effugauerunt aciē gladii.Et post Christum Martinus non adhuc constitutus, sed futurus sacerdos sese obtulit securus in ipsius Christi uexillo hostiles cuneos inuasurū. Leo primus Pontifex Maximus cōmisereſcens populo inuaso ab Attila Hūnorū rege, ad ipsum intrepide Dei Spiritu cōfortatus accessit:qui coram rege orās animum immanissimū barbari adeo emolliuit, ut omissa Italia, ad propria redire promiserit. Et admiranti toti exercitui,& scisciranti cur id faceret, respondit(ut fama est) Non id feci Præsulis oratione allectus,sed perterruerunt me duo,qui strictos mucrones tenentes ei astabāt,necemq; mihi/ ac exercitui cōminabant. Hi uero Petrus & Paulus fuisse creduntur: Vel fuerit Angeli,sicuti astiterūt Eliseo circūdato i Dotaim a militibus Assyriis,ut caperent eum:quos timenti ministro, & acclamanti/heu/heu/heu/ domine mi quid faciemus? dixit:Noli timere,plures sunt nobiscum,q̄ cōtra nos:Et orante uiro Dei,ut aperirent oculi ministri uidit montem plenum equorū,& curruum igneorum in circuitu. Insuper adhuc orāte propheta,ut percuteret eos Dominus cæcitate,obcæcati fuere,ut ducerentur ab Eliseo in Samriam terram quippe hostium suorum. Nouissime Capistranus ille cū uexillo crucis pro Pannonibus irruens in hostes in tantā fugam conuertit,ut sempiternus terror ipsius apud eos,qui rem uiderant,& audierant,remaneret. Quinto loco sacerdos ducere debet populū ad ipsis destinatū finem/sicuti in libro Iosueh legimus figuratiue factū,q̄ v3 dum Israelitę Iordanē trāsirent perrecturi ad promissam terrā,sacerdotes pergebāt ante populū diuidētes Iordanē: Cuius pars aquarū retrorsum resiliebat,pars uero alia in mare salsum rapido fluxu diffugiebat:Sic uerus sacerdos sub IESV pōtifice sūmo uolēs introducere populū in uerā ,promissionis terrā p̄cedit per Iordanē/illū v3 in quo(ut ait Apostolus) omnes baptizati sumus,faciēs aquarū diuisionē in baptismate administrato:Nā pars in sua dulcedine firmiter,& cōstanter p̄manet,in his v3,qui opere cōplent,qđ in baptismate p̄miserunt:Altera uero,quæ in amaritudinē con-

Paulus

Iosueh

Paulus

uertitur,est eorū (ut cū dolore loquamur) qui illecebris carnis,& mūdi uitiis inquinati dulcissimū gratię donatiuum in amarā damnationem conuertunt.Sexto/sacerdotū est iudicare:ut in Deuteronomio dicit:Si difficile,& ambiguū iudiciū apud te esse perspexeris,inter sanguinem & sanguinē,causam & causam,lepram & nō leprā, & iudiciū intra portas tuas uideris uarium/surge/tanq̄ v3 pro ultimo remedio,& ascēde ad locū/quē elegerit Dñs Deus tuus/uenies q̄ ad sacerdotes leuitici generis, & quæres ab eis:Qui iudicabunt tibi iudicii ueritatē,unde facies/quæcūq; dixerint: Et docebunt te iuxta legem Dñi,& sequeris sententiā eorū,& nō declinabis ad dextram/neq; ad sinistrā. Non aūt admittebantur tunc ad sacerdotiū, nisi peritissimi in lege,& in omnibus iudiciis/sed heu infœlicia tempora/in qbus multoties feces ignorantiæ,& cloacæ turpitudinis deliguntur ad sacerdotiū,nec habentes ungulam fissam,nec comedentes aliquādo butyrū, & mel,ut sciant reprobare malū,& eligere bonū,nec ruminantes uel mi-

Deute.

nimū iota,nec in uero sensu legis meditantes. In exodo quoq; tanti Deus facit sacerdotes,& ueros iudices,ut eos Deos uocet dicens: q̄ damnificantes proximū debent applicari ad Deos,idest iudices, qui præcipue ex sacerdotibus deligebantur,ut iam ex testimonio Deuteronomii comprobauimus. Vltimo loco,debet sacerdos tanq̄ bonus pastor curam habere de ouibus suis,sacramenta ministrare,inuigilare super gregem,& omnia exponere pro salute plebis commissæ,etiam animam,si opus esset: quia bonus pastor dat animam suam pro ouibus suis. Hæc sunt,quæ potissime pertinent ad officium sacerdotis.

Exodus

Quod Christus fuerit uerus sacerdos,& omnibus refertus,quæ ad ueræ sacerdotē,& summū pontificē spectant. Cap. II.

CHristus IESVS unctus in regem/ propheta/& sacerdotē præ oibus cōsortibus suis,merito fuit Rex regum,Propheta ꝓpheraū,Sacerdos sacerdotū,aut Pōtifex pōtificū.Sed primis duobus dimissis loco suo declarandis/q̄ bene functus sit officio sacerdotis uideamus.Primo.n.orauit pro populo,non semel tm̄/sed pluries/& toto tēpore uitæ suæ,nunc in monte,nunc in spelunca,nūc publice,nunc secrete,ut ab euāgelistis plærisq; in locis recitatur.Nec Paulus tacuit,sed cū Hebreis differens ait:In diebus carnis suæ obtulit preces cū lachrymis,& clamore ualido,& exauditus est pro sua reuerētia:Et potissime in extremo uitę ostēdēs quā:ū in fine dilexerit eos,sumpta mysteriosa & ultima cœna orauit Patrē dicens:Pater sancte cōserua eos:quos dedisti mihi:nunc aūt pro eis rogo:Et iterū:Ego rogabo Patrē,& alium Paracly-

Paulus

CHRISTVS.

tum dabit uobis.Et rursum orauit pro tota ecclesia, ut habemus in euangelio,cui titulus est secundum Lucam:Ego/inquiens/pro te rogaui Petre, ut non deficiat fides tua.Sed & nūc in gloria triūphans interpellat uultui

Lucas

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Quod & factū est in Phinee zelantissimo sacerdote/q̄ iubente Deo constitutus fuit dux exercitus duodecim milliū electorum ex omni tribu Israel, contra magnā multitudinem Madianitarū:de quibus glorioſum reportarunt triumphum.Id quoq; facere debet contra omnes hostes uisibiles,aut aereas potestates quilibet sacerdos: quando imminet periculum plebis,& diuini cultus:Et pugnare debent potius zelo,& oratione,& gladio Spiritus,quod est uerbū Dei,q̄ armis:ut in antiqua lege fecit Samuel,Eliseus/Moses,& Aaron:pugnante enim populo contra Amalech orabat Moses pro populo manibus eleuaris:Quas nutantes sustinebant Aaron, & Hur qui unà cū eo orabāt:Et p̄ualente oratione,p̄ualebat populus Dei contra hostes.De quibus,& aliis sic pugnantibus,inquit Paulus: Fortes facti sūt in bello,castra uerterunt exterorū,effugauerunt aciē gladii.Et post Christum Martinus non adhuc constitutus, sed futurus sacerdos sese obtulit securus in ipsius Christi uexillo hostiles cuneos inuasurꝰ. Leo primus Pontifex Maximus cōmisereſcens populo inuaso ab Attila Hūnorū rege, ad ipsum intrepide Dei Spiritu cōfortatus accessit:qui coram rege orās animum immanissimū barbari adeo emolliuit, ut omissa Italia, ad propria redire promiserit. Et admiranti toti exercitui,& sciscitanti cur id faceret, respondit(ut fama est) Non id feci Præsulis oratione allectus,sed perterruerunt me duo,qui strictos mucrones tenentes ei astabāt,necemq; mihi/ac exercitui cōminabant.Hi uero Petrus & Paulus fuisse creduntur: Vel fuerit Angeli,sicuti astiterūt Eliseo circūdato i Dotaim a militibus Assyriis,ut caperent eum:quos timenti ministro, & acclamanti/heu/heu/heu/domine mi quid faciemus? dixit:Noli timere,plures sunt nobiscum,q̄ cōtra nos:Et orante uiro Dei,ut aperirent oculi ministri uidit montem plenum equorꝰ,& curruum igneorum in circuitu. Insuper adhuc orāte propheta,ut percuteret eos Dominus cæcitate,obcæcati fuere,ut ducerentur ab Eliseo in Samriam terram quippe hostium suorum.Nouissime Capistranus ille cū uexillo crucis pro Pannonibus irruens in hostes in tantā fugam conuertit,ut sempiternus terror ipsius apud eos,qui rem uiderant,& audierant,remaneret.Quinto loco sacerdos ducere debet populū ad ipsis destinatū finem/sicuti in libro Iosueh legimus figuratiue factū,q̄ vꝫ dum Israelitę Iordanē trāsirent perrecturi ad promissam terrā,sacerdotes pergebāt ante populū diuidētes Iordanē: Cuius pars aquarꝰ retrorsum resiliebat,pars uero alia in mare salsum rapido fluxu diffugiebat:Sic uerus sacerdos sub IESV pōtifice sūmo uolēs itroducere populū in uerā ꝓmissionis terrā prēcedit per Iordanē/illū vꝫ in quo(ut ait Apostolus) omnes baptizati sumus,faciēs aquarꝰ diuisionē in baptismate administrato:Nā pars in sua dulcedine firmiter,& cōstanter ꝑmanet,in his vꝫ,qui opere cōplent,qđ in baptismate ꝓmiserunt:Altera uero,quæ in amaritudinē con-

Paulus

Iosueh

Paulus

uertitur,est eorꝰ (ut cū dolore loquamur) qui illecebris carnis,& mūdi uitiis inquinati dulcissimū gratię donatiuum in amarā damnationem conuertunt.Sexto/sacerdotū est iudicare:ut in Deuteronomio dicit:Si difficile,& ambiguū iudiciū apud te esse perspexeris,inter sanguinem & sanguinē,causam & causam,lepram & nō leprā, & iudiciū intra portas tuas uideris uarium/surge/tanq̄ vꝫ pro ultimo remedio,& ascēde ad locū/quē elegerit Dñs Deus tuus/uenieſq; ad sacerdotes leuitici generis, & quæres ab eis:Qui iudicabunt tibi iudicii ueritatē,unde facies/quæcūq; dixerint: Et docebunt te iuxta legem Dñi,& sequeris sententiā eorꝰ,& nō declinabis ad dextram/neq; ad sinistrā. Non aūt admittebantur tunc ad sacerdotiū, nisi peritissimi in lege,& in omnibus iudiciis/sed heu infœlicia tempora/in qbus multoties feces ignorantiæ,& cloacæ turpitudinis deliguntur ad sacerdotiū,nec habentes ungulam fissam,nec comedentes aliquādo butyꝰ, & mel,ut sciant reprobare malū,& eligere bonū,nec ruminantes uel mimimū iota,nec in uero sensu legis meditantes. In exodo quoq; tanti Deus facit sacerdotes,& ueros iudices,ut eos Deos uocet dicens: q̄ damnificantes proximū debent applicari ad Deos,ideſt iudices, qui præcipue ex sacerdotibus deligebantur,ut iam ex testimonio Deuteronomii comprobauimus. Vltimo loco,debet sacerdos tanq̄ bonus pastor curam habere de ouibus suis,sacramenta ministrare,inuigilare super gregem,& omnia exponere pro salute plebis commissæ,etiam animam,si opus esset: quia bonus pastor dat animam suam pro ouibus suis. Hæc sunt,quæ potissime pertinent ad officium sacerdotis.

Deute.

Exodus

Quod Christus fuerit uerus sacerdos,& omnibus refertus,quæ ad uerꝰ sacerdotē,& summū pontificē spectant. Cap. II.

CHRISTVS.

CHristus IESVS unctus in regem/prophetā/& sacerdotē præ oibus cōsortibus suis,merito fuit Rex regum,Propheta ꝓpetarꝰ,Sacerdos sacerdotū,aut Pōtifex pōtificū.Sed primis duobus dimissis loco suo declarandis/q̄ bene functus sit officio sacerdotis uideamus.Primo.n.orauit pro populo,non semel tm̄/sed pluries/& toto tēpore uitæ suæ,nunc in monte,nunc in spelunca,nūc publice,nunc secrete,ut ab euāgelistis plærisq; in locis recitatur.Nec Paulus tacuit,sed cū Hebreis disserens ait:In diebus carnis suæ obtulit preces cū lachrymis,& clamore ualido,& exauditus est pro sua reuerētia:Et potissime in extremo uitę ostēdēs quā:ū in fine dilexerit eos,sumpta mysteriosa & ultima cœna orauit Patrē dicens:Pater sancte cōserua eos:quos dedisti mihi:nunc aūt pro eis rogo:Et iterꝰ:Ego rogabo Patrē,& alium Paracly-tum dabit uobis.Et rursum orauit pro tota ecclesia, ut habemus in euangelio,cui titulus est secundum Lucam:Ego/inquiens/pro te rogaui Petre, ut non deficiat fides tua.Sed & nūc in gloria triūphans interpellat uultui

Paulus

Lucas

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Dei pro nobis,ut inquit Apostolus.Sacra quoq; obtulit Deo, & sacratissi mũ omnium sacrificiorum,seipsum videl3 Agnum immaculatũ: De qua oblatione,cũ multa disseruisset Paulus cum Hebreis/ tãdem subtulit:Hic autem unam pro peccatis offerens hostiam,in sempiternũ sedet ad dexteram Dei. Cuius hostię semel oblatæ uirtus præstat,ut nos quotidianum, & perpetuũ sacrificium offeramus.Et quid effecerit hac sua oblatiõe Petrus innuit dicens: Christus semel pro peccatis nostris mortuus est offerens, se v3 æterno Patri/iustus pro iniustis, ut nos offerret Deo mortificatos quidem carne,uiuificatos autẽ spiritu. Doctorem insuper se exhibuit docens eam doctrinam absconditã a sapientibus mundi,quã susceperat a Patre luminũ: Mea (inquit) doctrina non est mea, sed eius qui misit me Patris.Ea etenim erat,ut etiam puerulus in stuporem induceret audientes, ut habemus in euangelio,quod est secundũ Lucam:ubi dicitur:Stupebãt autem omnes,qui eum audiebant,super prudentia,& responsis eius.Hæc quippe sua doctrina est,qua maior a quocũq; ingenio excogitari nõ possit.Nec mirũ,cũ in ipso essent omnes thesauri sapientiæ,& scientiæ abscõditi: Quã doctrinam huc & illuc peragrando ore proprio docebat prædicans in synagogis Galileæ,& in templo:De qua doctrina (Deo fauente) sequenti Tono differemus. Contra hostem etiam in certamen stricto mucrone perrexit, quẽ primo expugnauit in deserto pro se,postea pro omnibus nobis obtinuit uictoriam/dum modo uelimus eam sequi. Deo autem gratias (inquit Paulus) qui dedit nobis uictoriam per IESVM Christum Dñm nostrũ: Hic enim de omnibus inimicis humani generis triũphauit expolians principatus,& potestates,palam triumphans in semetipso.Dux etiã fuit regens/& ducens,ut a Matthæo extat adductum Micheæ uaticiniũ/quo de Bethlehẽ loco natiuitatis Christi ait:Et tu Bethlehẽ terra Iuda nequaq̃ minima es in principibus Iuda : ex te enim egredietur dux,qui regat populum meũ Israel. Et Isaias/postq̃ Dei uicem gerens inuitauerat sitientes ad aquas/ & uinũ/& lac gratis cõparandum/ sequitur: Et feriam uobiscũ pactum sempiternũ/misericordias Dauid fideles: Ecce testem in populis dedi eũ,ducem,ac præceptorẽ gentibus:Per quẽ Dauid omnes interpretantur Christum plęrisq; in locis figuratum,& denotatum per filium Isai,& merito:Nam hic nõ rexit,nec dux,uel præceptor fuit in gẽtibus,sed in solo populo Israelitico.Christus ergo noster datus est in præceptorem gentium,quas in Dei cultum deduxit eis prædicans non trñ ore proprio, sed in Paulo, cæterisq; Apostolis,& Prædicatoribus:Pro quibus omnibus prædicantibus in ueritate inquit idem Paulus:An experimentũ quæritis eius,qui in me loquitur Christus:Curam tandẽ animaꝝ eam habuit uerus Sacerdos sacerdotũ,pontifex põtificum, & Princeps principũ sacerdotũ,ut bonus, & optimus pastor animã daret pro ouibus suis,pec-

Paulus
Idem
Petrus
CHRI/STVS.
Lucas
Paulus
Matth.
Miche.
Isaias
Paulus

cata dimittens,redimens eas nõ in sanguine hircorum, aut uitulorũ,sed in proprio sanguine,introiens quidem pro nobis in sancta nõ manu artificis fabricata,sed excælsa,cœlos penetrans,& super oẽs creaturas conscendens ad eum,qui habitat lucem inaccessibilem,Patrẽ uniuersitatis:cui præsentauit ouem deperditã.i.naturã humanã,portans eã humeris suis.

Christo tanq̃ uero sacerdoti omnia sacerdotalia debent. Cap. III.

Nume.

SAcerdoti (lẽge iubente) dabantur primitiæ cum omnibus, quæ offerebantur in sanctuario:Item hostiæ omnes,& a populo iubebãtur honorari,& reuereri.De primo in libro Numerorũ dicitur ad Aaron:Omnes primitiæ,quas offerunt filii Israel,ad sacerdotẽ pertinent:& quicquid in sanctuariũ infertur a quocũq;,& traditur manibus sacerdotis,ipsius est:Sed postea in capite decimo octauo ait Dñs: Ecce dedi uobis custodiam primitiarum mearũ,ac si diceret:Primitias meas ad custodiendum tradidi,ut bene sentit Origenes: Quod ad legẽ litteræ applicari minime potest : quia hæ cõsumebantur in cibo,& digestę (ut in euãgelio dicitur) in secessum ibant:Vnde ad legem spiritus necessario referendũ est,secundũ quẽ primitię conseruari possunt: Illæ utiq;,de quibus ait Apostolus ad Romanos: Nos aũt primitias spũs habentes:Quod dupliciter intelligi potest:Aut primitię,quas Spiritus sanctus in primitiua ecclesia donauit Apostolis,dona v3/& charismata multiplicia:Aut per has primitias intelligimus initia bona nostrorũ operum, seu bonas inspirationes:& has cõseruare debemus,& offerre illas Christo sacerdoti magno ab ipso sua gratia cõseruandas,suisq; augendas meritis, ut eas Patri gratissimas repręsentet. Hæ autem dicuntur offerendæ solũmodo a sanctificatis Israel.i.ab illis,qui principes Dei effecti pugnare incipiunt in hostem,cõtra quẽ pugnauit & noster IESVS Pontifex Maximus/& ab his qui initiati/& consecrati sunt Deo p baptismũ/& alia sacramẽta. Primitiæ autem fructuũ operum nostrorũ sunt initia dilectionis, & charitatis:qua Deum & proximũ complectimur:Siquidem inter fructus spiritus charitas prima a Paulo collocatur : Quã & noster maximus Antistes,tanq̃ ueras primitias/& decimas/super omnia alia exquirit,concludens in ipsa,ueluti in primario fundamẽto, & fine decorãte omnia alia præcepta,& totã legẽ, & Prophetas,mandans peculiari præcepto,ut ipsa omni diligentia obseruetur dicẽs:Hoc mando uobis,ut diligatis inuicem: Et itez:In hoc cognoscẽt homines/q; eritis mei discipuli,& oues mihi bono Antistiti creditę/si dilectionẽ habueritis ad inuicẽ.Sed ut omnia opera fiant in charitate/& Deo grata,cõsecranda sunt initia Christo,sicut Paulus nos in Colossensibus docet:Omnia (inqt) quæ facitis in noie Dñi nri Iesu Christi facite.Primitias igitur,& omnia,quæ inferuntur in sanctuarium,debemus huic summo Pontifici præsentare:ut ipse eadem conspersa

Ibidem
Orige.
Euãge.
Paulus
Idem
CHRI/STVS.
Paulus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

suo sanguine,& cõdita suis meritis grata prẽsentet Patri æterno prẽsentatione sempiterna.Et hoc est,quod dicitur:Hẽ erãt pro officio sacerdotali, statuto sempiterno. Sed cum huiusmodi defecerint in sacerdotio legis,ne soluatur scriptura,oportet,ut compleãtur in nostro uero sacerdote Christo,in quẽ,& in suos posteros,prẽsbiteros vꝫ seu sacerdotes translatum est omne sacerdotiũ legis:Debentq́ huic Antistiti nõ tm̃ primitiæ,quas Hebrei תְּרוּמָה terumah dicũt,sed terumah de terumah.i.primitię primiarũ:Quæ sic deligebant:Populus ex centũ decẽ offerebãt sacerdotibus: Sacerdotes uero ex decem unũ offerebant Deo,ut in libro numerorꝫ legimus.Deo itaq́ simplicissimo dabatur unũ/populo tãq̃ materiali centum: Sacerdoti autẽ,qui mediũ tenet inter Deum & populum/decẽ:qui est finis numerorꝫ,& principium denariorꝫ/mediusq́ inter unum,& centum. Christo aũt nostro summo sacerdoti debentur unum,& decẽ:Decẽ quidẽ tanq̃ homini sacerdoti/Vnum autẽ tanq̃ Deo:Est enim mediator,& finis quietans/& reficiẽs. Sacerdoti insup nostro debentur nõ tm̃ primitię uirtutũ,sed hominũ.Et ii fuere inocentes primi pro ipso occisi,de qbus Iohãnes:li empti sunt ex omnibus,primitiæ Deo/& Agno. Nec ex hoc quidẽ alios respuit,dũmodo uelint ei offerre primitias,& decimas.i.initia,& cõplemẽta operum suorꝫ:Vnde inquit:Qui perseuerauerit usq́ in finem,hic saluus erit:Perseuerãtia enim est uerarum decimarꝫ oblatio.Exquirit etiã primitias dierꝫ:Nam in antiqua lege cõtentus erat Deus,ut sanctificaret ultimus dierꝫ & septimus in hebdomada:Christo autem simul cũ Deo Patre damus primũ,qui ex eo,q́ est Dño cõsecratus,dies dominica dicitur: In qua & mũdo dedit exordiũ,simul & uitę spũali,resurgẽte Christo ipso die,ut in eo principiũ daret beatæ uitæ,sicut in eo exorsus est fabricã suã. Hinc dicũt nõnulli hunc fore ultimũ diem,quo Deus claudet statum peregrinatiõis nostræ,ueluti in diapason pfecto deducto ex multis octonariis curriculis:Pro qua octaua Dauid nõnullos celebrauit hymnos, ut patet in eorꝫ titulis.Sacerdoti quoq́ debẽtur hostiæ, sicuti ex libro Leuitico edocemur,ubi dicitur:Sicut pro peccato,ita & pro culpa,uel pro delicto, ut hẽt nra traductio,ad sacerdotẽ ptinet hostia: Duas.n.hostias hic memi nit textus:Altera est pro peccato cõmissionis vꝫ,ubi est aliqualis uolũtaria culpa:Altera est pro delicto.i.peccato omissiõis,ut sentit Origenes:Sed si bene perpendaf ueritas litteræ,est pro culpa cõmissa p errorẽ:Quod sacrificiũ אָשָׁם assam Hebrei uocant,ut patet in quinto capite eiusdem Leuitici,ubi dicitur: אֲשֶׁר שָׁגַג וְהוּא לֹא יָדַע וְנִסְלַח לוֹ׃ אָשָׁם הוּא אָשֹׁם לַיהוָה qđ ad uerbũ interpretatũ dicit:Quia errauit,& ipse nõ cognouit,& ppitiabitur,uel parcetur ei,culpatariũ ipse offeret in culpatariũ Dño,idest in sacrificiũ culpæ cõmissæ per errorẽ.Tales & aliæ hostiæ sacerdotis erant,ut ipsas suscipiens in se,susciperet & delictũ, & peccatũ,& culpam quãcũq́,

Numeri

Dauid Leuiti.

Origẽ.

pro qua erant oblatæ:& intercederet apud Deũ pro offerentibus: In quo penitus figurabatur Pontifex Maximus Christus:in quo Pater posuit,& ipse suscepit,iniquitates omniũ nostrũ:& effectus ipse Agnus,& uera hostia tulit peccata totius mundi,sicut & Apostolus cũ Hebreis inquit:Christus semel oblatus est ad multorꝫ exhaurienda peccata:Et iterum:Sanctificati sumus per oblationẽ corporis Iesu Christi semel:Et rursum cũ Ephesiis ait:Christus dilexit nos,& tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiã Deo in odorem suauitatis.Et plærisq́ in locis habemus de oblatione facta a Christo uero Pontifice pro nobis/adeo/ ut non amplius necesse habeamus offerre animalia,aut alias hostias/q̃ nosmetipsos in agnitionem tanti beneficii,& ut nos ipsi uero sacerdoti oblatos sanctificet,purget,& præsentet æterno Patri. Et de prima oblatione Apostolus cũ Hebreis agens inquit:Per spiritum offeramus hostiam laudis semper Deo.i. fructum labiorum confitentium nomini suo:talibus enim hostiis promeretur Deus.De qua & in Psalmographo dicit Deus:Sacrificiũ laudis honorificabit me. Et hoc tam in confessione / & laude sui nominis,q̃ in gratiarum actione.De secũda uero oblatione idem Apostolus nos in Romanis docens inquit:Obsecro uos per misericordiam Dei,ut exhibeatis corpóra uestra hostiam uiuentem,sanctam, Deo placẽtem,rationabile obsequium uestrum.Si etiam ad particularia descendere uoluerimus,in Leuitico legimus/ q́ sacerdoti dabatur pectusculum pacificorũ, & armus eius dexter:In pectusculo extat cor:& armus in hebreo dicitur שׁוֹק qđ apud nos armum significat, & concupiscentiam. Cor itaq́ quod residet in pectusculo,& armus in quo est concupiscentia,& appetitus sacerdoti dantur iudicandi,& mundandi.Hinc & nos exponimus sacerdoti in confessione cogitationes,& affectus nostros, & omnia ea mala, quæ (ut Christus ait) de corde exeunt, & mala concupiscentia fiunt:ut ipse ea diiudicet,& absolutione & pœnitentia iniuncta expurget,& munder. Et ualde quidem proficuum est,ut quisq́ habeat cor, & affectum in manu boni,& sapientis sacerdotis,a quo semper expurgetur,& dirigatur in bonũ:Nam (ut supra diximus) iudicium causarum difficillium,& cognoscere inter lepram & lepram,& expurgare ipsam (quod difficillimum est)ad sacerdotẽ ptinet:qui minime iudicare potest causam cordis, nisi illud ipsi præbeamus apertũ.Et quia sacerdos Dei uicem tenet in terris occulta diiudicans,& ea,quæ ad diuinum iudiciũ spectant,ideo ex diuino præcepto ipsi quoq́ debetur honor,ut in Deuteronomio dicitur:Qui superbierit,& noluerit obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat dño Deo tuo, ex decreto iudicis morietur ille,& auferes malum ex Israel,cunctusq́ populus timebit audiens, ut nullus deinceps intumescat superbia: Quod summatim resumendo dico, q́ Deus iubet, ut sacerdos, quia eius mini-

Paulus

Idem

Idem

Dauid

Paulus

Leuiti.

CHRISTVS.

Deuter.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ſter in tanta reuerentia habeatur a populo,ut contemnẽs illum moriatur: Cui adſtipulatur illud Regii Prophetæ:Nolite tangere Chriſtos meos/& in prophetis meis nolite malignari:Et hoc,quia quicquid agit ſacerdos in terris ſacerdotali officio fungẽs,id facit uicẽ Dei gerẽs:ut clara uoce Chriſtus proteſtatur dicens:Quęcũq; ſolueritis ſuper terram,erunt ſoluta & in cœlis:& quæcunq; ligaueritis ſuper terram,erunt ligata & in cœlis. Ineſt inſuper in ſacerdote aut character quidã (ut dicunt noſtri Theologi) aut numen quoddam,uel terror impreſſus/quẽ cæteri timeant,ſicut & in principibus/& in regibus mũdanis eſt quoddam/quod populus timens reuereatur. Eſt quoq;,aut eſſe debet in ſacerdote inſigne quoddã uirtutis,& cõſequenter diuinus fauor,ut omnes eum reuereri debeãt. Hinc Alexander (ut refert Origenes in Cælſum) dum bellum ageret contra Darium,ſacerdotem Dei magnum Hebreum reueritus eſt, ſicut edoctus fuerat nocturno oraculo.Theodoſius Imperator reueritus eſt Ambroſiũ ipſum increpantem.Attila (ut diximus) perterritus eſt a Leone Ponfice.Sed longum nimis eſſet omnia adducere,quæ de his & huiuſmodi ſcripta reperimus.Verum dolendum nobis eſt de calamitate horum temporũ,in quibus (cũ rubore,& ſtomacho loquar) ſacerdotes adeo ſeſe uilibus, & turpibus immiſcuerunt,ſceleſtis,& non cœleſtibus inſeruientes,ut iam ludibrio ſint Deo,angelis, & hominibus.Chriſto autẽ uero,& maximo ſacerdoti ſtigmatizato non cõmuni charactere ſacerdotali, ſed pontificatus maximi,& imperii ſup omnes doctrina,ſapientia,& ſanctitate præ omnibus fulgenti debetur honor,& gloria præ cæteris:Vnde non ſolum in nomine eius flectitur omne genu cœleſtium,terreſtrium,& infernorũ, ſed etiam inſenſibilia eum reuerentur,& ad eius nutũ contremiſcunt omnia:Imperat enim mari,& uentis,& obediunt ei:Panem benedicit,& mirũ immodum ſtatim multiplicatur:Iubet impleri hydrias aqua,& uinũ efficitur:Animas euocat ab inferis,& reuniũtur corporibus:Imperat febribus,& ceſſant uexare:Et ut breuiter concludamus,omnia eũ reuerentur: omnia ipſi obediũt: immo & poteſtatẽ dedit nobis ſuper omnem uirtutem inimici, dũmodo ſequi uelimus eius ueſtigia,& effici ueri ſacerdotes conſecrantes noſmetipſos Deo in odorem ſuauitatis.

Dauid

Theolo.

Origẽ.

Sacerdotis ueſtimenta quæ ſint. Cap. IIII.

VT uideamus,q̃ legitimus,& uerus ſacerdos,& Pontifex fuerit Chriſtus noſter,opportunũ duximus adducere,quæ ueſtimẽta ꝓordinata ſint a Deo pro ſacerdotibus,& pontificibus antiquę legis:quæ oia figurã,& typũ gerebãt nr̃i ſũmi pontificis IESV,& eorũ,quæ in ſacerdotio euãgelico cõſtituit. Veſtimẽta itaq; (put ex diuerſis locis ſcripturę collegimus) octonaria ſũt:Quorũ quatuor ad ſacerdotes/ſimul & pontifices ptinent:Aliis autẽ q̃tuor utebat ſolũmõ

ſummus Pontifex.Primũ eſt מִכְנָסַי micnece,Græce περισκελὴς/Latine uero

Ioſeph. fœminalia,uel bracę uſq; ad genua:quæ de byſſo retorta (inqt Ioſephus) texebant,ut fortia eſſent.Aliud eſt כְּתֹנֶת cetonet/Græce χιτὼν/Latine tunica,uel camiſia ſtricta dicitur abſq; ruga.Tertium eſt אַבְנֵט abnet/quod nos cingulum/balteum/uel zonam dicere poſſumus:Et eſt quaſi pellis colubri/qua exuit ſenectutẽ,textum ſubtegmine cocci/purpuræ, & hyacinthi,& ſtamine byſſino ob decorẽ & fortitudinẽ:atq; ita polymita arte diHiero. ſtinctum (inquit Hieronymus) ut diuerſos flores,& gẽmas artificis manu non textas,ſed additas arbitreris:Quo balteo/qui eſt quatuor digitorũ in latitudine/linea tunica ꝑſtringebatur inter umbilicũ & pectus.Quartũ ueſtimẽti genus eſt pileolus rotũdus/quaſi ſphæra media,qđ Græci & noſtri τιάραν tiarã,& alii galerum uocãt, ſed Hebrei מִצְנֶפֶת miznephet:Nec habet acutũ in ſummo,nec totum caput tegit tertiam partẽ a fronte inopertam relinquẽs:& eſt in occipitio uitta conſtrictus, ut nõ facile labatur ex capite: & eſt byſſinus ſic affabre opertus linteolo, ut nulla acus ueſtigia appareant.Reliquoq; autem indumẽtoq;,quæ proprie pontificũ ſunt, primũ eſt מְעִיל mahil.i.tunica talaris tota hyacinthina ex lateribus,eiuſdem coloris aſſutas habens manicas/& in ſuperiori parte,qua collo induCitur,aperta:quod uulgo capucium dicitur,oris firmiſſimis ex ſe textis,ne facile abrũpantur:In lumbo autẽ pedes uerſus ſunt ſeptuaginta duo tinTinabula,& totidem malagranata ſibi inuicẽ/alterniſq; ſuccedentia,ut totus uocalis in templũ accederet,ne moreretur.Sextũ eſt אֵפוֹד,qđ ſeptua-

Idem ginta ἐπωμίδα, ideſt ſuphumerale appellant: Aquila ἐπίγαμμα: Sed Hieronymus ſuo proprio nomine ephod nominat:quod duplex eſt:alterum ſacerdotum,& hoc ſimplex lineum,quo uſus eſt Samuel leuita,& ſacerdos:

Dauid Vſus eſt & Dauid rex quando uoluit conſulere Dñm/an deberet perſequi latrunculos,qui ſuccenderant Sicelech,& deprędauerant eam:tunc enim dixit ad Abiatar ſacerdotem:Applica mihi ephod: quo ueſtitus conſuluit Dominũ,& clarum reſponſuit habuit:Alterum eſt ephod,ex ſæpe in lege repetitis quatuor coloribus hyacinthino, byſſino, coccino, & purpureo, contextum ex auro cũ ſubtegmine hyacinthino, coccino,& purpureo,& cũ ſtamine byſſino,mira pulchritudine habẽs in utroq; humero geminos

Septua. lapides clauſos/& inſertos auro,qui hebraice dicuntur שֹׁהַם ſoham:quod

Ioſeph. ſeptuaginta tranſtulerunt ſmaragdũ,Ioſephus Sardonychũ,Aquila aũt,

Aquila Symmachus,& Theodotio Onychinum, & bene, ut ſuo loco declarabi-

Symm. mus:& in unoquoq; illoꝝ ſena Patriarcharum nomina:In dextro humero

Theod. maiores filii Iahacob,in ſiniſtro uero minores inſcripti erãt. Septimũ ueſtimẽtũ eſt menſura paruũ, ſed cunctis prædictis celebrius:quod hebraice dicitur חוֹשֶׁן hoſſen,græce λόγιον. Hinc latine traductum eſt rationale:

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Pānus quidē breuis ex quatuor antedictis coloribus intextus/habens magnitudinē ſpithamę per quadrum/& duplex ne facile rumperetur: Habebatq; quatuor ordines, uel lineas, in quoꝝ quolibet erant tres lapides pretioſi: In primo ſardius, topatius, & ſmaragdus: In ſecūdo carbūculus, ſapphyrus, & iaſpis: In tertio lyngurius, achates, & amethyſtus: In q̄rto uero cryſolithus, onychinus, & beryllus: In qbus cęlata erāt duodecim nomina duodecim filioꝝ Iſrael. In cuius rationalis quatuor cingulis erāt quatuor annuli aurei correſpondentes quatuor annulis, qui erant in ſuphumerali copulati uittis hyacinthinis, & cathenis aureis: ut ligatura firma eſſet, & una textura uideretur. Erat quoq; (qđ maxime importat) in ipſo rōnali iudicii, iuſſu Dei poſitum, הָאוּרִים וְתֻמִּים haurim ue tumim, qđ nos habemus interpretatū/doctrinā/& ueritatē. Et hæc erant ſuper cor Aaron, pro quo nos habemus ſup pectus Aaron: quādo ingrediebatur in tēplū corā Dño, ut portaret Aaron iudicium filioꝝ Iſrael ſup cor ſuum: qñ ingrediebatur coram Dño ſemp. Octauū ornamētū erat lamina quædam aurea, quæ hebraice dicitur צִיץ זָהָב ziz zahab, in qua inſcriptū erat nomen magnū Dei quadrilitteꝝ יהוה. Et hęc erat ſup pileolum lineum cōe omnibus ſacerdotibus. Pontifici aūt ſtringebatur in fronte uitta hyacinthina: Et his omnibus coronabatur, & protegebatur caput ſacerdotis mira pulchritudine uiſibili, & intrinſeca uirtuali, & diuina, quæ eſt ſecundū Platonicos participatio diuinæ pulchritudinis. Hæc ex multis de ſacerdotalibus ueſtimentis excerpta ſunt: Quid autem ſignificent, uideamus. Platon.

Quid hæc ueſtimenta ad ſacerdotes, atq; ad Antiſtitem maximū conferebant.

Caput V.

QVo myſterio, quaue figura hæc indumenta a Deo maximo iuſſa ſint fieri, diſcutere uolentes nō cōtemnemus ea, quę doctores Hebrei pro ſenſu myſtico declarādo exponūt: Quos & Hieronymus/ tāq; in hoc negotio peritiſſimos nō erubuit imitari: Poſtea ammoto uelamine, & diuino lumie illuſtrati declarabimus in ſenſu myſtico, quid in noſtris ſacerdotibus, & quid in ſummo Pontifice noſtro Chriſto, ad quē omnia tendūt, repręſentēt. Dicunt igitur ſapientes Hebrei, q̄ quatuor colores ad quatuor elementa referuntur, ex qbus uniuerſa cōſiſtunt. Biſſus, qui ex terra gignitur, terrę deputat: Purpura mari quæ ex eius cōcheolis tingitur: Hyacinthus aeri pp coloris ſimilitudinē: Coccus quaſi ardens igni, & ętheri. Aequū enim adiudicarūt, ut Pontifex ſummi opificis gratias ageret illi, qui & ipſa elemēta, & quæcūq; ex eis fabricata ſunt, p̄duxit: repręſentaretq; ipſa elemēta, & cōſequēter elemētata omnia opifici ſuo. Primū itaq; ueſtimentū, quo pudenda cooperiebantur lineū erat terrā ſignificās, a qua traximus, unde genitalia nobis cooperiēda ſunt: qa inde uoluptatē ſentimus, ad quā nullatenus condeſcendere debet ſa- Hieron. Sap. he.

cerdos: nec cū ipſis membris aliquid agere/niſi quatenus neceſſitas, quā ex terra deduximus/cogit. Sed de terrenis paulatim ad excælſa erecti/a capite uſq; ad talos cooperiebant ueſte hyacinthina: quæ aerē indicat a cœlis uſq; ad terrā diffuſum: Cui appēſa erāt tintinabula, & mala punica. Quoꝝ ſtrepitus tonitrua, & fulgura, quæ in aere fiūt, cōprimebāt, aut ſuo ſonitu terrebant aereas poteſtates: Vel (ut melius dicatur) repręſentabant harmoniam, & conſonantiā elementoꝝ, & omniū, quę ex eis cōpacta ſunt. Quod & malоꝝ punicoꝝ compoſitio, & ordo mirabilis ſignificat. Altius quoq; cōſcendentes dicunt, q̄ per ſeptuaginta duo illa tintinabula, & totidem malogranata citabāt etiam ſeptuaginta duos principes idiomatum/ſex pro quolibet ſignoꝝ cū omnibus ipſis creditis, ut intereſſent ſacrificio, quod fiebat a ſūmo Pontifice Domino uniuerſoꝝ. Sed ſi uera eſt hæc eoꝝ ſententia, citatio illa erat figuratiua per tintinabula quaſi præludio quodā ſonantia, ut indicarent ea, quæ in aductu ueri Pontificis ſūmi effecta ſunt: ut ſtatim declarabimus. Auꝝ uero, quo intexti erant colores/aut colorata illa uitale uinculū, quo elementa connectuntur in compoſitis, repræſentat. Superhumerale uero hemiſphærium ſuperius reſignat, in quo ſunt duo lapides Onychini/ideſt duo luminaria magna deſuper rutilantia. Zonam autē/qua ſacerdotis pectus artatur, & linea tunica aliqui oceanū, alii uero zodiacū ſignificare uolunt: ſed utrūq; dicere poſſumus: In eo enim/q̄ ueltis linea, i. terra cingitur/oceanus eſt terrā circundans: In eo autem, q̄ circumuoluitur pectus ſacerdotis, quod mūdi minoris meditullium eſt/Zodiacus intelligitur, omnia mundi maioris centralia circumcingens. Rationale in medio pectore poſitum terram, & eius ornatū ediſſerunt floribus/herbis/& fructibus ueſtitā: Quæ meditullium tenens huius mundani corporis ſuſcipit uirtutes duodecim ſignoꝝ/quę duodecim lapides in eo rationali fixi repræſentant. Quatuor uero ordinibus, in quoꝝ quolibet ſunt tres lapides/quatuor anni tempora, quibus terra uarie diſponit, diſtinguūtur/dantes cuilibet tempori menſes tres: Vel per quatuor ordines quatuoꝝ ſignoꝝ naturæ repręſentant, cum tria in cuiuſlibet elementi proprietate reperiant. Et ut omnia, quæ in pectorali ſunt, terræ applicent, uolunt etiam ut per urim ue tumim claritates, & perfectiones ſignificent: quæ in terra, ubi effectus ſecundaꝝ cauſaꝝ apparent, paſſim dignoſcunt: Hic enim aliqualiter cōprehendimus q̄ clara, & q̄ perfecta ſint opera Dei, & ſuoꝝ miniſtroꝝ. Pulchre igitur hoc ipſum/quod in medio eſt, rationale appellatur: qa in terra hac media ratio cauſaꝝ ſecundaꝝ, & effectuū ſūmi Dei ab expurgatis mētibus ꝓcipit: Ratione. n. cuncta hic plena ſunt, terrenis ad cœleſtia correſpondentibus, & colligatis. Hinc rōnale cū ephod, i. ſuphumerale cōſtrictū dicit. Et illud urim ue tumim clarius explicantes dicūt ſignificare ueritatem, & perfectionē reꝝ/ueritatē quippe, quia omne, quod eſt,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ipſum quoq; uerum eſt:ut Metaphyſici dicunt:Pari modo & omne,quod eſt,bonũ eſt/dicẽte ſcriptura: Vidit Deus cuncta,quæ fecerat, & erãt ualde bona, ideſt perfecta in ſuo genere. Nec ab re in ſacerdote ſummo Opifici ſacrificãti ipſius opificium figuratur,adiecta ueritate, uel claritate, & bonitate in eo,qui ſplendore doctrinæ, perfectioniſq; bonoꝝ opeꝝ erudire populũ debet:adeo/ut greſſus eius (ut inqt Hieronymus) motus,& uniuerſa,quę agit,uocalia ſint. Veritatem itaq;,& diuinum ſplendorem mente ſuſcipiat,& toto eum habitu reſonet,& ornatu, ut quicquid agit, quicquid loquitur,ſit doctrina populorum. Cidaris autem,& uita hyacinthina citra omnem controuerſiam cœlum monſtrat:quod debet ſemper eſſe ſup caput ſacerdotis,& oculis eius obiectũ, nec aliquando deponi: In quo eſt lamina aurea inſcripta noĩe magno Dei: Ex qua addiſcimus in cœlo eſſe magnum nomẽ Dei inſculptũ/præſidens/& ſigillans omnia duodecim ſigna, & omnes mũdi angulos, ſicuti docemur in libro de formatione, qui Abrahę inſcribitur:A quo nomine uniuerſa ſuſcipiunt uim,& fomentum. Sed inſcriptum dicitur nomẽ in lamina ex auro, quod uitam naturalem, & ſpiritualem ſignificare comperimus:Et non inconcinne, quia ſolare eſt, & cum ſole cœleſti conueniens,qui dator uitæ naturalis dicitur/& cũ ſole ſupramundano,qui uitã largitur ſpiritualem. Pontifex itaq; omniũ creaturaꝝ,& mundi totius ueſtigium portãs indicabat,cum Deo ſacrificaret/cuncta indigere miſericordia,& fauore ipſius,a quo debent expiari/& foueri:Et ſic non pro liberis,parentibus,ac propinquis tantum/ſed pro omni creatura,uoce,& habitu precaret. Et huius pontificis ueſtimẽta in Exodo iubent fieri,ſed in Leuitico a Moſe (Deo iubente) Aaron ipſis induitur:quia a lege hæc addiſcenda ſunt, & Deo iubente aſſumenda: Nemo enim ſibi aſſumere debet honorem,niſi(inquit Apoſtolus)uocatus a Deo tanq; Aaron:nec præſumere debet diiudicare, quæ Deo ſunt placita,niſi ipſo dictante.

Metaph. Geneſis

Hieron.

Hierõ.

Paulus

Abrahã

Exodus Leuiti.

Paulus

Quid ad ſacerdotes Chriſti prineãt hęc figuratiua idumẽta. Cap. VI.

CVm omnia in figura patribus illis cõtingerent, & cũcta hæc ſacra (ut Origenes inquit) ad Chriſtũ Pontificem maximũ referantur, & ad ea,quæ a ſuis Chriſticolis fieri iubet/uidebimus primo/ quomodo hæc omnia in uſũ Chriſtianoꝝ ſacerdotum deueniant, poſtea diſcutiemus,quomodo hæc eadem oĩa in Chriſto concluſa,& reſoluta ſint. Sed hic illud pręmittendũ cenſeo,q; ſacerdotes,& pontifices priuſq; induerent aliquod illoꝝ ueſtimentoꝝ, lauabantur, ut in Leuitico legimus: Vbi habetur, q; ex Domini præcepto aduocato Aaron/& filiis eius ad hoſtium tabernaculi cũ uitulo pro peccato,& duobus arietibus/& caniſtra azimoꝝ,cõuocatoq; cœtu filioꝝ Iſrael ante fores tabernaculi,ait Moſes:Iſte eſt ſermo,quem iuſſit Dominus fieri:Statimq;

Leuiti.

obtulit Aaron, & filios eius, & lauit eos, & ueſtiuit pontificem ſubucula linea,accingens eũ balteo,& induens tunicã hyacinthinã,& deſuper humerale impoſuit,qđ aſtringens cingulo aptauit rationali,in quo erãt urim ue tumim. Cidare quoq; texit caput,& ſuper eũ contra frontem poſuit laminã auream cõſecratam in ſanctificationem,ſicut præceperat Dominus. Lauabatur itaq; ſacerdos anteq; indueret ueſtimentũ aliquod/ſed lotio illa erat uirtute,& iudicio legis/quã dedit Dominus per Moſem,ideo dicitur, q; lauabaťa Moſe: Quod tamen(ut inquit Hieronymus) mundi purgationẽ figurabat,& baptiſmi ſacramentũ, uel pœnitentiæ:in quibus ablui/mur,anteq; induamus illam ſacram ueſtem, de qua inquit Paulus:Induimini Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum: quinimmo & ipſe uoluit lauari in Iordane,& indui,atq; repleri Spiritu ſancto,qui ſup eũ egrediẽtẽ de lauacro aſcendit in ſpecie columbę,antequam intraret in ſacra,& in expiationẽ generis humani: Quã baptizatus ſtatim cœpit, aſſumpta pugna in eremo contra hoſtem humani generis, proſequendo poſtea docens,& ſanans,& tandẽ offerens ſe in ſacrificium. Lotus itaq; ſacerdos induebatur primo ſubucula,aut fœminalibus,quia ſacrificaturus hoc primũ obſeruare debet,ut ſuccingat lũbos ſuos,quãdo nec uxori iure matrimonii ſeruiẽs põt Deo/& ſacris bene uacare, niſi ab actu uxorario abſtineat. Hinc Apoſtolus docẽs uxoratos,ut alter alteri redderet debitum (quia neuter habet poteſtatẽ ſui corporis,ſed alter alterius) ſubiũgit: Niſi uacetis orationi ad tempus: Quod nihil eſſet,niſi præſupponeret nõ poſſe quempiã ſeruire rei uxoriariæ, & orationi/aliiſq; ſacris ſimul: Quia ſicut non poſſumus Deo ſeruire,& mamonæ,ita nec ſpiritui & carni, ãbitui mũdi,& Chriſti iugo. Succingebaťa poſtea balteo confecto ex quatuor coloribus/per quos (ut diximus) quatuor elementa primaria,& oĩa ex eis cõpoſita intelliguntť,de notans,q; oĩa hæc,quæ dicuntť mũdi huius,& ex elemẽtis corruptibilibus ſunt,ſemori & parti inferiori alligari,& ſtringi debẽt:ut ibi dimiſſa nõ prępediãt partẽ ſuperiorẽ ſacerdotis,quãdo in ſacris agens Deo eſt ſacrificaturus. Induiťť poſtea tunica hyacinthina, ut ex colore diſcat totus cœleſtis fieri: Nã hic tẽdẽs in ſapphyreũ cœlũ ſacerdotem ad cœleſtẽ manſionem inuitat,quã uidit Ezechiel eſſe ſapphyrini coloris: Et hoc magno myſterio ſuo loco declarando. Imponebaturq; ſuphumerale ex eiſdẽ coloribus,quibus & balteus,ſupintextũ,ut iã elemẽtis iſtis alterabilibus cũ ſuis elementatis ad aĩalem partẽ dimiſſis,ad meliora elemẽta cœleſtia,atq; diuina (de qbus ſupra diximus) erigat animũ: Quod & lapis שֹׁהַם ſoham,ideſt onychinus aſtrictus auro in utroq; humero deſignat: Eſt.n.hic lapis circa centrũ terreus,in ſupficie aũt ſapphyreus:quo doceť,ut terrenis iã cõcluſis in centro,& circa ima ſacerdos ubiq; cœleſtis appareat. Et quia ſacerdotis eſt tanq; hierarchæ medii deducere infimũ in ſupremũ,& plebẽ ipſi creditã in

Hieró. Paulus

Ezechi.

Idem

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Deũ,ideo dicit̃,q̄ in lapidibus illis inscripta erant nomina filioꝝ Israel,& consequẽter tribuũ cunctaꝝ ex illis descendentiũ, ut totũ populũ in sacrificio Deo præsentãs,cũ ipso eundẽ recõciliaret. Quod aũt maioꝝ nomina in dextera ,minoꝝ aũt in sinistra collocata dicũtur/id significare existimo q̄ potiora dant̃ maioribus,nõ qdẽ ætate,sed uirtutibus & meritis:& minora minoribus,& minus merẽtibꝰ dant̃. Multa possent dici de particularibus filiis,& tribubꝰ:& qũo,Deo iubẽte,in castris figuratiue locabant̃: & qd importat̃ per dextrũ & sinistrũ, quæ nõ sunt p̄sentis speculationis, ideo ueniamus ad ea,quæ portare debent sacerdotes nostri tẽporis:qui nõ nomina filioꝝ Israel,& quadrilitteri portãt,sed noia Apostoloꝝ/q stãt pro filiis Israel in ecclesia,& nomẽ IESV in quo est tetragrãmi uirtus. In fundamẽtis sanctæ,& nouæ ciuitatis descẽdẽtis de cœlo(inqt Iohãnes) scripta erãt nomina Apostoloꝝ,& Agni: Vnde qlibet sacerdos huius ciuitatis fungens officio ueri sacerdotis habere debet hæc nomina,idest uirtutẽ, & fauorẽ eoꝝ,q iecerũt ipsius ciuitatis primaria fundamẽta. Hinc sacerdos celebraturus in canone missæ post Deũ Pr̃em, & Iesum Christũ filiũ eius,Apostolos,& aliquos,q si nõ prima saltẽ secũdaria iecere fũdamẽta, nominat implorãdo eoꝝ suffragia. Appẽdebat̃ postea rõnale oium sacratissimũ cũ duodecim lapidibꝰ p̄tiosis,& urim ue tumim:Et ligabat̃ rõnale cũ suphumerali,utrũq̄ duodenariũ:In suphumerali.n.inscripta erãt duodecim nomina filioꝝ Israel duobus lapidibus onychinis:In pectorali uero uel rõnali erãt duodecim lapides p̄tiosi,i quatuor ordinibus cũ duodecim nominibus cælatis correspondentibus magno mysterio duodenis noibus existẽtibus post tergũ:Quod magno sacramẽto factũ fuisse nõ ãbigimus: Nã duodenarius iferior respõdet duodenario cœlesti , quẽ alibi q̄plurimũ celebratũ demõstrauimus. Aequat̃ & duodenarius euangelicus figuratus in lapidibus p̄tiosis pectoralis cũ duodenario legali:q̄ continebat̃ in duobus lapidibus suphumeralis. Lapides igit̃ duodecim p̄tiosi existẽtes in pectorali ephod duodenos principes Apostolicos repræsentant cũ duodena familia duodecim milliũ electoꝝ, hũtes singulos duodecim fructus,quos arbor uitę ꝓducit:Qui nominant̃ a Paulo fructus spiritus:Nã idẽ est uita & spiritus,cũ spiritus sit uita,& aliis uitã præbẽs. Sed alii sunt fructus, quos Dei gratia ꝓducimus in terra,& alii,quos colligemus i æterna beatitudine:Et istis supnis respõdere debẽt illi,quos in terra producimus , & duodenarius terrestris duodenario cœlesti,& duodena familia euangelica duodenæ familiæ figuratiuæ,& colligari ad inuicẽ,sicut pectorale cũ superhumerali,eo q̄ Põtifex nr̃ Christus fecit ex utraq̄ unũ:Quod suo loco relinqmus declarãdũ. Erãt insup in illo pectorali,uel rõnali urim ue tumi, qd̃,nescio quo mõ,interpretati sunt doctrinã,& ueritatẽ:Nã אור ab אורים uenit,qd̃ lucem significat: Vnde urim claritates,& illustrationes doctrinę,

Iohan.

Paulus

& spiritus mihi significare uident̃:quas habere debet sacerdos,q̄ mediatoris inter Deũ,& hominẽ officio fungit̃,& ducatũ in Deũ populo pręstat. Nec.n.sciet dux,aut poterit dirigere quẽpiã in uiã,quã nescit:Nec cæcus alteri bonũ poterit p̄stare ducatũ : Nec ꝓpitiationẽ adinuenier cũ Deo,q̄ nõ est suæ gratiæ lumine collustratus:qa nec Deum nec diuina absq̄ eius lumine cognoscere possumus. Clarus itaq̄,& collustratus debet esse põtifex doctrina,sciẽtia utriusq̄ testamẽti,& spiritu,ut sciat,qd faciat,& intelligat,p quã uiã plebẽ deducat,& cognoscat,qd Deus expetat a nobis pro purificatione,& sanctificatiõe nostra. Hoc mysterio portare dicunt̃ põtifices nr̃i bipartitã illã mitrã/ut denotet̃ v3 pitia,quã habere debẽt ipsi põtifices in utroq̄ testamẽto:quãuis i plęriscq̄ nr̃i tẽporis res nimiũ deficiat a sacramẽto. Esse quoq̄ debet põtifex purus,mũdus, & pfectus,ne Deo inuisus ponat potius inter Deũ ipsum,& populũ offendiculũ,quã propitiationẽ: Et hoc significat illud תמים tumim,qd̃ imaculatũ,pfectũ,cõpletũ, simplicẽ,& sine defectu possumus interpretari. Hinc tãta diligentia iubet̃ ut sacerdos nõ modo caueat a peccatis,sed sit impollutus etiã a mortuo,a muliere ẽt/quæ corpus suũ alteri uiro cõcessit:ltẽ q̄ sit liber a lepra,a fluxu sanguinis,ab hernia:sitq̄ iteger in oibus mẽbris,nõ cæcus,nõ claudus, nõ gibbus,non naso nimis grãdi,& deformi:quæ oia in aliis tolerantur,in sacerdote uero nequaq̃:qa cõpletus esse debet omni perfectiõe intrinseca, & extrinseca. De primo in Leuitico dicit̃ ad uerbũ: Sacerdos magnus sit de frib̃us suis/in cuius caput fusum est oleũ unctionis,& manus impletę.s. bonis operibus ad uestiẽdũ,uestimẽta v3 sacerdotalia/caput suũ nõ discooperiat,& uestimẽta sua nõ scindat,& ad omnẽ aiam mortuã nullo modo ueniat/etiã in pr̃e suo,& in matre sua nõ polluat̃: Et de sanctuario nõ egredie t̃,& nõ ꝓphanabit sanctũ Dei sui:qa נזר nezer,idest nazareus,hoc est separatus,a turba v3/uel coronatus,corona.s.sanctitatis:Oleum chrismatis Dei sui sup eũ:Ego Dñs. Plena sacramẽtis sũt uerba hęc:Sed qd significet,breuiter pcurramus:Oleũ/qd̃ effundit̃ sup caput sacerdotis/ diuinitas est,qua pfusus debet esse sacerdos pr̃e turba,in capite p̄cipue,ubi residet portio illa suprema aiæ,quæ diuina est:& qua Deũ intelligimus,& ea opamur/quæ ipsi Deo grata sunt/dũmodo sit sua gratia irrorata. In Põtificibus itaq̄,Regibus,& Prophetis/q̄ ungebantur , esse debet particulari effusiõe cõspsa. Impletio uero manũ multitudinẽ bonoꝝ opeꝝ significat, quibus refertus esse debet sacerdos. Diuinitate ergo pfusus,& diuinus effectus,plenusq̄ bonis opibus habitũ q̄q̄ sumat diuini ministerii/q̄ põtificalis/seu sacerdotalis est: Caput nõ discooperiet deponẽs cidarim,quæ (ut dixi mus) hemisphęriũ supius significat:quo caput sacerdotis obtectũ esse debet. Et ut clarius loquamur,nũq̃ deponat cœlestia,sed illis semp mẽte/aioq̄ intẽdat: Nã si oibus a Christo indictũ est semp orare,& nũq̃ deficere/semp

Leuiti.

CHRISTVS.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

& unuſqſq; animũ/& mẽtẽ in cœlũ habere debet,cũ nõ oret mẽte/q eã nõ habet in Deũ eleuatã:Oratio (inquit Damaſcenus) eſt eleuatio mentis in Deũ.Multo magis igit᷑ ſacerdos, q orat pro ſe, & pro populo habere debet ſemper mentẽ,& caput in cœlũ erectũ,& diuino tegimine obumbratum.Veſtimentum quoq; non ſcindat.Duplex eſt genus ueſtimenti,quod ueſtire debet qlibet Chriſtianus:Alterũ eſt baptiſmatis, de quo inqt Hieronymus:Veſtẽ Chriſti Romæ ſuſcepi:De baptiſmo.n.loquebat᷑: Alterũ eſt pœnitẽtiæ/quæ eſt ſecũda ueſtis cooperiens nuditatẽ in his q pdiderũt ueſtimentũ baptiſmale:Et hãc ueſtiuit Deus protoplaſten, & quotquot in peccata lapſi ſaluant᷑:de quibus inquit Propheta:Beati quoꝝ remiſſę ſunt iniquitates,& quorum tecta ſunt peccata.Et hoc duplici genere ueſtimẽti utebat᷑ noſter Pontifex maximus Chriſtus non pro ſe,ſed pro oibus,quoꝝ peccata tulit:Altera.n.erat tunica incõſutilis, quæ baptiſmi ueſtẽ ſignificat indiuiſibilẽ,& nũq; reiterandã:Altera erat diuiſibilis p partẽ/& partẽ: Et hęc ſignificat ueſtẽ pœnitẽtię,toties reſumendã/quoties homo peccat, dicente ipſo Chriſto ad Petrũ,cui p̃cipue facultatẽ dederat hãc ueſtem induendi:Nõ dico tibi ſepties/ſed ſeptuagies ſepties, ideſt toties, quoties,ut omnes exponunt:Vtiq; aũt utercq; numero ſeptenario remiſſiuo,ſed Chriſtus multiplicat per denariũ,& per illũ ex completo denario deductum ſeptenariũ quadrat,non ſine myſterio ſuo loco declarãdo:Ex quibus omnibus reiteratis uicibus pœnitẽtię cõficit᷑ una tantũmodo ueſtis,quæ unica eſt:q̃uis co mõ/quo diximus,diuiſibilis.Nullã aũt iſtarũ ſacerdos,& pontifex ſcindere debet, ſed utrãq; tenere inconſciſſam, ne unq̃ appareat eius ignominioſa nuditas ueſte per peccatum conſciſſa / eo q ipſius eſt ueſtire denudatos.Impollutus itaq; eſſe debet,ſanctus,& mundus.Nec obſtat,q offerat primo pro peccato ſuo uitulũ,arietes duos,& caniſtrũ azimoꝝ,cũ nullus dicatur mũdus a ſorde,etiã infans unius diei:quia omnes naſcimur filii iræ,& peccato obnoxii.Siquidẽ ſunt peccata,quæ uenialia dicuntur, nec ſcindũt ueſtimenta,& digna facilis ueniæ:a quibus nihilominus mũdus debet eſſe ſacerdos agere uolens cũ Deo ſancto,mundo,& puro.Vnde ſequitur,q ad nullã animam mortuam accedat,ne polluatur,& coinquinet᷑ ſupra mortuo,eſto q fuerit ipſius pater,uel mater: Ex quo habetur,quãto maior mundities exquirat᷑ in pontifice,q̃ in ſacerdote, cum iſti concedatur in principio capitis acceſſus ad funus patris,matris,filii,filię, fratris quoq;,& ſororis uirginis:Pontifici autẽ ſummo interdicit᷑ acceſſus ad quodcũq; funus. Et quid fœditatis contineat funus,ut poſſit coinquinare accedentem ad ipſum,non eſt preſentis tractatus:Hoc tamẽ dicam/q antiqui Patres in rebus ſpiritualibus peritiores q̃ hi,qui in relationibus, & quidditatibus inueniendis phantaſticantur, quas nunq̃ inueniunt,non ſine cauſa ordinarunt,ut cadauer ſepeliat᷑ in loco ſacro,lumine aſſocietur,

Damaſ.

Hiero.

Dauid

CHRISTVS.

quouſcq; ſup terrã extiterit,aqua benedicta aſpergat᷑,& incenſo thurificet᷑: Quę oia nõ fruſtra,ut uulgus opinat᷑,ſed ad expiationẽ cadaueris/qđual de immundũ eſt,ordinata ſunt:Et q̃uis iſta fœditas non grauet fœdatũ de mortali,imo cũ merito contrahit᷑,qñ quis charitate mortuũ ſepulchro demandat:nihilominus ab iſta ẽt fœditate iubet Deus ſacerdotẽ eſſe immunem.Iubet etiã,ut nũq̃ de ſanctuario exeat,ſed ſemp (ſi fieri põt) ſanctus ſit,qui ſancto ſanctoꝝ miniſtraturus eſt: Nazareus eſt enim,ideſt ſeparatus a turba coinquinata,& a uulgaribus operibus fœdantibus dignitatem ſuã:Aut Nazareus,ideſt coronatus diademate ſanctitatis,& perfuſus diuinitatis oleo.Subinfert Deus poſt oia hæc:Ego Dominus,ideſt ego adonai,uel quadrilitterus,qui vꝫ ſanctiſſimus,& puriſſimus ſum,ideo exquiro miniſtros meos puros/ & ſanctos/ſicuti alibi clara uoce ait:Sancti eſtote, qñ ego ſanctus ſum.Nec uult,q; fœdet᷑ ſacerdos cũ muliere uidua, repudiata,ſordida,aut meretrice,ſed habeat uxorẽ uirginem/cũ qua copulatus ſacramentũ teneat unicę copulæ,quã cũ Deo habere debemus nuptiis/ad quas pleriſq; in locis ſcripturæ ſacræ inuitamur: Quod & in ſacerdotibus noſtris obſeruat᷑, & dicunt᷑ irregulares ex digamia, q duobus mulieribus copulati ſunt,aut cũ muliere,quæ ab alio uiro cognita eſt:ne uioleꝫ ſacramentũ bifario matrimonio.Sed heu infœlicia tẽpora,& pditos mores,qñ uerba ſtatuti, & legis p̃cepta ſeruant᷑ tm̃modo in cortice deprauato trunco,& putrefacta radice.Nõ admittunt᷑ ad ſacerdotiũ huiuſmodi digami, niſi a Põtifice, & gerẽte uicem Dei in terris cõtra Dñi ſtatutũ diſpẽſet᷑.Et meretrices,& cinædi paſſim admittunt᷑ a ſacerdotibus,q uiolati,deturpati,coinqnatiq; ad põtificatũ,& ſacra pagẽda abſq; diſpẽſatione / & punitione/nudata frõte accedũt.Inſup & gibbi,& claudi,& hernioſi,& ſpurii, & habẽtes naſum tortũ,& imodicũ,& omne genus mõſtroſitatis:Quæ ſecũdũ ſenſum myſticũ intelligẽtes uitia/& defectus in aia denotãt,qbus diminuti nõ poſſunt portare tumim,qđ pfectiones, & cõpleméta ſignificatã in nãlibus,q̃ in ſpiritualibus:Nã portare uerũ urim ue tumim eſt habere lumẽ Dei,& uerã pfectionẽ in ope:ut de Iohãne inqt Chriſtus ſub aliis, ſed his ſimilibus uerbis,dicẽs:Ille erat lucerna ardẽs,& lucẽs:Lucebat qppe doctrina,& ardebat charitate ſimul cũ bonis opibus.Cidaris uero/quę iubebat᷑ portari in capite,pro quo amictũ nos gerimus,eſt cœlũ,& cœleſtia,quę ſemp ſpeculari debet ſacerdos actu,uel uirtute:ut dicũt Theologi noſtri.Hinc Nazarei nõ tondebãt capillos,aut comas:quę (ut in Canticis dicit᷑) iũctæ eẽ debẽt canalibus,p quos ueniũt influxus,& chariſmata ſuperiora ad nos. Nec adhuc didici,cur nobis ſit indicta denudatio capitis, & raſura cõtra id,qđ Chriſtus obſeruare uoluit,q capillos nutriuit,& barbã. Dicũt aliqui:Hoc fit,qa Petro barba,& capilli in Antiochia raſi fuere. Sed miror,cur ignominiã Petro illatã repreſentare curamus,& ad ea,quæ

Iohan.

Theolo. Cantica

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Christus magno sacramẽto,& sapiẽtia maxima fecit,nõ attẽdimus,id maxime ꝓcipiẽte lege in Leuitico:Nõ tondebitis comã in rotũdũ,nec radetis barbã.Insup miror/si Petrũ rasum imitari uolũt,cur ꝓmittãt,q ubiq; pingat cũ barba,& capillis:quæ indicãt,q Petrus ipse post illusionẽ illã nutrierit capillos,& barbã.Ad Apostolũ cõfugiẽt/q cũ Corinthiis ait:Vir nõ debet uelare caput suũ/qm imago/& gloria Dei est:Nã uir orãs,aut prophetãs uelato capite deturpat caput suum,qd ẽ Christus est:cui debet hõ esse expositus atq; aptus.Et iterũ:Vir si comam nutriat,ignominia est illi: Quibus dicere possumus:Nõ iubet Apostolus caput radendũ,uel barbã, sed dicit non nutriat comã,curiose ẽ:Nec uelet caput ornatu mũdano,& põpatico,cũ nullã gloriã ex mundanis ornatibus capiti cõparare possint, qd Christũ significat.Vel dicamus,q hic sermo est ad cõmunes homines/ & mulieres,nõ ad põtificẽ,uel sacerdotẽ:ut inde cõcludi possit rasurã esse necessariã põtifici,aut sacerdoti.Sed qcqd sit,Deo,& Sãctæ ecclesiæ me, & mea oĩa cõmitto.Posita tandẽ dicit lamina aurea sup caput sacerdotis, in qua descriptũ erat nomẽ magnũ Dei:Quod & inscriptum est in fronte uniuscuiusq; credẽtis:ut in Apocalypsi dicit:Qui uicerit,scribã sup eũ nomen Dei mei.Et ad numer̃ ueniẽs Iohãnes peculiariũ elector̃ dicit: Vidi supra mõte sion Agnũ stantẽ,& cũ eo cẽtũ & quadraginta quatuor millia habẽtiũ nomẽ eius,& nomẽ Pr̃is eius scriptũ in frõtibus suis.Qui cẽtũ & quadraginta quatuor millia sunt collecti ex illis duodenis millibus,ex qualibet tribu/magno mysterio suo loco declarãdo: Quod nomẽ Christi, & Dei,si oẽs milites portãt,tanq̃ characterẽ,& stigma,aut insigne Christianæ religionis,quãto magis portare debet Pontifex maximus, simul & sacerdotes/q sunt tãq̃ Angeli,& duces diuini exercitus? Sed Põtifex summus & maximus tanq̃ dux totius militiæ Impatorue,cęteri aũt sacerdotes instar ducũ priuatar̃ legionũ seu cohortum.Quid autem hæc cũ Põtifice maximo Christo agãt,in quem ipsa omnia tendunt/uideamus.

Leuiti. Leuiti. Paulus Idem Apoca.

Quid illa oĩa uestimẽta cũ Christo,quẽ potissime figurabãt. Cap.VII.

IAm ad Christũ nobis deueniẽdũ est,in quẽ oĩa tendũt, & ad quẽ oĩa respiciũt,tanq̃ ad dominum rerũ,propter quẽ illa oĩa ordinata sunt,& in quo oĩa uerificari debẽt:Quia semp Moses cũ Christo,& lex cũ euãgelio:Ideo erroris notat Petrus/q in mõte thabor,qñ Moses affuit Christo,uolebat facere tria tabernacula, cũ unũ sufficeret Christo,Mosi,& Eliæ:Nã unũ sũt lex,ꝓphetia,& euãgeliũ:& unũ alteri adeo correspõdẽs,& cõnexũ,ut idẽ penitus sint:Quod uidere possumus,dũmodo Deus sua benignitate auferat a nobis uelamẽ, ut reuelata facie ualeamus gloriã Dñi cõtẽplari,trãsformati & nos in eãdem imaginẽ ueri Filii Dei/q primo sub ænigmatibus legis,& ꝓphetar̃ continebat:Quẽ nobis iã exhibitũ cõtẽplabimur ascẽdentes a claritate legis in

claritatẽ euãgelii.Dicit in Leuitico/q cõgregata multitudine ad hostiũ tabernaculi,Aaron cõstitutus est sacerdos a Mose:Qui eũ citauerat illuc cũ filiis,& cũ uitulo pro peccato/& duobus arietib?,& canistro,azimor̃:Nõ ne & Christus uolẽs offerre unicũ sacrificiũ pro peccatis totius mũdi, exhibens seipsum hostiã pro peccato,pro delicto, pro errore,pro iniquitate, pro transgressione,pro rebellione,& pro omni scelere,qd legis sacrificio nõ purgabat,uenit extra portã magna Hebreor̃,Romanor̃,& omniũ gẽtiũ comitãte caterua,institutus sacerdos nõ qdem a Mose.i.a lege,sed a Deo Patre,qui iurauit,& non pœnitebit eũ,ut esset sacerdos in ęternũ,seipsum tandẽ obtulit in hostiã ipsi Deo Patri placentẽ,aduocãs in se uirtutẽ,mysteria,& significata uitulor̃,hircor̃,azimor̃,& omniũ:quæ a sacerdote legali offerebãtur? Nõ ne,& añq̃ ad altare crucis cõscenderet,lotionẽ ꝓmisit meliorẽ q̃ Aarõ? Lauari qppe uoluit a Baptista in Iordane faciẽs seipsum lauacrũ,quo diluerent oẽs sordes.Nec adhuc hac lotione contentus lauare uoluit pedes discipulor̃ eo lauacro/ qd iam seipsum fecerat:Quod mysterium non intelligenti Petro dixit: Quod ego facio/tu nescis modo/scies aũt postea/quãdo ꝟ intelliges,quo sacramẽto,quo lauacro , qua aqua lauerim te.Intellexit quippe docente Spiritu sancto,qui suggessit, & declarauit oĩa,q anteq̃ aliquid agamus cũ Deo mundissimo,oportet,q baptizemur,& mundemur lauacro baptismi cõfecto ex aqua,qui est ipse filius Dei:qui lauit nos (inqt Iohãnes) a peccatis nostris per uerũ baptismum: Et lauat ab affectibus significatis ꝓ pedes uerbo, & amore, iuxta id quod dixit:Vos mũdi estis propter sermonẽ, quem locutus sum uobis/plenũ ꝟ doctrina,& amore.Lotione itaq; ꝓmissa uestimẽta suscepit,immo seipsum uestimẽtũ fecit,quo operiret nuditatẽ nostrã,sicut se fecerat aquã, qua lauaremur,& hostiam,quã pro nobis offerret,panem,quo nos pasceret, & ostiũ,per quod intraremus. Factus est igit fœminale cooperiens turpitudinẽ,quã patefecerat humanum genus per peccatũ , ut in Ieremia loquit Dominus dicẽs:Nudaui femora tua contra faciem tuã:& apparuit ignominia tua.Tegit aũt ignominiam nostrã uestẽ confecta ex suaipsius pelle, qui est uerus Agnus tollens peccata mundi: Quibus sublatis cooperta est ignominia.Et hæc est illa pellicea tunica,quã Deus uestiuit Adam : cuius peccati ignominia non poterat tegi, nec tolli, nisi uirtute, & merito istius Agni/qui tollit peccata mundi. Extat & tunica byssina: Quæ ex terra facta,terrãq; significans (ut omnes affirmant) carnẽ terreã,quã assumpsit, ut in ea nos redderet Deo placato, absq; dubio repræsentat: Qua indutus habitu fuit inuentus ut homo.Et hæc retorta erat uirtute diuinitatis,ut ne quiret rũpi:aut scissuram aliquam præbere peccato,& sensualitati:Quod in nostro summo Pontifice Christo tantũmodo locum habet. Et hæc stricta fuit balteo ex quatuor coloribus, quos diximus significare quatuor

Iohan. CHRISTVS. Iohan. CHRISTVS. Ieremi.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

elementa, ex quibus compoſitum/artatum/& compaginatum fuit corpus illud. מִצְנֶפֶת Miznephet uero, ideſt pileolus, uel tiara, qđ ſignificare cœlũ diximus/quo inuolui, & contegi caput debebat ſacerdos/IESV noſtro prę omnibus cõuenit: qui cœleſtis fuit totus/atq; diuinus, cœlo, Deoq; ſine aliqua intercapedine ſemper incumbẽs: iuxta illud quod dicitur, q; facer/dos illud tegmentum nunq̃ deponere debet. מְעִיל Mahil quoq; i. pallium hyacinthinũ nõ dicã ſumpſit, ſed effectus eſt cũ tintinabulis, & malogra/natis: Fuit.n. nõ ſolum colore cœleſtis, ut hyacinthus, ſed re & opere, ſicut dicit Apls: Secundus homo de cœlo cœleſtis. Quinimo (ut idẽ Apls ait) cœlos penetrauit melior ipſis effectus. Cœlũ eteni fuit ſupremũ figuratũ p cooptoriũ arcę/alias dictũ, ppitiatoriũ/qa inde fiebãt propitiatiões, ſicut in Exodo legimus: Pari, & meliori modo ex corpore nr̃i Pontificis. i. ex eis, quæ tulit in corpore ſuo, fiunt remiſſiones oibus nobis. Mente autẽ cœlos penetrauit cõſcendẽs ad dexterã Patris in excælſis, ut mediator eſſet inter ipm Patrẽ uniuerſoz, & nos: Et appenſa tenebat malogranata, & tintina/bula utraq; ſeptuagita duo: Quæ tintinabula diximus ſignificare ſeptua/gintaduos principes ppoſitos ſeptuagintaduobus idiomatibus cũ populis ipſis creditis, figuratis in totidẽ malogranatis, eo q; oia illa numina, & in/telligentiaz ipſaz uirtutes ad ſe aduocauit ſibi oia ſubiiciẽs, ut Apls ait: Quia in ipſo hitat oĩs plenitudo diuinitatis corporalr, ut ſicut p ipm Deũ, & in ipſo oia creata ſunt, ita i corpore caput eſſet eccleſię in oĩbus primatũ tenẽs: Et cũ Hebreis aſſerẽs de Chriſto dictũ fuiſſe illud Propherę: Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius/adiũgit: In eo.n. q; oia ſubiecit, nihil reliqt ei nõ ſubiectũ. Principes eſſe puinciaz, & populoz nemo ex his, q ſacris lr̃is ſtu/dent, ãbigit, ut docemur pleriſq; in locis, maxime a Dionyſio, & Daniele: qui Angelũ principẽ Perſaz cõmemorat, & Michaelẽ ſtantẽ pro populo Iſraelitico. Sed ii oẽs aduenięti Chriſto ceſſerunt, imo ipſi ſubiecti, quicqd deinceps faciunt, eius ppetrãt impio. Populi quoq; ipſis crediti ſignificati per malogranata Chriſti pontificis nr̃i diſponunt arbitrio. Hinc ipſe non tm̃ Iſraeliticam familiã curat, ſed ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt, & ex oĩbus populis (ut inquit Iohãnes) & ex omnibus tribubus, & linguis ſuã collegit eccleſiã. Bene itaq; portauit ſuphumerale cum lapidibus, in qbus ſcripta erant nomina filioz Iſrael: quia in humeris ſuis portauit totã fami/liam Iſraeliticã, & purgans, & ſaluans eã: Et quod durum uidetur, inquit: Non ueni, niſi ad oues, quæ perierãt domus Iſrael: Quod tamẽ intelligen/dum eſt de utraq; familia, figuratiua v3 & uera: quæ eſt eccleſia, & colle/ctio omnium fidelium, ſicuti infra (Deo fauente) declarabimus: Et ideo dicuntur colligata pectorale, & ſuperhumerale cathenis ſuis per annulos quatuor utrinq; tranſeuntibus: Vnde innuit utraq; familia colligata qua/ternario magni nominis/quo omnia ligantur, & in quo omnes ſaluantur.

Paulus

Exodus

Paulus

Idem

Dauid

Diony.

Daniel

CHRI/STVS.

Sed hęc nomina ſcripta dicũtur in lapidibus onychinis, qui inferius circa centrũ ſunt terrei, in ſupficie aũt cœleſtes in qbus innuitur/q; totã illã fa/miliã, quę terreſtris, & aĩalis erat, ptendit facere cœleſtem. Suſcepit & חֹשֶׁן choſſen/quod logion græci dicunt. i. rõnale: & eſt pectorale ornamentũ, in quo erãt duodecim lapides ptioſi cũ duodecim noibus filioz Iſrael. Nomi na aũt illa portabant cęlata in duobus lapidibus ſuphumeralis, & in duo/decim lapidibus pectoralis: Vñ expreſſe demõſtrat nr̃ Pontifex maximus Chriſtus: qui altare crucis cõſcendit oraturus, & ſacrificaturus pro utraq; familia duodenaria: Quaz figuratiua erat a tergo cõtenta duobus lapidi/bus onychinis, uera aũt inſcripta duodecim lapidibus pretioſis, & uariis: Hoc ideo, qa illa Pr̃iarchaz familia nõ erat collecta ex omni natione, quæ ſub duodecim ſignis cœleſtibus cõtinet, ſed ex gñe uno, & ex Pr̃e uno Ia/hacob, pgenita: Bipartita tñ dr̃, qa ex eadẽ familia ſunt, qui collocari debe/bant a dextris, & qui collocari debebãt a ſiniſtris. Iſta aũt noua familia, & noua ſponſa deſcẽdẽs de cœlo, collecta fuit a nr̃o ſũmo ſacerdote IESV ex omni tribu/lingua, populo, & natiõe, quæ ſub cœlo eſt, diuiſa pcipue in duodecim partes cõtentas ſub duodecim ſcindis cœleſtibus: Ideo inſcripta dr̃ in duodecim lapidibus ptioſis: qa omnia, quæ in hac familia geſta ſunt, ptioſa merito dici poſſunt. Verũ ad unũquẽq; lapidũ applicare poſſemus duodenã partẽ iſtius nouæ familiæ cũ ſuis duodenis principibus: Sed hoc ſuo loco faciendũ (Deo fauẽte) reſeruabimus. Cur autẽ ipm pectorale ex q̃tuor coloribus ſępe antedictis dicat intextũ, facile enodare poterimus, ſi meminerimus nos dixiſſe q̃tuor illos colores ſignificare q̃tuor elemẽta, ex qbus oia cõponunt, & in quæ ẽt ipm cœlũ dr̃ partitũ, & ex ipſis cõpoſitũ, nõ quidẽ ex his elemẽtis defecãtibus, ſed melioribus. Hinc illius ſigna tria dicunt terrea, tria aquea, totidem aerea, reliqua uero ignea: Quibus oia eis correſpõdentia cõueniunt, adeo, ut oia tã cœleſtia, q̃ terreſtria diſtribuant illis elementis ſignificatis p quatuor colores: Ideo typus utriuſq; familię p illos quatuor colores diſtinguit: Illa aũt duo ſacramẽta, quæ dicunt urim ue tumim, adeo Chriſto nr̃o Pontifici ſũmo cõueniunt, ut ipſe nõ tm̃ por/tet, ſed eadẽ penitus ſit, quæ p illa ſignificant, interpretent qũocũq;: Si.n. traducatur doctrina, & ueritas, iam ipſe publice clamat: Ego ſum ueritas: & doctrina mea nõ eſt mea origine, ſed eius, qui me miſit, mihi aũt ſic cõi/cata, ut uerbo, & facto ſim populoz doctrina: qa oĩs Chriſti actio nr̃a in/ſtructio fuit. Si uero interpretent claritatẽ & pfectionẽ, ipſe fuit lux illu/minans oẽm hominẽ, & adeo imaculatus, & pfectus, ut nos ſua gratia, & meritis imaculatos Deo Patri repræſenter. Et ſi totũ pectorale dicatur lo/gion. i. uerbale, uel rationale, nõne ipſe eſt uerbũ, in quo ſunt oẽs regulę tã rerũ creatarũ, q̃ eorũ, q̃ facere debemus? Ipm quoq; oibus rõnẽ intelligendi, & operãdi pbet: Et duplex dicitur, qa ibi duæ fuere naturæ: in quarũ qua/

CHRI/STVS.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

libet paſcua rõnis,& intelligentię inuenimus.Erant quoq; ligata pectorale & ſuphumerale uittis hyacinthinis, & cathenulis aureis in binis quatuor annulis,qui erãt quatuor in uno, q̃tuor in altero, ſibi inuicẽ correſpõdẽtes: Sed quæ melior uitta hyacinthina,& cœleſtis, q̃ ille totus cœleſtis,qui de cœlo deſcendit,ut nos faceret cœleſtes? Et quæ eſt cathena hæc aurea,niſi charitas,& amor,quo ligare nos uenit nr̃ Põtifex maximus,ad hoc tẽdẽs omni uerbo & ope ſuo? Ligauit itaq; utrãq; familiã,antiquã,& nouã:liga uit cęleſtia,& terreſtria:ligauit creaturã cũ Deo,ſicut i ipſo erãt ligatę duę naturæ,& factũ ẽ ex utraq; unũ. Ligauit tãdẽ oĩa mẽbra ipſe caput exñs, & neruoꝝ cõpactio. Reſtat lamina aurea, in qua ſcriptũ erat nomen magnũ Dei quadrilitteꝝ:quod explicat in noĩe q̃draginta duaꝝ lr̃aꝝ,in quo Deus mundũ fabricauit,ſicut cõueniunt oẽs,qui de huiuſmodi noĩbus tractant:Quod nomẽ cõueniẽs, & cõbinatum cũ noĩe nr̃i maximi Antiſtitis ישו cuius litteræ oẽs reddunt.316.in numero: Cui ſi addant quadraginta duo,cõſcendet ad.358 q̃tũ reddit nomẽ huius rõnalis,qđ eſt משיח enim dat.300.י.50.& ח 8.quæ ſupputata dant mihi.358. Ex qbus concluditur a pitioribus huius artis/ſacrę.ſ.arithmetices diuinaꝝ lr̃aꝝ/q̃ illud pectorale myſterioſiſſimũ,in quo erãt duodecim lapides p̃tioſi inſcripti cum noĩbus electæ familiæ/& cũ urim ue tumim ſacratiſſimis/in qbus ſplendebãt oĩa intelligẽda,& faciẽda,Chriſtum uere repñtabat:in quo eſt uirtus mundi creati,dicẽte Iohãne:Omnia p uerbum facta ſunt.Ecce igit q̃bene nomẽ illud quadraginta duaꝝ lr̃aꝝ,in quo fabricatus eſt mundus,cõuenit cum IESV: Sed in tot & tanta intramus ſacramẽta,q̃ ſi uoluerimus oĩa explicare,quæ hic occurrerẽt,nec meę uires ſuppeterẽt ad dicendum,nec lectores pciperẽt,quæ ſcriberent. Nec cõueniẽs eſt,ut ea,quæ ſunt ore cõi/cãda iter paucos ſapiẽtes,publicis lr̃is cõmittant: Abſcõdi (inqt ꝓpheta) in corde meo eloqa tua,ut non peccẽ tibi. Ne tñ ieiuni lectores penitus dimittantur,aliqua uel pauca pſtringemus. Si oẽs illi electi & cõſignati dicuntur hẽre nomẽ Agni,& nomẽ Pr̃is ſui ſcriptũ in frontibus eoꝝ,nõ mirum eſt,ſi dicimus ipm Filiũ Dei primogenitũ in multis fr̃ibus,& cui oĩa dedit Pater,hẽre nomẽ ipſius Dei in ſe. Et hic aduertãt/quæſo/legẽtes,cur ipſe Pontifex nr̃ maximus in diebus carnis ſuæ dixerit: Quicqd petieritis Patrẽ in noĩe meo dabit uobis:cũ poſtea reſurgẽs dicat: In noĩe meo dæmonia eiicient:& cætera quæ ſequũtur: Vbi attenta indagine aduertendũ eſt,cur de noĩe magno Dei taceat,in quo Moſes,Pr̃es & Prophetę oẽs ab eo uſq; ad Chriſtũ,qcqd mirãdi faciebãt,opabant:Et qđ a diuo citharœdo tãta celebritate plęriſq; in locis decãtat: Et hoc nihilominus ſilentio ptermiſſo nr̃ Ieſus ſuum tñmõ ꝓponit nomẽ,in quo Patrẽ rogare,& petere docet,qcqd hr̃e cupimus. Nũqd uoluit ſibi arrogare,qđ nõ debebat? Abſit: Non.n.rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. Id aũt fecit,quia

Iohan.

Dauid

CHRISTVS.

ſenſit uirtutẽ magni nominis ſibi a Patre donatã, atq; in nomine ſuo proprio cõcluſam. Dedit itaq; poteſtatẽ hoĩbus,qui perpetrarẽt miracula,loquerent linguis,& huiuſmodi, quæ fiebant uirtute magni noĩs quadrilitteri. Sed hoc nõ tpis curriculo a Ieſu citra,portare debemus nomẽ ipſius Ieſu,& conſequẽter nomen magnũ Dei in ipſo noĩe Ieſu incluſum: & hoc in frontibus nr̃is ligatũ uitta hyacinthina,& cœleſti.i.uita,conuerſatione,

Paulus

& mente cœleſti,& ſpũali:qa (ut inqt Apoſtolus) Nemo põt dicere dñm Ieſum,niſi in Spiritu ſancto. Non ergo nominãdo Ieſum polluto ore,aut tãq; nomen hoĩs cuiuſdã,uel etiã indiuidui aſſumpti a diuinitate,illud ore pretendo,& illud intelligentes ſcđm doctrinas hominũ, facere poſſumus miracula in uirtute ipſius noĩs:ſed uocantes,illud in Spiritu ſancto mente expurgata,& animo feruenti cõſequemur ea,quæ ꝓmiſſa ſunt in nomine iſto,maxime cognitione pręuia,iuxta illud ꝓpheticũ: Protegam eum,qm̃ cognouit nomẽ meũ. Nunc itaq; in noĩe Ieſu fiunt mirabilia,& datur ſa/

Petrus

lus,qa nõ eſt (inquit Petrus) aliud nomẽ ſub cœlo datum hoĩbus,in quo oporteat hoĩes ſaluos fieri,niſi iſtud: de, quo & de uirtute illius,& quomõ alia noĩa ſint concluſa in ipſo,cui pater dedit omnia,loqui uolentes poſſemus illud Pauli adducere: Grãdis eſt nobis ſermo,& interpretabilis ad dicendũ,& multi imbecilles facti ad intelligẽdũ: illi potiſſime,qui in ſacratiſſimis Dei arcanis uolunt habere duces/Ariſtotelẽ/ & Aueroim: Nã iſta nõ addiſcunt in ſcholis,uel gymnaſiis gentiũ,ſed a Spũ ſancto: & a diuino lumine ſuſcipiunt hi tñmõ,qui a Patre æterno ad huiuſmodi ſunt electi,dicente Filio: Pater manifeſtaui nomen tuũ hoĩbus,quos dediſti mihi.

CHRISTVS.

Nomen dixit tuũ loquens cũ Patre,& ſuũ manifeſtauit Filius,qui loquebatur: Hoc ideo,qa in ſuo nomen Patris includebat: Quod nomẽ,& qũo unum in altero ſit incluſum,nec totus mũdus ſimul intelligere poſſet,niſi ipſo reuelante:qa abſcondita ſunt hæc ſapientibus,& prudentibus, & reuelata paruulis,& his/qui ſunt puro/& mundo corde.

Chriſtus eſt ſacerdos in æternum. Cap. VIII.

Paulus

VErus itaq; Sacerdos,& Põtifex maximus eſt noſter Chriſtus, fungẽs æterno ſacerdotio,ut Paulus cũ Hebreis ait: Alii qdẽ plures ſacerdotes facti ſunt ſcđm legem,idcirco, quia morte prohiberentur permanere: Hic aũt,eo q̃ maneat in æternũ, ſempiternũ habet ſacerdotiũ: Vnde & ſaluare in perpetuũ poteſt accedẽs per ſemetipſum ad Deũ,ſemper uiuẽs,ad interpellandũ pro nobis. Hinc

Dauid

ꝓdixit Dauid Spũ prophetico: Tu es ſacerdos in æternũ. Nec morte prępediẽt,quin fungat perpetuo ſacerdotio: immo in morte obtulit ſeipm hoſtiã Deo Patri cõſecratã,& p reſurrectionẽ mutatã in melius: Vnde pmanens,atq; indefectibilis effecta,ſemp,pſeueranterq; aſſiſtit corã Deo,ut ſit æterna ꝓpitiatio pro pctis nr̃is: Per quã p̃ſentatã æterno Pr̃i,& diuino tri/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

bunali,interpellat pro nobis impetrãs ueniã ea mediãte,& ſolutionẽ a debitis:Omnia.n.ſoluit ſanguine ſuo ſparſo/quo & mũdos de die in diẽ nos
pręſentat Deo/quos ſua morte,& ſacrificio ſemel oblato expurgauit:Hoc
qdẽ(infert Apoſtolus) fecit ſe ſemel offerẽdo.Et talis effectus eſt põtifex, Paulus
qui cõſedit in dextera ſedis magnitudinis in cœlis ſanctoꝝ miniſter,& tabernaculi ueri,qd fixit Deus,& nõ homo.Fungit ergo Chriſtus ſacerdotio æterno in cœlo,meliori q̃ Michael,de quo dicit,q̃ eſt ſacerdos,& princeps ſup oẽs animas ſuſcipiendas,nec minus ſup corpora: Nã & pro corpore Moſi altercatus eſt cũ diabolo,ut refert Thadeus in epĩa ſua canonica:Diabolus.n.uolebat illud auferre,tãq̃ peccato obnoxiũ:ſed Michael ex aduerſo illud pſentare uolebat Deo,tãq̃ lege purgatũ,& puriſicatũ ex diuino cõſortio:uñ ad tantã claritatẽ deduxerat facie,ut nõ poſſent intẽdere
filii Iſrael in eã ob ſplendorẽ uultus eius:Quod & merito nſi æterni ſacerdotis,de quo ipſe Moſes multa dixit,factũ eſſe credimus,ut animã,& corpus illud iã expurgatũ potuerit Deo pſentari.Pugnauit itaq; Michael tãq̃
uerus ſacerdos,& Angeli.i.miniſtri eius cũ eo pro aiabus omniũ,cõtra ſerpentẽ antiquũ:qui eas continue quærit,ut deuoret:Sed ꝓualuit Michael, Daniel
& eiectus ẽ draco.Nec minus nũc,& cõtinuo ẽ in adiutoriũ populo Dei,
ut in Daniele legimus: Michael Princeps magnus, q ſtat pro filiis populi
tui.i.pro electis.De hoc canit eccleſia,q̃ cõſtitutus ſit princeps ſup oẽs animas electas a Deo ſuſcipiẽdas. Si igit Michael fungit ꝓpetuo ſacerdotio
hñs continuã curã animaꝝ,q̃to magis filius Dei,& ſũmus ſacerdos Chriſtus,cui data eſt ipſaꝝ aiaꝝ omnimoda redẽptio,& qui ſuo oblato ſacrificio iuge,& perpetuo ętернam pro nobis inuenit redemptionẽ,debet fungi
æterno ſacerdotio interpellãs cõtinue uultui Dei pro animabus omnibus,
pro quibus ſeipſum obtulit ſacrificiũ,& hoſtiam? Et hoc eſt,quod inquit
Iohãnes:Si quis peccauerit,aduocatũ habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum.Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris,& non pro noſtris tantum,ſed pro totius mundi. Iohan.

Cur Chriſtus fuerit ſacerdos iureiurando. Cap. IX.

NEc tacuit noſter Paulus ad pedes Gamalielis eruditus,& inſtructus in tertio cœlo, qũo Chriſtus cõſtitutus fuerit ſacerdos iureiurãdo,dicẽs ad Hebreos:Alii quidẽ ſacerdotes ſine Paulus
iureiurãdo facti ſunt,hic aũt iureiurando per cum,qui dixit
ad illum:Iurauit Dñs,& nõ pœnitebit eum,tu es ſacerdos in æternũ. Sed Dauid
quid hoc iuramentũ importet,& quomodo oẽs iurãtes liget,ut nõ poſſint
a iuramẽto ſine cauſa diſcedere,reconditũ eſt hoc arcanũ.Dicũt ſecretiores Hebrei,q̃ iuramentũ multa cõnectit,maxime ſeptenariũ illũ excęlſũ,
a quo,pueniũt omnia,ſicut & uocabula iuramẽti, & ſeptenarii idẽ ſunt in
eorum lingua,adeo/q̃ הַשְׁבָּע haſbah,quod iurauit ſignificat,uenit a שָׁבַע

quod ſignificat ſeptẽ,ut ſcđm eoꝝ ſenſus ſit/Iurauit/ideſt ſeptenauit,uel p
ſeptẽ obteſtatus eſt,& illa ſeptẽ adduxit in teſtimoniũ:Quod uolens ſigni
Abrahã ficare Abrahã,qñ pepigit fœdus cũ Abimelech ſtatuit ſeptẽ agnas in teſtimoniũ:per quas ſeptẽ agnas repſentare intendebat ſeptenariũ illud excælſum,iuxta qd ſtant ſeptẽ ſpũs,qui in conſpectu throni Dei ſunt:Vnde
tranſgreſſio iuramẽti eſt quodãmõ uelle facere illos teſtes mẽdaces,& pri
uare ſeipſos ab influxu illoꝝ/a qbus omne bonũ.Iurauit igit Dñs Chriſto
obteſtans illi per ſeptenariũ illud,& cõmunicans omnimodũ eius influxũ
Iſaias ſeptenarium,iuxta illud Iſaiæ oraculũ,quo de Chriſto facto ſacerdote hoc
iureiurãdo inqt:Egredietur uirga de radice Ieſſe,& flos de radice eius aſcendet,& requieſcet ſup eũ ſpũs Dñi,ſpũs ſapientiæ,& intellectus,ſpũs conſilii,& fortitudinis,ſpũs ſcientiæ,& pietatis:& requieſcet ſup eum ſpũs timoris Dñi:Ac ſi diceret,iuxta illud ſeptenariũ,requieſcet in eo ſpũs intelligentiæ,& culparũ remiſſiuus:Item gra uel pietas,iuſtitia & terror,pul
chritudo & rectitudo,uictoria & perpetuitas,decor & ornatus,uita & re
CHRI/ gnum,ut nõ ſine cauſa dixerit:Omnia dedit mihi Pater. Quod ponderãs
STVS. Origenes ſcribẽs in illud Iſaię,Apprehẽdent ſeptẽ mulieres uirũ unũ,ait:
Orige. Supra multos fuit Spũs ſanctus cũ ſuis donis, ſed in nullo requieuit,niſi
Iſaias ſupra IESVM:qui eſt ille unicus ſponſus,quẽ apprehẽderũt ſeptẽ mulieres.i.ſeptenarius ille excælſus indiſſolubili uinculo:Nam uenit ſpũs ſa
Moſes pientiæ cũ cæteris donis,in Moſem, ſed nõ requieuit, maxime qñ errauit
in pcuſſione petræ,pp qd ablatus fuit ab eo ducatus populi ad ꝓmiſſam
Aaron terrã:Venit ſup Aaron,ſed in peccato uituli receſſit:Venit & ſup Iſaiam,
Iſaias ſed qd ait? Immundus labiis ego ſum:Venit & ſup Dauid,ſed ſentiens ſe
Dauid id cõmeruiſſe,quo foret iure priuãdus,clamabat dicẽs: Spũm ſanctũ tuũ
ne auferas a me.Et cũ nullus ſit,qui nõ peccet,nullus eſt/a quo nõ recedat
ſpũs Dñi ad tẽpus,niſi ſolus Ieſus/de quo dictũ fuit Iohãni:Sup quẽ uideris ſpũm deſcẽdentẽ/& manentẽ in eo,hic eſt Filius Dei,hic eſt,qui baptizat in Spũ ſancto,potẽs ipm ſpũm,quẽ firmiter poſſidet,& aliis impartiri:Et qa uidi(inqt Iohãnes) Spũm deſcendentẽ,& manentẽ,teſtimoniũ
Iohan. perhibui,qa hic eſt Filius Dei.Manſit itaq; ſpũs,manſit & ſeptenarius ille
ſup Ieſum firmiter,& ſine aliqua intercapedine,& abſq; aliq̃ receſſu: Sed
quare hoc? Quia iurauit Dñs,& nõ pœnitebit eũ:Iurauit,ut eſſet ſacerdos
in ęternũ:Iurauit,ut eſſet Pontifex maximus:Iurauit,ut eſſet ſanctus,purus,mũdus,& ſegregatus a peccatoribus,ut omniũ peccata tollere poſſet.
Et qa iurauit,ideo quieuit ſup eũ ſpũs, & illud maius oibus, qd dedit ipſi
Hebrei Pr:Vñ æquatur illud tertium.ſ שַׁבָּת Sabat,qd Hebrei dicũt cõuenire cũ
iuramento,& ſeptenario:& quietẽ ſignificat.Quieuit igit ſeptiformis ſpũs
in eo & ſeptenarius ille excælſus,qa iurauit Pr omnipotens ad eũ,ut ſemp
ſanctus/& diuinus ꝓmanens alios ſanctificaret,& diuinos faceret.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Quomodo fuerit ſacerdos ſcđm ordinẽ Melchizedech. Cap. X.

QVi iureiurãdo cõſtituit Chriſtum noſtrũ Pontificẽ maximũ, ſtatuit eũ ſcđm ordinẽ Melchizedech: Quod cũ oĩbus innoteſcat, uideamus igit̃ quis ſit ordo Melchizedech, ſcđm quẽ Chriſtus cõſtitutus eſt. Diſcuſſis itaq; his, quæ in Geneſi legimus, & his quæ a Paulo cũ Hebreis pertractantur de hoc Melchizedech, qnq; repimus/in qbus Chriſtus noſter cũ ipſo cõuenit: Quatuor tangunt̃ a Paulo/quoꝝ primũ eſt: qm̃ Melchizedech inducit̃ in ſcriptura ſine pr̃e, & mr̃e, neq; initiũ dieꝝ, neq; finẽ hñs, ſic filius Dei cõſtitutus eſt ſacerdos ſine principio, & fine dieꝝ, cũ ſit æternus: nec in eius ſacerdotio aſſignatur pr̃, aut mater: Ideo inqt Paulus: In hoc Melchizedech aſſimilatus eſt filio Dei. Dicit tamẽ Rabi Salomon, & cũ eo multi ſapientes Hebreoꝝ, qbus conſentit Hieronymus, q̃ Melchizedech eſt nomẽ appellatiuũ, & ſignificat regẽ iuſtũ, cuius nomẽ propriũ eſt Sem: ille utiq; filius Noe: & ſic habemus patrẽ eius, quãuis nõ expreſſe a ſcriptura: Sic & Chriſti nr̃i habemus patrẽ/quãuis nõ expreſſum, ubi de ſacerdotio eius agit̃. Secũdũ eſt, quia fuit rex Salem. i. pacis/Chriſtũ noſtrũ Pontificẽ/& Regẽ ueræ pacis ſignificans: qui uenit dare, & relinquere eam uerã pacẽ nobis: quã mũdus dare non põt: Ideo introeunte ipſo in mundũ miniſtri eius cantabãt: Et in terra pax hoĩbus bonæ uoluntatis: Et relinquens mundũ ipſemet dixit diſcipulis ſuis: Pacẽ meã do uobis/pacẽ relinquo uobis/nõ qũo mũdus dat, ego do uobis. Tertium eſt noĩs interpretatio, quæ eſt rex iuſtitiæ, quadrãs eũ nr̃o Chriſto/de quo Iſaias ait: Et regnabit rex, & ſapiẽs erit: & faciet iudiciũ, & iuſtitiã in terra. Quartũ/qđ ex hoc inferr̃, qa ſicut Melchizedech fuit rex & ſacerdos, ſic & Chriſtus: Qui ideo uenit de tribu regali Iehuda, ut & regnũ aſſumeret hereditario iure ſcđm carnẽ, ſicuti & a Pr̃e cœleſti accepat, qđ ẽt nobis daret ſimul cũ ſacerdotio. Hinc Iohãnes in Apocalypſi: Et fecit nos regnũ, & ſacerdotes Deo/& Pr̃i ſuo: Cũ quo Petrus ſcribens aduenis diſperſis Ponti, & Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithyniæ dixit: Vos eſtis genus electũ, regale ſacerdotiũ. Quintũ/qđ magis pondero, eſt oblatio, quæ facta repitur ab iſto Melchizedech in ſolo pane, & uino, nulla mentione habita de aĩalibus, aut aliis qbuſcũq; rebus: Ritus qdẽ cõuenientiſſimus Pontifici nr̃o Chriſto Ieſu, qui omne ſacrificiũ concluſit in ſolo pane, & uino, tãq̃ in primaria ſubſtãtia humani cibi: Cui ſacrificio omnis ſanguis, & occiſio aĩaliũ, & quodcũq; aliud offerebat̃ in lege, ceſſit: cũ modo nõ indigeamus ſanguine, in quo mũdemur: quia iam i ſanguine Chriſti pfecte mundatũ eſt humanũ genus: & oĩa, quæ erãt imunda tunc: qa noſtra lex eſt gratiæ, & aquea, unde nõ intramus amplius in hãc legẽ, aut in chriſtianã familiã p ſanguinẽ circũciſionis, ſed per aquã baptiſmatis, tũ etiã, qa nihil expreſſius figurat corpus myſticũ uniuerſalis eccleſiæ, cuius

Geneſis
Paulus
Idem
Rabi S.
Hebrei
Hiero.
Sem
CHRI/
STVS.
Iſaias
Iohan.
Petrus

cuius Chriſtus eſt caput, q̃ panis: Hic.n. cõficit̃ ex multis granis, & eſt cõmunis, & uniuerſalis cibus omniũ nationũ: ſicut hoc corpus myſticũ cõficitur ex multis indiuiduis cuiuſcũq; nationis, quæ ſub cœlo eſt. Hinc dicitur congregatio iſta eccleſia catholica. i. uniuerſalis. Et nihil magis cõſonũ uitæ, quã Chriſtus uenit nobis daturus, q̃ ſanguis in quo potiſſime reſidet uita, ut multi ſapientes affirmãt, & ex ſcriptura ſacra ſatis clare coniicere poſſumus. Hic eſt igitur ordo Melchizedech, in quo Chriſtus noſter cõſtitutus eſt ſacerdos, & Põtifex maximus. Et huic tãq̃ ſummo Põtifici detulit Abrahã dãs decimas de oĩbus, & accipiẽs ab eo benedictionẽ. Ex quo cõcludit̃ Melchizedech maiorẽ fuiſſe q̃ Abrahã, p argumẽtũ Pauli, q ait: Sine ulla cõtradictiõe, q minor eſt a meliori benedicit̃. Cũ igit̃ accepit decimas ab Abrahã, & cõſequẽter a Leui: q adhuc (inqt Paulus) erat in lũbis eius, & benedixit ei, maior fuit q̃ Abrahã, & Leui: & eius ſacerdotiũ maius q̃ ſacerdotiũ leuiticũ/& legale: id maxie (ut põderat Apoſtolus) qa legale ſacerdotiũ i illud Melchizedech trãſferri debebat. i. in ſacerdotiũ Chriſti, q cõſtitutus fuit ſacerdos ſcđm ordinẽ Melchizedech: Ideo ipſe Chriſtus nõ fuit de ſacerdotio Aaron, neq; de tribu Leui, ſed de tribu regali Iehuda: ut intelligat̃, q̃ ſacerdotiũ Chriſti fuit regale, & ſcđm uerũ ordinẽ regis iuſti: Vnde hęc cõteſtatio/Tu es ſacerdos in ętternũ ſcđm ordinẽ Melchizedech, reprobatio qdẽ fuit prioris mãdati, & ſacerdotii, tãq̃ ifirmi & iutilis, cũ ad nullã pfectionẽ deducat lex. Ceſſare igr̃ debebat ſacerdos, q̃ ſcđm legem mãdati carnalis factus erat, & ſurgere ille, q̃ ſcđm uirtutẽ erat uitę indiſſolubilis: Hęc ex Paulo deduximus. Cur ãt Chriſti ſacerdotiũ ętternũ figurabat̃ i ſacerdotio Melchizedech: Ad hoc rñdẽs dicã cũ Hieronymo: Si uas electionis ſtupet ad myſteriũ, & de quo diſputat ineffabile cõfitet̃, q̃to magis nos uermiculi, & culices ſolã debemus ſciẽtiã inſcitię cõfiteri, & ãpliſſimã domũ puo q̃ſi foramine uidiſſe? Grãdis.n. eſt ſermo/& interpretabilis ad dicẽdũ, cur ſine genealogia iductus ſit Melchizedech. Et ſi uerũ dicũt Hebrei/q̃ fuerit Sem/qd importat hoc nomẽ Sem, qđ iterp̃tatũ latine nomẽ ſignificat: Illud forte nomẽ/ qđ eſt ſup omnẽ nomẽ, ſicut qñ dr̃ uirgo, intelligit̃ Virgo, q̃ eſt ſup oẽs uirgines: Et Apl̃s ſup oẽs Apl̃os: & Pr̃ ſup oẽs pr̃es, & ut breuiter ex oĩbus cõcludamus, i Melchizedech erat aliqd diuinũ, & pmanẽs, in quo rep̃ſentabatur ſacerdotiũ Chriſti æternũ: de quo (ut inqt Paulus) effari nõ licet, ideo ad alia ueniamus.

Hiero.
Paulus
Idem
Idem
Paulus

Quanto maior, & melior ſacerdos fuerit Chriſtus q̃ Aaron, & omnes ſacerdotes legales. Cap. XI.

Idem

VErum quantũ Chriſtus noſter Põtifex maximus alios omnes ſacerdotes leuiticos/& legales exceſſerit, Paulus cum Hebreis diſſerens aperte demõſtrat: Vbi / poſtquã multa enarrauit de ſacerdotio legali & tabernaculo/ſubintulit: Chriſtus aſſiſtens

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Pontifex futurorū bonorum, per amplius & perfectius tabernaculū non manufactū.i.non huius creationis:Neq; per ſanguinē hircoꝝ,aut uitulorum,ſed per propriū ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta.Sex a Paulo tangūtur, in quibus Chriſtus fuit perfectior, & excellentior Pōtifex/q̄ legalis & figuratiuus:Primo quia illi impetrabāt propitiationē a Deo/qua placatus faueret in bonis temporalibus,ut patet in tota promiſſione legis/qua dicit: Si audieritis me/bona terræ comedetis:Et poſſidebit ſemen ueſtrū portas inimicoꝝ ſuoꝝ:Et unus ex uobis fugabit mille,& duo decem millia,& huiuſmodi:Quę omnia tēporalia erāt, quāuis eſſent figura æternoꝝ. Ad quæ ſapiētiores aliquādo introcedebāt loquentes de ſęculo futuro,de beata uita,& de uero paradiſo delitiaꝝ:Ad cuius ſtatū non deueniebatur per ſacrificiū,ſed per meliorē ſortē, & pretioſam mortē ſanctoꝝ,ſicut deuenerāt Prophetæ.Sed loquamur de ſacrificio,p quod tantūmodo expiabātur peccata aliq̄,& nō oia:Vnde ab illis expurgati nō merebātur præmiū æternū,ſed ea quæ ſcdm pręſens ſęculū promittebāt.Noſter aūt Pōtifex factus eſt(inqt Paulus)futuroꝝ bonoꝝ, Paulus
ideo per amplius & perfectius.Secundo loco ſacerdos leuiticus introibat tabernaculū manufactū,immo ligneū,poſtea lapideū erecto templo:Sed noſter Pontifex introiuit tabernaculū non manufactū.i.nō huius creationis:Per quod tabernaculū Origenes cœlū intelligit: Quod cōfirmari poſſet teſtimonio Pauli dicētis:Habemus Pontificē maximū, qui penetrauit cœlos,Ieſum filium Dei:Et iterum:Talem habemus pontificē, qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cœlis ſanctoꝝ miniſter,& tabernaculi ueri,quod fixit Deus,& non homo. Ipſe autem Origenes dictū ſuū roborat teſtimonio diui Citharędi dicētis:Hęc recordatus ſum,& effudi in me Dauid
animā meā:quoniā ingrediar in locū tabernaculi admirabilis,uſq; ad domum Dei:Et iteꝝ in alio pſalmo:Domine q̄s habitabit in tabernaculo tuo aut quis requieſcet in mōte ſancto tuo? Qui ingredit ſine macula, & operatur iuſtitiā.Et quis eſt locus tabernaculi admirabilis,ex quo puenit uſq; ad domū Dei? Et quod eſt illud tabernaculū,cuius memor factus ꝓpheta effuſa eſt in ipſo anima eius, ueluti quodā intolerabili deſyderio reſoluta: Non quidē erat illud ex pellibus caprinis,& cortinis byſſi,purpurę,hyacinthi,& cocci:Nec illud quod ab Allophylis captū eſt:Nec illud,quod a filio fabricandū erat:Sed tabernaculū Paternum,quod diuiſum in plures māſiōes in plurali nominat a Chriſto dicēte: Facite uobis amicos de ma CHRI/
mona iniqtatis,ut cum defeceritis,recipiāt uos in ęterna tabernacula.Et a STVS
Regio propheta in pſalmo:Quā dilecta tabernacula tua Domine uirtutū cōcupiſcit,& deficit anima mea in atria Domini. Tabernaculū igitur hoc non manufactū eſt cœlū,quod nō manu hominū,ſed uirtute & iuſſu Dei fabricatū eſt.Eſt & aliud tabernaculū, in quo Deus habitare delectatur,

Paulus quod tēplū Dei uocat a Paulo dicente:Templū Dei,qd eſtis uos.Anima igit uniuſcuiuſq; mūdata & purificata eſt templū,& tabernaculū Dei:Et hoc nō manufactū,& nō huius creatiōis,uel fabricę, qua.ſ. materialia hæc oia fabricata ſunt,ſed modo quodā ſingulari Dei ore inſufflatū. Tertio qa legalis pōtifex accedebat in ſancta in ſanguine hircoꝝ, uituloꝝ,arietum, agnoꝝ,paſſeꝝ,& colūbaꝝ,uel in cinere uitulę aſperſo,& huiuſmodi: Quę oia aialia ſunt,& ad animalē hominē expurgandū ptinētia: Chriſtus aūt introiuit p ꝓpriū ſanguinē in ſancta,ut oia emūdaret tanto melius/quāto ſanguis/nō dicā hois/ſed filii Dei ſāctiſſimi ptioſiorē, q̄ ſanguis animaliū, quo mūdabat aialis homo:Et cōſequēter tāto pfectius ſacerdotiū Chriſti mundātis in ſanguine ꝓprio/q̄ ſacerdotiū legale mundās in ſanguine ani-
Idem maliū.Cur aūt oia pene(ut inqt Apoſtolus) mundētur in ſanguine(pene inqt / quia uaſa metalloꝝ purgabant igne,& alia uaſa & ueſtimēta aqua mundabant,ut in libro numeroꝝ legimus)id in cauſa eſſe exiſtimo, quia peccatū trahit originē a ſanguine & carne,ideo expiatio fieri debebat per ſanguinē:Tribunal.n.iuſtitię Dei exquirēs pœnā,ubi fuit peccatū,uult ut ſanguis effundat,& cōprimatur caro,quæ fuerūt fomēta peccati: Sed in ſacrificio legali & figuratiuo/quod nō plene expiabat,fiebāt expurgationes in ſanguine figuratiuo animaliū.Veniēs autē Chriſtus/promittēs/ & dans cœleſtia/effectus caput omniū mēbroꝝ huius myſtici corporis/ſanguinē nō humanū peccato obnoxiū/& nō animaliū/ſed ptioſiſſimū quoq; ſup oēs ſanguines, q erāt in hoc myſtico corpore ꝓ expiatione omniū fu-
Idem dit.Hinc Paulus noſter ait:Neceſſe erat,ut exēplaria cœleſtiū illis animalium ſacrificiis mundarētur:hæc autē cœleſtia melioribus hoſtiis, q̄ iſtis.i.
Iohan. ſanguine Redēptoris,ut inquit Iohānes in epiſtola: Sanguis Ieſu Chriſti
Apoca. emūdauit nos ab omni peccato:Et in Apocalypſi:Qui dilexit nos/& lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo: Iāq; omnibus notū eſt, q̄ Chriſtus patiēs nō in ſanguine animaliū figuratiuo,ſed in proprio ſanguine ſatiſfecit tribunali iuſtitiæ diuinæ.Quarto quia ſacerdotes legales toties/quoties ꝓ peccātibus ad ipſos recurrētibus impetrare uolebāt ꝓpitiationē, introibant in ſancta/mactabāt animalia:Noſter aūt Pōtifex Chriſtus introiuit ſemel in ſancta:qa ſemel in crucē aſcēdit offerēs ſe Deo Patri/& ſatiffaciēs,p oībus nō figuratiua/ſed uera ſatiſfactiōe/etiā pro pcedētibus pribus:
Iohan. Quia hæc oblatio faciēda iā accepta fuit a Patre ante mūdi cōſtitutionē, & in ea expiabātur quotquot ſalui fiebant: ut expreſſe inquit Iohannes in
Petrus Apocalypſi:Adorauerūt beſtiam omnes/quoꝝ nomina nō ſunt ſcripta in libro uitæ agni,q occiſus eſt ab origine mūdi.Et Petrus:Nō corruptibilibus auro,& argēto redēpti eſtis de uana ueſtra cōuerſatione paternę traditionis, ſed pretioſo ſanguine,quaſi agni immaculati Chriſti, & incōtaminati/pcogniti quidē ante mūdi cōſtitutionē, manifeſtati aūt nouiſſimis

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

tẽporibus. Quibus uerbis citra omnẽ ambiguitatẽ declaratʒ ſacrificiũ huius Põtificis noſtri Ieſu factũ de ſeipſo põdinatũ fuiſſe ab æterno, ut ipſo mũdaretur etiã Hebraicus populus a coinqnationibus, a qbus nõ poterãt p ſacrificia animaliũ emũdari. Quinto in eo, quod ait: Aeterna redẽptiõe inuenta: Quæ uerba duplicẽ poſſunt habere ſenſum: Alter eſt, qꝑ ſimus redempti a peccato & ducti ad æternã gloriã: Alter, qꝑ noſter Pontifex Ieſus adinuenerit redẽptionẽ, quæ unica eſt & æterna, adeo, ut alia nõ indigeamus, ſicut indigebãt illi Patres antiquę legis, qui expectabãt hanc redemptionẽ: Et hoc interim plures faciebãt redẽptiones: Redimebãt.n. primogenita certo pretio: Nam primogenitũ aſini redimebãt oue, & facultates uẽditas, & libertatẽ redimebãt anno iubilei. Sed & ipſe populus totus redemptus fuit de ægyptiaca ſeruitute, iterũ captinãdus: Et pluries redẽpti ſunt aliquãdo generaliter, aliquãdo uero particulariter, nũc ab una, nunc ab alia ſeruitute, nũc a peccato, nũc ab obligatiõe: Chriſtus autẽ ſemel redemit nos æterna redẽptione inuẽta: Redemit inq̃ proprie, & nõ emit: qa iam ante per naturã ipſius eramus, licet admodũ noſtris ab eo auerſi delictis. Redẽptis qdẽ omnibus nihil deeſt, niſi ut cõſequamur effectũ huius redẽptionis: Quẽ cõſequi poſſumus, ſi tamẽ uolumus, quia fons baptiſmatis, ubi illũ effectũ cõſequimur, oĩbus iam patẽs eſt. Patet & ꝑariũ gratię, & remiſſionis: Nam facta redẽptione miniſtros, & executores ipſius reliquit tribuẽs eis omnimodã eiuſdẽ redẽptiõis diſtribuẽdę poteſtatẽ dicẽs: Quoꝝ remiſeritis peccata, remittẽtur eis: Et iteꝝ: Quęcũqꝫ ſolueritis ſuper terrã, erũt ſoluta & in cœlis. Ex qbus omnibus ſextũ inferẽ maxime ponderãdũ, qꝑ ex ſacrificiis legis nõ iuſtificabaʒ homo, ſed p Chriſtũ, ut Paulus Romanis ſcribẽs apta uoce teſtaʒ dicẽs: Ex opibus legis, tam naturalis uidelicet, q̃ ſcriptæ nõ iuſtificaʒ omnis caro corã illo: Iuſtitia aũt Dei p fidẽ Ieſu Chriſti, in oẽs, & ſup omnes, q credũt in eũ: Omnes.n. peccauerunt, & egẽt gloria Dei, iuſtificati gratis per gratiã ipſius, per redẽptionẽ, quæ eſt in Chriſto Ieſu: quẽ propoſuit Deus propitiatorẽ p fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionẽ iuſtitiæ ſuæ propter remiſſionẽ præcedẽtiũ delictorũ: quæ punire decreuerat, niſi uidelicet mediator redemiſſet ſatiſfaciens tribunali iuſtitiæ: Quã ſatiſfactionẽ iuſtus & clemẽs Deus acceptauit iuſtificãs eos, qui ex fide Ieſu Chriſti ſunt, & non per legem naturalẽ, aut ſcriptã: Nam cognitio peccati fit per legẽ, naturalẽ uidelicet, ut cõcordes interpretantur Hieronymus, & Origenes: quia ex ea qlibet diiudicare poteſt, quid iuſtũ, & quid iniuſtũ, ut idẽ Paulus paulo ſupius dixerat: Cũ enim gentes/quæ legẽ nõ habent/naturaliter ea, quę legis ſunt faciũt, eiuſmodi legem non habẽtes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendũt opus legis ſcriptũ in cordibus ſuis, teſtimoniũ reddente illis cõſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationũ accuſantiũ, atq; defendentiũ. Et hac lege obſtruitur

omne os, & ſubditus fit omnis mũdus Deo: Quod de lege ſcripta intelligi nõ poteſt, cum nõ ligaret omnes, nec obſtrueret omniũ ora: quæ tm̃modo Iſraeliticis data erat: Quę nec iuſtificabat, niſi a peccatis cõmiſſis ꝑ errorẽ & aliis uel paucis, quę ſecreta erãt/& nõ ueniebãt morte mulctãda: Scelera aũt/rebelliones/& iniqtates/quæ ſunt acriora peccata, nõ remittebãtur in lege neq; ꝑ ſacrificia, neq; ꝑ orationẽ ſacerdotis, ſed morte propria expiabanʒ: ut patet de blaſphemo/homicida/adultero/coeũte cũ beſtiis/& cõtra naturã: Qui omnes lapidari, aut cõburi iuſſi ſunt, ut in diuerſis locis librorum legaliũ legimus: Ideo inqt Apoſtolus cum Hebreis: Impoſſibile eſt in ſanguine tauroꝝ, & hircoꝝ auferri peccata. Ideo ingrediẽs mundũ noſter Põtifex maximus, & Dei uiui Filius dicit: Hoſtiã/& oblationem noluiſti, corpus autẽ aptaſti mihi, in quo. ſ. offerrẽ ſacrificiũ pro oĩbus: Holocauſtomata & pro peccato tibi nõ placuerũt, tũc dixi: Ecce uenio: In capite libri ſcriptũ eſt de me, ut faccrẽ uoluntatẽ tuã/Deus meus uolui: iuxta illud Iſaiæ: Oblatus eſt, quia ipſe uoluit. Supius dixerat, quia hoſtias, & oblationes, & holocauſtomata & pro peccato. ſ. ſacrificiũ peccatariũ noluiſti, tunc dixi/ecce uenio, ut faciã uoluntatẽ tuã. Aufert primũ. ſ. ſacrificium legis: ut ſequens ſtatuat, Chriſti uidelicet oblationem: unde ſequitur: In qua uoluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel. Et omnis quidem ſacerdos præſto erat quotidie miniſtrãs, & eaſdem ſemper offerens hoſtias, quæ non poſſunt auferre peccata: Hic autem unam pro peccatis offerens hoſtiã, inſempiternũ ſedet ad dexterã Dei de cætero expectãs, donec ponãtur inimici eius ſcabellum pedum ipſius: Vna enim oblatione cõſummauit in ſempiternũ ſanctificatos: Quæ adeo clara ſunt, ut expoſitione nõ indigeãt: Ideo Dauid, qui cõmiſerat adulterium, & homicidium, ſciens huiuſmodi ſacrificiis emundari nõ poſſe/clamat, & dicit: Quoniã ſi uoluiſſes ſacrificiũ dediſſem, utiq; holocauſta nõ uoles: pro quo habemus: holocauſtis nõ delectaberis. Et cum nihil aliud facere poſſet, niſi dolere de peccato expectãs redemptionẽ a cœlo, aut in aduentu Meſſiæh aut in ſua paſſione præuiſa, dicit: Cor contritũ, & humiliatum Deus non deſpicies. Sed quia non erat exhibita paſſio, ideo ſuppliciũ mortis effugere non potuit, ſed ei dictum eſt per Natam prophetam, ut patet in ſecundo uolumine Regum: Quare contempſiſti uerbum Domini, ut faceres malũ in conſpectu eius: Vriã Etheũ percuſſiſti gladio, & uxorẽ illius accepiſti in uxorẽ tibi, & interfeciſti eum gladio filioꝝ Amon: Quãobrem non recedet gladius de domo tua uſq; in ſempiternũ: Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malũ de domo tua, & tollã mulieres tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & iacebit cũ mulieribus tuis in oculis ſolis huius. Hoc tantũ impetrauit, ut mortẽ nõ ſubiret, forſitã merito Chriſti uẽturi, quem maximo affectu decãtauerat fore redẽptorẽ, & ſaluatorẽ mundi, cætera autẽ mala

Paulus

Iſaias

Dauid

Idem

Natam Li. Re.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ipſi prędicta ſuſtinuit:Expulſus.n.fuit a filio ſtupratis eius mulieribus,uidit mortē Amō, & Abſalō filioꝝ ſuoꝝ:Adonias autē ſtatim poſt eius mortē, iubēte Salomōe, neci traditus ē.Hic autē noſter Pōtifex maximus oia ſcelera expurgauit, & oia peccata tulit p ſacrificiū, quod obtulit: ut pulchro Iſaiæ oraculo prędictū fuerat יְהוָה הִפְגִּיעַ בּוֹ אֶת עֲוֹן כֻּלָּנוּ Et ipſe infirmatus eſt propter impietates noſtras, & attritus eſt propter iniquitates noſtras: Quæ impietas, & iniquitas hebraice dicta עָוֹן hauon, & פֶּשַׁע paſſah, nō remittebātur per ſacrificiū legale:Ideo clemētiſſimus Pater hæc omnia poſuit ſup humeros Filii ſui, qui ſeſe offerēs in ſacrificiū omnia tolleret.Et quia non omnes huius expiationis beneficiū cōſequi uolūt, ideo ſequit:Et ipſe peccata multoꝝ tulit, illoꝝ vȝ, q ſaluari uolūt:Et pro trāſgreſſoribus orauit, faciēs, quod in ſe eſt pro oibus: Qui ſi nō cōſequūtur ſalutē, ipſis imputet:quia nolūt eā ſibi acqſitā cōplecti.

Christus fuit uera hoſtia, & oigenū ſacrificiū, & oblatio. Cap. XII.

OBlatus itaq; pro nobis effectus eſt uera hoſtia, holocauſtū, ſacrificium, peccatariū, culpatariū, pacificoꝝ cherbona.i.oblatio, munus/& qcquid in lege offerebat. Hoſtia.n. & uictima eſt illa, quæ offertur (ut docēt authores noſtrę linguę) quādo quis aggreditur hoſtes aut de eis uictoriā/uel triumphū reportat:ut Poeta in huiuſmodi peritiſſimus decātat: Victima, quæ dextra cecidit uictrice uocatur: Hoſtibus a domitis hoſtia nomē habet. Chriſtus itaq; aggreſſus hoſtem humani generis ſeipſum obtulit Patri hoſtiā uiuā, & eum deiiciens, & debellās ſe in uictimā mactauit, ut ſimul uictoriā reportaret, & ſe in hoſtiam de hoſtibus debellatis offerret: Ideo inquit Paulus cum Epheſiis: Chriſtus dilexit nos. & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationē, & hoſtiam Deo in odorē ſuauitatis, ut nos, debellatis hoſtibus, eriperet ex eoꝝ manibus:Et iteꝝ cū Hebreis ait: Nūc autē ſemel in cōſūmationē ſęculoꝝ, ad deſtructionē peccati per hoſtiā ſuā apparuit.De qua hoſtia Origenes multa diſſerit in epiſtolā ad Romanos.Fuit quoq; Chriſtus holocauſtū, quod apud latinos totum cōbuſtū ſignificat:Hebraice aūt dicitur הָעוֹלָה haholah, quod proprie interpretatū dicitur aſcendēs: Cōbuſtus enim fuit totus igne amoris, & conſumptus, & tranſmutatus in naturam ſpiritualē. Hinc demōſtrās qualis futurus erat, trāſfiguratus fuit ante eos, mutato corpore paſſibili, obſcuro, & graui in corpus agile, lucidū, & impaſſibile: Sed non ſtetit, quia non adhuc oblatus in holocauſtū erat uere cōbuſtus, & tranſmutatus: Poſt factū autē holocauſtū in cruce ſuſcitās ſe oſtendit (ut erat) penitus trāſmutatum, intrās clauſis ianuis, apparens quādo uolebat, & ſe occultans ad nutum: & tandē leuiſſimus effectus multis uidentibus aſcēdit glorioſus: Vnde accōmodate dictus eſt עוֹלָה holah, idest aſcēdens. Cōbuſtus igit, & uirtute diuini ignis in naturā ipſius ignis, & ſpiritus trāſ-

Ouidi.

Paulus

Idem Origē.

mutatus aſcendit ad Patrē, præſtita primo fide diſcipulis p quadraginta dies de ueritate ſuæ reſurrectiōis:Et aſcendēs in altū q̄plurimos cōſcēdere

Dauid uoluit ſecū, iuxta illud Prophetæ: Aſcendēs in altū captiuā duxit captiuitatē. Fuit quoq; ſacrificiū oblatū pro peccato, quod Hebrei חַטָּאת hatat

Paulus uocāt, & proprie interpretādo nihil accōmodatius dicere poſſumus, q̄ peccatariū ab חָטָא hata, qđ eſt peccatū:De quo ſacrificio inqt Paulus cū Corinthiis:Qui non nouit peccatum, pro nobis peccatarium ſe fecit: pro quo mēdoſi codices habēt, pro nobis peccatū fecit:Quō.n.q nō nouit peccatū, potuit facere peccatū? Et quē fructū nobis attuliſſet faciēs peccatū? Nec placet illa expoſitio a nōnullis data:fecit peccatū.i.ſe obtulit pro peccato: quia & ſi cōueniūt in ſententia, nō tamē illa interpretatio cōuenire poteſt. Fuit igit peccatariū.i.pro omniū peccatis oblatū. Fuit etiā culpatariū, ſacrificium uidelicet oblatū pro culpa, aut pro errore, ut proprie loquamur: Quod ſacrificiū in lege אָשָׁם aſſam dicit: qđ nos traductū habemus, pro delicto:In quo a ſacerdote, uel uncto peccāte/& a turba offerebat uitulus, a principe uero hircus:Sed uulgaris anima caprā offerebat, uel ouē, ut in

Leuiti. Leuitico legimus: Et ſanguine partim intincto digito ſacerdotis aſpergebatur cornu altaris, partim ad ipſius baſim fundebat: Quæ omnia plena ſunt ſacramētis:Vitulo.n.hirco, & capra placabat tribunal diuinæ iuſtitiæ, cui omnia illa correſpōdent:quę etiā ſignificāt in homine partē illam, in qua eſt fomes peccati, ut nō ſine cauſa ſuſcepturi ſententiā, & Dei iuſtitiam punitiuā a Saluatore cōparent hędis, q̄ ſunt caprini, & hircini generis:Per quę aialia cæſa, & ſacrificata facile placabat Deus, errore in parte excuſante:Et aſpgebat cornu altaris erecti ante ipſum tribunal ſanguine ipſius animalis oblati ad placādas cœleſtes uirtutes, quæ ſanguinē exquirunt ab his, q̄ peccāt ſecundū carnem, & ſanguinē, ut ſecundū rectitudinē iuſtitiæ quiſq; puniret per ea, p quę & peccauit. Et hoc fiebat digito ſacerdotis, qui tanq̄ mediator interuenit ad placandū Deū cū homine peccāte. Chriſtus autē non ſolū Sacerdos, & Pōtifex, ſed etiā hircus, uitulus, ouis, agnus, & omnimodū ſacrificiū effectus, ut ſtatim declarabimus, ipſemet fundēs ſanguinē propriū in quolibet cornu altaris crucis p amplius, & perfectius placauit Patrē æternum, & tribunal iuſtitiæ ſuæ, q̄ fiebat ſanguine animaliū. Nec uacat a myſterio ſanguis, qui fundebat ad baſim altaris, in multo maiori quātitate, q̄ is/quo aſpergebat cornu altaris, quia multo plus eſt ſanguis, & meritū per effuſum ſanguinē acquiſitū, quod ſupabūdat, & reſeruat, q̄ ille ſanguis, uel meritū expoſitū ad cornu altaris digito ueri ſacerdotis in purificationē peccātis:Sanguis.n.Chriſti, & meritū eius ſuffeciſſet, & ſufficit pro millibus & millenis millibus mundis, ut dicunt noſtri Theologi. Maior eſt igitur pars, quæ ſupabūdās reſeruat, q̄ illa, quę in noſtrā actualē expurgationē exponitur. Sed hoc quoq; aduertendū eſt,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ꝙ hęc pars/qua emundamur, digito ſacerdotis aſpergit̃: quia merita Chriſti diſpenſantur nobis p manus ſacerdotis, ut in Actibus Apoſtolicis legimus: Per manus autē Apoſtolorꝫ fiebāt ſigna, & prodigia multa, data uidelicet ipſis poteſtate p ſanguinē, & meritū Chriſti. Hinc Paulus ad Timotheum: Admoneo te, ut reſuſcites gratiā Dei, quę eſt in te p impoſitionem manuū meaꝫ: Et in priori Epiſtola ad eundē: Noli negligere gratiā, quę data eſt tibi p impoſitionē manuū preſbyterii. Et itez in actibus Apoſtolicis dicit̃: Tunc imponebāt manus ſup illos, & accipiebāt Spiritū ſanctum: Quę omnia dicta ſint ad denotandū, ꝙ merita, & dona Chriſti diſpenſantur p manus ſacerdotū, & miniſtrorꝫ ſuorꝫ, large & aperte, ſicut ſanguis figuratiuus parce aſpgebat̃ ſolo digito ſacerdotis legalis. Quod autē uitulus, hircus, capra, uel ouis oblata pro peccato Chriſtū figurarēt, habemus ab Iſaia dicēte: Omnes nos ſicut oues errauimus, unuſqſq; in uiā ſuā declinauit: & poſuit Dominus in eo iniqtates omniū noſtrum: Oblatus eſt quia ipſe uoluit: Tanq̃ ouis ad occiſionē ductus eſt, & ſicut agnus coram tondēte ipſum, nō aperit os ſuum. Ecce quomodo nunc ouis, nunc agnus dicit̃ oblatus, pro expurgādis peccatis. Fuit etiā hoſtia pacificorꝫ, quæ in lege dicit̃ זֶבַח שְׁלָמִים zebah aſelamin: Quod clariſſime reſeratur a Paulo ſcribēte ad Coloſſenſes: Pacificās p ſanguinē crucis eius, ſiue quę in cœlis/ſiue quę in terris ſunt. Et uos cum eſſetis aliquādo alienati & inimici ſenſu in opibus malis, nunc recōciliauit in corpore carnis huius p mortē exhibere uos ſanctos/& immaculatos, & irreprehēſibiles corā ipſo, ſi tamē p/manetis in fide fundati, & ſtabiles, & immobiles a ſpe euāgelii, quod auditis, & quod prædicatū eſt in uniuerſa creatura, quæ ſub cœlo eſt. Quæ uerba Apoſtoli ponderāda ſunt, & attendēda q̃clare excludāt a benefico effectu ppetrato a noſtro Pontifice maxio Chriſto in cruce pro nobis eos, qui nolūt ipſius coopatores eſſe, cōſentiētes & firmiter cuſtodiētes ea, quę ipſe donauit: quia (ut ſæpius diximus) uult, ut ſimus cooperatores eius: ut pretioſius ſit nobis pręmiū, & illi iuſtius, quod dat noſtris interueniētibus opibus. Fuit etiā munus quod קָרְבָּנָה cherbonah, & apud nos oblationē ſonat: in quo q̃optime denotatur Chriſtus, q ſpōte ſua oblatus eſt, ut inqt Iſaias: Et Paulus de eo cum Epheſiis dicit: Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationē: & hoſtiā Deo in odorē ſuauitatis: Et iterum cū Hebreis: Sanctificati ſumus p oblationē corporis Ieſu Chriſti ſemel. Fuit etiam munus, quod מִנְחָה minha dicūt Hebrei, & aliud genus doni, & ipſum ſpōte oblatū ſignificat, quaſi in ſignum amoris ſine aliqua obligatione: Et differt a cherbonah, quod dabatur quodāmodo in ſignum feudi, & ſubiectionis. Hoc igitur donū in ſignum amoris datum q̃optime Chriſtū ſignificet, explicat Paulus cū Romanis dicēs: Deus proprio filio non pepcit, ſed pro omnibus nobis tradidit illum: Et cum ipſo, qui cōtinet

Act. Ap.
Paulus
Idem
Act. Ap.
Idem
Paulus
Idem

omnia, omnia donauit, ut ſubinfert Apoſtolus inquiēs: Quomodo nō etiā cum illo omnia nobis donauit? Et cum nihil habeamus, quod nō accepe/rimus, q̃uū eſt, ut & apophoreta reddamus diſtribuētes hæc pauluſcula, & uilia bona terreſtria ſuis patientibus membris, & egentibus: cor autem, & animum, atqꝫ amorem demus illi, qui omnia nobis dedit, id maxime ipſo acclamante: Date, & dabitur uobis: Date de terrenis unum, & dabo de cœleſtibus centum: Date uos mihi uiles, & ſeruos: & dabo uobis meipſum Dominum.

CHRISTVS.

Quō Chriſtus fuerit uerus agnus. Cap. XIII.

PRimum ſacrificiorꝫ/quod mactauerūt filii Iſrael, fuit agnus, quem iuſſu Dei præparauerūt pro paſcate, ideſt pro tranſitu de Aegypto celebrando: Cuius præparatio hæc fuit, ſicut in Exodo legimus. Mēſis iſte Martii/quē Hebrei נִיסָן nizan uocant, erit uobis primus in mēſibus anni. Bene q̃ppe primus cū in ipſo datum fuerit principiū nouæ uitę, nō primus, eo ꝙ in ipſo fuerit mundus fabricatus, quia ex lege, & clarius a ſapiētibus Hebreis habetur, ꝙ mūdi fabrica facta fuit in mēſe Septēbris, eo v3 tempore, quo fata matureſcūt, & arbores ſuos fructus reddūt, ut ſicut homo introductus fuit in domū iam pleno ædificio cōſtructā, ita adinueniret matura, & pręparata ea, quæ ad uictū humanū pertinēt: Quod tempus celebertimū habēt Hebrei, & dies remiſſionis uenerātur: Quibus ſicut Deus munificus fuit in fabricādo, ita eſſet in remittendo. Hinc cōuenienter denominat̃ hic menſis Septēbris a numero ſeptenario remiſſiuo: Sed ab Hebreis תִּשְׁרִי tiſri quaſi dirigens, & æquilibrās omnia. Celebrāt quoqꝫ eodē menſe feſtū tabernaculorꝫ, ſed de his alias. Dictus ergo fuit ille menſis primus, nō reſpectu creationis, ſed renouationis ipſius mūdi. Segtur edictū Dei: In decima die menſis tollat unuſqſq; Agnū p familias, & domos ſuas: Qui denarius numerus quidē cōpletus denotat plenum curriculū uitæ, & conſummatū opus, quod tunc expleuit author uitæ: in cuius typū agnus legalis immolari, & comedi iubebat̃. Nec attēdit̃ hic numerus materialis, ſed ratio formalis cōpleméti, quæ eſt in denario: ad quod potiſſime ſpectāt, q philoſophātur, & theologizantur per numeros. Iuſſus itaqꝫ fuit tolli agnus per familias, & domos eo numero, & diſtributione, quæ ſufficeret ueſcētibus: & ipſi totum ueſci poſſent, ut nihil remaneret abiiciendū, nec deficeret comedere uolentibus. Iam incipiūt ſacramēta rerū ſpiritualiū, quę omnibus accipiētibus, quotquot ſint, ſufficiunt: nec aliquid proiiciendū reſtat: in quoꝫ figura illud de agno typico datum erat præceptū. Sitqꝫ agnus anniculus, qui menſiū, & totā reuolutionē cœli ſuſceperit, ut plenus ſine macula, & perfectus cum merito figuraret, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus, aut error uel defectus in ore, uel operibus eius. Iuxta quē ritum tolleris & hædum,

Exodus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

qui ad sinistrã dicit collocandus, sicut agnus ad dexterã: unde innuitur, q̃ Christus per illa duo animalia figuratus mediũ tenet de utroq; latere participãs, regnãs in domo Iahacob media inter Abraham & Isahac: In quo completũ est illud Dauitici oraculi: Misericordia & ueritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatę sunt: Iustitia. n. & ueritas cũ hędo i latere sinistro Archetypi collocãt: misericordia aũt & pax cũ agno i dextera: mediũ uero locũ tenet mediator Christus Iesus. Seruari quoq; iubet agnus usq; ad uesperã quartidecimi diei/quo imolaretur aduenięte quintodecimo die & plenilunio: a nouilunio enim incipiebat mẽsis. Sed quid expectabatur luna in iis quæ significabãt Christũ, & Dominũ, qui nec Lunæ nec Soli, nec stellis subiicitur, sed omniũ fabricator omnibus impat? Dicimus q̃ nõ expectabat plenilunio huius septimi erratici sideris/sed supioris: cuius hoc simulachtũ gerit. Luna quoq; domum figuratiuam significat, quę habuit suam plenitudinem in Dauid, qui fuit quartusdecimus ab Abrahã, a quo cœpit illa domus, & in Salamone, qui fuit quintusdecimus, in quo perfectum fuit plenilunium, & fœlicitas familię illius: A Roboam autem Salomonis filio deficere cœpit usq; ad omnimodã occultationẽ, quæ facta fuit tempore Ieconię per captiuitatem Babylonicam. Duo itaq; duces figurarunt istud pleniluniũ, Dauid. s. & Salamon: sub quibus regnantibus habitus est cultus plenissimus Mosaicę & figuratiuę legis, qui & ambo figurauerunt Christum sed diuersimode: Dauid. n. multa perpessus imago fuit Christi patientis in carne: Salomõ autẽ fœlicissime regnãs typus fuit Christi resurgentis, & fœlicissime post resurrectionem regnãtis. Hinc ambo de ipso Christo prophetantes loquebantur sub persona propria, tanquam gerẽtes Christi imaginẽ, sed ille patiẽtis, hic aũt triũphãtis. Pleriq; sacrę scripturæ loci hoc cõprobãt, ueȝ duo trĩmõ exẽpli gratia subiiciamus: Ait. n. Dauid: Foderũt manus meas & pedes meos: & alia quę ibidẽ, & alibi pse quitur: quibus expressissime pingit Christũ patiẽtẽ. Salamõ aũt ait: Venite & uidete Regem Salomonẽ diademate coronatũ: & multa quę in canticis de Christo triumphante canit sub uariis ęnigmatibus/& hoc sub propria pson̄a, quę suo loco relinquimus declarãda. Pleniluniũ itaq;, & cõsummatũ opus legis expectauit figuratũ p pleniluniũ, quod fuit sub illis duobus regibus: Altius autem cõscẽdendo (ut theologiã Hebreoȝ prosequamur, qui diligentius de hoc pertractãt) Luna est mensura infima Archetypi nobis domestica: quæ nunc uacua, nunc semiplena, nunc plenissima dicit, put charismata suscipit a supioribus nobis cõmunicãda. Hoc itaq; pleniluniũ plenissimã illam innuit mẽsurã gratiaȝ, & omniũ bonoȝ, quæ ab ea in se suscipiẽs Christus nobis p passionẽ cõmunicaret, iuxta illud Iohãnis: De plenitudine eius oẽs accepimus. Tũc igit sumi pręcipit de sanguine ipsius Agni, & liniri uterq; postis, & supliminaria domoȝ, in qbus

Dauid

Idem Salomõ

Iohan.

comedebãt Agnũ. Domus autem in qua comedimus, ecclesia Christi est:

CHRISTVS. ostium ipse Christus, qui ait: Ego sum ostiũ. In quod nõ dat introitus nisi linitis postibus, & supliminari sanguine ipsius Christi ueri agni: quia per

Paulus sanguinẽ eius datur introitus (inqt Paulus) ad siõ, & ad sanctã ciuitatẽ, & ad omnẽ salutẽ. Et tunc edẽt carnes nocte illa assas igni. Nobis quoq; iussum fuit sub interminatiõe uitę æternę denegãdę, ut comederemus carnes

CHRISTVS. huius agni, qui tulit peccata mundi: Nisi (inqt) mãducaueritis carnẽ filii hominis, nõ habebitis uitã in uobis. Comedimus autẽ assas igni, illo utiq; igni, de quo dicit: Ignẽ ueni mittere in terrã. Et azimos panes cũ lactucis agrestibus: Neq; Deus adeo põderat fermentũ, ut iubeat exterminari animam de populo, quæ azimũ nõ comedit, & habeat uel modicũ fermentũ in domo, sed pp ea, quæ fermentũ significat, sub tanta cõminatiõe prohibuit: Fermentũ. n. malitiã significat, quæ uel minima nõ admittit in his, q̃

Paulus trãsitum uerũ facturi sunt in Deũ: quia modicũ fermẽtum (inqt Apostolus) totã massam corrũpit, & coignatio uel modica prohibet accessum ad Deum. Vult igitur Deus in hac solẽnitate trãsitus ad nouã uitã spiritualẽ significati p trãsitum illũ de Aegypto, ut comedãtur azimi sinceritatis, & ueritatis, & מרור merur. i. amaritudines/pro quo nostra traductio habet lactucas agrestes: Amaritudines. n. comedẽdæ sunt: quia nõ potest fieri trãsitus ad meliorẽ uitã, nisi moriatur homo uita hac animali: Sed cum hoc fieri nequeat absq; uiolẽtia, inde sequtur dolor, & amaritudo. Et hoc est, qđ

CHRISTVS. dixit uerus Dux huius trãsitus: Regnũ cœloȝ uim patit, & uiolẽti rapiũt illud. Violẽti vȝ deprædatores/ & oppressores/ atq; homicidæ aĩalis hominis cõprimẽdi, nullo respectu habito ad dolorẽ inde sequentẽ. Caput cum pedibus & intestinis uorabitis, & nõ remanebit ex eo qcq̃ usq; mane. Totũ igit comedere debemus, sicuti manet totus sub utraq; specie, ut oĩbus partibus assumptis, scđm quoq; oẽs partes, ipso fauẽte, in eundẽ trãsformari ualeamus, & caput ratiõis, & pedes affectuũ, atq; oĩa interiora cordis migrent in ipsum Christũ, quẽ sumimus. Nec põt qs esse spũalis, & diuinus,

Iacobus nisi scđm totũ: quia q deficit, aut offendit in uno (inqt Iacobus) factus est omniũ reus. Hoc autẽ diuinũ & factũ cõuiuiũ oportet, q̃ fiat in uespe ipsa trãsitus, ut corroborati ualeamus trãsitum pfectũ facere. Quod autẽ dicitur, ut nihil relinquat in mãe, significat, quod de sacramẽto figurato nihil relinq debet nõ assumptũ, sed totum assumi: ut pfecte, & scđm oẽs partes (ut diximus) trãsformemur in ipsum. Si qđ tamẽ remanebit, qđ assũmens nõ adhuc bene corroboratus comedere neq̃at, cõburat igne amoris, fidei, & bonę uolũtatis: quę pro facto sufficit, quãdo qs nõ põt pficere, qđ desiderat. Alienigena autẽ, a fide vȝ, & pegrinus nõ existẽs de ecclesia non comedat, sed tantũmodo illi, qui cõtinent in domo ecclesiæ: Vnde sequit: In una domo. i. in una ecclesia, & i una fide comedet: Nõ. n. pferẽdæ sunt

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

carnes,passimq; infidelibus exponẽdę.Nec os illius cõfringetis:Quod Iohãnes de ipso uero Agno crucifixo ad litterã interpretat dicẽs:Ad Iesum autẽ cum uenissent,ut uiderũt eum mortuũ,nõfregerũt eius crura,ut scriptura impleretur:quæ dicit:Os non cõminuetis ex eo. Si uero ad corpus mysticũ referre uoluerimus,id quidẽ significat, q; de mẽbris illis electis posita denotatis nullũ debebat cõminui,iuxta illud/quod dixit uerus agnus: Omnes quos dedisti mihi/nõ pdidi ex eis quẽq;. Si qui aũt cõfracti sunt, ut filius pditionis,illi non erãt de ossibus suis,nec de ouibus suis: Nã ossa eius integra mãserũt:& de ouibus inquit:Oues meæ uocẽ meã audiũt,& ego cognosco eas:& sequũtur me,& uitã æternã do eis: & non peribũt in æternũ,& non rapiet quisq; de manu mea.Postea tradẽs modũ comedẽdi ait:Sic aũt comedetis illum.Rhenes uestros accingetis tenẽtes baculos in manibus,& comedetis festinãter:est.n.Phasce.i.trãsitus Domini. Quibus uerbis docemur/q; primo debemus totã carnis uoluptatẽ cõprimere, quæ potissime in lũbis uiget,si apte uolumus comedere cibũ,quo trãsmutemur in naturã spiritualẽ.Postea q; habeamus calciatos pedes affectuum/ quos Christus uoluit etiã esse lotos,anteq; comederet agnus ille. Tenere insuper debemus in manibus.i.in operationibus baculũ crucis,ut merito in ea faCHRI/STVS. cientes opera nostra sint Deo grata:Comedereq; debemus festinãter: quia maledictus homo/qui facit opus Dei negligẽter,inquit Ieremias.Sed potissime excussi debemus esse a negligẽtia in hoc opere/in quo tota summa negotii nostri cõcluditur, ut.s.trãsformati in meliorẽ sortẽ Deo uiuamus, unde sequit:Est.n.phasce.i.transitus Domini/ de seruitute Aegyptiaca ad regnũ:de tenebris ad uisionẽ pacis:de angustia ad regiones lætas, de palea/luto/& latere/ ad mana/legẽ/& sapientiã rerũ diuinarũ:de uita bestiail ad diuinã.Hinc sequit:Et trãsibo per ægyptũ nocta illa:pcutiãq; omne primogenitũ in terra Aegypti ab homine usq; ad pecus:& in cunctis diis Aegypti faciã iudicia:Ego Dñs.Primogenitus occidẽdus in hoc trãsitu est ille,de quo Paulus:Prius quod animale,deinde quod spũale:Prior.n.natus est Esau,quẽ odit,postea Iahacob/quẽ diligit.Occidẽdus est ergo animalis homo,&Aegyptiacus,q; spiritualẽ opprimit,si uolumus facere uerũ trãsitũ,& uiuere meliori uita:iuxta illud Apostoli ad Colossenses: Mortificate mẽbra uestra:quia cũ mortui fueritis,uita uestra erit cum Christo.Et clarius cũ Romanis hoc(inquit)sciẽtes, quia uetus homo noster simul crucifixus est,ut destruatur corpus peccati, & ultra non seruiamus peccato: Qui.n.mortuus est,iustificatus est a peccato: Si autẽ mortui sumus cum Christo, credimus,q; simul etiã uiuemus cũ illo.Quo aiali nostro mortuo fit iudiciũ in cunctis diis Aegypti.i.in his,quæ adorabat animalis homo, ut sequitur Paulus dicẽs: Non ergo regnet peccatũ in uestro mortali corpore,ut obediatis concupiscentiis eius: Sed neq; exhibeatis mẽbra uestra

Iohan.

Ieremi.

Paulus

Idem

arma iniquitatis peccato:Peccatũ.n.uobis non dominabitur: An nescitis, quoniã cui exhibetis uos seruos ad obediendũ/serui estis eius cui obeditis: Paulus Dii igitur seruiẽtiũ peccato sunt,aut uẽter,iuxta illud Pauli: Quor Deus uenter est:Aut auaritia,quę est idolor seruitus:Aut diabolus,cui obediũt seruiẽtes peccato:Quę omnia iudicabit Deus,dicẽte Apostolo:Esca uẽtri, & uẽter escis,& Deus destruet hãc,& illũ simul cũ suggestore eor.Et talis est differẽtia inter seruiẽtes Deo,& inter seruiẽtes peccato, qualis erat inter filios Israel,& inter Aegyptios:quia yз illor ædes erant linitę sanguine agni:Nã serui immo amici Dei,& hi q iustificãt a peccato, habere debẽt supliminaria linita sanguine agni,q; tollit peccata mũdi:quo mereant tutelã ab Angelo pcutiẽte,gratiã bene opandi,& introitũ ad cœleste regnũ: Seruiẽtes autẽ peccato priuati illo sanguine uera omniũ tutela occidũtur ab Angelo pcutiẽte,cum nõ uideat in eis pignus recõciliationis: ideo sentiunt & primogenita,& omnẽ uirtutẽ eorum collisam,& tandẽ se in mari suffocatos,& penitus destructos.

De uirga Mosi,& cruce Cap. XIIII.

VLtra agnũ typicum affuit in illo trãsitu Israelitici populi sacramẽtalis uirga,primo in cõspectu Pharaonis admodũ prodigiosa,postea in omnibus miraculis ppetratis in mari,deserto,& locis oibus,quouscq; intraret populus in terrã promissionis insignis ualde: Quæ uirga,quãuis Mosi diceret,uirtus tamẽ Dei citra omne dubiũ fuit: super quã sustẽtabatur Moses nulla propria uirtute cõfisus.Et iter alia,ipsius uirgę auspicio ppetrata hoc insigne prodigiũ fuit, q; in terram proiecta in colubrũ se erexit: Cuius cauda cum a proiiciente foret apprehẽsa,iteր uirga apparuit:Vnde docemur, q; proiecta Dei uirtute,non opatur quis,nisi fauore colubri,qui præstigiorր author facillime pro uirga subintrat fauẽs ad præstigia, cum ad uera miracula conuenire nequeat.Ad quorր præstigiorր exitum,qui semp malus est, aspicere debet sapiens,ut illa,& eorր authorẽ contẽnẽs Deo uero opatori adhæreat:Ideo iussum fuit Mosi,ut apprehẽderet per caudã.i.ad finẽ attenderet,& exitũ uenenatorր,& letaliũ prestigiorր,& ipsa fugans soli Deo inniteretur:Quod etiam indicant discalciamẽta pedum,& pastura gregũ post desertũ: Iusserat enim Deus,ut pedes affectuũ, quos calciatos habebat Aegyptiorũ doctrinis discalciaret: quia locus,& terra, aut status, ad quem deuenerat, sanctus erat: Non enim amplius in deserto loco uacuo diuinorր influxuũ morabatur,sed post desertũ magicæ,& ægyptiacę artis:Pro quo nos male habemus,ad antetiora deserti: Non enim tunc in deserti penetralibus, sed post ipsum desertum morabatur, in Arabia uidelicet fœlice in monte Sina multo influxu diuino irrigato: In cacumine enim illius montis,qui Oreb nuncupatur,cum Elia domestice locutus est Deus:Et in alio uertice

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ciusdem montis denominato Sina Mosi legem dedit multa cum eo familiarissime agens, multaq; ostendēs prodigia, ut nō desertū, sed locus inrigatissimus esset. Quæ etiā uirga diuinę uirtutis proiecta corā Pharaōe serpēs uisa fuit, maxime ipsi/ & suis sapiētibus assuetis magicis artibus: q omnia sua prestigia uirtute antiq serpētis ppetrabāt. Hic opinātes uirtutem Mosi præstitā ab ipso antiquo serpēte processisse, opposuerūt ex aduerso uires, quas uere a serpēte malo acceperāt, & uersæ sunt in serpentes: Sed uirga Mosi, ideſt uera diuina uirtus, quāuis serpens uideretur, uirgas illas, & uirtutes necromāticas deuorauit: ut indicaretur ꝙ uirga, ideſt uirtute diuina, quæ omnem uim dæmoniacā superat, miracula in Aegypto, mari rubro, & deserto perfecerit. Fœlicius autem uerus, & uniuersalis rēdēptor Christus uirga crucis sublimiora, & excellētiora prodigia peregit, q̄ legislator Moses: cum ista uirtus Christi non solū uirga fuerit unica extensione contenta, sed & per transuersum transiens, quasi texturam quandam fortē & amplā ex stamine & subtegmine confecerit. Virga.n.Iahacob & Mosi erecta erat tantūmodo in altū, sed hęc Christi ad omnē partem extensa fuit, in longū, latū, sublime, atq; profundū: Ideo non tantū ad liberādū unicū populum Israeliticū pręualuit, sed in totum humanū genus, & aereas potestates, has debellans, & illos sustentās, ut nihil remāserit, in quod non prævaluerit eius uirtus. Et de hac loquitur Apostolus di- Paulus
cens: Vt possitis cōprehēdere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, lōgitudo, sublimitas, atq; profundū, sciētiæ uidelicet supeminentis charitatis, & uirtutis Christi in cruce affixi: Cuius extēsio, & intēsio indicat ꝑ ramos & ipsoꝝ angulos: Rami.n.in altū, & profundū, & ꝑ trāsuersum extēdūtur, ut in diuersas, & oēs mūdi partes protēsi innuāt uirtutē illā ubiq; diffusam. Sed sexdecim anguli, quatuor.s.in quolibet stipitis capite, innuūt quantū sit eius uirtus intensa: Nam sexdenarius est primus numerus auctus ex duodenario primo crescēte, & quo (ut supra diximus) crescentia omnia distributa sunt. Sed & hoc obseruandū est, ꝙ unus quaternarius in terra occultat, fixo stipite in ipsa terra, uel lapide: & apparēt patētes duodecim anguli in tribus patulis ramis: Qui duodenarius numerus insurgēs ꝑ ternariū cōductū a q̄ternario, uel ꝑ quaternariū multiplicatū ex ternario, quorum hic diuinus, & ille elementaris, expresse indicat diuina, & terrena omnia in ipsa cruce conciliata esse, cum in duodenario alter per alterum cōducatur, & uterq; in ipso cōnexus sit. Et hoc est, quod inquit Apo- Idem
stolus: Cōplacuit.s.Patri omnem plenitudinē in ipso habitare, & per eum reconciliari omnia pacificās per sanguinem crucis eius/ siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt. Sic & in cœlo partito hoc duodenario concilian/ tur spiritualia, & corporalia, assistentibus illic intelligentiis influentibus per illa duodenaria signa corporea. Quaternarius autem augmenti

occultatus fructum ipsius crucis significat occultum nostris sensibus, & iudiciis, sed eum tamen, qui sit radix, & fundamentum omnium fructuū, & meritorū, sicuti quaternarius est radix omniū numeroꝝ. Duodenarius quoq; ille, alio non mediocri mysterio cōducitur, ex quatuor uidelicet capitibus ipsius crucis, tribus clauis, & qnq; plagis in ea patientis: Vbi duodenarius ipse resultat ex quaternario materiali, ternario diuino, & quinario cōglutinatiuo: Nam hic denotatur apud Hebreos per litterā ה in qua dicunt mundū fabricatum, & conglutinatū, & quæ est sigillum illius opificis spiritus, qui nexus dicitur. Et hæc crux uisa fuit aliquando serpēs, nō
CHRI/ quidem præstigiosus & letalis, sed salutaris: de quo dicitur: Sicut Moses
STVS. exaltauit serpentē in eremo, sic oportet exaltari Filiū hominis, in cruce uidelicet, & in modū crucis extensum, ut ipse quoq; fuerit crucifixus, crux/ & serpēs, non in pernitiē, sed in salutem expositus, unde sequitur: Vt omnis qui credit in illum nō pereat, sed habeat uitā æternā. Sicut.n.caro ser/
pentis medelam affert uulneri uenenoso, unde fit tyriaca, quæ est antido/
IDEM tum ueneni, ex carne tyri, sic caro Christi sanitatem & uitam præstat omnibus, quos momordit non ipse Christus, sed malus serpens: Ideo contra huius uenena ipsa caro nobis comedēda est. Et quia ipse sibi uisus fuit uulneratus/ leprosus/ & maculosus serpens, ideo cœpit pauere/ tędere/ & mæstus esse/ & tandē dicere: Pater si possibile est, transeat a me calix iste. Erat quippe, & cognoscebat possibile, unde illud si pro quia (ut aiunt) accipi potest: Alium enim ordinē succurrendi nobis peroptabat (ni fallor) utiliorem: Neq; a charitate summa deficiens sensitiuæ parti condescendebat, ut opinantur nōnulli, cum semper corpus & animā pro ouibus suis exponere paratus fuerit: Sed longiorem morā contentus erat nobiscū trahere, ut opus excellentius perficeret. Hinc non dixit/ ut ammoueretur calix, sed
ut transiret, & differretur usq; ad illud tempus, quo compleret illud, quod
Paulus inquit Apostolus horum sacramentoꝝ cōscius: Nouissime autem inimica
destruetur mors, ideſt Angelus mortis, sicuti alibi clarius explicat dicens:
Vt per mortem destrueret eum, qui habebat imperium mortis, ideſt diabolum: & liberaret eos, qui timore mortis per totam uitam erant obnoxii
seruituti. Noluit tamen acquiescere Pater, non quidem spernēs orationem
supplicantis, quem semper audiebat, sed ut omnia librarentur suis ponderibus, & distribuerentur suis temporibus, & momentis, quæ ipse Pater
habet in sua potestate cum magno sacramento, ut nec nostrum nec Apostolorum istæc nosse sit: Sed quod in primo aduentu non perfecit, in secundo citra omne dubium perficiet. Verum ut, unde digressi sumus, reuertamur, quamuis horrorem senserit ex terrifica passione, & morte
oblata, nihilominus apprehendens per caudam, ideſt ad finem gloriosum aspiciens, iterum uirga insignis & celeberrima apparuit: Quæ iterum

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

coluber uisa fuit phariseis,& maliuolis qui dicebāt:In Belzebuh principe dęmoniorum eiicit dæmonia. Verum ostendit uirtutem illam diuinā, quæ deuoraret omnem uim diabolicā,probans ꝙ dæmon non a dæmone, sed a digito & uirtute Dei eiicitur. Qua uirtute multis miraculis in ægypto huius mundi perpetratis,in donatis sanitatibus, suscitatis mortuis pane multiplicato, aqua in uinum transmutata, & huiusmodi innumeris non in ægyptiorū pernitiem,sed semper in beneficium & emolumētū: Tandē mare,aquā uidelicet baptismi sanctificauit,per quem transitus datur nobis ad diuinum consortiū in Sina, ubi legem audimus, & Deū sentimus familiariter agentem,& meliori q̄ roratico illo pascimur pane,qui uidelicet uiuus de cœlo descendit, oblatus & coctus in clibano crucis: Qua denicꝙ doctor noster Christus nos introduxit in uerā promissā terrā, uero lacte & melle manātē: Quod facere nequiuit Moses, non.n.potuit introducere populum ad figuratiuā terram uirga illa, qua abusus erat percutiens ubi, & quando non debebat.Fœlicius igitur uirgæ crucis & Christi, q̄ Mosi & Iahacob nobis innitēdum est,quia illis innixi, aut deficiemus in uia,aut ad umbraticā terram tantūmodo deueniemus, sed hac suffulti ad terram,& ueras māsiones uiuentiū applicabimus ducem sequētes,qui errare non potest.Hinc Iahacob dum nouissima uerba proponeret, quibus pene omnia negotia tam figuratiuæ, q̄ ueræ familię summatim prædixit,non iam baculo suo/ quo trāsiuit iordanē,sed huic meliori uirgæ innitebatur,in cuius uirtute illa omnia efficienda prospiciebat:Dicitur.n.in textu: Et collegit pedes suos idest affectus אֶל הַמִטָּה El hamitah: Quod quāuis bene traductū habeamus ad lectū, potest etiam intelligi ad uirgā: Nam מִטָּה uirgam & lectū mutatis pūctis significat. In sensu igitur litterali ad lectū, sed in sensu allegorico aptius tranffertur ad uirgam, quæ est crux,cuius uirtutē non minus præsentiebat,q̄ antiquorū nōnulli,qui ante Christū signum crucis uenerabātur: ut non modicę authoritatis uiri scribunt:Quod erat aut natura/aut spiritu dictāte,aut a sapientioribus intelligentiis edocētibus,quæ nouerāt quāta per crucē fieri debebāt.

Pharisei

Iahacob

Ad quid sacrificia,& cur hirci sorte delecti pro peccato offerri iussi sint. Cap. XV.

CVm ad sacrificia instituenda deueniret Deus, multa prȩcepit pro diuersis,uariisq̄ expiationibus offerri:Quod quidem prima fronte durum uidetur & extraneū, Deum uidelicet delectari sanguine animaliū fuso,carnibus assatis,aut combustis, & horum atq̄ aliarum rerum odoramētis, ut plerisq̄ in locis dicitur: Et odoratus est Dominus odorem suauitatis. Ideo hæc inter maxima habentur sacramenta:Pro cuius aliquali explicatione id pro constanti tenēdum est,ꝙ Deus summus nullis odoribus,nullis saporibus oblectatur,nec cibis pascitur

pascitur materialibus ex carnibus animaliū,aut panibus cōfectis/ & oleo linitis/aut adipe aliqua pfusis/q̄uis hæc oia fieri iuberentur in lege:Et hoc, aut in sacramentū eorum/quæ a Christo uere fieri debebāt,& eorum,quæ cōsequenter a nobis pagenda sunt,mortificando v3/iuxta apostolicū prȩceptum/membra nostra, & offerēdo in sacrificium acceptabile ea,quæ in nobis sunt,quoꝝ illa figuram gerebāt:Vel ut uirtutes illæ, quæ nos continue de criminibus a nobis perpetratis/& omnibus bonis omissis accusant, ad tribunal Dei placarentur peractis his/quæ figurabant ueram oblationem illā,per quam plena expiatio fieri debebat omnium peccatoꝝ:Aut ut accepta(quod asserūt doctores hebrei) portione,quæ ad eos spectat,& in qua pascuntur,& oblectant,quiescerent.Pascuntur enim uirtutes illæ his crassioribus cibis ex terrea materia confectis/sicuti a Deo serpenti antiquo

Paulus

Genesis

dictum est, ut in Genesi legimus: Terrā comedes omnibus diebus uitæ

Isaias

tuæ.Et per Isaiam etiā/quando dabitur perfecta requies electis,dicitur:Et serpenti:Puluis panis eius:Puluis aūt est animal nostrum, sicuti scriptum est:Formauit Deus hominē puluerem de terra,pro quo nos habemus, de limo terræ: Qui puluis est animal, non quidem in melius transmutatum, & surgēs spirituale,sed corruptioni derelictū/aut terra,& puluis, atq̄ fex dimissum in cibū serpentis,quia,ut inquit Apostolus:Et si omnes resurgemus/non omnes immutabimur,remanentibus v3 aliquibus in cibū serpentis: quos etiam in hac uita comedere studet:ut decantat Propheta: Catuli leonū rugientes,ut rapiant:& quærunt a Deo escā sibi. Catulos enim leonum omnes cōiter interpretantur aduersarios nostros, qui (ut Petrus inquit) circūeunt quærētes/quē deuorent. Et dicuntur quærere a Deo escā, quia nihil sibi possunt assumere,nisi quantū Deus permittit. Et huiusmodi dant̄,quæ in nobis animalia,& deturpata sunt,aut quia Deus permittit diabolo,ut tollat,quod diabolicum est,sicut de proditore dicitur: Vnus ex uobis diabolus est. Aut quia nos spōte relinquimus,& damus diabolo, quod suum est,ut reddamus Deo quod Dei est,iuxta edictū saluatoris dicentis: Reddite,quæ sunt Cæsaris Cæsari: & quæ sunt Dei Deo. Quæ aūt diaboli sint ex scriptura sacra luce clara docemur: Nā summus doctor uocat diabolū principem mundi huius: Quę aūt mundi sunt Iohānes breuiter ad tria reducit,ad concupiscentiam oculorum/& carnis,& superbiam uitæ. Sed hoc,tanq̄ spirituale quodā ad præsens dimisso,ueniamus ad alia duo,quæ sunt caro,& diuitiæ:a quibus uouent se abstinere,qui Deo penitus uacare prætendunt, aut ut ab ipsis exuantur,omni diligentia student. Primo a diuitiis,dicēte Christo:Nemo potest Deo seruire, & mamonæ: Et iteꝝ:Nisi quis renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Postea a carnis illecebris iuxta Apostolicum præceptum: Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cū uitiis,& concupiscentiis. Dum

Petrus

CHRISTVS.

Iohan.

CHRISTVS.

Paulus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr... Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Igitur distribuuntur diuitiæ,quæ mamonæ sunt,& crucifigitur,domatur & sacrificatur caro (quæ q̄tū ad pruritum, & repugnantem uim a nobis debellandam, Azazelis est,qui idem a sapientibus censetur cū mamona) ut reddatur Deo purificatū,quod ipsius est: Tūc(ni fallor) Christi monumentū seruatur,quo ait:Esto consentiens aduersario tuo cito/dum es cum eo in uia:ne forte tradat te iudici: Qui quidem consensus est in erogando, uel relinquendo,quod ad ipsius iurisditionē spectat, uel sacrificando animal nostrū,quod sedes potissima ipsius aduersarii est,ut ipso sanctificato, & mundato non reperiat ingressum in ipsum,facta satisfactione tribunali diuinæ iustitiæ,& sanctificato ipso animali,ut non amplius diaboli, sed Dei sit,relictoq; diabolo,q̄ pruritui,oblectamēto,uel corruptiōi erat obnoxiū,& a nobis penitus euulso. Quod magno mysterio in Leuitico prefiguratū legimus,ubi iussit Deus deligi duos hædos,& ut super eos iacta sorte, alter Deo sacrificaretur, alter uero dimitteretur in deserto Azazeli principi omnium desertoꝝ: Qui hædus,caper,uel hircus destinatus Azazeli dicitur emissarius in traductione nostra,nō quidem, quia tanq̄ equus detur ad grauidādas fœmellas/sed forsitan/q̄uis minus accōmodate/dicitur emissarius/quia emittebatur:Et hic caper/ anteq̄ mitteretur i eremum, statuebatur corā Domino uiuus/ut fusis primo precibus super eum / mitteretur in solitudinem ad accusatorem humani generis/ ut comprimeretur os ipsius accusantis. Et ut aliquid de incluso hic sacramēto aperiamus animal illud,quod mittebat, hebraico idiomate dicitur שָׂעִיר sahir/quod significat caprū/hædum,pilosum,diabolum,malam cogitationē,turpitudinem, malam mentē, turbinem:ut intelligamus, q̄ ad desertū,& diabolum destinatur,quod malum est,diabolicum,uersutum,turpe,pilosum,& hispidum. Hinc Iahacob lenis dilectus fuit a Domino,primogenita a fratre abstulit,benedictionem suscepit,dominiū in fratres cōparauit,semper & ubiq; diuino fauore suffultus:Esau autē pilosus , & hispidus electus est cum omnibus ducibus, & familia ab ipso egrediente ad montē Sehir,locum quidē denominatum in mysteriosa lingua eo uocabulo, quo nominatur omne illud,quod illuc destinat. Duo enim sunt in homine, alterum spirituale,& alterum animale: Et in animali iterum duo, alterum q̄ diabolo relinquitur,alterum quod transmutatur in melius,& spirituale,dicēte Paulo:Seminatur quod animale,& surgit,quod spirituale. Cuius rei simulachrum habemus in semine plantaꝝ/de quo aliquid mutatur in plantā uirescēs/ & fructum producens:aliquid uero corrumpitur breui in terram resoluendum: Quæ duo significātur per hos capros,quoꝝ alter Domino offertur,alter uero proiicit Principi corruptionis,& mortis: Vel sint ii duo hirci (ut sentit Origenes) duæ familiæ Dei,& diaboli:quaꝝ altera oblata Domino sacrificatur in hostiam immaculatam, uiuam,sanctam,

CHRISTVS.

Leuiti.

Paulus

Origen.

Deo placentē:altera uero dimittit diabolo,cui uixit:sicut de diuite,& Lazaro mēdico legimus/q̄ hūc Angeli deportauerūt coram Domino:& ille sepultus est in inferno denotato per eremum, quæ est locus desertus uirtutibus/desertus Deo/desertus iustitia,desertus Christo,desertus omni bono. Illud quoq; aduertendum est, q̄ aīalia,quæ hic/ & ubicūq; offeruntur in sacrificiis/non immūda sed mūda sunt:q̄uis alterum illoꝝ tanq̄ immundum proiici uideatur,ut intelligantur hęc eorum tenere figuram/qui non modo extra fidem sunt,sed qui oblati sūt Deo per baptismū: quoꝝ aliqui ipsi Deo reseruant,alii uero iteꝝ immundi effecti diabolo tradunt magis cruciandi:quoꝝ cuilibet dici potest dū Deo oblati sunt:Iam amplius noli peccare:ne deterius tibi aliquid cōtingat. Quādo igit iubetur dari hircus pro peccato/reddi præcipit scoria/fex/& quod suū est ipsi diabolo: ut q̄ Dei est,purū,& mūdū Deo reddi possit:Figuratiua enim,sicut & cæteræ, erat oblatio illa:Aut dicamus q̄ pro re capraria,quæ est in nobis male gubernata,& quæ pasci iubetur in Canticis/non ab re/iuxta tabernacula pastorum,dat caper,non quidē iustificans/quia(teste Paulo) nemo ex operibus legis iustificat,sed in expiationē quādam figuratiuam,ad obturandum os accusantis nos apud Deū,quousq; ueniret ille qui offerens ueram expiationem penitus accusatorē nostrum expelleret,ut in Apocalypsi inquit Iohānes:Nunc facta est salus,& uirtus,& regnū Dei nostri,& potestas Christi eius:quia proiectus est accusator fratrum nostroꝝ, qui accusabat illos ante conspectū Dei nostri die,ac nocte. Relinquenda igit sunt diabolo omnia,quæ cū ipso re,& nomine conueniunt, mala v3 cogitatio, turpitudo,quicquid pilosum, & hispidū in nobis est:quæ omnia sahir appellant,sicut & diabolus,& animal quod in huiusmodi expiationē offerri iussum est. Si aūt hæc uoluerimus (ut debemus) referre ad Christū/qui est omnium sacrificioꝝ armarium,nexus,uirtus,& ueritas, possumus quidem:In ipso enim erat diuinitas,quæ nec sacrificabat, nec sacrificabatur: Erat quoq;,humanitas ex duobus resultās/anima v3/& corpore,aut ex animali,& spirituali:Et hoꝝ utrunq; oblatū est pro peccato/ut dicitur de illis duobus capris:Anima nanq; Deo oblata est pro peccatis populi/iuxta illud Isaiæ:Si posuerit pro peccato animā suam. Posuit quidem/ut ipsemet testatur dicens:Ego animam meā pono pro ouibus meis. Oblatum quoq; corpus traditū est uolūtati,non dicam diaboli/ sed membroꝝ eius,dicente Luca:Iesum aūt tradidit uoluntati eorum, quantū v3 ad corpus crucifigendū. Et sicut is/qui portabat hircum in desertū,tradebatq; ipsum potestati deserti, rediens lauabat uestimenta sua,sic Pilatus illius aliquale simulachrū gerens,cum tradidisset Iesum potestati tenebrarū,lauit manus suas. Vel sit caper illud, quod crucifigendum,conterendū, & mortificandum tradidit ipsemet Iesus,ponens super illud, iubente Patre, iniquitates

Cantica

Paulus

Iohan.

Isaias

CHRISTVS.

Lucas

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

omnium nostrum, quas portaret in solitudinem, ut de figuratiuo hirco dicitur. Solitarius quippe erat ille Caluariæ locus, quo conductus est Iesus: quia ibi in patibulo pendens ille, q̃ pro omnibus suscipere solebat plenissima charismata nobis cõmunicanda, tũc adeo desertus fuit, ut clamaret ad Patrem, qui est omniũ cõfugium, & pro omnibus semper patentissimus fons: Vt quid dereliquisti me? Qua oblatione a Christo exhibita, & facta satisfactione pro omnibus, ammouit penitus figuratiuas omnes illas oblationes, & expulsa atq; foras eiecta omni uirtute, & potestate immũda, ad uocataq;, & attracta ad seipsum exaltatum a terra omni uirtute munda, nihil reliquit, cui deberetur caper, uel animal aliquod, aut oblatio quæuis, nisi illa, quam de seipso fecit is, qui fuit sacerdos, & hostia Christus Iesus, Deo patri æterno: Quã & nos recolere iussit in illius memoriam, quãuis semel facta fuerit in plenissimam remissionem omnium peccatorum: Et hanc reuocationem oblationis, quæ fiebat Azazeli, uel cuicunq; huiusce generis potestati, Moses (iubẽte Deo) prædixit post textus trigintatres, more Hebreorũ, quos ipsi passuchim appellant, innuentes, q̃ post trigintatres annos uitæ Messiæ ipsa reuocatio fieri debebat: Ait enim: Et non sacrificabũt amplius sacrificium Saharim, post quos fornicati sunt, adeo vȝ ipsis condescendentes, & obnoxii effecti, ut eisdẽ aliquid deberẽt, quousq; ueniret plenissimus liberator. Sequitur: Et hoc statutum sempiternũ erit in generationem, & generationem, nũq̃ vȝ reuocandum, sicuti liberator dixit, dum illud nouum sacrificium instituëret: Hic calix noui, & æterni testamenti est in meo sanguine: Aeterni inquit, quia ultra illud non dabitur aliud, ut sapientes exponunt. Sequitur: Et ad eos, idest ad populum dices: Quilibet de domo Israel, aut de peregrinante in medio eius, qui obtulerit holocaustum, aut sacrificium, & non deduxerit ipsum ad hostiam tentorii testimonii, ut offerat illud Domino, abscindetur uir ille de populo suo. Liberati itaq; a seruitute diaboli Deo tantummodo uacemus offerentes preces, & sacrificia, & oblationes nostras omnes ad illud ostium testimonii, qui dixit: Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur. Et est ostium testimonii, cũ ipse sit (ut inquit Iohannes) testis fidelis: Ad hoc enim ostium offerimus preces, & oblationes, quando Patri dicimus / per Iesum Christum dominum nostrum, tanq̃ per mediũ, quo introducimur, & impetramus quicquid petimus. Et quia dicitur, q̃ odorabat Dominus illa sacrificia in odorem suauitatis, tanq̃ ipsi oblata, & ueluti oblectaretur odore rerum crassarum, dicimus pro aliquali satisfactione, q̃ omnia illa sacrificia ad Dei honorem in primis offerebãtur, q̃uis daretur portio uirtutibus uariis, prout exigentia exquirebat: Et odorabat ipse Dominus, nõ quidem illos crassos fumos, sed oblectabatur suauitate resultante ex ordine, quo distribuebatur unicuiq;, prout conueniens erat.

Moses

CHRISTVS.

IDEM Iohan.

Cur par turturum, aut duo pulli columbarum offerri iussi sint in purificationem partus, & mulieris parturientis. Cap. XVI.

IN partus uero purificationem / cur præcepto diuino offerebatur par turturum, aut duo pulli columbarum, perscrutari pulchrum est: Id enim (ut a sapientioribus accepi) in causa est, quia & si matrimonium a Deo indictum est, cũ difficultate tamen maxima, stante lapsu naturæ humanæ, exercetur absq; culpa? Quod fit, quando cohabitant coniuges, ut prolem generent in Dei honorem, & augmentũ generis humani: Sed hoc rarissime fit, condescendente unoquoq; concupiscentiæ, & pruritui, & explendæ libidini, & consequẽter inficienti diabolo per hæc media, per quæ contrahitur imunditia. Pro hac igitur expellenda, & purificando semine suscepto ex bino parente, pãtre scilicet & matre ambobus infectis offertur par turturum, qui fidelissimi cõiuges sunt atq; grandi puritate gaudentes, aut duo pulli columbarum, aues quidem & ipsæ simplicissimæ atq; omni puritate refertæ, nullicq; nocentes, maxime pulli, qui iubentur offerri. Et tanta puritate donatæ sunt, ut Saluator Dei sapientia munditiam, & simplicitatem, quam exquirit a nobis, per simplicitatem horũ animalium, tanquã nihil haberet simplicius, indicauit dicens: Estote simplices, sicut columbæ. Et in Canticis purissima sponsa columbæ comparatur a sponso, qui ait: Amica mea, columba mea, formosa mea. Quæ etiam tanta simplicitate, & rectitudine uolat, ut propheta eius alis perferri in Deum appetat dicens: Quis dabit mihi pennas, ut columbæ: & uolabo, & requiescam? Et quod maius est / Spiritus sanctus nulli animali assimilari uoluit, nisi soli columbæ, ut in Matthæo legimus: Et ecce aperti sunt cœli, & uidit spiritum Dei descendentem, sicut columbam, & uenientem super se: Et Baptista apud Iohannem euangelistam inquit: Vidi spiritum descendentem, & mansit super eum. Descendit nanq; ueluti columba, quæ fixo, & magno impetu uolat ad ima: Vel in specie columbæ, ut nõnulli dicũt suffulti uerbis Lucæ, qui ait: Apertum est cœlum, & descendit Spiritus sanctus corporali specie / sicut columba, in ipsum: Sed adhuc non concluditur, quod fuerit in forma columbæ: quãdoquidẽ columba descendens super hominẽ non intrat in ipsum. Videtur igitur / q̃ illa cõparatio sit potius ad uolatum, uel proprietatem, q̃ ad formam: Vel si instetur, q̃ etiam in figura effigiabat columbam, dicemus / q̃ figura illa quãuis corporea, non tamen crassa erat, sed tenuis: ut nihil obstaret ad introitum eius in hominem, sicuti flatus, uel ignis descendit / & introiuit in Apostolos. Comparatus est itaq; columbæ simplicissimæ / & puræ ille / qui omnes purificat / ut in Actibus Apostolicis dicitur: Deus misit illis Spiritum sanctum / qui fide pu-

Cantica

Dauid

Matth.

Bapti.

Lucas

Actus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

rificaret corda eorum. Hoc itaq; animal cum Spiritu ſancto purificante conueniens accommodate offertur in purificationem partus figurãs purificationẽ faciẽdam uirtute ipſius Spiritus ſancti/ qui purificator dicitur omnium flagitiorum. Et quia turtur, & columba in eadem puritate conueniunt / ideo indifferenter alteræ earum iubentur offerri a pauperibus, quibus nõ eſt facultas offerendi agnum: qui eadem puritate refertus, qua aues illæ, lege iubente, offerebatur a ditioribus. Nec ſine myſterio eſt, q̃ turtures iam fideliſſimo matrimonio coniugatæ iubentur offerri, ſed columbarum pulli ſimpliciores, quia hi prolem, illę autem parentes purificandos indicant. Et quia ad unius purificationem alter quoq; purificatur/ ideo alterum par iſtorum animalium indifferenter offerri præcipitur. Sed cur in fine quadraginta dierum hæc purificatio indicatur/ non uacat a myſterio: Sicut.n. quadraginta diebus ſemen embryo factum uegetatur & transformatur, quouſq; in corpus organicum perfectum ſuis debitis, & harmonicis menſuris conducatur, ut diſpoſitum ſit ad ſuſcipiendam animam maſculeam, quæ eſt potiſſima hominis ratio, ita quadraginta diebus decurrit mulier poſt fœtum æditum/ut adaptentur muliebria in partu commota, anteq̃ purificetur. In columba itaq;, aut turture Deus per ſacerdotem (figura tamen quadam) purificabat fœtum, & mulierem parturiẽtem/ut totus ſanctus genitus eſſet, innuens ueram purificationem faciendam per ſummum Pontificem Chriſtum in Spiritu ſancto/ qui uenit uelut columba, ad quem ſpectat (ut diximus) purificare homines: Nam quando dedit nobis poteſtatẽ purificandi homines a coinquinatione peccati/ dixit: Accipite Spiritũ ſanctum, quoꝝ remiſeritis peccata/ remittuntur eis: Nam ſpiritum hunc Deus mittit per Filium ſuum/ dicente Paulo: Miſit Deus ſpiritum Filii ſui in corda ueſtra clamantem Abba Pater, ſpiritum quidem ſanctificantem, ut alibi dicit idem Apoſtolus: Chriſtus prædeſtinatus eſt in uirtute ſecundum ſpiritum ſanctificatiõis: Secundũ quẽ, & purificationem/ & multa alia bona nobis tribuit, ut Iſaias ſub eius perſona ante prædixerat: Spiritus Domini ſuper me, euangelizare pauperibus miſit me/ ut mederer cõtritis corde, & prædicarem contritis indulgentiam, & clauſis apertionem/ & annum placabilem Domini.

Paulus

Iſaias

Cur aues duæ offercbãtur pro leproſo mundando. Cap. XVII.

CVm originale peccatũ/ & eius concupiſcentia purificari iuſſa ſit animalibus puris/ quia puer ſimpliciſſimus purificabatur ſimul cum matre, nõ a malitia, ſed ab ea, quæ in generatione prolis interceſſit concupiſcentia maior/ q̃ exquirebatur, lepra, quæ indicat peccatum uaria, & multiplici diſpoſitione contractum

aliis auibus/ uel indifferentibus expiari iuſſum eſt: quamuis in traductione noſtra exprimantur paſſeres illæ aues/ quæ ad purificandos leproſos offerri iubebantur: Nam עֲפָרִים Zipurim indifferenter aues ſignificat, ut ex multis locis ſcripturæ ſacræ comprehendere poſſumus, & particulariter ex præſenti textu, ubi dicitur: Præcipe ſacerdoti, ut accipiat duos zipurim uiuos/ mundos, pro quo traductio noſtra habet ex his, quæ mandi poſſunt: Si enim Zipurim ſignificaret paſſeres ſignanter, non oportebat addere mundas, aut ex his, quæ mandi poſſunt. In cõmuni igitur aues iubentur aſſumi, quas Origenes exiſtimauit gallinas. Sed quia, quæ ſint, ſcriptura clarius non exprimit, ideo aues in communi illas fuiſſe admittentes ad alia myſteria explananda ueniamus. Duo aues iubebantur offerri, quarum altera immolabatur, aut iugulabatur in uaſe fictili ſuper aquas uiuẽtes: Altera autem uiua cum ligno cedrino, & cocco, & hyſſopo intingebatur in ſanguine paſſeris immolati, quo aſpergeretur, qui mundandus erat a lepra, ſepties: & dimittebatur auis uiua ſuper faciem campi. Duæ quidem aues in leproſo duas conditiones carnis indicant: Nam pars quædam carnis uiuit, pars autem alia adeo mortua eſt, ut ſi quis eam pungat, non ſentiat leproſus. Auis igitur, quæ uiua dimittitur/ purificationem/ aut ſignum uiuacis carnis, & non plene infectæ indicat. Altera uero occidebatur in purificationem & reuiuificationem illius carnis præmortuæ. Fiebat quoq; hoc ſuper aquas, primum & præcipuum omnium ſordium lauacrum, & uiuas/ quia aquæ mortuæ communiter putridæ ſunt/ coinquinantes potius/ q̃ lauantes. Iugulabatur autem in uaſe fictili, & terreo, quod corpus ſignificat, in quo purgari debet per mortificattionem ſpiritus ille animalis uolatilis inficiens carnem ipſam, quam præmortuam dicimus. Viua autem auis, quæ dimittebatur in agrũ/ carnem illam ualidiorem, aut ſpiritus non adhuc infectos, uel meliorem animam ſignificat. Sed ad ſenſum allegoricum conſcendendo/ duæ aues duo indicant pignora, quæ obtulit in expiationem noſtram ille ſummus purificator Chriſtus Ieſus/ hominem uidelicet ſpiritualem, & animalem: Et hic occiſus fuit/ ut noſtram cõcupiſcentiam expurgaret. In uaſe autem fictili dicitur iugulatus, quia in corpore ipſius de terra fabricato immolatus fuit: Et hoc ſuper aqueam uirtutem miſericordiæ, cuius ſignum ſimul cum ſanguine, iuſtitiæ uidelicet ſigno/ exiuit de latere ipſius morientis. Auis itaq; occiſa eſt corpus, uel uirtus eius animalis in uaſe corporis ſui extincta: Auis autem uiua eſt ſpiritus, uel anima eius, & ipſa oblata in expiationem noſtram, iuxta id, quod ait: Et animam meam pono pro ouibus meis. Sed tamen cum occidi non poſſit/ dimiſſa fuit uiua in agrum,

Origẽ.

CHRISTVS.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution-Non Commercial 3.0 Unported License

aut campum illum ſupremum, unde omnia trahunt originem: qui eſt Pater æternus, cui moriens & ſpiritū dimittens ait: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Hanc autem animam, uel ſpiritum dimiſit aſperſum ſanguine auis iugulatæ, & etiam ſanguine eorum, pro quibus iugulata erat auis, ſicuti per Iſaiā loquitur dicens: Et aſperſus eſt ſanguis eorū ſuper ueſtimenta mea. Quē ſic aſperſum uidentes Angeli (ut diuinus Dionyſius exponit) dicebāt: Quis eſt iſte, qui uenit de Edom aſperſis ueſtibus de boſra, ideſt de uindemia, quam ſcilicet fecit de animabus per aſperſionem ſanguinis ipſius? Et iterum dicebāt: Quare rubrum factum eſt ueſtimentum tuum, ſicut calcantis in torculari? Reſpondet: Torcular calcaui ſolus: quia ſolus in ſanguine proprio operatus eſt ſalutem humani generis. Illa autem aſperſio fiebat cum ligno cedrino figurante uerum aſperſorium crucis fabricatæ (ut dicitur) ex cedro præcipue. Addebatur coccus & hyſſopus: Coccus quidem uermiculus eſt, qui hebraice dicitur תּוֹלַעַת tolahat: Ille utiq; uermiculus / qui in Psalmo inquit אָנכִי תוֹלַעַת anochi tolahat, ideſt: Ego ſum uermis, & non homo. Additur שני ſeni, quod noſtra traductio aliquando habet bis tinctum, ſed proprie ſecundariū, aut geminum ſignificat: Quod aptiſſime Chriſto competit, qui ſolus hoc habuit, ut duplici natura gauderet, diuina ſcilicet & humana: Quæ ambo aſperſæ fuerūt ſanguine illius uerę auis pro humana ſalute iugulatæ. Sed diuina natura aſperſa erat in ueſtimento naturæ humanæ: de qua Paulus: Habitu inuentus, ut homo. Ideo dicebant Angeli: Quare rubrum & cōſperſum eſt ueſtimentum tuum? Hyſſopus uero aut libanotis (ut alibi declarauimus) planta quidem eſt omnium excellentiſſima, ut ſapientibus notum eſt / & aſperſioni aptiſſima, cū ramuſculos habeat ligneos, denſiſſimis, & minutis foliis. Hinc ipſa iubebātur fieri aſperſiones effigiantes ueram aſperſionē faciendam planta, aut uirgulto omnium arbuſtorum optimo: de quo inquit Iſaias: Et aſcendit, ut uirgultū, uel planta coram eo. Sanguine igitur occiſæ auis aſpergebatur mundandus ſepties, numero quidem (ut alibi diximus) remiſſioni, & expiationi aptiſſimo. Nec fruſtra additur in textu: Et mundus erit ipſe: quia multa lauacra pro mundatione, & multę medicinę pro curatione fruſtra expenduntur: Sed hæc una inanis non fuit, maxime in figurato generi humano leproſo, quod totum abſq; dubio mundatum eſt ſanguine illius uerę auis Chriſti, qui ſicut de cœlo uolauit ad nos, ſic nobis purificatis, iterum reuolauit ad cœlum: Quem mundatorem illic uidens Iohānes in fronte ſuæ celeberrimę uiſionis ait: Chriſtus dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo / melius & efficacius expurgans, q̄ infecerit protoplaſtes.

CHRISTVS.
Iſaias
Diony. Angeli
CHRISTVS.
Paulus
Iohan.

Cur ſimul cum hirco uitulus, ſiue bos pro peccato offerebatur. Caput XVIII.

PRo peccato autem offerri iubetur hircus, pater uidelicet hędorum, qui in ſiniſtra reponentur iudicandi, ut per hircum oblatum hircina, aut hędina pars, quę eſt in homine, expiet: Eſt enim laſciua portio in homine ſimilis hirco, aut hędo, uel caprę matri eius laſciuiēti & demolienti uineas: Idcirco expiandus, comprimendus, uinciendus, & deducendus eſt in ſeruitutem melioris portionis, ſicuti de alio animali huic ſimili dicitur in Canticis: Capite nobis uulpes paruulas / quæ demoliuntur uineas. De hædis quoq; ibidē dicitur: Paſcę hædos tuos iuxta tabernacula paſtorum / illorum uidelicet / qui in ſcriptura dicti ſunt bene paſcere oues: quorum princeps eſt ille, qui ait: Ego ſum paſtor bonus, & animam meam do pro ouibus meis. Offerendi igitur, & caſtigandi ſunt huiuſmodi appetitus / qui demoliuntur uineam, illam utiq; quæ (ut Iſaias ait) domus Iſrael eſt / & coetus electorum, atq; hæreditas Domini: de qua in parabolis loquens Chriſtus inquit: Ite & uos in uineam meam, in quam intrare nequit caro, & ſanguis, ac portio illa laſciuiens: Ideo in hirco ueniebat offerenda, & expianda: in quo eſt maior, & magis inueterata laſciuia, q̄ in hædo: adeo, ut ualde fœteat, ſicut & carnes nimium laſciuientium / & multo magis, q̄ carnes caſte uiuentium. Nec uacat a myſterio barba, quam habet hoc animal offerendum pro peccato: Barba enim robur ſignificat, quod multiplex eſt, & aliquando bonum, & conſeruandum, & aliquando malum, & omnino reſecandum. Eſt nāq; robur, & uirtus Græcorum (inquit Origenes) in ſapientia humanis ingeniis acquiſita: Et eſt robur Aſſyriorum, & Chaldeorum in cognitiōe ſtellarum, & in influxu inde ſuſcipiendo: Eſt quoq; robur, & uirtus Perſarum, & Aegyptiorum in ſecretiori Philoſophia, uſq; ad fœdera cum malis ſpiritibus: Eſt quoq; robur dominorum temporalium in pecuniis, militibus, & bellicis inſtrumentis: Eſt tandem robur carnalium uis ipſa generatiua: Et ſimilia multa cuncta ſignificata in barba, non utiq; illa Nazareorum, quæ nunquam abradi, nec diminui, neq; peſſundari debet, ſed illa, quæ robur ſignificat eorum, qui extra gremium bonorum ſunt, & ultra flumen diuidens inter electos in ſinu Abrahæ, & eos, qui ſepulti / aut ſepeliendi ſunt in inferno, ſicuti præſentientis Iſaiæ edocemur oraculo: Qui ubi de partu Halmæ & Himanuel comeſuro butyrum, & mel, ut inde diſcat diſcernere inter malum & bonum, uaticinatur, ſubinfert: In die illa radet Dominus nouacula conducta in his, qui ſunt trans flumen, in rege Aſſyriorum, ca-

Cantica
CHRISTVS.
Iſaias
CHRISTVS.
Orige.
Iſaias

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

put,pilos pedum,& barbam uniuersam. Robur itaq;, & uirtus/ quæ est secundum carnem,& sanguinem abradenda est, aut offerenda in sacrificium: ut hac debilitata, aut mactata,altera pars,melior scilicet robustior fiat: Quod & in Deuteronomio clarius explicatur/cum dicitur: Si quis ex alienigena uoluerit aliquam assumere in uxorem, radetur ei cæsaries, circumcidentur ungues, & deponat uestem in qua capta est, ut uidelicet denotentur omnia deponenda fore, quæ ad gentilitatis, & carnalitatis robur, & uirtutem pertinent, ab his/ qui in electorum gremium assumendi sunt. Hæc igitur barba hircina, aut radenda & auferenda a nobis, aut offerenda in sacrificium cum eo, in quo est ipsa uirtus. Offerendus quoq; uenit pro peccato uitulus, uel bos armentorum rex, fastus uidelicet, & superbia animalis hominis, qui gloriatur in malitia, & lætatur/cum male fecerit: Quæ duo,lasciuia scilicet & fastus/procedũt a duobus præcipuis fontibus scaturientibus in deteriori homine,concupiscibili uidelicet & irascibili, quæ ab homine pergente ad Deum ipsi Deo offerenda sunt, ut longo & egregio sermone disserit Origenes super Numeris: Deduxit (inquit) Dominus populum suum in manu Mosi, & Aaron, hoc ideo, quia alterius manus tantummodo non sufficiebat: Moses enim scientiam legis indicat/ Aaron uero sacrificandi Deo, & immolandi peritiam: Nam si exiens de Aegypto, & conuersus ad Deum superbiam abiiciam: taurum ipsi Deo per manum Aaron sacrifico: sed uitulum, si adhuc tenera superbia, & elatio est: Si uero petulantiam, lasciuiamq; peremero,hircum Domino iugulasse me quoq; Aaron manu credam: Quæ manus Aaron recte nullatenus offert, nisi a lege regulata,ideo & Mosi manus exquiritur. Nec iudicium legis sufficeret, nisi perficiatur opus per uerum sacerdotem,qui iuxta Apostoli sentẽtiam,offert seipsum hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem,cum rationabili obsequio, discretione legis uidelicet. Ecce igitur, quomodo utraq; manus Mosi, & Aaron exquiritur, ut introducatur electus populus in promissam terram, & transmeetur per desertum huius arentis sæculi: Quod Christus perfectissime effecit,iuxta eum, qui præcesserat typum: Ipse enim legem obseruans usq; ad minimum ’/iod minutissimum apicem,obtulit seipsum summus Sacerdos hostiam uiuam, pro uitulo, pro hirco, & pro quocunq; holocausto: cum ipse sit totum,& omnia continens, ut suo loco latius declarabimus. Et inter alia obtulit barbam, robur uidelicet,hominis inferioris, ipsum penitus mortificans in se, qui est caput omnium, ut in omnibus membris idem mortificaret, iuxta illud, quod dixit: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: Si autem mortuum fuerit,multum fructum affert. Et hoc est mysterium

Deuter.

Origes.

Paulus

CHRI/
STVS.

mortis Christi figuratæ per mortem omnium animalium, quæ, iubente lege,in sacrificiis offerebantur,ut ex illa morte uitam,atq; omnes fructus uitæ nobis tribueret.

Quid ouis/ & agnus. Cap. XIX.

ET si lege iubeẽ offerri hircus,uitulus,ouis,agnus, tacca,passeres,turtures,& huiusmodi,alia tamen, & alia est offerendi ratio:Pro partus etenim purificatione agnus, uel turtures,siue duo pulli columbarum:In purificationem leprosorũ passeres:Pro peccato autem uitulus,& hircus:Vacca uero rubea pro uniuersali,& ingẽti scelere primorum parentum,& adorati uituli:Sed oues,atq; agnos nullibi reperio offerendos/nisi pro purificatione partus,& pace cõducẽda hominis cum Deo. Ratio autem huius mysterii tam sublimis est, & eleuata a nostro contuitu,ut uix de ipso fari audeamus.Sed id præmittere opportunũ duxi, q; עֵז zon totam familiam ouinam significat,oues vȝ,arietes,agnos,& agnas: כֶּבֶשׂ chebes,uel כֶּשֶׂב chesseb, quod idem est, agnum,uel agnam tenerrimam/ & aliquando (semper tamẽ cum mysterio) in scriptura ponitur zon,& aliquando alterũ istorum duorum:Cuius rei sacramentũ subticentes pro nũc,aliud præmittamus,q; agni,uel oues, q̃q̃ in dexteram iudicis collocabũtur suscepturi benedictionem, & uitam, ab altiori tamen loco est eorum origo, ut non sine mysterio Redemptor noster,qui a Patre progressus est,nunc agnus, nunc ouis dictus fuerit.De altero inquit ille/quo non surrexit maior,loquens de Christo: Ecce Agnus Dei,ecce qui tollit peccata mundi. De utroq; autem ait Isaias: Tanq̃ ouis ad occisionem ducetur,& quasi agnus coram tondente se.Et quia curauit facere nos omnes oues,ipse ex oue,& agno effectus est pastor bonus/adeo ut animam suã poneret pro ouibus suis. Bene igitur ouis,uerus typus illius/qui pacificauit omnia per sanguinem crucis eius/offertur in pacificationẽ hominis cũ Deo:Nullus enim æque bene poterat pacificare nos cũ summo Patre/sicut ille,qui est in sinu Patris/ & ab eo procedit,expressius effigiatus per ouem & agnum,tum quia nulli nocent, quin semper benefici sunt multigeno beneficio:tum etiam ex proprietate intrinseca,& origine/de qua ad præsens fari non licet.Hinc non immerito tanti existimatur ouis, ut maximi uiri/ & Deo gratissimi pastores ouium fuerint, sicuti Abel primus iustitiæ nomine/etiam filii Dei testimonio decoratus/Abraham Pater fidei, & multarum gentium/ Iahacob Pater electæ familiæ, & princeps,atq; hæres Dei/Moses legislator, & Deo super omnes prophetas domesticus,Dauid electus secundũ cor Domini,primus Rex de tribu Iehuda,Spiritus sancti concentor,& sacratissimi cultus reparator,& fautor:

Io.Bap.
Isaias

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Et tandem ipſe omnium Redemptor & Filius Dei ſummi: qui etiam perhibet ſe uenisſe tantummodo ad quærendas oues perditas Iſraeliticæ, & electæ familię: Pro cuius eductione de Aegypto, ideſt de peccato angustiãte, & obtenebrante/ueluti ouis/& agnus oblatus eſt/ſicut ille typicus iubẽte lege immolabatur. Quod quidem myſterium explicare per ſingula/q̃uis difficillimum ſit, adumbrando tamen aliquid percurremus. Iubetur in lege, ut unaquęq; familia tollat agnum immolandum, & penitus comedendum, adeo, ut ſi una familia/quia paruula, non ſit ſufficiens ad eſum eius, aſſumat uicinum in cõuiuam: Omnis enim familia aſſumere debet agnũ, ne aliqua remaneat priuata fauore ueri Agni, cuius ille typum gerebat. Totus quoq; comedi iubetur, ne aliquid remaneat peſſundandum, iuxta illud ipſius ueri Agni: Colligite fragmenta, ne pereant: quia rerum pretioſarum nihil perire debet noſtra incuria: Panis enim & agnus pari ab his, qui ſciunt, æſtimantur pretio: ideo Redemptor peculiariter panis & agnus nuncupari uoluit. Maſculus eſſe debuit, in quo uirtus nobilior, & fortior uigeret: Anniculus uero, ideſt perfectus toto decurſu ſolis, qui & ipſe redemptorem ſignificat fœcundantem duodenarios principes: quos conſtituit ſuper duodenas tribus electorum, ſicut ille in anno fœcundat duodena ſigna cœleſtia. Sine macula quoq; eſſe debebat, ut ſignificaret diuina, quæ omnia integra ſunt, iuxta illud prophetæ: Magni Dei perfecta ſunt opera: Et noſter Agnus inquit: Totum hominem ſaluum feci. Additur, ut eodem ritu ſumatur & hædus, qui (ut nuper diximus) offerebatur pro expiatione animalis hominis, ſicut agnus, & ouis ad confœderandum meliorem hominem cũ Deo, ut totus homo perfectum tranſitum faceret ad ueram promiſſionis terram. Sed cum agnus immolari iubeatur decima die, hædus ſeruabatur uſq; ad quartamdecimã, non ſine ſacramento: Nam conſummato uitæ curſu deſignato per denarium numerũ completum protrahitur adhuc perfecta expiatio animalis, & quadrielementalis hominis: quia beatificato ſpiritu, & reſtituto ad Deum, qui dedit illũ certo temporis curriculo a Patre determinato, prorogatur reluatio animalis hominis, & quadrifarii corporis a corruptione/& tranſitus eius in cœleſtem/beatãq; naturam. Vt igitur indicetur totus homo tranſiturus de Aegypto ad ueram promiſſam patriam cœlorum, totus homo expiatur, ſed primo melior pars per agnũ, poſtea reliqua quadrifaria per hędum, qui ideo poſt quartum diem imolandus reſeruatur. Verum agnus iubetur maiori obſeruantia atq; celebrioribus cærimoniis immolari, & comedi: quia diligentior cura habenda eſt de cœleſti homine ſanctificando: ad cuius ſanctificationem ſubſequitur & terreni ſanctificatio. Et ut tribuatur patens introitus utriq; homini, iubetur ex ſanguine immolati agni

CHRISTVS.

IDEM

Moſes

CHRISTVS.

intingi uterq; poſtis, per quos uterq; homo intrare debet: melior quidem homo per dexterum / alter autem per ſiniſtrum, ſicuti & ouis illum pacificans dicitur reponenda in dextera, & hædus hunc expians collocabitur in ſiniſtra. Altiſſima quippe ſunt hæc myſteria, nec uerbum, nec minimum iod uacat a ſacramento. Linitur autem uterq; poſtis ſanguine, quia

Paulus

(ut Apoſtolus ait) Omnia penè mũdantur in ſanguine, & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. Cauetur inſuper ne crudum quicquã comedatur, aut coctum aqua, ſed tantũmodo aſſum igni, per quem quoq; fit expiatio, ſicut ait Apoſtolus: Saluus fiet ſic quaſi per ignẽ, q̃uis ab igne detrimentũ patiatur/id v3 quod deterius eſt: cuius pars & ſi in ſcoriam collata proiicitur, quicquid tamen boni auri retinet, expurgatur: & cum meliori iam purificata unitur. Iubetur inſuper, ut comedat totus agnus, qui nunc caput, nnuc totum corpus myſticũ repręſentat: Cuius nullum membrum proiici, aut cõtemni debet, ſed per dilectionem ſuſcipi/ comedi, & in

Lex

ſeipſum traiici, ut ſeruet præceptum, quo dicitur: Diliges proximum tuũ, ſicut teipſum. Et cum caput ſuper omnia membra diligi, & ſuſcipi debeat, ideo primo fit de capite mentio, & dicitur: Caput cum pedibus & inteſtinis comedetis: Et ut diligenter obſeruemus, ne aliquem excludamus a dilectione, & communione noſtra, iubetur, ut nihil remaneat nõ comeſum: Si uero aliquid remanet/illud detur igni, ut comedat, & trãſmutatũ offerat Deo: quia ſi quis eſt, cui non poſſimus beneficium dilectionis impendere, & actuale obſequium, illum offeramus Deo igneo amore decoctum, & oratione commendatum. Comedere autem debemus cũ azimis panibus, ideſt cum ſincera charitate: in qua nõ ſit uel modicum fermentum nequitiæ, & malitię, aut ſimulationis corrumpens panem dilectionis. Et q̃uis ſic putrefactus panis guſtui uideatur ſuauior, continet tamen malitiam corruptionis: Quæ, ſicut & alia omnia, in figura iubebãtur patribus illis. Adduntur lactucæ agreſtes, ut habet noſtra traductio / uel indiuia, ut alii uolunt/ſed מרור marur, ſicut habet littera hebraica, quod amarũ, uel acrẽ ſaporem ſignificat: qui appetitum diſponit, ſicut uerſa uice dulce tollit, ut v3 comedatur cũ affectu / & appetitu: qui faciat ad digeſtionem bonã, & trãſmutationem comeſi in comedentem: Aut cum amaritudine, & mortificatione aialis hominis, ut ſpiritualis ſit fortior, & ad digerendum aptior: Quod clarius exprimitur in his/quæ ſequuntur: Subnectitur enim Rhenes ueſtros accingetis, ne quid videlicet carnale ſentiatur, aut cogitetur in hoc edulio. Et ne affectus offendantur ab aliquo extrinſeco, & deuiante obiecto, ulterius ſubinfertur, ut ſcilicet calciati ſint pedes: qui communiter in ſcriptura affectus ſignificant. Baculus quoq; in manibus teneri iubetur, ideſt uirtus præſtita meliori homini a Deo, in cuius uirtute omnia facimus: Hunc autem baculum tenere debemus, ut ipſo percutia/

Creative Commons Attribution-Non Commercial 3.0 Unported License

mus omnem uirtutem inimicam, & impedientem opera, & iter noſtrum. Et hic eſt baculus, aut uirga, qua ſemper utebatur Moſes/& in qua Iahacob tranſiuit Iordanem: Quã uirgam Moſi tribuit Adonai, nobis autem præſtat noſter IESVS, qui ait: Ecce dedi uobis poteſtatẽ ſuper omnem uirtutem inimici, dũmodo ipſam conſeruare nouerimus. Comedi tandem iubetur feſtinanter, ne maledicatur quiſq; faciens opus Dei negligenter: & ut cito ſuſcipiamus cito tranſeuntẽ, ſicut in Iſaia dicitur: Eleuabit ſignum, crucis vz/in nationibus procul, quando. ſ. exiens a Patre uenit in mundum nos educturus de Aegyptiaca anguſtia, & quando perfecto opere tranſire debebat de hoc mundo ad Patrẽ. Sequitur propheta de illius aduentu dicens: Ecce feſtinus uelociter uenit, iuxta illud Regii Prophetæ: Velociter currit ſermo eius. Quã Domini conſuetudinem noſcens Angelus, qui ad Petrum liberandũ de carceribus uenerat, ipſi ait: Surge uelociter, ne tranſeat vz tẽpus fauoris: Nam quãuis Dominus ſua benignitate ſemper præſto ſit, ut nobis ſuccurrat/faueatq; Spiritus tamẽ eius ubi/ & quãdo uult, ſpirat/ut ipſemet ait in euangelio/cui titulus eſt ſcdm Iohãnem: Quod & ipſe Dominus iubens clariſſime explicat dicens: Eſt enim Phaſce, i. tranſitus Domini, ſic enim in hebreo ſcribitur פֶּסַח paſcah, a uerbo פָּסַח Paſcah, quod eſt tranſiuit: Tranſit autem, ut & nos tranſire faciat: Sed feſtinat, ut & nos feſtinos reddat ad ingreſſum in terram promiſſam, ubi datur uera requies/de qua Apoſtolus: Feſtinemus ingredi in illam requiem. Feſtinãdum quippe eſt, qa periculũ eſt in mora/ ſicut infert idẽ Apoſtolus: Ne in idipm quis incidat incredulitatis exemplũ: in quã incredulitatem incidit populus ille trahens longam moram in deſerto.

CHRISTVS.

Iſaias

Dauid

CHRISTVS.

Paulus

Idem

Quid de panibus propoſitionis, placenta azima, lagana, panibus ſimilę, & huiuſmodi oleo delinitis. Cap. XX.

SEd cum de carnibus diuerſorum animalium offerendis ſatis dictum ſit/reſtat, ut etiam de panibus aliquid percurramus: Qui offerri iubentur ſub diuerſis figuris, & modis, non ſine profundo myſterio a pauciſſimis percepto: De quibus & ſi in pleriſq; locis pertractetur, pro nunc tamẽ explicabimus tantũmodo ea, quæ de panibus faciẽt, pro quo nos habemus panes propoſitionis, & ea, quæ tanguntur in ſeptimo capite libri Leuiticorum, quem Hebrei uaicra appellant in tractatu, cuius titulus apud eos eſt וַיִּ, ideſt præcipe: Vbi & uaria forma panis deſcribitur, & multiplex modus conducendi ipſum cum maximo myſterio: Ad quod omnia, quæ alibi pertractantur/myſteria de panibus reduci poſſunt: Iubet enim primo accipi מִצּוֹת חוֹלֹת mazot halot mazot, quod noſtri traductum habent azimos panes/Sed erat placenta, aut collyrida azima, & hæc ſubacta oleo. Poſtea exiguntur רְקִיקֵי rechiche, quæ laganas ſignificant: Et eæ iubentur tantũmodo oleo liniri. Poſtea

Paulus

Petrus

Leuiti.

offerri præcipitur סֹלֶת מְרֻבֶּכֶת חַלּוֹת ſolet murbebet halot. i. ſimila addita cum placenta/& illud totũ ſimul ſubactum, & inuolutũ oleo: Quæ noſtra traductio tã implicate, & cõfuſe habet, ut nec factũ, nec myſteriũ, nec ſacramentum/qd magnum eſt/percipi poſſit: Hęc. n. ſimul cũ his/quę de panibus facierũ dicunẽ reconditiſſima ſunt arcana, & ſymbolũ habentia cũ eo ſacrificio, qd unicũ ſummus Põtifex noſter Chriſtus Ieſus offerri iuſſit in cibũ/uitãq; noſtram, atq; in ſui cõmemorationem: Sacramentũ aũt eſt, quia per illũ panẽ unicũ compactũ ex diuerſis granis, atq; tranſmutatum in corpus ipſius innuit nos oẽs, qui ſumus mẽbra eius, p̃ conficiendos fore in unũ corpus per charitatẽ, & amorẽ, poſtea offerẽdos Deo i hoſtiã ſanctam, ipſiq; Deo placentẽ, ut tandẽ inde trãſformemur in Chriſtũ, ut dicamus: Viuo ego iã nõ ego, uiuit uero in me Chriſtus: Qui Põtifex ſummus, ſicut in terris uiſus, totũ ſacrificiũ carne, & pane cõcluſit, ueluti prę oibus magis exprimens corpus noſtrum couniẽdũ cũ capite noſtro Chriſto, & aiam in Deũ tranſformandã, ita dũ olim loquereť Iſrael dilecto ſuo figuratiuũ ſacrificiũ in huiuſmodi/carne vz & pane concluſit. Et p̃ ordinauit panes quoſdã reponẽdos ſuper mẽſam in arca ante faciẽ Domini ibi exiſtentis, unde panis faciei. i. corã Domino propoſitus dicebať: De quo nõ licebat comedere, niſi ſacerdotibus, & his, qui erãt mũdi a mulieribus, & coinqnatiõe corporis a die tertio citra, ſicuti patefecit Achimelech Dauid flagitanti panẽ illũ in extrema neceſſitate cõſtituto, pro qua tantũmodo illis qui ſacerdotes non erant comedere permittebatur. Qui panis ſanctus expreſſe ſignificabat panẽ illum, qui de cœlo deſcẽdit; quiq; eſt uerus panis faciei, qa introducẽs ad uitã, in qua uidebimus Deũ facie ad faciẽ. Et ſicut ille nõ ptractabať, niſi a ſolis ſacerdotibus, nec dabať niſi mũdis/ita hic nõ ptractať niſi a ſacerdotibus: & prohibeť dari immũdis ſub cõminatione maxima/dicẽte Paulo: Qui mãducat & bibit indigne, iudiciũ ſibi mãducat, & bibit: Immo/ſi bene perpẽdimus, nõ datur niſi ſacerdotibus: quia daťť ſolũmodo chriſtianis/ qbus Petrus ait: Vos eſtis regale ſacerdotiũ: Sumus. n. mẽbra illius/qui cõſtitutus eſt ſacerdos ſcdm ordinẽ Melchizedech. i. regis iuſti: qa omnes obtulimus nos in baptiſmate mortificatos qdẽ carne, ſed Deo hoſtiã uiuentẽ. Et ut Deus pficeret myſteriũ de panibus, in Leuitico iubet addi oleũ, quod (ut alibi diximus) ſignificat diuinitatẽ, qua ungebantur, & perfundebantur reges, uates, & ſacerdotes offerentes ſacrificia. Vngebantur quoq; panes ſignificantes in nobis ea/ quæ pfundenda ſunt diuinitate, aias nras vz: Caro. n. illa aialiũ ſignificabat corpus Chriſti p̃, qd traxit de puriſſimis ſãguinibus Virginis, poſtea corpora nra ſimul offerẽda cũ eo, cuius mẽbra ſumus: Panis uero effigiat p̃ animã illã Pontificis nri, q de cœlo deſcẽdit, & cõſequẽter aias nras pfundẽdas de plenitudine diuinitatis ipſius, ideo illi panes hæc ſignificãtes iubebãť oleo

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

pfundi. Sed obſerua quęſo huius pfuſionis ordinem: Primo.n. offerebatur placẽta azima oleo ſubacta/poſtea lagana tm̃mõ illita oleo/poſtremo placentę addebaſ ſimila, quæ ſimul cũ placẽta ſubigebaſ oleo, & azimus panis: quibus denotatur egreſſus animæ p panẽ ſignatę a Deo, progreſſus in uita, & debitus redditus in ipm Deũ. Anima nanq; nr̃a dũ egrediſ a Deo, ſentit naturã parẽtis, & Dei ipſam inſufflãtis, uñ dr̃ inuoluta, atq; ſubacta diuinitate: Cuius ſignum eſt, qa nocere neſcit, diuina libẽter geſtit, & aſpirare uideſ ad Deũ, cuius ſemẽ retinet adhuc recẽs, q̃ſq; obtenebreſ, & fuget hoſpitẽ Deũ admittẽs oblectamẽta rerũ inferiorũ, & peccati: qbus ſubintrantibus recedit Deus. Sed qa nõ penitus deſtituiſ aia, q̃uis ſit in pctõ, & affectibus terrenorũ plena, adhuc tñ chriſtiana. i. uncta, ideo deſignaſ p laganã tm̃mõ oleo illitã. Si ãt laborat homo reuerti in Deũ, & effici filius eius, iuxta poteſtatẽ ab eo ipſi traditã, tũc iterũ liniſ oleo diuinitatis, & repletur de plenitudine chriſti, ſicut cõtigit priſcis illis pribus, de quibus dr̃: Repleti ſunt oẽs ſpũ ſcto: Et tũc reuertitur hõ ad illũ ſtatũ, & cõuentionẽ cũ Deo, qua eramus, qñ ab ipſo exiuimus: Quò optat nos deuenire cœleſtis doctor: imo ut illuc deueniamus hortaſ cõminãdo ẽt, dũ ait: Niſi efficiamini, ſicut paruuli, nõ intrabitis in regnũ cœlorũ: Quod inuitur p placentã uel collyridã/q̃ ſubacta oleo tertio loco offerri iubetur. Simila aũt. i. deflorata farina, & reliq̃ pte cãdidior, ex qua oriẽtales ſolẽt albiſſimas ſpiras cõficere, indicat eã meliorẽ ſortẽ diuinitatis, quã in Dei ſeruitio puro, mũdo, atq; fideli, diuina pſtante gra, cõparamus: Quod ſignaſ p qnq;, uel duo talẽta acqſita ultra illa bono negotiatori a prin° tradita: Nõ.n. talẽto pſtito ſtare debemus cõtenti, ne ut torpẽtes, & ingrati ab eo q̃ tradidit, arguamur. Additur adhuc huic placẽtæ, & ſimilę fermẽtatus panis cũ ſacrificio laudis, in pacificatiõe offerentis v3. Quod fermẽtũ nõ qdẽ eſt neqtię, & malitiæ totã maſſam corrũpẽs, ſed melius fermẽtũ trãſmutãs v3 hoiem in ſortẽ, & gradum ſupiorẽ, & in eãdẽ imaginẽ, quæ eſt filius Dei, exiſtẽs uerus lapis, non qdẽ philoſophorũ, aut medicorũ, ſed cœleſtis, & diuinus, q Chriſtus eſt: Ideoq; intrat in nos, ut diuinos & cœleſtes nos efficiat, de quo inquit Petrus: Ad quẽ accedentes lapidẽ uiuũ ab hoibus quidẽ reprobatum, a Deo autẽ electum, & honorificatũ: Qui nunc fundamẽtũ nrm eſt, nunc uirtus quædã ſanctificans, & trãſmutãs, ideo ſequitur Petrus: Et ipſi tanq̃ lapides uiui ſupædificamini in domos ſpirituales, ecce primũ: Poſtea de ſecundo ſequitur dicẽs: In ſacerdotiũ ſanctum offerentes ſpirituales hoſtias, acceptabiles Deo p Ieſum Chriſtũ, qui v3 uirtute ſua tranſmutat nos in ueros ſacerdotes, & Dei filios: ut cohęredes ſimus regni, & glorię ipſius. Quã uirtutẽ, & poteſtatẽ nobis contulit/ſicut & ſeipm tradidit comedendum: ut ingrati in ipſum tranſformemur effecti & nos in panem cœleſtis diuinitatis oleo ſubactum/& fermentatum gratia/& uirtute ipſius.

Petrus

Idem

Quid ſuffumetiũ, ſiue thuribulũ, thus, & thurificatio Cap. XXI.

NEc uacat a myſterio ſuffumigatio/quę in ſacris fieri iubeſ: qa æquũ eſt, ut & Deus colatur, & homo interior nutriaſ oibus poſſibilibus modis: Coliſ.n. Deus auditu, dum orationibus, & laudibus ipſum, q̃tum poſſumus, cõplemus. Nutriſ homo p aures cibo uerboꝝ omniũ, quæ procedũt de ore Dei, & eis internis locu-

Dauid tionibus, de qbus inqt Propheta: Audiã qd loquaſ in me dominus Deus. Coliſ Deus cibo, quẽ apponimus, quãdo ipſe intrat ad nos cœnaturus no-

CHRI/STVS. biſcũ: Et hic cibus eſt cõuerſio, & attractio animarũ noſtrarũ, ſicut ipſemet teſtaſ loquẽs de Samaritis cõuerſis cũ diſcipulis, & dicẽs: Aliũ cibũ habeo

Dauid mãducare, quẽ uos neſcitis. Nutriſ & homo p os pane illo, q de cœlo deſcẽdit, & carne agni p nobis oblati, illius qppe, qui tulit peccata mũdi. Co-

Dauid litur Deus cognitiõe & meditatiõe noſtra: de qua canit regius Vates: Beati q ſcrutanſ teſtimonia eius, in toto corde exqrunt eũ: Et iterũ: Et meditabor in mãdatis tuis, quę dilexi. Nutriſ & melior oculus noſter ea luce, quę illuminat omnẽ hominẽ uenientẽ in hunc mundũ. Colitur Deus multiplici ſuffumigatiõe, ut pleriſq; in locis dicat ſcriptura: Odoratus eſt Dñs odorẽ ſuauitatis. Nutriſ & melior homo p nares, p quas infuſa eſt aĩa illa melior quæ ſpiraculũ uitę, ſed uitarũ dicitur in ueritate litterę/eadẽ ſuffumigatiõe thuris, & thymiamatũ/quæ ab eo loco ꝓueniũt, a quo & ipſum ſpiraculũ infuſum: ut cõgeneus ſit cibus cũ eo, q cibaſ: & is/qui colit/cũ medio quo colit cõueniat/& utrũq; ſimul cũ eo qui colitur: Prouenit nãq; aĩa a ſup̃mo

CHRI/STVS. fonte bonorũ, & uero datore formarũ p eũ, p quẽ facta ſunt oia/ ſicut ipſemet teſtatur dicẽs: Pater meus uſq; modo opatur, & ego opor, aut de nouo creãdo/ut dicũt noſtri Theologi/aut infundẽdo id, qd̃ ab ipſo fõte emanat, ut alii aſſerũt. Ab eodẽ loco originẽ/& uim ſuſcipiũt & thus/& huiuſmodi odoramẽta/quæ in lege adoleri iubẽtur, ut dicũt ſecretiores Theologi: Nã unaquæq; res, ut ipſi docẽt/habet in Archetypo particularẽ locũ, unde uim & originẽ trahit. Hinc ſuſcipit Dñs in odorem ſuauiſſimũ huiuſmodi/quæ ipſi reſtituũtur ab aĩa purificata, & iã diſpoſita ſimul cõſcẽ-

Dauid dere cũ illa ſuffumigatiõe: cũ qua optabat diuus Citharœdus, ut ſaltẽ eius cõſcẽderet oratio/dum cecinit dicẽs: Dirigatur Dñe oratio mea, ſicut incẽſum in cõſpectu tuo. Cõdelectatur in huiuſmodi odoramẽtis & aĩa noſtra ipſius Dei ꝓples/ſuſcipiẽs ea p illas nares, p quas & ipſa intrauit in inferiorem hominẽ: per quas etiã aliquãdo emittũtur ſpiritus uiuaciſſimi, q retineri nequeũt in corde, bile, aut labore exęſtuãte. Hinc exiſtimaſ a qbuſdã odoratus ipſe uiuacior, & ſpiritualior cæteris ſenſibus: Thus aũt/qd̃ in lege adoleri iubeſ, uariis cõponebaſ aromatibus/& gũmis/tãta arte, & ſaceramẽto cõductis/ut magna cõminatiõe iubeat Deus, ne cõpoſitio illa ad alios uſus cõuertaſ, aut alteri adoleatur q̃ ipſi Deo, ſicuti habeſ in fine tri-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution-Non Commercial 3.0 Unported License

gesimi capitis libri Exodi, ubi dicit: Sãctũ sanctoꝝ erit uobis thymiama illud vȝ: Quod nullatenus facietis in usus uestros, qa sanctũ tibi erit Dño. Vir qcũqꝫ fecerit tale thymiama pro odoratu sensuali vȝ, abscindet a populo suo. Quæ autẽ ingrediebãtur cõpositionẽ illã, & quõ cõducebat, non adhuc pfecte exploratũ habeo, quãq aliqui iactitãt de sciẽtia illius cõpositionis, & gũmaꝝ, atqꝫ aromatũ ingredientiũ ad thymiama illud cõducẽdum: Varias qppe inuenio sentẽtias, atqꝫ interpretamẽta de gũmis, & aromatibus istud conficiẽtibus נָטָף Nataph. n. in nostra traductione uersum habemus stacten, sed alii non ignari asserũt, qꝫ sit balsamũ, alii opobalsamum, שְׁחֶלֶת Sacheleth quod nostra traductio habet onychã, apud alios habetur ambracã. חֶלְבְּנָה Helbena, quod traductor noster interpretatus est galbanã boni odoris, alii asserũt esse masticẽ. Itẽ q̃uis dicat in textu, qꝫ oia ista sumãt in ęquali põdere simul cũ thure lucidissimo, aut trãsparẽti, tamẽ de modo cõponẽdi nihil dicit, sed tm̃, qꝫ fiat arte pigmẽtarii: Qualis autẽ illa sit Deus nouit: Nouerãt & illi patres, q huiusmodi odoramẽta solebãt Deo adolere: Nobis aũt, in qbus figura cessit ueritati, diligẽtissime curãdũ est, ꝓ sacrificiis aĩaliũ, & delicato thymiamate, ut offeramus nosmetipsos Deo in hostiã sanctã, ipsi placẽtẽ, & in thymiama ex diuersis uirtutibus cõpositũ, gra, & arte sũmi pigmẽtarii nostri Christi Iesu, ut dicere possimus cũ Apło: Christi bonus odor sumus, Deo vȝ & hoibus. Paulus

Christus est summa ueritas, & lux omnes docens, & omnia collustrans. Tonus Quartus.

QVid sit ueritas. Cap. Primũ.
Christus est ueritas. Cap. II.
Christus est legis ueritas. Cap. III.
Quomodo iota unũ, aut unus apex legis non præteribit nõ cõpletus, & non uerificatus in Christo. Cap. IIII.
Christus legem perfecit. Cap. V.
Quid sibi uelit uitula rubea, & eius cinis in sacris, & in expiatione coinquinatorum. Cap. VI.
Qualiter doctrina Christi est summe uera. Cap. VII.
Quid cũ ueritate legis ea, quæ Christus docuit. Cap. VIII.
Qua ueritatis rectitudine Christus Deus regat mũdũ. Cap. IX.
Quæ in ueritate de credẽdis Christus docuerit. Cap. X.
Quod sola fides, quæ est pura credulitas, minime sufficiat ad salutem. Cap. XI.

QVID SIT VERITAS, CAPVT PRIMVM.

SANTVS EST VERITATIS splendor, ut omnes debiles oculos opprimat; & paruã potentiæ uirtutẽ excedẽs offendat: Hinc uulgariũ animi, & non adhuc bene expiati magis crasso mẽdacio, q̃ subtili ueritate oblectãtur: quia ueritas est rectitudo sola mente ꝓceptibilis, ut cõmuni sentẽtia diffiniũt Sapiẽtes: Et si sola mente ꝓcipitur, nõ igitur deprehẽditur ab iis, qui mentẽ ipsam nullatenus possidẽt, qui nec sapiũt ea, quæ Dei sunt, qui est fons totius ueritatis: Cuius propria uis est cõcordia, & conueniẽtia medii cum principio, & fine. Hinc mysterio nõ modico in antiquissima lingua (quę sancta dicit) ueritas sic describitur אֱמֶת. In quo uerbo prima littera alphabeti, media, & extrema cõnexæ conueniũt: Nam א Aleph est prima, ת Tau ultima מ Mem uero media, & cũ earum punctaturis profertur emet: Quibus litteris indicatur tota reꝝ textura, egressus uidelicet a principio in rem ipsam, atqꝫ reuersio in finẽ: Et hæc est proprie ueritas, & rectitudo, quæ ad ueritatem spectat. Insup ad denotandã firmitudinẽ, stabilitatẽqꝫ ueritatis, eius nomẽ cõponitur ex litteris bifarie quadratis, figura uidelicet & numeris: Figura. n. ipsaꝝ litteraꝝ ea est, quæ firmos habeat pedes, & bases, quibus stet quælibet eaꝝ seorsum, & fortiũs omnes simul, sicuti ecõtrario nomen significans mendaciũ scribitur eis litteris, quę nullã habent stabilitatẽ, nec stare possunt seorsum, neqꝫ simul iũctæ, ut uerũ sit adagiũ, mendaciũ breues pedes habet, immo claudos, & debiles: Sic. n. illud nomẽ scribit שֶׁקֶר quod proferẽtes nostra ligua dicimus secher. In numeris quoqꝫ omnes litterę, ex qbus cõponitur nomẽ ueritatis, importãt numerũ quaternariũ solidum, & firmũ: א. n. Aleph. n. unũ significat, & mille: Quod unũ est principium solidũ, & essentia omniũ numeroꝝ: Mille quoqꝫ est cubus denarii numeri cõpleti, מ mem autẽ significat. 40. qui est numerus deductus per denariũ numerũ cõpletũ, & per quaternariũ numerum radicalẽ, & solidũ fundamentũ omniũ numeroꝝ. ת Tau uero significat. 400. numerũ deductum per denariũ, & quadragenariũ, siue per quaternariũ, & centenariũ, qui est quadratus denarii: Decies. n. quadraginta, aut quater centũ constituit. 400. sicqꝫ numeri, atqꝫ figuræ litteraꝝ, quæ continẽtur in nomine ueritatis, semper solidæ sunt: In litteris autẽ, quibus cõponitur nomẽ mẽdacii, nec figurę (ut diximus) nec numeri importati per eas continẽt aliquid soliditatis: unde innuitur ꝓ ex se mendaciũ facile corruit. Insup aduertendum est, numeros litteraꝝ mendacii multũ discrepare a numeris denotatis

Sapiẽ.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

per litteras ueritatis:In iſtis.n.una littera ſignificat(ut diximus) unitatẽ, & millenariũ,alia quatuor denarios,tertia uero quatuor centenarios/indicans q; ipſa ueritas deprehendit, & colligat res diuinas denotatas per א aleph/cœleſtes per מ mem,& quadragenariũ/& terreſtres p ת tau,& quatuor centenarios:ut patet iis/qui ſciunt ueram mathematicã formalẽ. Litteræ autẽ/ex quibus cõponitur nomen mendacii/omnes importãt centenarios/numeros quippe addictos rebus inferioribus/& craſſioribus, ubi uiget mendacium, & falſitas: Nam illarum litterarum ק coph dat centum, ר res ducentos,& ש ſin trecentos.

Chriſtus eſt ueritas. Cap. II.

EX antedictis facile deprehendit,quomodo Chriſtus ſit ueritas,qui non modo cõuenire facit mediũ cum principio/& fine,ſed eſt ipſum mediũ/principiũ/& finis, ſicuti ipſemet atteſtatur loquẽs Iohãni in pathmotica uiſione dicẽs: Ego ſum CHRISTVS.
א & ω alpha/& omega,principium & finis:Græco.n.ſermone loquebatur ſicuti & reuelatio ipſa fuit tota græco idiomate cõſcripta, & perinde eſt ac ſi dixiſſet hebraico ſermone:Ego ſum א aleph & ת tau:Harum.n.una eſt prima,altera uero ultima litter,ſicuti in græco alphabeto alpha eſt prima, & omega poſtrema. Nulli igitur relinquitur dubiũ, quin Chriſtus ſit primus & ultimus/principiũ/& finis:Qui iterum dixit:Ego principiũ:Et iterum:Omnia trahã ad meipſum,tanq; v3 ad finẽ. Hoc quidem ſolũ reſtabat/ut mediũ quoq; cõſtitueretur. Hinc(ut ſuo loco explicabimus)in medium/& mediatorẽ multifarie effectus eſt. Ecce igitur elegãtiſſimã rationẽ quare.ſ.Dei uerbũ humanitatẽ,& corpus/atq; totũ hominem omnigenã creaturam aſſumpſit:ut v3 principiũ exiſtens,mediũq; aſſumẽs.i.hominẽ, qui eſt medius inter Deum/& creaturas alias/omnes ipſas cõtinẽs, deduceret ipſum,& omnia/quę in eo ſunt/in debitũ finẽ:Atq; hoc modo cõuenire faciẽs extrema,& mediũ cum utroq;,merito ueritatis nomẽ ſibi uendicaret,& diceret:Ego ſum ueritas. Inſuper ueritatis nomen ſortitur, quia IDEM
in ipſo ſunt regulæ æternæ/quibus cõformari omnes debẽt in uita/& moribus: Vnde ipſe moderator eſt omniũ factus uia/oſtium/uitis/truncus/regula/doctor/magiſter/regulator/omnes dirigens,& ueritate cõplens,quia ipſe pleniſſimus eſt, iuxta illud Iohannis: Vidimus eum plenũ gratiæ, & Iohan.
ueritatis,de cuius plenitudine omnes accepimus.

Chriſtus eſt legis ueritas. Cap. III.

IN hunc quoq; Chriſtum non tantũ omnis creatura colligit, ſed adeo tendit tota lex & propheę, ut ipſe ſit ueritas ipſius legis:quia per ipſum,& in ipſo tota lex uerificatur: Et hoc eſt q; Iohãnes ait:Lex per Moſem data eſt, gratia & ueritas per Idem
Ieſum Chriſtũ facta eſt, complendo v3,quæ in lege de ipſo ſcripta erant:

Philip. Et in hunc ſenſum Philippus de ipſo,qui nõ adhuc cõpleuerat ſcripturas, inquit:Quem ſcripſit Moſes in lege,& prophetę, inuenimus Ieſum filium
CHRISTVS. Ioſeph a Nazaret:Et ipſamet Veritas ait:De me ſcripſit Moſes, uolẽs inferre ea,quę in lege ſcripta ſunt,in ipſo uerificari:Quod ueę eſt,ſed diuerſimode:Nã aliquãdo retexitur eius genealogia,aliquãdo ſcriptura de ipſo loquitur typice,& figuratiue,alibi per effectus exhibitos in uirtute Chriſti uenturi,alicubi uero uaticinatur promittens ipſum uenturũ,& pleriſq; in locis ipſius dignitatẽ,gloriã,uirtutem, & opera præclariſſima multigena exarat:Et hæc omnia eo uelamine recluſa,ut niſi ammoueat, nullibi clare
IDEM pcipi poſſit,ubi Moſes de Chriſto ſcripſerit: Sed reuelata facie aliquid de
Lucas gloria Domini ſpeculari poterimus:Quod ſua benignitate concedat ille,q (ut Lucas narrat)incipiẽs a Moſe,& Prophetis, ſic interpretabat ſcripturas duobus comitibus,ut dicerẽt, Nonne cor noſtrũ ardens erat in nobis, dum in uia aperiret nobis ſcripturas? Genealogiã.n.texere incipit a protoplaſte,procedẽs per totum Pentateucũ,& per libros ducũ, iudicum,& regũ,& per libros dieę, quos paralipomenõ dicunt:Vnde Matthęus,& Lucas aſſumpſerũt,quid de ipſius genealogia perſtricte recenſerẽt:Et q̃uis ii duo diſcordes aliquando uideantur,non tamen falſa enarrant: cum alter
Hiero. naturalẽ geneſim,alter uero legalẽ deſcribat, ſicuti Hieronymus,& Au-
Augu. guſtinus longa ſerie diſſerũt. Per figuras uero,& ſimilitudines in locis pene innumerabilibus hũc noſtrum Chriſtũ depictũ habemus: In tota enim ſerie tabernaculi,ſacrificioę,& ſacerdotii Melchizedech,atq; Aarõ(Paulo interpretante) ipſe magnis ſacramentis deſcribitur, ut aliqualiter ſupra adũbrauimus. Non ſecus de Iona miſſo ad Niniuitas,qui fugiẽs in Tharſim in mare proiicitur, & tandẽ per prædicationẽ Aſſyrios ad pœnitentiã impellit,ſicut ipſamet Veritas negotiũ illud in ipſius typum, & ſignum exhibitũ fuiſſe referat. Itidẽ quoq; in tota hiſtoria Abrahę,qui(ſicut Pau-
Paulus lus cum Galathis differens interpretatur) duos filios genuit, ſignificantes duo teſtamenta:alterũ quippe in ſeruitute legis, alterum autẽ in libertate ſpiritus. Et filius ancillæ fuit prior natu,ſicut & teſtamentũ ſeruitutis: Poſterior autem & hæres filius liberæ,ſicut & teſtamentũ libertatis in ſpiritu hæreditatẽ uerã,& ſempiternã promittit. Et ſicut tunc filius ancillæ perſequebatur filiũ liberæ, ſic & a multis temporibus citra deſcendẽtes a filio ancillæ,qui Iſmaelitæ dicuntur, perſecuti ſunt,& perſequũtur cohæredes Chriſti,quouſq; dabitur tempus, quo fiet unum ouile, & unus paſtor:Et tunc omnia clara luce cõpleta uidebuntur:Quod tempus (ni fallor) propinquiſſimũ eſt:Effectus autem, qui in uirtute Chriſti exhibiti narrantur in lege,ſunt pene infiniti,ex una tamen radice prodeũtes omnes:Quæ radix eſt redẽptio,ſiue liberatio,clementia,pietas,miſericordia, condonatio
Idem delicti,iuxta illud Apoſtoli:Cũ mortui eſſetis in delictis,cõuiuificauit uos,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution-Non Commercial 3.0 Unported License

donans uobis omnia delicta, delens, quod erat aduersus uos, chirographū decreti, quod erat contrariū nobis. Et ipsum tulit de medio affigens illud cruci: Immo tota Pauli doctrina hac radice pullulat, sępius, & plerisq; in locis repetens gratiam, quam nobis acquisiuit Christus, & omnia pietatis obsequia, quæ nobis exhibuit. Et ut aliquid de antiquis effectibus percurramus, id indicauit uestis illa pellicea, quā Deus eius clemētia uestiuit primos parētes peccati ignominia denudatos. Hoc innuit quęlibet promissio facta Patribus de bñdicendis omnibus tribubus terræ in semine Abrahę, Izahac, Iahacob, & Dauid: Hoc liberatio Abrahæ de Vr chaldeoꝝ, benedictio Iahacob, & uictoria deducta: Hoc deductio posteritatis eius de Aegypto, & cibus de cœlo ministratus in deserto, & aqua propinata de petra, quæ (ut clare inquit Apostolus) erat Christus: Quē Moses in petra percutiēs grauiter peccauit, non confidēs de aqua misericordiæ gratis tribuendæ, absq; ipsius petrę percussione. Et secundū gratiā a Christo impetratā dictum fuit Dauid per Natam prophetā: Distuli peccatum tuū: Et de Achab dictum est ad Isaiam: Nō ne uidisti Achab humiliatū? Ideo non inducam malū in diebus eius. Omnia itaq; huiusmodi, quibus Deus se clementē, & misericordem præbebat, erant effectus Christi uenturi: in cuius uirtute aperta est ianua pietatis, & clemētiæ: quæ brachiū dextrum a secretioribus Theologis nūcupatur: De quo Isaias: Et brachiū Domini, cui reuelatum est? Et cœloꝝ regina in Cantico: Fecit potentiā in brachio suo: potentiam quippe, quia nō minor uirtus requirebatur in restaurādo, & redimēdo, q̄ requisita fuit in creando. Tunc quoq; lex, quæ erat ignea, & a sinistris terrificās, & occidēs, deducta est in dexterā pietatis, sicuti prę cinuit Moses, anteq̄ benediceret filios Israel, dicens: Dominus de sina uenit, & de sehir ortus est nobis: & hoc, quo ad legē, in qua uisus est oriri apparens in igne, quando ipsam dedit, & sensibiliter loquens, ac in tabernaculo habitans, atq; legis doctrina (sub uelo tamen quodā) contentus. Sequitur Moses: Apparuit Dominus de monte pharan, uel ut melius dicamus iuxta litteram, de monte פָּארָן paaran. i. de monte pulchro, & gloria pleno: Qui mons est Christus noster, de quo alibi dicitur: Mōs coagulatus, mons pinguis, mons, in quo beneplacitū est Deo habitare in eo, iuxta illud paternæ uocis: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui. Ex mōte igitur hoc pleno gloria, & gratia apparuit iterum Dominus, & cum eo sanctoꝝ millia, qui (ut Matthęus inquit) introierūt cum eo in sanctā ciuitatem, & apparuerūt multis. Tunc uisa est in dextera eius ignea lex: Quia tunc ignis zeli, & excandescentiæ diuinæ deductus fuit in dexteram, & conuersus in aquam sapientiæ, & pietatis: Ideo Christus uenit in aqua, & per aquā dicitur nos regenerasse: Et hoc, quia (ut sequitur) dilexit populos nō ultra puniens, & terrificās, sed ut benignus Pater dili-

Paulus
Natam
Isaias
Idem
Btā Vir.
Moses
Idem
Psalm.
DEVS
Matth.
Idem

gens, purificans, pascens, & dans seipsum in redemptionē pro multis: Per quos omnes effectus habemus Christū prenuntiatum in lege, decantatum a Prophetis, & attestatū ab Apostolis, & Euangelistis: Vaticinium autem factum de ipso, a Mose potissime, semper occultum fuit, adeo, ut in cortice literæ nullū uideatur: Si autem quis āmoto uelamine introspexerit, sentiet cor in uia ardere summopere: Et ut aliquā fenestrenulam aperiamus/ narrat Moses hominem solertissimo artificio fabricatum cum imagine, & similitudine Dei utroq; sexu decoratum, sicut de opifice attestatur Mercurius, ut alibi diximus: Et ipsum describit prelatum omnibus creaturis, sicuti ad uerbum de Christo interpretatur Paulus: Et hoc anteq̄ (ut ipse Moses ait) esset homo, qui operaretur super terram: De cuius hominis fabrica statim subintulit dicēs: Formauit igitur Dominus Deus hominem pulue-rem de terra, & cætera, quę sequūtur: Vnde clarissime habemus primā descriptionē humanæ fabricæ (ut nonnulli sapientes asserunt) fuisse de Christo: Qui sicut (teste Iohanne) occisus fuit ab origine mundi, ita quoq; ab origine mūdi productus fuit, & omnibus prælatus, iuxta illud Pauli: & cū introduceret Primogenitum in orbem terre, dixit: Et adorent eum omnes Angeli eius. De ipso quoq; loquitur Moses, aut lex in Iahacob dicens: Veniet Silo idest Messiah, & ipse erit expectatio gentiū. De ipso quoq; dicebat ipse Moses, dum eligeretur a Deo liberator populi: Mittē, quē misisti rus es. Innumerabiles sunt huiusmodi loci, in quibus Christus præcinitur: Et pleraq; sunt, in quibus dignitas, gloria, uirtus, & egregia opera ipsius enarrātur q̄plurima, ut illud Isaiæ: Et factus est principatus super humeꝝ eius, & uocabitur nomen eius admirabilis consiliarius, Deus fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis/ multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis, super solium Dauid, & super regnum eius, ut confirmet illud, & corroboret in iudicio/ & iustitia amodo, & usq; in sempiternū: Et illud, quod in Genesi antea uaticinatus fuerat Iahacob dicens: Non auferetur sceptrum de Iehuda, donec ueniat Messiah: Et ipsi cōgregabuntur omnes gentes, aut populi: Quod clarius regius Propheta decantauit in secundo hymno dicens ad ipsum sub noīe Patris: Postula a me, & dabo tibi gentes in hæreditatem tuam: Nam (ut inquit Paulus) factus est hæres uniuersorum, sicuti per ipsum facta sunt sæcula, idest machina hęc tota, atq; omnes hospitantes in ea: Ideo sequitur Propheta: Et possessionem tuam terminos terræ. Sic & in pleriscq; psalmis, maxime in septuagesimo primo, & octogesimo octauo multas de Christo cantat regius Propheta egregias laudes: Et ut breuiter me expediam, nulla est legis, aut Prophetaꝝ enarratio, quæ non referat aliquo modo ad Christū, siue immediate, ut tetigimus/ siue mediate, sicuti mysterium de uestimentis sacerdotū, quæ sacramenta habent in ipsis Sacerdotibus induendis: Item in nostris, & tādē in Christo, ad quē

Mercu.
Paulus
Iohan.
Paulus
Moses
Idem
Isaias
Iahacob
Dauid
Paulus
Psalmi

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

omnia referuntur, ſicuti in ſuperiori tono explicauimus. Et omnia deniq; adeo referuntur ad Chriſtum, ut nullum ſit iota, aut apex, qui non cõplea/tur in ipſo, ut patet ſane intelligenti: Sed omnia exarare ſingilatim labor quidẽ eſſet inexplicabilis: Ne tamen uideamur hæc ſine fundamento aſſe/rere, aliqua percurremus, in quibus etiam minimum iota, uel apex locum habuit in Chriſto, ut ex paucis adumbratis cætera facilius poſſunt credi, & aliqualiter attingi.

Quomodo iota unum, aut unus apex legis non præteribit non com/pletus, & non uerificatus in Chriſto. Cap. IIII.

IOta minima eſt alphabeti littera, apex uero punctus, ſiue ac/centus: Quæ omnia in ſcriptura debito numero, pondere, & ſacramẽto collocata ſũt, adeo, ut Rabi Symeon Ben Iochai & poſt eum Elchana, & alii, non ſolum ſententias, & uerba interpretari conati ſint, ſed etiam rationem reddere de literis, & ipſarum figuris, cũ apicibus ſub, & ſupra poſitis: Et ut aliquid exempli gratia ad/ducamus in medium, primum uerbum legis, quod eſt בְּרֵאשִׁית Bereſit in/terpretantes quærũt primo, cur lex, & deſcriptio fabricæ incipiat a ב Bet: Reſpondent: Quia ב Bet ſignificat domum, & indicat ſapiẽtiam ſuperio/rem: in qua omnia collocata erant prius, q̃ in proprias formas educerentur & per ipſam ꝓducta ſunt omnia iuxta illud Pſalmographi: Omnia in ſa/pientia feciſti: Cui adſtipulatur Iohãnes, qui dixit omnia præfuiſſe in uer/bo, ueluti uitam quãdam creatricem: & poſtea omnia per ipſum uerbum facta fuiſſe. Quæritur ſecũdo, cur ſequẽs litera ſit ר res: Et ut omittamus ea multa, quæ tangit Elchana, dicunt aliqui, quoniam cum Bet ב importans duo in numero denotet primum productum in diuinis, qui eſt Filius, & ſecunda perſona Trinitatis ר res importans duo cẽtenaria innuit primam rẽ productã in rebus craſſiſſimis, materiã ỿ, quæ apud Pythagoreos de/notatur ꝑ dualitatẽ. Tertio loco ponitur א Aleph litera quidẽ diuinitatis, & primi fontis omniũ bonoꝝ, innuens quoniã ꝓducta materia interuenit formaꝝ dator, qui (ut Elchana ait) influẽs in ב Bet & ר res dat, ut materia formet̃, & uiuificet̃ per Filiũ, qui eſt ſapientia creatrix, & omniũ reꝝ uita: Et q̃ pulchrum eſt, iuncto א Aleph cũ ב Bet fit אב ab, qd̃ patrẽ ſignificat, qui pr̃ nõ põt eſſe ſine filio. Ecce igit̃, quomodo doctores Hebrei reſeran/tes myſteria literaꝝ confitent̃ Pr̃em, & Filium, & conſequenter totã Tri/nitatẽ: Nam de Spirituſancto nulla eſt apud eos ambiguitas: Qui primus dator formaꝝ deducens in materiã formã, quæ præerat in filio, tanq̃ idea, & uita rei producende, cauſat ש ſin, quæ litera ternarium cẽtenariorũ im/portat, innuẽs expreſſe illis, q huiuſmodi myſteria norũt, q̃ in materia illa craſſa producta ſit forma. Et cũ nihil poſſit ſtare in mundo, niſi repleatur diuinitate, iuxta illud propheticũ: Auferes ſpiritum eoꝝ/quẽ. ſ. uiuificantẽ

Simeon Elchana

Dauid Iohãnes

Elchana

Pythag.

Elchana

Elchana

Dauid

dediſti eis, & deficient: ac in puluerẽ ſuũ reuertentur: aperiente aũt te ma/nũ tuã, omnia implebuntur ubertate: ideo qnto loco ponitur י iod, qd̃ no/ſtri proferunt iota/Quæ lr̃a quoq; diuinitatẽ ſignificat rebus infuſam, & oia replentẽ, iuxta illud, q̃ habetur in Ieremia: Cœlũ, & terrã ego impleo.

Ieremi.

Paulus

Quæ plenitudo prius fuit in Chriſto, dicẽte Paulo: Quoniã placuit, Pr̃i vꝫ oẽm plenitudinẽ hr̃are facere in eo. Omnibus itaq; ſic ꝓductis coacerua/ta eſt maſſa gñis humani, & ſepatus electoꝝ cœtus dictus populus Iſrael, ad quẽ ſolũ reparandũ uenit Meſſiah. Et ut etiã hunc cõplecteretur in pri/mo uerbo legis, & hiſtoriæ mũdanæ fabricæ, addidit ת Tau, qd̃ cõgrega/tionẽ Iſrael ſignificat, ſicuti Elchana expreſſe ait: Quoꝝ oium ſummarius ſenſus eſt: In ſapiẽtia, quæ eſt uerbũ, & Filius ſummi Patris, producta eſt prima materia omnium reꝝ, poſtea a fonte omniũ bonoꝝ data eſt forma rebus, & cõſequẽter omnia ſunt bonitate cõpleta: & tandẽ genus hominũ, pr̃cipue electoꝝ, propter quos facta ſunt omnia, inuitur ꝓductum. Quæ cuncta, cũ reduci debeant ad illud primũ/a quo ꝓdierunt, prima lr̃a ſecũ/dæ dictionis iteꝝ eſt ב Bet, ſigillũ quippe ſapientiæ, quæ Chriſtus eſt, & eſt principiũ בְּרֵא Bara, qd̃ creare/purificare/& inouare ſignificat, innuẽs oia reſumenda a Chriſto/ atq; purificanda ꝑ lauacrũ, quod in paſſiõe effudit, & tandẽ renouãda per ipſum ſuſcitatum, & reducentẽ hominẽ renouatũ, & ꝑ ipm oẽs creaturas in eo cõtentas, in Deũ Patrẽ, ſignatũ per א Aleph: Creatura aũt reducenda ſignatur per ר res, qd̃ ducentos importat, ſicut א Aleph unũ, & mille, ut expreſſe dicit̃ in fine Canticoꝝ: Aleph tibi ſelomo, & ducẽti iis/qui cuſtodiũt fructus eius, ideſt creaturis omnibus/q̃is men/doſi codices habeant: Mille pacifici tui. Ecce igitur quomõ oẽs literæ illoꝝ uerboꝝ referuntur, & complentur in Chriſto, etiã minima litera, quæ eſt י iod: cuius ſpinula ſuperior, q̃ bene formatur/ſubtiliſſima eſt, & extẽditur quouſq; aufugiat aciẽ oculi noſtri, inuens inuiſibilem diuinitatẽ: a qua (ut dicit Elchana) repletur illud iod, ideſt Chriſtus per ipſum denotatus, qui bñdictionẽ illam, & influentiã ſuſceptã influit inferius, ut expreſſe inquit Iohãnes: Vidimus eũ plenũ gr̃a, & ueritate: de cuius plenitudine oẽs acce/pimus. Ideo non ſine cauſa illud iod ponit̃ in principio nominis יְשׁוּ Ieſu. Aliud quoq; myſteriũ continetur in lr̃is cuiuſq; dictionis, q̃m ſi reuoluant̃ per modũ apud Hebreos celebrẽ qui dr̃ ſiruph, diuerſa inde extrahuntur myſteria, ut exempli gr̃a, indictione חמר Hamor/quæ aſinum ſignificat: quẽ nõ ſine myſterio aſcẽdere uoluit Chriſtus i die palmaꝝ, q̃n ex pietate, horridã prouintiã redimendi humanũ genus aggreſſus eſt: in quo uerbo ſi præponatur ultima lr̃a, habebimus רחם Re hem/qd̃ pietatẽ, & clementiã ſignificat, qua potiſſime uſus fuit ab illo die, uſq; ad extremũ paſſiõis pro nobis toleratę. Hinc quoq; diuina diſpoſitione factũ eſt, ut in illa die pueri

Elchana

Iohan.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution-Non Commercial 3.0 Unported License

semiuates prosternerẽt ante ipsum ramos oliuarꝝ: ut denotaret opus pietatis, & misericordiæ, quod tunc assumere incipiebat. Alio quoq; ordine a litteris illis excerpũtur mysteria, assumendo v3, aut primas, aut extremas litteras diuersarꝝ dictionũ: ex qbus cõponitur nomẽ illius, de quo occulte loquũtur uerba oraculi, ut in exemplum adducamus illud, quod Iahacob Deo plenus in Ichuda de Christo uaticinatus est dicens: Quousq; ueniet Silo, idest Messiah, & ipsi congregabuntur populi: in Hebreo habetur יָבוֹא שִׁילֹה וְלוֹ יִקְּהַת Iahacob Iabo siloh uelo: Quarꝝ dictionum primæ litteræ sunt ישׁי, quæ si cõponantur ordine, & more Hebraico, constituunt יֵשׁוּ Iesu, ut sit sensus: Donec ueniat Messiah, qui est Iesu, cui congregabuntur gentes susciptentes cultũ, & testamentũ eius. Simili modo in Psalmo septuagesimo primo, in quo multa eulogia decantant de Christo, inter quæ illud habemus: Permanet, aut firmatur nomen eius, & bñdicentur in ipso omnes gentes, ubi in Hebreo habetur וְיִתְבָּרְכוּ בוֹ כֹּל גּוֹיִם יְנוֹן שְׁמוֹ Psalm. iinon semo ueit barcu bo col goim: Quarũ priorꝝ trium dictionum, si primæ litteræ accipiãtur, & ordinentur eo modo, quo nup dictũ est, cõstituit hoc nomẽ יֵשׁוּ Iesu: Vbi expresse inuitur, qꝺ Iesu est nomen illius, de quo tot, & tanta decantat Vates, in quo bñdicentur omnes gentes, & in quo solũmodo (ut ait Petrus) oportet homines saluos fieri. Celebriori autem mysterio illud idẽ nomen eodem modo retexitur in Psalmo nonagesimo quinto, ubi Propheta inuitat omnes ad celebrandum nouum canticum pro nouo opere, quod celebrare debebat Messiah: Et inter alia monumenta hoc habemus: Lętentur cœli, & exultet terra: cõmoueatur mare, & plenitudo eius: gaudebũt campi, & omnia quæ in eis sunt: Quæ uerba in Hebreo sic habentur יִשְׂמְחוּ הַשָּׁמַיִם וְתָגֵל הָאָרֶץ יִרְעַם הַיָּם וּמְלוֹאוֹ: יַעֲלֹז שָׂדַי וְכֹל אֲשֶׁר בּוֹ Iosmehu hassamaim uetagel haarez, irham haiam, umluo iahelaz sadai, uccol asserbo: Quæ dictiones eo mõ sunt dispositæ, ut si accipiãtur primæ lĩæ priorꝝ quatuor, debito ordine collocatę, cõstituũt nomẽ magnũ Dei quadriliterũ, qꝺ est יהוה. Si uero accipiant primæ lĩæ triũ dictionũ sequẽtiũ habemus idẽ nomen sine ultima lĩa, quæ est ה: & hoc magno mysterio: Nã per illud ה, pbant in eo libro, qui dicitur sepher temunot, uerbum & diuinitatẽ uniendã cũ carne, ex qua unione cõstituitur Iesus: in quẽ uirtus magni nominis Dei diffunditur, ut quasi uideat cedere Iesu: quo solo nomine datur nunc homines saluos fieri: & datũ est nobis operari ea mirabilia, quæ solebãt fieri in uirtute illius magni nominis quadriliteri, sicut alibi diximus. Hinc mirando ordine sequuntur aliæ tres dictiones, quarꝝ primæ litteræ debito ordine collocatę constituũt nomen יֵשׁוּ Iesu. Quia igitur erectũ est hoc nouũ nomẽ, qꝺ os Dñi nominauit, ideo incipit hic Propheticus hymnus: Cantate Dño Canticũ nouũ. Hinc inuitãtur cœli, mare, terrę, campi,

& omnia, quæ in eis sunt, ad depromendas laudes huius nostri Christi, cui Pater dedit nomen, quod est super omne nomen. Longũ quippe esset omnia loca sacræ scripturæ retexere cum eorꝝ mysteriis, cum nullus a suo sacramẽto uacuus sit: Ideo his paucis adductis in exemplũ, ad apices uenimus, qui bifarii sunt: Inferiores.n. qui pro maiori parte pũcta dicũtur, hebraice autem נְקוּדוֹת necudot, uiuificantẽ spiritũ significant, atq; uolitãtem, & incubantẽ super omnia mẽbra, tam mundani, q̃ mystici corporis, de quouis loquatur scriptura. Quod uidẽs Ezechiel dixit: Et spiritus uitæ erat in rotis, mundana v3, atq; humana, utrãq; uiuificãs: Superiores autẽ apices, qui a nobis accẽtus dicuntur, hebraice autẽ טַעֲמִים spiritum diuinum, & sanctum significãt, sanctificantẽ, & in Deum redeuntem: De quo bifario spiritu, qui tamẽ unus est, loquitur Orígenes in Peri archon nõ indocte: Nam quãuis multiplex sit diuini spiritus uirtus, hæc tamen bifaria præcipue est, ex qua dicitur spiritus uitæ, & spiritus sanctus: Et cum iste sit spiritus Iesu, ideo opera ab eo perpetrata dicũtur opera Iesu, & consequenter ea, quæ in spiritu cõpleta reperiũtur, de Iesu intelligũtur cõpleta: Et hoc est, quod dixit noster Iesus, ille de meo accipite, & annũtiabit uobis: Et iterum: Spiritus sanctus, quẽ mittet Pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, atq; omnia uidelicet perpetrabit in nomine meo. Et cum nihil fecerit neq; faciat Iesus, nisi in Spiritu sancto, immo teste Paulo / nemo potest rite nominare Dominum Iesum, nisi in Spiritusancto / ideo nõ reperitur aliqua littera in scriptura innuẽs, & signãs nomen Iesu sine eius apice, & pũctatura: Pari ratione non reperitur aliqua syllaba sine eius accentu. Et hæc sufficiant dicta de apicibus abstinendo ab ulteriori relatione: quia ulterius loqui non licet: Sed huiusmodi cõmunicãda sunt inter perfectos, aut spiritu contemplãda, dicendũq; est cum Propheta: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.

Orige. CHRISTVS. Paulus Dauid

Christus legem perfecit. Cap. V.

CHRISTVS. Neq; tantũ modo uerificauit legẽ cõplens omnia, quæ in ipsa continẽtur, sicuti ipsemet testatus est dicẽs: Non ueni soluere legẽ, sed adimplere, sed etiam perfecit, & deduxit ad melioremgradum per Euãgeliũ, quod bonum nuntiũ significat, ueluti si quis acciperet characteres plumbeos impressorꝝ cõpositos in tabella ad exprimenda aliqua dura, & eosdem rursum coaptaret ad exprimenda uerba dulciora, & sublimiora, eadem tamen manẽte figura characterum: Pari modo fecit Christus non adinueniens aliam, sed perficiens eandem legem, & deducens in eam meliorem sortem, ut uideatur alia, cum tamen non sit, sed eadem, sicuti pannus quando tingitur uermiculo, aut aliquo colore pretioso, perficitur, & non mutatur. Perfecta igitur fuit lex tincta, & colorata sanguine Christi multo fœlicius, q̃ respersa

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution-Non Commercial 3.0 Unported License

ſanguine animalium, ſicut inquit Apoſtolus: Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum, qui uidelicet ipſemet Chriſtus erat, uerum, & uiuens, non quidem manufactũ. i. non huius creationis: neq; per ſanguinẽ hircorũ, aut uitulorũ, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta: Ex quibus uerbis liquido habemus, q; Chriſtus in proprio ſanguine ampliauit, & perfecit legem: Ampliauit quidẽ, quia ea lex, quæ obſeruabatur ab unica familia Iſraelitica, & paucis aduentitiis in paruulo Iudeæ, & Phœnicis loco, per Chriſtũ diffuſa eſt in uniuerſum orbem, & in omnes gentes, ſicuti in Pſalmo canitur: Et adorabũt eum omnes reges, & omnes gentes ſeruiẽt ei: & aliis plęriſq; in locis. Perfecit quoq; & adeo immutauit, & mitiorẽ, atq; benigniorẽ reddidit, ut adultera, quæ lege lapidari iubebatur, ab ipſo Chriſto facile abſolueretur: & publicanus, ac famoſa meretrix protegeret: & alter in Euãgeliſtam & Apoſtolũ, altera autem in hoſpitã eligeretur. Latroni, dum ipſi adhæret, paradiſum promittit. Et ut breuiter cõcludamus, in omnes peccatores miſericordiã oſtendit aperto ſermone dicens: Non ueni uocare iuſtos, ſed peccatores: Et quod grande uidetur, permiſit Deus omnes incurrere peccatum, & indignationẽ, ut omnes ſentirẽt miſericordiã impertatã per Chriſtũ, & non per legem, per quã (inquit Paulus) nemo iuſtificatur: Quod aſſerere minime auderẽ, niſi me idem Apoſtolus doceret, dum ait: Omnia concluſit ſub peccato, ut omnibus miſereatur: quãuis Apoſtolus dicat, cõcluſit in incredulitatẽ: Nam ipſa eſt fons omnium peccatorum, & uera alienatio a Deo. Et adeo ponderat Apoſtolus hoc uerbũ, quãuis ſciat eſſe uerum, ut ſtatim clamando ſubinferat: O altitudo diuitiarũ, ſapientię, & ſcientiæ Dei, q̃ incõprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius. Verum ſi alicui illa ſecreta credita ſunt, ea tamen lege id factum eſt, ut indignis non pandãtur. Hinc Paulus fidelis in commiſſis arcanis non explicauit, ſed innuit, cur Deus id fecerit, dicens: Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo facta ſunt omnia: uoluit enim inferre: Quoniam ſicut per ipſum Dei uerbũ facta ſunt omnia, ita ipſa deprauata per idem reſtaurarentur, ut ab ipſo tanq̃ a capite, omnes influxus, & omnia bona cognoſceremus ſuſcipi: Ideo ſubinfert: Nõ plus ſapere, q̃ oportet ſapere: quia unuſquiſq; habet, ſicut Deus diuiſit: Sicut. n. in uno corpore multa mẽbra habemus, ſic etiã habemus donationes ſecũdũ gratiã, quæ data eſt nobis, differentes. Et q; uita, & opationes omniũ mẽbrorũ proueniãt a Chriſto, lõgo ſermone referat cũ Corinthiis, & Epheſiis inter alia dicẽs: Vnicuiq; noſtrũ data eſt gratia ſecundum menſurã donationis Chriſti iuxta id, quod dicitur: Aſcẽdens in altum captiuã duxit captiuitatẽ, dedit dona hominibus: Nam dedit quoſdam eſſe Apoſtolos, alios autem Prophetas, & cætera, quæ ſequuntur. Voluit itaq; Pater, ut omnia, quæ habemus, ſuſcipiamus

Paulus

Pſalmus

Paulus

Idem

Idem

Idem

per filiũ, & ipſum eſſe, & munera omnia, & chariſmata, atq; ſalutem, &
Zacha. miſericordiã conſequamur. Hinc dixit Zacharias ad filiũ præcurſorẽ Dñi nuper æditũ: Præibis ante Dominũ parare uias eius, qui. ſuenit ad dandã ſalutem plebi eius in remiſſionẽ peccatorũ eorum per uiſcera miſericordiæ ſuæ, quibus uiſitauit nos oriẽs ex alto. Non igitur per legẽ quis iuſtificatur, aut per ſanguinẽ animaliũ, ſed per eum, in quo poſuit Dominus iniPaulus quitates omniũ noſtrum, cuius liuore ſanati ſumus. Et Paulus nedum homines, ſed & omnia deducta eſſe in debitũ concentũ per ſanguinẽ Chriſti referat dicẽs: Pacificãs per ſanguinẽ crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quę in cœlis ſunt. Magnũ quippe tangit myſteriũ, dum etiã ea, quæ in cœlis ſunt pacificata atteſtatur per Chriſti ſanguinẽ, cum omnes aſſerant angelos malos a cœlo expulſos ſine ſpe reditus. Quę igitur reſtabãt in cœlo pacificanda Chriſti ſanguine, niſi intelligamus de Patre æterno, & de oibus cœleſtibus numinibus nobis pacificatis, quãdo Chriſtus ſoluẽs pro nobis debitũ in paſſione Patri nos cõciliauit, qui prouocatus fuerat trãſgreſſione
Idem protoplaſti: Nam ut Apoſtolus cũ Corithiis ait: Sicut unius delicto mors regnauit per unum, multo magis abundantiã gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ ſuſcipiẽtes in uita regnabũt per unũ Ieſum Chriſtũ: in quo, & nõ in
Idem lege ſanãtur, iuſtificantur, & perficiũtur omnes, non tantũ in carne, ut fiebat in lege, ſed in ſpiritu, & in operibus, ut Paulus proſequitur cum Hebreis dicẽs: Si enim ſanguis hircorũ, aut uitulorũ, & cinis uitulæ aſperſus coinquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quanto magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatũ Deo, emundauit conſcientiã noſtram ab operibus mortis ad ſeruiendũ Deo uiuenti? Et cum de ſanguine animalium pleriſq; in locis dictum ſit, percurrendum eſt etiam aliquid de myſterio cineris uitulæ ruffæ, quo aſpergebantur inquinati.

Quid ſibi uelit uitula rubea, & eius cinis in ſacris, & in expiatione coinquinatorum. Cap. VI.

ET quãuis omnes expiationes a Sũmo legiſlatore fuerint miro ordine cõſtitutæ, myſteriũ tamen uaccæ rubeæ excellentiſſimum, & ſuper alia ſacrificia celeberrimũ æſtimabatur, cũ id ordinatũ eſſet in expiationẽ immaniſſimorũ ſcelerũ, & tranſgreſſionis primorũ parentũ, & cõflati uituli, erectiq; ab Aaron, & a populo in deſerto: In expiationẽ inq̃, pro quãto patiebatur figuratiuũ ſacrificiũ: nam omnia uere plene expiãtur in Chriſto, ut nuper tetigimus: & quanto hoc myſterium de uacca rubea excellentius opus redemptionis præfigurauit, tanto celebrius eſt. Si autẽ id ordinatũ fuerit pro expiatione delicti erecti uituli, uideamus: Nam educti filii Iſrael de Aegypto, & ſoluti a iugo dominii illius, qui regebatur ab ariete, adhuc tamen timẽtes influxũ illũ,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution-Non Commercial 3.0 Unported License

ductore eorum priuati(ut rebantur)uoluerunt asciscere uirtutẽ fortiorem illa Aegyptiorũ tauri v3,qui supersedet in cœlesti circulo arieti: Vnde arte quadã secretiori dispositis rebus, liquefacto de more metallo fabrefactus est uitulus: Illumq; erigẽtes rerum diuinarũ adhuc ignari opinabãtur hau/rire uirtutem superiorẽ arieti, & inde prævalere(si opus foret)contra eos, qui ab ariete regebãtur: Sed hic fuit error, & peccatum maximũ, dum at/tribuere uoluerũt tauro cœlesti fauorem, quẽ a Deo uiuo susciperẽ debe/bant, sicut illucusq; susceperãt auctus quoq; fuit error, quia erexerũt ima/ginem bestiæ contra præceptum Dei adiutoris eorum: Cui sceleri, & uul/neri, ipso Deo iubente, duo sunt adhibita remedia: Alterũ, quia iussi fuere expiari multi in sanguine proprio: Quod effectũ est per filios Leui, unde meruerũt benedictionẽ, qua priuata erat illa familia ob scelus perpetratũ in sichimitas: Alterum remediũ fuit uitula hæc rubea: Cuius mysteriũ ali/qualiter percurramus: Obserua, quæso, ordinẽ: Vacca/siue uitula eligitur cõtra peccatũ uituli adorati, ut expurgatio fiat per id, per quod quis pec/cauit: Sed debilior sexus assumitur, ne credamus expiationẽ fieri ex uir/tute ipsius animalis: non enim ex animali, sed ex diuino numine influeba/tur, unde expurgatio fieret: Hinc non dignius animal, sed debilius in sexu secernitur: Et ut cõprobaretur fauor hauriendus, non ab ipso animali, sed a cœlo, iussit Deus ipsum cum omnibus eius extis cõburi, igne illo uide/licet, qui e cœlo ministrabatur ad holocausta suscipienda, ut ex plerisq; lo/cis scripturæ discere possumus, & celebri fama apud Hebreos diuulgatũ est: Qui in his (ut aiunt) dabatur e cœlo in toto tempore primæ domus, sed etiam in secunda aliquando subministratus fuit, ut ex secundo uolu/mine Machabeoꝝ habemus: ubi legitur, q; ueniens Neemias de Perside, Neemias ut sacrificaret, quæsiuit ignem cœlestem reconditũ, & non inuenit, sed aquã crassam: qua iussit aspergi sacrificia, cum ignem non haberet a cœlo mi/nistratum. Elias autem tempore primę domus, ut comprobaret cultũ Dei sui meliorem, q̃ cultus prophetarũ Bahal, exposuit sacrificium suum igni de cœlo subministrando, exquirens, ut & ipsi prophetæ Bahal itidem fa/cerent: Et cum ignis nequaq̃ absumeret sacrificiũ illoꝝ pseudoprophetaꝝ sed sacrificium Elię cõbureret, & transmutatũ in ignem cœlo præsentaret, cõprobatus fuit cultus Eliæ uerus, & bonus, ut habet in tertio uolumine Regum. Hoc igitur igne cõbusta uacca cum omnibus intestinis eius, ex illis cineribus cõspergebãtur inquinati, iuxta illud Pauli: Si.n. sanguis hir/coꝝ, & tauroꝝ & cinis uitulę aspersus inquinatos sanctificat ad emũdationẽ Paulus carnis, & sanguinis v3, secũdũ quę prouenit peccatũ in hominẽ, ideo pec/catũ sapit naturã rubei sanguinis: unde Esau peccator Edom.i. rubeus di/ctus fuit, & pro quodã rubeo uẽdidisse primogenituram. Primus quoq; pa/rens, p quẽ introductũ fuit peccatũ in omnes, nominatus fuit Adã, q terra

rubea(ut dicũt) in lingua nostra significat. Sed si bene ppẽdimus chara/cteres illos, illud nomẽ significat qd sanguineũ diuinitate conspersum: Cõ/ponitur.n. ex א Aleph, quæ est littera diuinitatẽ innuẽs, & דם dam, quod sanguinẽ significat. Hinc potissime pro expiatione peccati non solũ ado/rati uituli, sed etiam protoplasti deligitur uitula rubea, sapiens v3 non ru/borem carnis & sanguinis, sed meliorẽ, de quo dicitur in Cãticis: Dilectus Cãtica meus candidus, & rubicũdus: candidus quidẽ innocentia, rubicundus ca/ritate, & igneo feruore. Et sicut Adam, per quem inductũ fuit peccatũ in inferiorem mundum, dictus fuit rubeus uel terra rubea, quia tractus ab הָאֲדָמָה adama, quod terram rubeam significat, ita Dauid electus secun/dum cor Domini dictus fuit אַדְמוֹנִי Admoni.i. rubeus, uel ruffus, ut ha/Regũ bemus in primo uolumine Regũ: Et Christus ab eo descẽdẽs, homo qppe de cœlo cœlestis, reparator peccati inducti a primo homine terreno, rubeus fuit, si pictura nos uerũ docet, & ii, qui eius physiognomiã describũt: Cu/ius rubor adeo efficax fuit, ut sicut cãdor corporis ipsius transfigurati re/dundauit in uestimenta, ut appareret alba sicut nix, sic & feruor eiusdem patientis diffusus fuit in uestimenta, adeo, ut (Dionysio teste) Angeli ad/Isaias mirantes dicerent illud Isaiæ: Quare rubeũ factum est uestimentũ tuum? Non mirũ igitur, si ad figurandã expiationẽ faciendã per hominem ruf/fum cœlestem a peccato contracto per hominẽ rubeũ terrenum, iubetur eligi uacca rubea: Sed hæc perfecta esse debebat, & nulla macula detur/pata, nullũq; iugum inferioris seruitutis portare, ut plene indicaret expur/gationẽ, quæ debebat fieri in lege libertatis, & perfectissima ab eo, qui ab omni seruitute nos liberauit: Et ut facilius susciper cœlestẽ influxũ, si quis tunc dabatur, qui declinat a coinquinatis & aliqua deprauatis macula, ut in lege clarius edocemur. Iugulabat quoq; uitula extra castra, ut de ipsa, Paulus & de uero holocausto inquit Apostolus cũ Hebreis: Quoꝝ animaliũ in/fertur sanguis pro peccato in sancta, hoꝝ corpora cremabantur extra ca/stra: Propter quod & Iesus, ut sanctificaret per sanguinẽ eius populũ, ex/tra castra passus est, ut expiaret eos, etiam qui per peccatũ extra cœtũ iu/CHRI/ storum excluſi erãt, iuxta illud quod summus Redẽptor ait: Nõ ueni uo/STVS. care iustos, sed peccatores: Et iteꝝ per aliũ Euãgelistã: Venit Filius homi/nis quærere, & saluũ facere, quod pierat. Ex sanguine quoq; iugulatę uitu/læ sacerdos intincto digito aspergebat cõtra fores tabernaculi septies, nu/mero qdẽ remissionis, ut indicaret remissionẽ faciẽdã in sanguine ueri ho/locausti, qui etiã solus ostiũ est, p quod ingredimur ad salutẽ, & uitã. Po/stea cremabat igne illo a cœlo ministrato, ut cõueniẽs esset medela, uel sal/tem figura medelę, cõtra maculã ex inferiori igne, & rubeo deductã. De/niq; ex cineribus cõbusti animalis aspgebãtur nõ sine mysterio coinq̃nati, quia nihil magis sanctificat animal, & rubeũ nostrũ, q̃ eius mortificatio,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

& cõbustio facta a sancto illo igne, quẽ redemptor uenit mittere in terrã. Sed mirãdũ sacramentum occurit: Nam si cinis ille coinquinatos sanctificabat, & mundabat, cur inquinabat sacerdos, qui ipsum cinerem extra castra portabat, uel q eũ cõburebat? Vnde de isto cinere dicebat, ꝙ purgaret coinquinatos, & fœdaret mundos. Ex his infero, ꝙ cum sacramentum huius uaccæ, & aliorũ sacrificiorũ sit multigenũ, & profundum inter omnia, quæ habẽtur in scriptura sacra/hinc multipliciter, & pro diuersis sensis resoluitur quæstio. Aliqui igitur dicũt/ ꝙ inquinatio illa & mundities cõtrahebat in sacerdote illam cõburente, quia sacratior erat res, quã gradus ille sacerdotalis, sicut contigit laico, aut mulieri tangenti sacra, & corpus Christi, quod a solis existẽtibus in sacris ptractandũ est: Alii/quia sacra susceptа cum deuotione, & reuerẽtia mundificãt, irreuerenter autem ptractata, aut curiose inuestigata inquinãt: Alii uero dicunt, ꝙ pro quãto littera sonat immũdus erat cõburẽs eam. i. tangens, quousq; per ignẽ illud animal expiaret: & qui ptractabat illos cineres extra castra, aut quomodocũq;, tanq̃ morticinũ quisq; illa ptractaret: unde statim sequitur: Qui tetigerit cadauer hominis, immundus erit septem diebus: sed aspersus aqua cũ illis cineribus die tertio & septimo mundabit: Alii dicũt, ꝙ locus ipsorum cineꝝ erat in castris, ideo tangẽs illos extra castra immũdus erat, sicut cõsecratis in loco nõ cõuenienti. Si autẽ ulterius hoc negotiũ perscrutari uoluerimus, & reserare aliquid de recõditis mysteriis, dicemus ꝙ hæc uitula rubea est beata Virgo de progenie ruffi Dauid, per quã inducta est benedictio expellẽs maledictionẽ, & infectionẽ diffusam p Euã in humanum Genus. Et ne erubescamus id sine ratione asserere/uideamus breuiter quãta cõsonãtia omnia in hunc sensum cõueniãt. Eua rubea terrestris, Maria rubea cœlestis, & plena igneo spiritu, plenaq; gratia, & uirtutibus, sicuti cœleste perhibet oraculũ, ut dicere possit illud Ecclesiastici: In plenitudine sanctoꝝ detẽtio mea: Ideo dicit, ꝙ uitula illa eligenda erat pfecta, integra, & sine aliqua macula: Quæ nec fuerit pressa aliquo iugo, sicut & Virgo cœlesti nũtio protestata est dicẽs: Quoniã uirum nõ cognosco. Hius quoq; uitulæ sacrificiũ, & omnia eius mysteria celebrata fuere extra castra, & cõmunẽ cœtum etiã electi populi, sicut & Mariæ mysteria omnia celebrata sunt extra cõmunẽ legẽ: Fuit. n. ab Angelo denũtiata, a Spiritu sancto obũbrata, a uirtute diuina grauidata, & repleta gratia nõ cõmuni, sed ea quæ erat apud Deũ primariũ fontem omniũ bonoꝝ: pepitq; filium sine dolore, seruato claustro uirginitatis, semper procedẽs ultra naturæ leges. Hinc Salomon quærẽs, & inuestigãs de ipsa in Prouerbiis dicit: Mulierẽ fortem quis inueniet? Et ne quæsisse uideatur desperãs, subdit prophetãdo: Procul & de ultimis finibus, aut de penetralibus (ut habet ueritas litterę) pretium eius. Et ut aliquid de mysteriis secretioris Theologię referemus,

Ecclesia.

Angelus

Matth.

Salomõ

CHRISTVS.

referemus/obseruabimus etiã q̃to sacramento numeri litterarum uitulæ/& Mariæ conueniãt: Nomẽ enim Marię, quæ in hebreo sic scribit מִרְיָם dat mihi 290: Vacca aũt, quæ hebraicis characteribus sic exaratur פָּרָה dat in numero 285. Cui si restituat he ה siue qnarius a שָׂרָה Sara ablatus/iubẽte Dño/quæ prius dicebatur שָׂרַי Sarai, cõsurgit 290: Qui numerus fuit etiã ablatus a prima muliere per Adã, quãdo uocauit eã אִשָּׁה Issa, ubi passim habetur uirago/quoniã de uiro assumpta erat: Vbi aduertendũ est, ꝙ nomen uiri/quod est אִישׁ Ais/dat 311: sed nomẽ mulieris, quod est אִשָּׁה Issa/dat 306/deficiens per quinariũ a nomine uiri. Hoc igit quinario restituto uitulæ, ut sit pfecta, & quadã uirilitate plena, dat 290, quãtum reddit nomen Mariæ, quę plena fuit omni uirtute, & uirilitate, ut pareret sine uiro, mysterio quidẽ occultissimo: qđ a nemine adhuc i scriptis explicatũ uidi. Aderat quoq; in illa expiatione altissima larix, uel cedrus, ut habet traductio nostra, & minima omnium hysopus, quæ aut ipse rosmarinus est, aut species quędã ipsius, ut de mẽte quorũdam alibi diximus, qui est minima arbor, uel maior plantaꝝ, & forsitã de utrõq; participat, sicut in aliis contingit, quod alias tetigimus: Intererant itaq; suprema, & infima arbor: illa, ut denotaret eminentissimũ culmẽ excellentiæ Mariæ, secundũ quod dictum est: Benedicta tu inter mulieres: hæc autẽ, ut innueret ipsius profundam humilitatẽ, de qua ipsamet ait: Quia respexit humilitatẽ ancillæ suæ. His itaq; aspergebat populus, quasi quodã præludio ueræ, & consũmatæ expiationis, quæ debebat fieri in Christo: Cui tandem mediate, uel immediate rñdent cũcta legalia, & cætera quæq;. Sed de isto sacrificio, tanq̃ celebriori, & profundiori sacramẽto pleno, spiritu nobis suggerẽte, & impellente aliqd percurremus explicãtes qualiter illud sit uerificatum in nostro Christo, ut per ipsum etiam cætera uerificata intelligant. Nec me carpat quispiã, quia dixi uitulã combustã in expiationem peccati significare Beatam Virginem, quasi uelim innuere hanc expositã in expiationem nostrã: Non hoc sentio, eũ unicus tantũmodo sit expiator, & redemptor omniũ: Sed jd uolui innuere, ꝙ sicut peccatũ exordiũ habuit a muliere pręuenta ab angelo mortis, ita & expiatio exorditetur ab Angelo lucis, & uitæ, qui ipsi a cœlo hoc detulit oraculũ: Ecce concipies, & paries filium, & uocabis nomen eius Iesum, qui (ut in alio Euangelista dicitur) saluũ faciet populum suum a peccatis eorum, sed ad alia transeamus.

Qualiter Doctrina Christi sit summe uera. Cap. VII.

IN Christo non solum lex uerificata est, ut de millibus aliqua adũbrauimus, sed etiã ea, quæ docuit, uerissima cõprobãtur, Primo, quia emanauit illa eius doctrina a fonte ueritatis, qui est Pater, sicut ipse explicauit dicẽs: Qui misit me uerax est: Et iterũ: A me ipso nõ sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mã-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

datū dedit, quid dicā, & qd loquar. Hæc igit̄ doctrina emanans a paterno fonte descendit per primū canalē ueritatis faciens profundissimū mare altissimę sapiētię, q est filius, ut Hebreor̄ more loquamur. Hinc iterato sermone ipse ait: Mea doctrina non est mea: mea q̄ppe/quia mihi hereditario iure tributa: mea, qa a me edocta: sed nō mea, qa aliunde traxit originem. Hinc uera, qa concors, immo eadē cū illa supremi fontis ueritatis. Idcirco semp uera, qa in Filio existens effecta est meta/linea/& regula eor̄ omniū quæ in mūdo facta sunt, cū ipsa oia in ipso p̄existerent/& examussim per ipsum facta sint, put in eodē erat ipsor̄ idea. Et qa ea est regula omnium agēdor̄/tā a nobis, q̄ ab intelligētiis, quæ ipsam consulūt (ut ait Augustinus) tā q̄ uitæ & ueritatis fontē/ideo quāto quis cū ea sapientia, & regula magis cōuenit, tāto p̄fectius in ueritate est: & q̄to qs magis ab ea elongatur, tanto lōgius a ueritate discedit. Hinc de diabolo dixit ipsa ueritas: Ille homicida, siue occisor, & ipsa mors effectus ab initio in ueritate non stetit: Hoc ideo/qa recessit a Christo, imo p̄sumpsit contra eū insurgere/ipsumq; deuorare, quādo p̄stensus fuit in cœlo nasciturus de muliere amicta sole, & coronata duodenis stellis. Vera insup fuit, quia nullū in eius uerbis aliquādo cōtentū fuit mēdaciū: Quod persentiēs ipse omniū cognitor dixit: Cœlū, & terra transibūt/uerba aūt mea nō p̄teribūt: Nā (ut diximus) nullus fuit Propheta/quem aliquādo nō fefellerit opinio/p̄ter/Christum, in quo nullus error: Hoc.n. p̄uilegio decoratus fuerat a P̄re/qui semp erat secū complens oia/quæ dicebat, iuxta id, qd̄ ait: Qui misit me mecū est, & nō relinquit me solū, quia ego, quæ placita sunt ei/facio semp. Nā oēs nos (inqt Isaias) quasi oues errauimus, sed ipse iniquitatē nūq̄ fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Vera denicq; fuit, qa deducta semper ex primo & omniū uerissimo principio, qd̄ ait: Ego principiū/qui loquor uobis: Principium quidē omniū rerū/principiū totius p̄fectionis & salutis, principiū quoq; cūctar̄ ueritatū: Cui oēs facile assentiūt notis terminis, cognito v3 quomodo illud pricipiū significat eū, p̄ quē/& in quo facta sunt oia, & in quo sunt omnes thesauri sapientiæ/& scientiæ absconditi, atq; omnes ueritates, quæ de quacunq; re demonstrari possunt / ut merito de ipso dicat Abacuch. Hic inuenit omnem uiam disciplinæ, & tradidit eam Iahacob puero suo, & Israel dilecto suo: Post hęc in terris uisus est docens & explicans, quæ per ora Prophetarum ante prædixerat.

CHRI/STVS.

Augu.

CHRI/STVS.

Isaias

CHRI/STVS.

Abacuch

Quid cum ueritate legis ea, quę Christus docuit. Cap. VIII.

SEd cum lex iam data sit a Deo summa ueritate per Angelos ueritatis in manu mediatoris, non insulse quęrendū est, quid ueritatis cōtineant, & quē cōuentū habeant cum lege ea/quę Christus docuit: An sit aliquid cōtra legē, an aliud a lege, an ex ipsa, an interpretamēta, & perfectio legis. Nō quippe continet aliquid

cōtra legē doctrina illius, qui uenit adimplere legem etiā usq; ad minimū apicem: Nec aliud a lege/cū ipse ad legē remiserit eos, qui salutem quærebāt: Nec ipsa lex ad unguem, quia superflua fuisset duplex legis traditio, & simplex reiteratio, imo ea, quę Christus docuit, uidelicet quid aliud a lege ex doctrina illius, in cuius pectore ipse Christus resonat: qui ponens differentiā inter legem, & euangeliū inquit cū Romanis: Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro: per legē.n. cognitio peccati: nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata a lege, & prophetis. Si autem lex dat cognitionē peccati, & nō iustificat, euangeliū uero iustificat, & id sine lege, q̄uis illud prædictū fuerit in lege, euangeliū omnino est aliquid aliud a lege/nec tamen diuersum, cū de euāgelio testet̄ lex. Hæc itaq; fuit locus umbra, & obscuritate occupatus/quousq; illustraretur succedēte luce/quæ ait: Ego sum lux mūdi: de qua Isaias quoq; uaticinatus erat, dum diceret: Populus, qui habitabat in tenebris/uidit lucē magnā: & habitātibus in regione umbræ mortis lux orta est eis: Sed qñ? Quando paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis: cuius nomen est admirabilis consiliarius, Deus fortis, Princeps pacis, Pater futuri sæculi: q est Christus noster, a quo regenerati, & edocti sumus. Est igitur euāgelium lux collustrans, & interpretans legem: Est quoq; dulcissimus fructus duri trunci, & amaræ radicis legis: Amara quippe hæc fuit / dicente Paulo: Lex iram Dei operatur, quia ubi non est lex/nec p̄uaricatio: Et iterum, quod durum summopere uidetur: Lex subintrauit, ut abundaret delictum: Ergo lex mala, lex peccatum est? Absit inquit Apostolus: Nam peccatum cognoui per legem, a qua ipsum accepit occasionem/ut subintraret: Lex quidem sancta, & mādatum iustum, & bonum: Et iterum: Lex spiritualis est: Et si malum cognosco per legem, ergo lex non est mala: Et si, quod nolo, illud facio, consentio legi, quia bona est: cui v3 uolens consentire nollem malum illud facere, quia contra legem. Non igitur lex mala, sed amara, quia inde sentio amaritudinem peccati: Nam concupiscentiam nesciebam/nisi lex diceret, Non concupisces: Sine lege enim peccatum mortuum erat: Et tunc uiuebam sine lege: Sed cum uenisset mandatum, peccatū reuixit, quod v3 cōtractum fuit per legē, qua primo parenti dictum est: De ligno scięt̄ię boni & mali ne comedas. Nec alii ligabant̄ lege aliqua, nisi ea, quæ scripta erat in cordibus eorum, quousq; publicatum est mandatum/ quod ligabat familiā illam Israeliticā, & alienīgenas quosdā, qui legē susceperant: in qbus peccatū reuixit data peccati occasione: quia uirtus peccati lex: Quæ adeo fuit amara/atq; mortifera, ut ex ipsa morti omnes mācipati sint, sicut primo Progenitori, ex cuius semine omnes prodierūt, dictum fuit: Quacūq; hora comederis, morte morieris. Suauissimus aut̄ fructus legis est euangelium, in quo fauste annuntiatur, & declaratur Christus: cui qui credit,

Paulus

Paulus

Idem

Isaias

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

reputatur id ſibi ad iuſtitiã: Nam hæc uox (teſte Paulo) non ſolum prõpter Abraham/ ſed propter nos omnes delata eſt, quibus reputatur ad iuſtitiam credentibus in eum, qui ſuſcitauit Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ a mortuis, qui traditus eſt propter delicta noſtra, & ſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Iuſtificati ergo ex fide, pacem habemus ad Deũ per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ: per quem habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam, per quã ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorũ Dei: Quam gloriam, & conſolationẽ habemus in Chriſto, qui eſt fructus legis, atq; uerum legis ipſius interpretamẽtum, ueraq; perfectio ipſius: Nam ex illa ſapientia habemus, unde iuſtificemur a peccatis contractis per legem, & unde liberemur a ſeruitute legis, & unde conſequamur miſericordiam, & gratiam: quæ ſunt inficientis legis antidota: A lege enim contrahimus culpam, ab euangelio medicinam: A lege ſentimus punientem iuſtitiam, a Chriſto autem & euangelio gratiam, & miſericordiam/ A lege delictum ab euangelio unde delictum cõdonetur: Per legem omnes, tanq; oues erramus, per Chriſtum, qui eſt uia, ueritas, & uita dirigũtur pedes noſtri in uiam pacis: A lege/ unde iniquitates noſtræ, ſicut onus graue grauent ſuper nos: in Chriſto uero poſuit Pater iniquitates omniũ noſtrum: Per legẽ uulneratur, & infirmatur anima: Chriſti aũt liuore ſanati ſumus.

Qua ueritatis rectitudine Chriſtus Deus regat mundũ. Cap. IX.

SEd anteq; deueniamus ad ea particularia, quæ ſecundũ ueritatem docuit/ uideamus/ qua rectitudine regat mundum ille, cui Pater dedit omne iudicium, omnẽq; poteſtatem in cœlo, & in terra, quãuis cõtrarium uideatur iis/ qui non plene percipiunt ea, quæ Dei ſunt: & qua occulta ſapiẽtia ſummus ipſe moderator permittat multa mala, ut inde extrahat maius bonũ, & appareat ſapiẽtia, & bonitas ipſius moderantis: Qui ſicut a principio in mundana fabrica poſuit malũ contra bonum, inuerſum, & obliquũ cõtra rectum, tenebras contra ucem, paſſiuũ contra actiuũ, frigus contra calorem, & huiuſmodi multa/ pari modo in membris ueri, & myſtici corporis/ alteꝝ contra alterum collocauit/ in illo dextrũ cõtra ſiniſtrũ/ in hoc aũt angelum tenebraꝝ contra Angelum lucis/ malos cõtra bonos: Ex his nõnulli eleganter cõnumerãtur a Clemẽte in recognitione Petri Cain. ſ. cõtra Abel, Gigantes cõtra Noe, Pharao contra Abrahã, & cõtra eius a Deo electã familiã, Philiſtiim & Gerarites cõtra Izahac, Eſau contra Iahacob, Magos cõtra Moſem, Tentatorem cõtra Redemptorẽ, Simonem magum contra Petrum, Gentes cõtra fideles, filiũ iniquitatis contra Chriſtum: Ideo iam ab omnibus antichriſtus uocatur, quaſi contra Chriſtum. Et ſic omnia habent eoꝝ contraria, ut quaſi per quandã antipariſtaſim concentus mundani, & humani corporis ſuauior habeatur: Unde Dionyſius in eo, in quo tractat de

Clemẽs

Diony.

diuinis nominibus, de malo diſſerit, tanq; de aliquo pertinẽte ad Diuinam

Amos prouidentiam, & ad concinam reꝝ diſpoſitionem. Hinc & Amos magna confidentia prorupit: Non eſt malũ in ciuitate, quod nõ faciat Dominus:

Iſaias Et Iſaias ſub Dei perſona loquens ait: Ego ſum creans malum: Nec tamẽ Deus creat pœnã, ut aliqui exponunt, quia malus eã generat ex diſſonantibus moribus, & turbato animo: cũ omnis inordinatus animus (ut recte

Augu. ſentit Auguſtinus) ſibiipſi pœna ſit. Eſt itaq; Deus creans malũ, qa creauit materiam, quæ ex ipſius natura mala eſt, & omnia ei innixa, & adhęrentia trahit ad malũ, quia facit recedere a primo, & ſummo actu, qui eſt ipſa regula boni, & ueritatis: Facit quoq; omne malum, qui fecit naturam uertibilem, & materiæ annexam, unde efficitur prona ad malũ. Nec inde

Anſel. cenſeri poteſt ipſe opifex malus, cũ multo maius remediũ bonitatis præparauerit/ & præſtet uolẽti illud, q̃ ſit pronitudo ad malũ. Nec poterat aliqua creatura ꝓduci/ quæ ſuapte natura nõ diſtaret a prima regula/ a qua, & moribus, & uoluntate diſcrepans peccat. Hinc Anſelmus, & alii eũ ſequentes, dicunt Deũ non potuiſſe facere naturã impeccabilem: quia non potuit facere aliũ Deum, qui eſſet prima regula omniũ. Sed cũ nolim eſſe cenſor diuinæ potentiæ, & aſſerere an Deus potuerit hoc, uel illud facere, nec ne, cũ ipſe poſſit multa facere, quæ nos intelligere nequimus, ideo ab illa cenſura nos abſtinentes dicamus/ q; omnino in primęua diſtributione rerũ exquirebatur, ut cõgrua limitatione daretur unicuiq; mẽſura bonorum, ne aliquis ſibi uẽdicare præſumeret, quod a ſummo datore tributum erat: Unde quia plus æquo fuerat donatus primus apoſtata, ſupbia grandi intumuit dicens: In cœlũ aſcendam, ſuper aſtra Dei. i. ſuper omnes electos/ exaltabo ſolium meum: ſedebo in monte teſtamẽti in lateribus aquilonis/ aſcendã ſup altitudinẽ nubiũ/ illarũ v3 ſuperioꝝ/ in quibus ſolet Dñs habitare: & ſimilis ero Altiſſimo: Et dũ præſumebat propriis uiribus aſſimilari Deo/ ab ipſo recedebat peccator, & diſſimilis penitus effectus: Ideo ad eius collidendã, & puniendã ſupbiã ſubinferẽ: ueruntamẽ ad infernum detraheris in profundũ laci. Cõueniens inſuper erat, ut ſeipſam cogноſcẽs

Augũ. creatura oĩs rationalis diceret cũ Auguſtino: Quãdo ſteti/ per te ſteti: Quãdo cecidi, per me cecidi: Et cũ cecidiſſem, ſemper in luto iacuiſſem, niſi tu me erexiſſes. Poſtremo iteꝝ condecebat unũquodq; ſic regi/ ut eoꝝ moderator ꝓprios motus agere ſineret: Si aũt ipſa decideret moderatoris prouidẽtia ad debitũ ordinẽ cõducerent. Et in ꝑ uidetur opifex ſapiẽtiſſimus diſtributor/ in 2° benignus & liber cõſeruator/ in 3° ex affluentia bonitatis optimus reparator. Fecit itaq; Deus oĩa ualde bona, & ordinata: & rñ nullum malũ eſt, qđ ipſe nõ faciat naturã tribuẽs uertibilẽ, & ad caſum prorio põdere inclinatã/ niſi ab ipſo ſummo bono ſuſtẽtẽtur, a quo & cõdita ſunt, ut diſcant omnia eũdẽ eſſe cõſeruatorẽ/ & auxiliatorẽ, qui & cõditor

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr... Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

fuit:Et ſic bifarie ei teneremur,& quia opifex,& quia conſeruans/& perficiens.Non igitur eſt malū aliquod proprie,aut formaliter(ut aiūt)a ſūmo bono,ſed illud/in quo fundat malū/ natura.ſ.uertibilis/ & illud a quo trahimur ad malū, quod eſt materia penitus elongata a bono,id maxime impellēte nequiſſimo ſuggeſtore/qui penitus elongatus a Deo /ſecū colligere affectat oēs ad centrū ſuæ nequitiæ,& diuellere eos a ſphæra boni,& fœlicitatis:Inter quæ duo/ſummū v3 bonū/ & nequiſſimum peruerſorem collocatus eſt homo in tanta libertate/ut Deus nolit boni,aut mali cenſeri patrator,iuxta illud Ieremiæ in lamētationibus:Ex ore altiſſimi nō egredietur bonū,neq; malū,ut v3 alicuius illoꝝ integer ſit perpetrator, quāuis ſit cooperator cuiuſlibet bene operantis.Nec malū aliqd reperitur a Deo effectum,qd concupiſcens homo peccatū faciat: quia nihil extra uniuerſum:& ea,quæ in ipſo reperiuntur ſunt ualde bona, propriis tamē limitibus contenta,& ipſoꝝ gradibus diſtributa:ſed malū perpetratur,quando ſpreto maiori bono minori adhæremus.Hinc Dionyſius/& Vgo eius interpres,oēſq; ueri ſapientes cōueniunt,q̄ peccatū tā in angelis, q̄ homini/ bus fuit,& eſt quando quis diſcedens a ſummo bono,uel maiori oblectari uult in minori.Hinc totā peccati ſummā complectitur ipſe Deus/ dum in quit per Ieremiam:Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquaꝝ uiuentium Dominū:& foderunt ſibi ciſternas diſſipatas: quæ cōtinere non ualent aquas. Nec tantūmodo peccatū eſt,quando p̄eligit bonū creatum ſummo bono, ſed etiam quādo exiſtentibus duobus bonis creatis,p̄eligitur minus , ſicuti præponens cōmodū proprium publicæ, aut multoꝝ utilitati:A quo errore declinans Apoſtolus aiebat:Non quærens quod mihi utile eſt,ſed quod multis:Pari modo,quādo bonum,& delectatio corporea p̄ponitur oblectamento ſpūali.Eſt (ut deniq; concludamus) peccatum,& error,quādo debitus peruertitur ordo,ut uerum ſit illud Auguſtini:Malū eſt priuatio ordinis,aut debitæ rectitudinis. Hic ā error,aut peruerſio ordinis non eſt ex aliqua uirtute a Deo tributa , ſed ex debilitate,aut obſcuritate noſtra ignauia cōtracta,quā ſaluator,& cum eo Dionyſius,& Damaſcenus uocat noctē,uel tenebras dicēs:Qui i tenebris eſt,neſcit quo uadat:Et iteꝝ:Qui ſequit me,ſummū v3 directorē,nō ambulat in tenebris, peccatoꝝ v3 : Quas tenebras ſequit ſempiterna nox infernī:de qua iterū ait: Veniet nox, qñ nemo poterit operari. Et ſicut nox, uel obſcuꝝ eſt priuatio lucis,ita error eſt priuatio rectitudinis: Vnde concluditur,q̄ propriū eſſe peccati eſt priuatio boni: in quā currit homo aut peruertendo ordinē in electione,aut p̄ſumendo a ſe,quod a ſummo doctore recognoſcere deberet.Itaq; culpa nō eſt a Deo,ſed a uoluntate male eligente/aut nimis p̄ſumente:Sed bene eſt a Deo illud,quod male præeligitur , & uoluntas , quæ propria culpa errat in eligendo. Reſtat igitur

Ieremi.

Diony, Vgo Sapiē.

Ieremi.

Paulus

Augu.

Salua. Diony. Dama.

Chriſtus,& hō Deus/ſiue Deus hō uerus optimus moderator,dū hortat & fauet ad bñ,rectēq; uiuēdū,ſicuti i eius doctrina,& geſtis clariſſime cōprobamus. Quæ in ueritate de credendis Chriſtus docuerit. Cap.X.

QVæ aūt de credendis ſūmus Doctor noſter tradiderit,oēs cōueniunt in eos,qui dicuntur articuli fidei:In quibus expreſſe trinitas iā a Chriſto explicata cōtinet:Nemo.n.ante ipſum aperte reſeruerat trinitatē clare exprimens Patrē,Filium,& Spūm ſanctū,& ipſaꝝ perſonaꝝ(ut aiūt) circūincеſſionē,ſicuti Chriſtus docuit dicēs:Ego in Patre,& Pater in me eſt.Et de ipſaꝝ productionū nullus antea uel uerbū fecit,ſed Chriſtus apte explicauit dicēs:Exiui a Patre, tanq̄ filius v3 ab eo progenitus.Et de Spiritu ſancto, q̄ a Patre procedat, inquit:Spiritus qui a Patre procedit: q̄ etiā ab ipſo filio ꝓgrediatur,contra id,quod nonnulli ſcioli græci male intelligentes dicta patrū ſuoꝝ falſò aſſeuerāt,ait:Ille de meo accipiet:Non utiq; tantūmodo doctrinā accepit ipſius uerbi diſcipulus effectus,ueluti puerulus inſtructus i ſcholis,ſed eſſe accepit ſimul atq; intelligentiā,qua Apoſtolos, & antea prophetas inſtruxerat:Nō enim ſapientia, & intelligentia diuinaꝝ ꝑſonaꝝ,atq; alię ipſaꝝ proprietates uel attributa (ut dicūt) diſtinguūtur,nec ueluti accidētia de nouo infunduntur:unde quicqd dicitur una perſona ab alia accepiſſe,ſtatim cōcluditur accepiſſe totum,quod ipſa eſt,& omnia ipſi attributa:cum nec ſeparari,nec ſucceſſiue illa recipi poſſint:Idcirco , ſicut filius fatetur ſe exiſſe a patre, & ab eodē ita doctrinā accepiſſe , ut ipſam doctrinā Patris nuncupet & nō ſuā,pari mō fateamur Spūm ſctūm a Pre, & Filio eſſe ſimul cū doctrina, & doctrinam ſimul cū eſſe perſonali ſuſcepiſſe. Et cū ex uerbis noſtri doctoris Chriſti ſatis clara luce didicerimus ea/quæ unicuiq; perſonę attributa ſunt,& ea/ad quæ ipſe Chriſtus ꝑpetrāda uenerat,facile cū Apoſtolis articulos fidei ꝓfiteri,uel decātare poſſumus:Nā cū didiceri mus Prem eſſe primū fontē,a quo filius/ſpirituſq; proceſſerūt,ipſi tāq; prę cipuo opifici mūdi fabricā attribuere poſſumus dicētes:Credo in Deū Patrem oīpotentē,creatorē cœli,& terrę,uiſibiliū omniū,& inuiſibiliū.Et cū didicerimus Filio attributā eſſe ſapiētiā/in qua & mūdus,& nos cōditi ſumus,& ꝑ quā oēs illuſtramur:dicaturq; uera aqua nō tātū ſupcœleſtis,ſed ſupramundana/huic merito totius fabricę,& potiſſime hominis reſtauratio attribuit,ut oia eadē ſapientia reſtaurarent,qua & cōdita ſunt:& lauare hūanū genus lauacro illo emanāte a ſupramūdano fonte, cū a mūdano ablui nequerit,eo q̄ totū hoc infectū penitus erat:Hāc aūt reſtaurationē ꝓfitemur,dū redēptoris geſta p̄cipua reteximus/cōceptū v3 ipſius de Spū ſancto/natiuitatē,paſſionē/ſepulturā,deſcēſū ad inferos,ut inde captiuos educeret,reſurrectionē,atq; aſcēſum,& reditū ad Prem,a quo exierat, ut illuc oēs eius aſſeclas fœliciter ueheret.Et cū Spiritui ſancto doceamur

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr... Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

attribuere amorẽ,& nexũ:hinc cũ ipſum ſpiritũ ꝓfeſſi ſumus,ſtatim ſubiungimus:Et ſanctã eccleſiã catholicã,uſem.ſ.cõionẽ,& nexum fideliũ.Et cũ itez didicerimus remiſſionẽ dari ꝑ Spũm ſanctum dicẽte doctore nr̃o, Accipite Spm̃ ſcm̃,quoz remiſeritis peccata remittũtur eis, iõ q̃q; ſubnectimus/Remiſſionẽ peccatoz. Et pbelle & colligatio fideliũ in unã eccleſiã,quã mez uocãt, & remiſſio peccatoz a Spũ ſancto ꝓuenire dicũt: qa idẽ eſt locus utriuſq; in Archetypo,& Spũs ſancti remittentis, & mr̃is filioz lætãtis,ut docẽt antiq theologi:de qbus in huiuſmodi myſteriis non initiatis ꝑ ſingula fari nõ dat. Theol. Et cũ ad Pr̃em,uñ digreſſi ſumus,reuerti debeamus,& cũ ipſo uniri,ſicuti a nr̃o docemur doctore,neceſſaria eſt nobis corporis trãſmutatio in meliusiõ ꝓfitemur Carnis reſurrectionẽ,& renouationẽ,añq̃ deueniamus ad uitam,quæ eſt ultimus & æternus finis nr̃i.Et q̃uis alia Pr̃i,alia Filio,aliaq; eoz,quæ ꝓfitemur,Spũi ſancto attribuant, nõ tñ ſeiungunt perſonæ diuinæ in operãdo circa nos,ut Theologi nr̃i oẽs Theol. cõueniũt:Nã & ſi mũdi fabrica Pr̃i,tãq̃ ꝑcipuo parẽti attributa eſt,nõ defuit tñ Filius,in quo Pr̃ oia ꝓduxit,& portat: Nec exterus fuit ſpũs ille, q uolitãs ſup aquas incubabat,& informabat oia.Pari mõ,q̃uis mũdi reſtauratio,& humani gn̄is lauacrũ aſcribat Filio,ueluti imediato reſtauratori, & ſeruatori,nõ defuit eñ uirtus Pr̃is luminũ,a quo oẽ datũ optimũ,& q ẽ primus fons,a q̃ Filio aquã ſuſcepit i nr̃am lotionẽ effuſã:Nec alienus fuit Spũs ſanctus,cuius uirtute fœcundata eſt uirgo,& unitũ uerbũ cũ nã illa aſſũpta,ꝑ quã totã maſſam humani gn̄is repararet.Hæc qdẽ a nr̃o docto re edocti legitime ꝓfitemur.Sed & aliud reſtat nullatenus ꝓtermittendũ, qd̃ etiã ſumma obſeruatiõe profiteri debemus, unicũ vz eſſe omniũ redẽptorẽ,in quẽ credẽtes ſalui efficiamur dicẽte Petro:Non eſt in aliquo alio Petr.act. ſalus:Nõ.n.eſt aliud nomẽ datũ hoibus,in q̃ oporteat homines ſaluos fieri,niſi iſtud.Quod & ipſe redẽptor reſeruauit in eo euãgelio, cui titulus eſt ſcm̃ Iohãnẽ dicẽs:Sic Deus dilexit mũdũ,ut Filiũ ſuũ unigenitũ daret, CHRIut oĩs,q credit in illũ,nõ pereat/ſed hẽat uitã æternã:Et itez:Qui credidit,& baptizatus fuerit,ſaluus erit:q uero nõ crediderit,cõdẽnabit. Ex quibus uerbis, & aliis pleriſq; in locis deſcriptis hẽmus,ꝙ nobis credendũ eſt in filiũ Dei cõceptũ de Spũſctõ,de uirgine natũ,paſſum ꝓ delicta nr̃a:ut vz ꝑ mortẽ ſuã omnigenã culpã nr̃am expiaret,& antidotũ afferret oĩbus uenenatis a letali uulnere antiq ſerpẽtis:Et ſurrexiſſe propter iuſtificationẽ nr̃am:& ut daret principiũ nouæ uitæ,quã expectamus,& in q̃ beati poſſimus:Quod & ſi in ſymbolo nr̃o uirtute cõtinet, nõ tamen clare explicatũ habemus.Hic.n.uideꝛ concluſum totũ hominis,redẽptionis,& fidei negotiũ:ꝙ fuerit vz productus primus hõ de terra terrenus,qui diaboli,& mortiferi ſerpentis uenenũ imbibens receſſit a Deo trahẽs ſecum in radice totã arborẽ gn̄is humani in ſeruitutẽ diaboli,& in pabulum mortis,ſcm

qd̃ dictũ fuerat:Quacũq; hora comederis/ſuaſu.ſ.ſerpẽtis/morte morieris, Bñ.n.nouerat ſapiẽtiſſimus Opifex hoiem iuadẽdum,& tentãdũ a mortis angelo/& uiruleto ſerpẽte,uñ fuit uulneratũ humanũ genus letali,& irreparabili uulnere:qa petr̃ fuit(ut alibi diximus) q̃dãmõ i ſpm̃ ſcm̃.Hinc medela afferri debebat ab hoie, q nõ cẽt de illa ſtirpe ifecta,ſed deſcẽderet de cœlo cœleſtis:Cuius pelle ꝑ tegeret nuditas hoĩs terreni ꝑ petr̃(ut legimus) inducta:Poſtea carne ipſius melioris ſerpẽtis a nobis comeſa ſanare mur a uulnere inflicto a ſerpẽte illo neqſſimo.Et hoc ẽ,ꝙ nr̃ bonus ſerpẽs & cœleſtis hõ ait:Sicut exaltauit Moſes ſerpẽtẽ in deſerto,ita opz exaltari CHRISTVS. Filiũ hoĩs,ut oĩs,q credit i illũ,nõ ꝑeat,ſed hẽat uitã ꝑternã.Bonũ qdẽ fuit antidotũ ſerpẽtis caro cõtra ſerpẽtis uenenũ:Et ſi unuſq; ſerpẽs hẽt antidotũ ꝓprii ueneni,fœlicius hẽt melior & optimus ſerpẽs,q nõ ſolũ curauit nos a ueneno,ſed dedit ptãtẽ nobis calcãdi ſup ſerpẽtes,& ſcorpiões,& ſup Lucas oẽm uirtutẽ inimici:ut dr̃ in euãg°,cui ti.eſt ſm̃ Lucã. Poſtrẽo credẽdũ ẽ, ꝙ uenerit ea magna uirtute, q̃ poſſet nos eripe de ipio mortis/& a ptãte tePetrus nebraz:/& facere nos credentes (ut Petrus ait) genus electũ/regale ſacerdotiũ/gentẽ ſanctã/populũ acqſitiõis/ſiue acqſitũ,& ereptũ de pditiõe inducta ꝑ petr̃,& detrahẽtẽ noſtrã terreã ſortẽ ipellẽte ad caſũ illo mortifero angelo/q iã a fœlici ſorte ſua deciderat. Hęc qppe ſunt,q̃ ꝓfitenda docuit nos doctor nr̃ xps,dũmõ ope cõpleamus,q̃ ꝓfitemur,& credimus:Et qa aliq nõ mõ hac nr̃a tẽpeſtate,ſed ẽt retroactis tpibus ptinaciter aſſerere conati ſũt ſolã fidẽ ſufficere ad ſalutẽ, iõ qd in hoc pro cõſtãti tenendũ ſit, ex ſacris eloquiis breuiter enucleare tentabimus:Nã aliunde id exprimere neqmus,cũ rõnes ſint minus ſufficientes,nec aliis credendũ eſt de iis,quæ in ſecreta curia principis ptractant, niſi iis,qui ſunt a ſecretis ipſius principis:Cuiuſmodi fuere in nr̃o negotio Apl̃i,Euãgeliſtę,Prophetę,& ipſemet Priceps Xp̃s,& doctor nr̃ ſupmus,cui oẽs fidẽ indubiã debẽt adhibere.

Qd̃ ſola fides,q̃ eſt pura credulitas,minime ſufficiat ad ſalutẽ.Cap.XI.

EVerũt qdẽ nõ ſolũ hac tẽpeſtate, ſed lõge antiqores, ẽt apud Hebreos/q aſſerere uoluerunt ſolã fidẽ ſufficere ad ſalutẽ:Et illi dicti ſunt Rabini:qa ſeq̃bant opiones q̃rundã magiſtroz: cõtra q̃s ex aduerſo inſurrexit alia ſecta,q̃ dicebat Caricnoz: qa ſequebat trm̃õ lectionẽ,& textũ ſcripturę ſacrę nullas admittẽdo opiniões hoĩum/nec ſophiſticas rõnes magroz:Quoz rõnes/ & adinuẽta imꝓñtiaz omittẽtes ueniemus ad coæuos nr̃os,q inixi multis authoritatibus Noui- Euãgelii,& Apl̃oz, quæ idẽ aſſerere uident, auſi ſunt tm̃ tribuere fidei,ut tiores. opa quodãmõ dãnent: imo aſſeuerare uident fidẽ nõ poſſe ſubſiſtere cum opibus,qa ſi ꝑ opa quis iuſtificari p̃ſumeret/ hoc eſſet in duas ptes claudicare/Adorare Baal,& manũ obſculari: qd̃ eſt iniqtas maxia,ut Iob ingr. Adhuc ſubinferẽtes dicũt:Cũ incipis credere,ſimul diſcis oia,quæ ite ſũt,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr... Attribution-Non Commercial 3.0 Unported License

esse,prſus culpabilia/pctã/& dãnãda/iuxta illud Apli:Oẽs peccauerunt,& egẽt gl̃ia Dei:Et itez:Nõ est iustus,nõ est q faciat bonũ/oẽs declinauerũt, simul inutiles facti sunt:Et multa huiusmodi,pſequẽtes tãdẽ hęc inferunt: Quare cuiuslibet xp̃iani prima cura eẽ debet,ut posita opez opinioe sola fides magis ac magis roboret/& p eandem crescat in cognitione nõ opez, sed xp̃i Iesu pro ipso passi,& suscitati:in quẽ ut(ait Petrus)credẽtes exultabitis lætitia inenarrabili,reportãtes finẽ fidei uestrę salutẽ aiaz uestraz. Sic & xp̃s,qui (ut narrat Iohãnes) cũ interrogaret a iudeis,qd faceret,ut operent opa Dei/Ipse opez multitudine,qua illos uidebat turgere/repulsa unũ eis pscribit dicẽs:Hoc est opus Dei/ut credatis in eum/quẽ misit ille: Habet.n.fides secũ uniuersam salutẽ/seruans ab oi malo/sicut ipse author fidei breui sermõe explicat i calce euãgelii/cui titulus est sc̃m Marcũ,dũ ait:Qui crediderit,& baptizatus fuerit/saluus erit:Qui uero nõ crediderit, cõdẽnabit. Adstipulat Paulus,q cũ Romanis disserẽs ait:Si cõfitearis in ore tuo dñm Iesũ,& in corde tuo credideris,q Deus illũ suscitauit a mortuis/saluus eris:Et itez:Finis legis ẽ Christus ad iustitiã oi credẽti:Et antea adducẽs,ppheręz,& oraculi sniam ait:Iustus ex fide uiuit:Multęq; alię snię euãgelii,& Apl̃oz possent adduci,q̃ idẽ sonare uident,q̃s ẽt ipsi nõ adduxerũt:sed hę pro tpe sufficiãt. Adducamus q̃q; in mediũ/quõ sophistice saluare conãt,per solã fidẽ satisfactum iri tot opib' demãdatis/cęrimoniis legis/& oib' pceptis affirmatiuis:Dicũt.n.ad iteriorẽ hoiem aliud ptinere minime,nisi fidẽ,sed ad exteriorẽ expedire opa,qbus mortificet,& subiiciat iteriori credẽti:Deniq; itez scripturã bipartitã faciunt/pcepta.s.& pmissa, & pcepta docere q̃dã dñt a nobis faciẽda,q̃ nõ pñt fieri:uez ad id ordinata,ut cogŝcat hõ ipotẽtiã,ppriã/& de suis uirib' desperet:Nã lex dicit:Nõ cõcupisces:Nemo tñ ẽ,qui possit nõ cõcupiscere:& pari mõ de aliis pceptis: Vñ cũ moueat de ipotẽtia,ppria ad legẽ obseruãdã,cuius uel minimũ iod, aut apex pteriri non debet non obseruatũ,inde desperet,ad nihilũq; redigat in oculis ppriis,nec audeat accedere ad alterã ptẽ scripturæ,q̃ sũt ꝓmissa, qbus ãnuntiatur gl̃ia Dei,& ibi audiat:Si uis legẽ adiplere,ut ipsa exigit, uade ad Iesum/ in quo promittit tibi gr̃a,pax,iustitia,libertas,& oia,quæ hẽbis,si credes,si nõ credis,carebis. Hinc promissa Dei donant,qd̃ pcepta exigunt,& implet ibi,qd̃ lex iubet:& sicut tactu xp̃i sanabatur infirmus, sic fide,& uerbo xp̃i tenerrimus in fide iustificat,sanctificat,uerificat,pacificat,liberat,omni bono replet,& efficit filius Dei credens in noie eius: Et hãc sniam lõgo ꝓsequũtur sermone,& psuasionibus repetẽtes,& affirmãtes,aliis,& aliis uerbis asseuerãtes id,qd̃ sępius dixerãt:Nã & Abrahę, ut prosequunt,fides reputata fuit ad iustitiã,non opus aliqd̃:Idem de aliis sentiendum adiudicãt: Quæ oia repetere reor supfluũ,cũ eadem sententia possimus oibus adductis,& eodẽ fundamẽto adducendis facere satis.

Apłus Psalmus

Eliminatio illorum fundamentorum. Cap. XII.

AD euellenda oia illoz male collocata fundamẽta,p̃ ruminãdã admonẽtus illã Iacobi sniam/ Fides sine opibus mortua est: Et itez:Dęmones credunt,& cõtremiscunt:In qbus cõcludit fides sine opibus penitus extincta. Sed si his uerbis/ tanq̃ dubii authoris,stare noluerint,ueniamus ad euãgelium/& ad sniam Iesu xp̃i, qui est testis fidelis:Hic.n.quid dixit? Qui crediderit,& baptizatus fuerit, saluus erit:Alibi quoq; dixit:Si uis ad uitã ingredi,serua mãdata:Et quod maius est,totũ negotiũ salutis,& beatitudinis cõsequẽdę concluſit in operibus dicẽs: Ab his duobus mandatis tota lex dependet,& propheteę:Nec quippe dixit/a fide dependet lex,& propheteę,sed a dilectione Dei,& proximi:quæ in opere consistunt,& non in pura credulitate:Quid igit ad hoc dicent noui dogmatizãtes? Deuicti.n.hac,& similibus summæ Veritatis, & discipulorz eius sentẽtiis laudant opus,cũ secludere illud nõ possint, sed statim adhibito ueneno subinferũt, q̃ opus faciendum est tm̃mõ,ut mortificet rebelle corpus,& subiiciat spiritui,sed ad salutẽ nihil ualere opus, magnificare opinãtes in hoc Christi redẽptoris obsequiũ,cui omnia attribuũt:Maxim̃e quidẽ efficaciæ fuit oblatio illa,& oratio pro nobis facta, ac sufficientissima pro salute omniũ:Ea tamẽ fuit, ut ipse offerẽs uelit nos cooperatores eius, iuxta illud Apostoli:Dei.n.adiutores sumus. Hinc ipse Redemptor dispensatis censibus in opere redemptiõis acquisitis (quos in Matthæo talẽta/in Luca aũt mnas uocat)subinfert:Negotiamini,dũ uenio:Vbi duo attendenda occurrũt/Primo pecunia,aut munera prẽstita ex ærario suæ clemẽtiæ,& plenitudinis acqsitæ in ope redẽptiõis/Secũdo inuitur coopatio nr̃a,dũ dr̃: Negotiamini.Et qd̃ magis obseruãdũ est,nisi negotiãdo reddamus lucrũ,cõminat de pœna,ei vz qui abscõdito talento nihil lucri cooperãdo reportat.Si igit opus necessariũ nõ est/cur tanta cõminatione a nobis exqritur? Cur eũ,qui coopari negligit in talẽto p̃stito, eiici iubet ad tenebras exteriores? Dicite/quæso/noui theologi,qua iustitia puniũt omittẽtes ea,ad quæ nullatenus obligãtur? Quõ stat sn̄ia uestra cũ sn̄ia ueritatis? Sũma ueritas ait:Qui nõ opatur sc̃m gratiã p̃stitã,eiicietur ad tenebras exteriores.i.dãnabit,saluteq; priuabit:Vos uero dicitis/Fides saluat sine opibus:Alterutri proculdubio errãt:Non quidẽ sũma Veritas: Vos igit erratis,qui nimis cõtra,& supra tot sapiẽtes sensa euãgelii interpretãtes p̃sumitis.Nec miz,si in aptũ errorẽ irruitis,cũ a summa Veritate familiariter cũ Pre loquẽte sit illud decretũ rememoratũ:Abscõdisti hęc a sapiẽtibus,& prudentibus,in oculis ppriis vz/& alios cõtẽnentibus,& reuelasti ea paruulis,qui malũt humiliter aliis cõsentire,q̃ ut singulares uideãtur/fastu & arrogantia elati simul cũ negligẽtibus opariis ad tenebras interiores,& exteriores deduci.Si itez Redẽptor nr̃ nõ exigit opera nostra,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

tanq̄ necessaria ad salutē: cui eius p̄co iā in doctrina euangelica instructus clamat, & ꝓtestat dicēs: Facite dignos fructus pœnitētiæ: Et esto, q̄ pœnitentia sit reuersio ad Deū (ut asseritis, & sicut indicat uocabulū hebraicū תשובה, qđ reuersionē significat) cur ultra pœnitentiā requirunt fructus? Qui.n. sunt isti fructus/nisi bona opa perpetrata ab eis, qui iā ad Deū reuersi pfectā pœnitentię uiā ꝓsequunt? In quos sic cū Deo adaptatos subintrat ipsius Dei spūs grauidās animā ad ꝓducendos iteꝝ fructus melioꝝ operꝝ, quos cōmemorat Apl̄us cū Galatis dicēs: Fructus aūt spūs est charitas, gaudiū, pax, patientia, benignitas, modestia, cōtinentia, castitas, &c. Si igit̄ fides hic enumerat, tanq̄ singularis fructus, & pars eoꝝ, quę exigit a nobis spūs: Quō fides sola/tanq̄ mediū sufficiens est ad cōplenda ea, quę spūs sunt? Audite hæc & intelligite uos, q̄ cæteros cōtēnentes uobis tm̄m̄ scientiā spūs, & euāgelii uēdicatis, atq; ppēdite q̄ longo itinere a spūalibus semitis aberratis. Nec hic tm̄m̄ errabundi uagamini, sed ēt matrimonia, a qbus Paulus hortat̄ abstinere eos, q̄ oroni uacare ptendūt/extollitis, cōtinentiā, & castitatē, & abstinētiā a fomētis carnalibus cōtēnitis, q̄is paucis uerbis huiusmodi cōmēdetis, ne ueniatis ab oibus cōtemnendi: Vno.n. uerbo Pauli, adeo cōnubia, & liberꝝ ciboꝝ usum cōmēdatis, ut dānatos penitus existimetis eos, qui cœlibatū, & ciboꝝ abstinētiā, saltē certis tpibus obseruāt, ut fomētis carnalibus aliquantulū semotis, liberius in solēnitatibus subsequētib⁹ dies ieiunii, & abstinētię Deo uacare possint christicolę. Cur quæso, adeo uno Apl̄i uerbo ducimini, ut mille alia cōtrariū asserētia cōtēnatis? Nōne ipse Apl̄us luxū carnis, & comesatiōes, liberas vꝫ cōnumerat iter opa carnis, quæ semp cōtrariant̄ spūi? Manifesta igit̄ (inqt cū Galatis loquēs) sunt opa carnis, quæ sunt, fornicatio, imūditia, impudicitia, luxuria, dissensiōes, sectę, ebrietates, comesationes, & his similia, quæ p̄dico uobis, sicut p̄dixi, qm̄ q talia agunt, regnū Dei nō cōsequunt̄. Nec futuꝝ vꝫ regnū dandū his, q a dextris erūt in extremo examine: Nec pñs, qđ christi testimonio intra nos est/cōparandū tñ/& augendū ui nobisipsis illata/dum cohibemus nosipsos ab oblectamentis, & uoluptatibus carnis: Quod regnū cœloꝝ/& Dei ꝓculdubio ē Deus habitās in nobis, siue p gratiā, ut multi hūt in usu, siue p lucē/quæ (ut inqt Iohānes) illuminat omnē hoīem, siue p uim, & chrisma quoddā, qđ est ipse Deus pfundēs, & liniens nos sua clemētia, & bonitate: qua p̄ ꝓfusus fuit ille, qui p antonomasiā dictus est unctus latine, Christus græce, & Messiah hebraice: siue q̄cūq; alio noie, siue sub q̄cūq; metaphora describat̄, ipm regnū Dei est ipse Deus habitās in his, q nō solū credunt in noie eius, sed operant̄ scđm fidē susceptā, sicuti ipse cœlestis doctor phibet dicens: Si qs sermonē meū seruauerit/Pr̄ meus diliget eū, & ad eū ueniemus, & māsionē apud eū faciemus: Sermo enim eius nō solū est de fide hūda in eūdē, sed de dilectione, & obseruatiōe

Paulus

mādatoꝝ/quæ opis est/& nō solius fidei. Hoc itaq; Dei regnū, & Deū hospitantē in nobis tāto melius, & amplius suscipimus/q̄to magis elōgamur ab opibus carnis/& seruamus cœlibatū, quē uos ipudice contēnitis. Hinc Paulus cū Romanis inqt: Nō in comesatiōibus, & ebrietatibus, nō in cubilib⁹, & impudicitiis, sed induimini dm̄m Iesū xp̄m, & carnis curā nō fecerītis in desideriis, oblectando vꝫ in hmōi, qa hęc oblectamenta, & carnalia desideria (ut inquit Petrus) militāt aduersus animā. Innumerę sunt hmōi Apl̄oꝝ sententiæ, qbus suademur pugnare cōtra carnē & sanguinē repugnantē spūi: Quod fit p abstinētiā ciboꝝ, & ois luxus, & p ueꝝ cœlibatū, quē uos spnitis. Sed reuertamur, uñ digressi sumus: Venite, & audite oēs, qui spretis opibus solā fidē extollitis, qđ Christus constituturus omniū iudex remunerare ꝓmittat/& dānare cōminet̄, an solā fidē, uel incredulitatē, an opa ipsa: Hæc.n. se dicturū ꝓtestat̄: Venite bn̄dicti P̄ris mei, possidete paratū uobis regnū: Et rōnē huius remuneratiōis subinferēs ait: Esuriui, & dedistis mihi māducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: &c. quæ sequunt̄. Ecōuerso āt cōminat̄ se puniturū nō fidei, sed operꝝ defectū subnectēs: Ite maledicti in ignē æternū, qa nō pauistis me, neq; dedistis mihi potū, nō uisitastis, nō uestistis, nō curastis, nō fecistis deniq; opa charitatis. Quo fugiēt nostræ istæ a rutilante & clarissima hac iudicis, & uerę lucis mūdi snia? Nec eqdē uideo, qua frōte qs audeat excludere opa, & attestari ipsa nō reqri a iudice, & nō fore necessaria ad salutē, & regnū cōsequēdū. Nōne hoc ē temerarie cōtra iudicis edictū pſumere? Cur, q̄so, tm̄ attribuere uultis fidei, ut postergetis opa, quæ iā introductis in domū xp̄i p ostiū fidei, tāto affectu ab ipso xp̄o exqrunt̄, ut oia in eis/maxime in charitate omniū bonoꝝ operꝝ radice cōcludere uideat̄ dicēs: Hoc māndo uobis, ut diligatis inuicē. Et iteꝝ quasi omniū aliorꝝ oblitus repetit: Hoc ē p̄ceptū meū, ut diligatis inuicē: Hoc sępius repetit, & cōfirmat in ep̄lis suis discipulus ille/quē diligebat Iesus: & qui p̄ omnibus aliis erat eius secretoꝝ conscius. Et Paulus, in cuius quoq; pectore christus ipse resonabat/Charitatē p̄fert fidei dicēs: Nunc aūt manēt tria hęc, Fides, Spes, Charitas: Maior aūt horꝝ est charitas: Et ulterius ꝓsequēs asserit, q̄ etiā suprema fides, & adeo grādis ut ēt p ipsam montes trāsferant̄, nihil est sine charitate. Quid ad hæc dicetis noui dogmatizātes? Forsitan, q̄ charitas sit fides? Sed hoc nō est scđm doctrinam Apl̄i, qui illas uirtutes cōnumerans aliam ab alia penitus distinguit, adeo, ut aliqñ cessante fide remaneat charitas, quæ nūq̄ excidit. Cū igitur charitas distinguat̄ a fide, illa inter opera cōputatur, id maxime stante cōi omniū distinctione, q̄ ea, quæ ptinēt ad legē, & euāgeliū, & totū negotiū nostrū inter credēda, & operāda diuidunt̄. Charitas igit̄, quę fidei prępo-nitur, opus est, cū oibus quæ in ipsa charitate fiunt. Et ipsa charitas simul eū cōtēplatiuo amore, & opa omnia in charitate ppetrata fœliciſſima illa

Petrus

CHRISTVS.

Iohan.
Paulus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution-Non Commercial 3.0 Unported License

paſcua ſunt, quę inuenit oīs, q ingredīē p oſtiū fidei ad diuina paſcua ipſa, & egreditur quoq; ad paſcua dilectionis, & operis in proximū exhibendi: quæ pabula minime guſtabunt, qui morant' tm̄mō ſup oſtio fidei.

Quō itelligant' autoritates, quæ fidei tm̄ tribuere uident'. Cap. XIII.

AVthoritates igit' oēs, quas noui dogmatizantes in nimiū fauorē fidei adduxerunt, q̄ non obſtent ueręq; doctrinę, quā oēs bn̄ ſentiētes ꝓfitent'/neq; faueāt hęreſi ipſoꝝ, unica poſſemus cōprobare ſolutione dicentes, q̄ oēs illæ atteſtantur fidē neceſſariā, tāq̄ oſtium, & principiū ſalutis, & ueluti ſemen bonoꝝ operꝫ, atq; eoꝝ radicem: Vnde omnia opa meritoria, ac Deo grata in fide perpetrata fuiſſe ab Apl̄o aſſeuerant': Sed ſummus doctor exerta nos admonet uoce, q̄ uerbū Dei, cui credere debemus, eſt ſemen bonoꝝ operū: Quō igitur o Aquilonares Theologi fides excludit opa? Quid.n. nobis oſtiū ſine domo, aut radix, & ſtips ſine fructu? Quid iterum claudicat, qui iuſtificari cupit & Deo gratū ſeſe exhibere ex fructibus ſimul cū radice, & ſemine? Claudicatis uos/& paſſim labētes ruitis, q uno tm̄ pede cōtēti alterꝫ, & ſumme neceſſariū ſpernitis: Nos.n. utroq; pede, fidei v3 & charitatis ambulare uolumus ſolidiori greſſu, q̄ uos monipedes. Nec manū noſtrā oſculari oblectamur, ſed Dei, cuius auxilio fręti opus q̄cūq; nobis deſtinatū aggredi cōfidimus: Nō.n. nos ſoli, ſed gr̄a Dei nobiſcū Apl̄m imitātes opari conamur bonū/dū tēpus hēmus. Et hoc eſt/q̄ credētes diſcimus: qa nos oēs naſcimur filii iræ, & indigemus nō tm̄ gl̄ia, ſed & gr̄a Dei, ut operemur bonū in fide, quā ſuſcepimus. Cognoſcimus inſup ꝑ peliuē nām, frequētē caſū, imbecillitatē noſtrā, ac ꝓinde q̄ fauore indigemus, ut poſſimus opari bonū. Nec deponēda eſt opio operꝫ, imo aſpirādū ad ipſa p gratiā xp̄i pro nobis paſſi, ſuſcitati, & merito ſuo ſemp̄ fauētis: In q̄ exultamus lętitia inenarrabili reportātes finē fidei noſtræ ſalutē animarꝫ nr̄arꝫ: Et id dūmō fides ipſa ꝓficiatur p charitatē, cū qua producantur fructus bonoꝝ operꝫ, pro qbus ꝓmittit' remuneratio. O bone Deus/qua fronte/q̄ auſu/qua (ut ueꝫ dicā) temeritate iſti gl̄oſi recentiores theologi opa excludere p̄ſumūt, cū regius Propheta denūciet, Apl̄us ꝓclamet, & ipſe omniū iudex ꝓfiteat'/q̄ ueniēs cū Angelis ſuis, ut negotio humano finē imponat, reddet unicuiq; ſecūdū opa ſua. Obmuteſcite igit', & nolite acquieſcere ſpiritui erroris, ſed cedite ꝓphętę, cedite Apl̄o, cedite Xp̄o, & Spiritui ſct̄o, quo inſpirati loquuti ſūt ſancti Dei hoīes: Qui & ſi fidē extulerūt, nō tm̄ excluſerūt opa, niſi ea, quæ facimus abſq; fauore illius, qui dixit: Sine me nihil poteſtis facere: Qui iudeis nōdū initiatis, & qui adhuc ſemē fidei nō ſuſcepant, neq; radicē colloCHRISTVS. cauerant bonoꝝ operꝫ, dixit: Qm̄ opus Dei erat, ut crederent in eū, quē ille miſerat, qui & ſemē bonū fidei ſeminat in agro animæ noſtrę, ut fructum ꝓducamus bonoꝝ operꝫ: Qui oſtiū ē, p q̄ intramus in uineā, & agrū dn̄i

fructū inde reportaturi. Et hoc pacto habet ſecum uniuerſam ſalutē/ tanq̄ oſtiū, & ſemen, per q̄ (ut Petrus inquit) generamur in ipſo Chriſto: quod Petrus innuit, dum ait: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: Qui v3 tāq̄ terra bona, & bene irrigata ſuſcepit uerbū Dei, quod eſt ſemen fidei: Sunt enim qui ueluti arida petra ſuſcipiūt ad tēpus credētes, & in tempore tentationis recedētes, eo q̄ non habeāt humorē gratiæ v3 irrigātis, per quam opamur bonū. Ecce igit'/q̄ ex hoc uerbo Euāgelico, q̄ſ ſic magnipenditis aliq̄d aliud exquiritur a Chriſto, q̄ fides: Semen enim ipſo interpreāte eſt uerbū Dei/cui credere debemus. Sed ultra hoc exquirit' & terra bona: exquirit' & irrigatio, quæ fit per uerā baptiſmatis aquā: Q̄ę aqua eſt ſapientia ſalutaris: eſt & gratia, atq; fauor bene operandi impetrata a Chriſto: Qui omnibus in templo clamat dicēs: Si quis ſitit, ueniat ad me, & bibat: Et iterꝫ ad ſamaritē: Siquis biberit ex aqua, quā ego dedero/fiet in eo fons aquę ſaliētis in uitā ętern̄ā. Nec dicāt idem eſſe fidē, & baptiſmum/q̄a hęc duo p̄ ſeiungit, poſtea copulat atteſtans utrunq; neceſſariū: quia copulata ſententia eſt. Per hāc uiā currit illud Pauli: Si cōfitearis in ore tuo dominū Ieſum, & in corde tuo credideris, q̄ Deus illū ſuſcitauit a mortuis, ſaluus eris: quia iā habes ſalutis arrhā, & ſemen fidei ſuſcepiſti non utiq; in petra ſine humore, quia huiuſmodi a Chriſto excludunt'/ſed in terra bn̄ irrigata & producente fructū tpe ſuo. Et hoc eſt credere Chriſtū ſuſcitatū, & ſuſcitantē nos ad bona, atq; cœleſtia opa cōducēda/iuxta illud apoſtoli: Si cōſurrexiſtis cū Chriſto, credētes v3 ipſum ſuſcitatū, quę ſurſum ſunt quærite, quæ ſurſum ſunt ſapite. Quęrite quidē affectu, & ſapite guſtu, quādo v3 illa ꝓpetrabitis/quę ſurſum ſpectant. Nō igit' hic excludunt', ſed includūtur opera. Cōfitemur inſuper cū Apoſtolo Chriſtū eſſe finem legis ad iuſtiPaulus tiam omni credenti, finē utiq;, quē lex, & ipſius legis præcepta opibus cōprobata deſyderant, & ab eo ſuſcipiuntur/ut uiua ſint ipſa opera ſecundū legem perpetrata: Quæ, nulli dubiū, mortua erant ſine arbore uitę, ſine pane uitę, ſine deniq; uita ipſa, quę Chriſtus eſt: ubi nec ſola fide pōt ſatiſfieri cęrimoniis, & operibus demādatis in lege, atq; pręceptis affirmatiuis: Satiſfit.n. p fidē Chriſti omnibus, quę ipſum Chriſtū p̄figurabāt, atq; in ipſo completa, immo perfecta ſunt: cuiuſmodi ſunt ſacrificia, ſacramēta, ueſtes, ornatus, tota tabernaculi ac tēpli fabrica, omnes deniq; cęrimonię, quæ in figurā Chriſti contingebāt eis. Præcepta aūt nequaq̄ adimplent' ſola fide, alioquin nō dixiſſet Chriſtus: Si uis ad uitā ingredi, ſerua mnadata: ſed diCHRISTVS. xiſſet: Si uis ad uitā ingredi, crede me. Si igit' obſeruatio mandatorum eſt cōditio adeo neceſſaria ad ſalutē, ut p ipſam ab authore ſalutis ꝓmittat' nobis ſalus, quō opus ptinet tm̄mō ad exteriorē hominē? Nunquid exterior, aut inferior homo ſolūmodo ſaluatur? Hæc quippe dogmata mulierculis delirātibus, & uulgo tantūmodo pſuaſibilia ſunt, nemini tamē pſuadēda.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr... Attribution-Non-Commercial 3.0 Unported License

At forsitan inquiēt: Mortificare exteriorē hoiem esse necessariū, ut ad uitā qs ingrediat: Damus: Est igit necessariū hoc opus, est necessaria quoq; manus simul cū corde: Sed plus dicimus, q̄ non uidetur sufficiēs cor credens simul cū lingua cōfitente, cū ipsa ueritas, & sūmus Iudex dicat: Non ois, qui dicit mihi Dñe Dñe, credens v3, & cōfitens, intrabit in regnū cœlor: sed qui fecerit uolūtatē P̄ris mei/qui in cœlis est. Qui itaq; p̄testatur seruū inutilē, & qui opari neglexerit, cū pecunia accepta a Dño suo eiiciendum ad tenebras exteriores, atq; a Deo, & salute anathematizādū. Et qd lucrū exquirat, statim declarat subinferēs: ut minimi, & mēbra eius cibent, uestiantur, & huiusmodi, quæ opera sunt, & nō sola fides. Et qd p̄supponunt Deū p̄cepisse impossibilia, hoc scd̄m Hieronymū anathema est: Sed plus dicā: Impiū est blasphemia pessima est, dānare Deū est, si p̄cipit, & exqrit a nobis impossibilia, cū id nullo ordine, nulla æquitate, nulla rōne sustentari possit, ut Dñs exquirat, & uelit a seruo, qd impossibile est: At inquiēt: Supplet Christus merito, & gr̄a sua: Iam hoc sciūt oēs, & delirātes uetulę. Quid igit proponitis hæc, tāq̄ uestra adinuenta? Hoc.n. iā declaratū erat Christo dicente: Sine me nihil potestis facere: Hoc cōprobat a Paulo, qui ait: Non ego, sed gr̄a Dei mecū. Nec potestis aliud inuere p̄ p̄missa, ut dicitis: nouo.n. utimini uocabulo, ut noui uideamini, & nouitate moliri ualeatis, qd p̄tenditis: sed cōfido in spū xp̄i Iesu recto, q̄ deducet in meliorē sortē, qd forsitan obliquo aio astruit: Quid.n. est, non pōt qs legē implere sine xp̄o, nisi sine adiutorio xp̄i? Hoc iā cōcessimus: Et cū dicunt/Nō pōt qs accedere ad Christū sine fide, ergo fides sufficit/illatio est falsa, & incōgrua, & præmissa sententia dubia, cū ipsemet Christus dicat: Nemo uenit ad me, nisi P̄r meus traxerit eum: Quæ attractio an sit ipsa fides, an aliqd aliud, isti noui dogmatizātes nō adhuc declararunt: Nō.n. dubitamus an fides sit necessaria, ut accedamus ad Deū, qa ea est aperta ſnia Pauli, si ab eo ædita sit ep̄la ad Hebreos, ubi ait: Sine fide impossibile ē placere Deo: Credere.n. oportet accedentē ad Deū. Sed q̄ hæc sola exqratur, hoc negamus: Nam attractus qs a P̄re, & introductus in domū, & familiā Christi p ostiū fidei statim suscipit talēta, uel mnas, siue quocūq; alio noie uocet donatiuū illud, ut statim incipiat opari, & lucrum reddat donatiui accepti. Nec opus erat o nouitii theologi multis uerbis offuscare ueritatē iā oibus manifestā, & ab oibus acceptā/ut uel uideremini qd noui attulisse in medium/aut ut moliremini aliqd scandalum/qd adhuc e pectore uestro nō euomistis: Quid.n. est dānare opa nisi puertere totā uitā euangelicā, & præparare se cū Sardanapalo/& aliis spurcissimis non dicā Epicureis/sed bestiis ad omnimodā uoluptatē? Id.n. proculdubio sequit/si in sola fide cōfidūt, ne nō dānent uigiliæ/ieiunia/castitas/austeritas uitæ/opa charitatis/& ois cęlibatus/ut facitis. Nec innitamini uerbis illis/qbus dictum est: Credidit

CHRISTVS. Paulus

Abrahā

Abraham Deo, & reputatū est ei ad iustitiā: Nam quāuis fides illa fuerit opus iustitiæ, non tamē fuit tantūmodo iustitia, p̄ quā fuerit tam Deo gratus, ut fuerint ei tot & tāta repromissa, legatur (si placet) liber geneseos ca. xxvi. Ge.xxvi. & hæc inuenies ad uerbū dicta ad Izahac filiū ipsius Abrahæ: Tibi enim & semini tuo dabo uniuersas regiones has, cōplens iuramentū, quod spopōdi Abrahę patri tuo, & multiplicabo semē tuum, sicut stellas cœli: daboq; posteris tuis uniuersas regiones has, & benedicentur in semine tuo omnes gētes terræ: eo q̄ obedierit Abrahā uoci meę, & custodierit p̄cepta mea, & mādata mea, & cęrimonias, legēq; seruauerit: uel ut habet ueritas hebraica, & custodierit custodiā meā, ea v3, quæ tradidi custodienda p̄cepta mea, statuta mea, & legē meā. Si igit fides sufficiebat, cur addita est legis obseruatio? Cur nūc per fidē, nūc per obseruationē legis cōmēdatur Abrahā, & fit ei tam pulchra promissio? Nō qdem, quia idem sit fides & opatio, sed quia utraq; p̄supponit, aut trahit alterā, nec pōt altera sine altera esse p̄fecta: Fides.n. ut uiuat, ad opus conducit, opus uero fidē p̄supponit: Abrahā igit in utraq; p̄fectus cōmēdat, & aliquādo seorsum de fide, & aliquādo de obseruatiōe mādator: Quæ reserata fuerāt a Deo ipsi Abrahę nō minus q̄ Mosi, quāuis hic iubēte ipso Deo populo tradiderit, & scripturæ cōmendauerit. Et sic Abrahā seruauit legē, p̄cepta, & statuta, ergo hęc possunt obseruari: Quid igitur garritis dicētes, q̄ lex obseruari nequit, & q̄ Abrahā ex sola fide, & nō ex opere iustificatus sit? Scrutemini scripturas, & sentētiā sentētię, coapteris, si uultis ueritatē p̄cipe. Rēputata qdē fuit fides Abrahæ ad iustitiā, reputata fuere & opera, propter quæ promissa fuit benedictio omniū gentium in semine eius, id maxime, quādo obtulit filiū Izahac in sacrificiū: quē & si in fide obtulit (ut inquit Apostolus) illa tamē oblatio non erat ipsa fides, sed opus fundatū in fide, quæ est fundamentū spiritualis ædificii.

Solutio magnæ difficultatis, quam afferunt dicta Pauli in Epistola ad Romanos. Cap. XIIII.

Paulus

SEd ne aliquid relinquamus intactū, quod nos in hoc negotio urgeat, ueniamus ad ea, quę Paulus agēs cū Romanis scribit in Cap. iiii. ubi adeo apte deponere uidetur pro fide, ut magis angultēt uerba ipsius, q̄ alia, quæcūq; sint a nouis dogmatizantibus adducta: Ait.n. Si Abrahā ex opibus legis iustificatus est, habet gloriā, sed non apud Deū: Quid.n. dicit scriptura? Credidit Abrahā Deo, & reputatū est ei ad iustitiā: Ei autē, qui opatur, merces nō imputat secūdum gratiā, sed secundū debitū: Ei uero, qui non opatur, credēti aūt in eū, qui iustificat impiū, reputat fides eius ad iustitiā, secūdū propositū gratię Dei: Vnde & Dauid decātat beatitudinē hominis, cui Deus accepto fert iustitiā sine opibus: Beati quor; remissę sunt iniqtates / & quor; tecta sunt

Dauid

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr... Attribution-Non-Commercial 3.0 Unported License

peccata: Beatus uir, cui non imputauit Dominus peccatū: Et paulo post: Non.n. per legē promissio Abrahę, aut semini eius, ut hæres esset mundi: Si enim q ex lege hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio: Quæ uerba & si nouo dogmati fauere uidentur, non tamen sunt aliena ab ea, quæ plerisq; in locis cōtraria prædicat Apostolus: Non.n. ille, in cuius pectore Christus resonat, adeo delirat, ut nūc unū asserat, & statim palinodiā canere incipiat: Sermo nāq; erat ad sedādos Hebreos, atq; Romanos: quoꝝ illi in circūcisione, & lege cōfidebant, isti uero in præputio, & baptismate: Vnde nūc pro illis, nūc pro istis pientissimū se exhibet defensorē: Et iis, in qbus illi, uel isti nimia elatiōe turgētes cōfidebāt, acerrimus obuiat impugnator: Inter eos etenim sese collocat eorundē quæstionū dirimptorē, ut Hieronymus optime sentit, Conatur quoq; demōstrare/q; salus allata a Messiah nō cōferē neq; ex circūcisiōe, neq; ex lege, neq; ex opibus, quæ fecimus nos, sed ex gratia, & munificētia Dei, qui per suā misericordiā, & clementiā misit ad nos saluatorē: Nihil.n. feceramus, quo exorqueremus, aut disponeremus Dei clemētiā ad dandū redēptorē, & ad impetrādū agnum tollentē peccata nostra: Qui ex decreto patris occisus fuit (ut inquit Iohānes) ab origine mūdi pro uniuersali salute omniū, sed ex mera Dei gratia id factū est: Vt autē quis ex hac uniuersali affluētia salutis suscipiat portionē aquæ, & benedictionis in propriā, & particularē salutem, necesse est, ut p fidē adhæreat propināti & afferenti aquā salutarē, ut bibat, & mediāte ipsa operādo crescat in immensum, & fiat in eo fons aquæ saliētis in uitā æternā: Vnde nō standum est in sola fide, sed ulterius progrediendū ad opa, quæ exposcit ipsa fides suscepta. Si autē quis operari nequerit, uolūtas pro facto reputat, & in hunc sensum intelligit illud Apostoli: Ei autē, qui nō opatur, credēti uero in eum, qui iustificat impiū, reputat fides eius ad iustitiā secundū propositū gratiæ Dei, qui uoluntatem suscipit/quādo adest operādi impossibilitas. Et hæc est gratia singularis/& beatitudo quędā, iuxta id quod sequit. Dauid dicit beatū hominē, cui Deus acceptā fert iustitiā sine opibus: Beati quoꝝ remissę sunt iniqtates/& quoꝝ tecta sunt peccata. Posset utiq; Deus/qui uult omnes homines saluos fieri/omnes saluare/etiā sine opibus, sed nec omnes saluat, quia non omnes ei obediūt/nec omnes uolūt operari iuxta fidē susceptā, de quibus dicit idem Apostolus: Nō coronabit/nisi qui legitime certauerit: Et iterū: Dum tempus habemus/operemur bonū, tempore.n. suo metemus. Audite o cōtemptores operū quid dicat Apostolus: Nō.n. inquit, credamus & metemus, sed ait, operemur & metemus: Et hoc secundū mēsurā operū, sicut alibi dicit: Qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet, in benedictionibus quidē gratiæ pręstitę ad cooperandū, sicut subinfert: Potens est autē Deus omnem

Iohan.

Paulus

Idem

gratiam abundare facere in uobis, ut in omnibus omnem sufficientiā habentes abundetis in omne opus bonū: Et ad quid hoc opus bonum? Non utiq;, ut tantūmodo corpus subiiciat spiritui, sed ut mercedē accipiamus, si manserit opus, quod supędificauimus, ut docet in priori epistola ad Corinthios: Sed ad priora uerba Apostoli redeūtes/cōfitemur nullū ex operibus legis iustificari, nec iustificatū fuisse, quia peccatū primi parentis, & cōsequenter totius generis humani id erat, ut nullis humanis uiribus posset auelli, nec naturali, siue legali medela expurgari, neq; uelari poterat ignominia illa aliqua ueste rerum inferioꝝ: Hic nō sufficit foliū fici ad tegendam nuditatē protoplastoꝝ/quāuis ficu Isaias sanauerit Ezechiā regē a plaga particulari. Hinc clemētissimus Deus miseratus humanū casum, ammoto tegmento ex ficu folio cōsuto, & accepta tunica pellicea uestiuit eos, tunica utiq; cōfecta ex pelle agni illius/qui sustulit peccata mūdi: Qua ueste diuina clementia nō modo tegit nuditatē primoꝝ parētum, sed omnium, quos adiudicauerat dignos illo tegmento: Quod opus, & quam uestem nec lex præstare poterat/nec sacrificium, nec sacerdos quispiam, nisi ille/q; sacerdos, hostia, & agnus existēs occisus fuit pro omnibus ab origine mundi/ut omnibus prodesse posset. Cum igitur lex siue legis obseruatio id minime cōferre posset/ideo ex opibus legis nullus iustificabat: Nec Abrahā, nec qsquā alius ex patribus ex opibus legis iustificatus fuit/ut haberit gloriā apud Deū, q iustificationē/& purificationē iussit fieri p illū, qui omniū peccata portauit, & p sanguinem ipsius, nō autem per sanguinem animaliū: Cui Redēptori credidit Abrahā, reputatūq; fuit illi ad iustitiam, quia nō n propriis meritis, nec in seipso, nec in opibus legis cōfidebat, sed in uero expurgatore, in quē uēturū credebat: Et sic cōtigit omnibus, q opabātur, & operātur secundū legem/qbus dat merces secm meritum illius regulę, qua dicit: Reddet unicuiq; secm opa sua: Sed cum illa opera/quæcūq; sint, nō sufficiāt ad salutē, quæ datur per gratiā impetratā a Christo/ideo inquit Apostolus/q; non imputat ei secm gratiā, sed secm debitum iuxta euangelicū illud denuntiatum ad seruos/qui cōplent opere ea, quæ mandātur in lege: Cum hæc omnia feceritis, dicite, serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus: Nec inde acquirimus gratiā filioꝝ Dei, nisi adiuuemur per illum, q obtinuit, & dedit nobis potestatē, ut efficeremur filii Dei: In cuius nomine æquum est, ut credamus: & nō sequamur natiuitatē, quę est secm carnē, & sanguinem, sed illam quę est secm Deum, & spiritum, secm quā & operemur, cum ociosi stare nō possimus, nec filii Dei constituti secm carnem & sanguinem operari debeamus: ad quē gradum, & ad præmiū secm illum reportaturi de cōdigno (ut aiunt) aut secm proportionem equalitatis, & arithmeticā peruenire nequimus, sed per gratiā, & in proportiōe geometrica: ut si pro uno dātur centū, pro

Idem

CHRISTVS.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr... Attribution-Non Commercial 3.0 Unported License

duobus dari debeãt ducenta, & pro decem reddãtur mille. Hic plura ser/
uantur, quæ prima fronte uidebãtur male cõuenire: Hic.n. ſaluatur, quo/
modo non ſunt cõdignæ paſſiones huius temporis, & opera noſtra ad fu/
turam gloriã: quia illa per numeros perpetrãtur, hæc autem per cẽtenaria
redditur. Saluaᷣ etiã quomodo gratia Dei ſit uita æterna: cũ ꝓ opus quod
perpetramus in põdere, uel menſura unius non poſſimus per illud unum
attingere ad remunerationẽ faciendã per centenariũ, niſi faueat gratia il/
lius, qui eſt diues in omnes, qui inuocãt illum. Hic etiam explicatur, quo/
modo ſaluamur per fidem, cum adhærere debeamus ei, qui id effecit, ut
opera noſtra exhibita per unitates remunerẽtur per cẽtenaria. Hic deniq;
reſeratur, ꝙ & ſi per gratiã ſaluamur, & fidẽ/& licet nõ ſint cõdigna opera
noſtra ad futurã gloriam, æquus tamen iudex in remunerãdo reddet uni/
cuiq; ſecm opera ſua: quia hæc remuneratio ſit æqua proportione, inter/
cedente nihilominus ſemp gratia Redẽptoris promiſſi in lege/& prophe/
tis: Et in hunc ſenſum intelliguntur illa uerba Pauli: Si qui ex lege hęredes Paulus
ſunt/exinanita eſt fides, abolita eſt promiſſio. Id.n. apud omnes clariſſimũ
eſt, ꝙ ſalus nõ eſt data per legem, aut ſanguinẽ animalium, ſed per Chri/
ſtum, & Meſſiã: cui reſpõdent ſacrificia, prophetę, & tota lex: & in quo cõ
placuit Patri omnem plenitudinẽ inhabitare facere/& per eum recõciliari
omnia: Et id, dũmodo accipiamus nos crucẽ noſtrã, laborãtes, decertãtes,
operantes, & uim nobis inferẽtes, ut a uitiis abſtineamus: & operemur bo/
num pro uirili noſtra: Reliquũ autem ſupplebit ille omniũ bonoꝝ pleniſ/
ſimus/adeo, ut de plenitudine eius omnes accipiamus. Hęc eſt uera doctri
na a Chriſto, & Apoſtolis pleriſq; in locis prędicata, omnibus ſincere pro/
clamata, & quę omnes ſententias ab eodẽ ſpiritu per ora diuerſoꝝ, & ple/
riſq; in locis æditas cõuenire facit in unum. Ad hoc igitur dogma diaboli
aſtu alias perſuaſum, & Dei prouidentia iam ſopitũ/denuo ſuſcitatur, ut
pernitioſum ſcandalũ/& ſciſma emergat: & ut retrahãtur fideles a bonis
operibus, pro quibus uita, & ſalus promittitur.

CHRISTVS Pr omniũ per ueram regenerationẽ effectus, & caput corporis myſtici in oĩa mẽbra influit. Tonus Quintus.

Quomodo Deus ſit pater omnium. Cap. Primũ.
Quomodo Chriſtus in natura humana itez& nos regenerãs effectus ſit uerus Pater. Cap. II.
Cur in hac regeneratione exigatur a nobis fides. Cap. III.
Vnde generetur maſculus, fœmina, uel androgynus. Cap. IIII.
Vnde ſimilitudo perficiens imaginẽ generãtis in genito. Cap. V.
Quomodo Chriſtus oẽs, quos generat, paſcat. Cap. VI.
Quomodo, ut nauſeã tolleret/hos cibos decoxerit. Cap. VII.
Hic, qui genuit/& paſcit, etiã ueluti bonus pater nos inſtruit. Cap. VIII.
Quã doctrinam nos docuerit. Cap. IX.
Breuis epilogus eorum, quæ docuit Chriſtus de negotio hominis. Cap. X.
In quo gymnaſio, & qua cathedra nõ inſtruxerit. Cap. XI.
Quibus theſauris ueluti bonus pater ditet nos Chriſtus. Cap. XII.
Quo peculio ditaucrit filias. Cap. XIII.
Quod tandem legatum fecerit. Cap. XIIII.
Quibus, & quanta legauerit. Cap. XV.
Quanta ſolẽnitate hoc teſtamentũ celebrauerit. Cap. XVI.
Quomodo teſtamentũ confirmatũ ſit. Cap. XVII.
Quomodo Chriſtus non tantũ Pater, ſed caput omnium effectus ſit. Cap. XVIII.
Qualiter Chriſtus tanꝙ uerum caput influat in omnia membra. Cap. XIX.
Quam curã habeat Chriſtus parẽs noſter de nobis filiis, quos genuit, in ſubminiſtratione reꝝ temporaliũ. Cap. XX.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution-Non Commercial 3.0 Unported License

QVOMODO DEVS SIT PATER OMNIVM.

feria 4 Cine.

QVALITER primo Pater ęternus, postea Christus dictus etiã sit pater omniũ, si explicare uoluerimus, nõ erit ineptũ reperere ea, quæ a sapientibus naturalibus dicuntur de uniuscuiusq; animalis genitura, hois potissime, cum in his inferioribus sint simulachra, & imagines reꝝ diuinarꝝ. Existimauit itaq; Hippocrates partẽ spumosam, & carnosam seminis emanare a cerebro: Aristoteles a corde/ Hyp. quod est p̃cipua animæ sedes: Galenus ab epate, cum in eo uirtus natura/ Arist. lis digestiua, & generatiua situata sit: Sed Auicena a tribus mẽbris prin/ Gale. cipalibus, a corde uidelicet, cerebro, & epate, ut omniũ admittat sentẽtias, Auic. & rationes, effluere profitetur. Aliqui uero (ut Aristoteles meminit) opi/ Arist. nantur ipsum semẽ ab omni membro/quo ad utrãq; partẽ decidere, quia delectatio tũc in omnibus mẽbris sentitur: tum quia ex quolibet stigmate alicuius membri paterni simile generatur in filio, tum etiã quia in multis quęlibet pars geniti effigiatur cum similitudine patris: unde coniicitur, q̃ a qualibet parte generantis secundũ idolum in ea existens semen defluit: Quod totũ forti imaginationi aliqui, & falso attribuere uoluerunt: tũ qa id euenit absq; imaginatione generãtis, tum etiã qa ex nimia decisione seminis quodlibet membrũ ipsius generantis debilitatur. Dicant igitur alii pro exercitio ingenii, quicquid uelint/mihi uidetur, q̃ a quolibet membro decidat portio seminis, uñ ex ipso formet filius cũ generantis imagine, q̃ totũ repręsentat, & mẽbra oia: Et sic cor geniti est a corde generãtis, cerebrũ a cerebro, oculus ab oculo, manus a manu, & sic de unoquoq; esto q̃ uirtus, & spũs p̃cipue sit a cerebro, corde, & epate, tãq̃ a principalibus, & magis spũalibus mẽbris. A cerebro itaq; descẽdẽs uim trahit rationalẽ, & trãsiens p̃ uenas, quę sunt post ambas aures, ad micã, cui cõtinuãtur/ pgit p̃ rhenes usq; ad uasa seminaria, & testes: A corde uero progrediens, & ab epate uim deducit/ & spũm amoris, & dilectiõis. Sic & Christus Dei filius, CHRI/ pfecta Pris imago/ & sapiẽtia emanauit ab oibus, q̃ in Pre sunt, oia secum STVS. trahẽs, ideo dixit: Oia mihi tradita sunt a Pre meo, sicut v3 ab oibus processit: Ab essentia.n. pietate, clemẽtia, iustitia, bonitate, infinitate, & a toto fonte oium bonoꝝ emanauit, & emanat, s3 p̃cipue in eo/ qđ sapiẽtia est, processit a cerebro. i. a mente paterna, ut nõ incõcinne dixerit Orpheus, & Orph. post eũ Theologi gentiliũ, Palladẽ. i. uerã sapientiã e cerebro Iouis natã: A corde uero & intimo penetrali paterno traxit, uñ simul cũ Patre spũm dilectionis ꝓduceret: Ad cuius exẽplar & nos geniti fuimus primo ab ęterno Patre, p̃ filiũ tñ, in quẽ semen ideaꝝ perfusum erat: Postea iteꝝ regenerati sumus per filiũ hominẽ factũ: Hęc.n. nostra seminaria uirtus primo

uenit a cerebro paternę mentis, a quo uerbũ & armariũ omniũ rerũ creataꝝ: Nam in ipso ideata sunt, tanq̃ in uirtute seminaria, uniuersa, siue quæ in cœlis, siue quę in terris sunt, uisibilia, & inuisibilia: Explicanturq; ista cũ imagine, uel simulachro Patris generantis, ꝓut pfectio eoꝝ exigit: unde & emanant, & decidunt ab omnibus, quæ repræsentant. Hinc cũ homo habeat p̃is imaginẽ, ut totũ, quod est in p̃e repræsentet, formatur ex oĩbus, quæ sunt in parente generante, nõ tñ ea perfectione, qua filius, sed longiori & obscuriori imagine, sufficienti nihilominus ad hoc, ut dicatur filius, qui
Arist. debet esse similis generanti, ut docet Aristoteles in sermone secũdo de aĩa.
Dauid Cum his oĩbus igitur ꝓpheta hilari spiritu exultans decantat: Ego dixi dii
Moses estis, & filii excęlsi oẽs. Et Moses quasi de ingratitudine reprehendens populũ ipsi creditum, & cõsequenter totũ humanũ genus ait: Nunqd non est ipse Pater tuus, qui fecit te, creauit te, & possedit te? De qbus & ipse Deus in Malachia cõqueritur dicens: Si ego Pater sum, ubi est honor meus? Et
Mala. iteꝝ admonens mortales oẽs fratres esse inqt: Nunqd nõ Deus unus creauit nos? Nunqd non Pater unus omniũ nostrũ? Sed & ille regenerator nr̃
Matth. præponens ipsum ueꝝ omniũ Patrẽ Deũ, ac si oẽs alii essent patres simili/
CHRI/ tudinarii, inquit in Euãgelio, cui titulus est secundũ Matthęũ: Nolite uo/
STVS. care p̃em super terram, unus est.n. Pater uester, qui in cœlis est: Ad quem quoq; magna cõfidentia nos docet accedere, dum oramus, dicens: Cũ ora/
Paulus ueritis dicite: Pater noster, qui es in cœlis. Quẽ etiã Patrẽ nõ tantũ creaturũ rationabiliũ, sed omniũ rerum Paulus uocat, dum ait: Ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur.

Quomodo Christus in natura humana iterum nos regenerans effectus sit uerus pater. Cap. II.

Ref. 1. Ioan. Festis Dom.

DIximus filiũ, qui similis est generanti, & producenti: Ideo cum facti fuerimus in imagine, & similitudine Dei summi omniũ opificis, dicimur præ omnibus productis ab eo filii Dei: Sed imagine deturpata, & similitudine penitus deperdita nõ dicebamur merito filii summi P̃is, nisi iteꝝ regenerati reformaremus deho/
CHRI/ nestatã imaginẽ, & recuperaremus similitudinẽ penitus abolitã: Ideo dixit
STVS. ille, qui regeneratur nos uenerat, ad Nicodemũ: Oportet uos nasci denuo:
Nicode. Sed non intelligens mysteriũ Nicodemus dixit: Quomodo possunt hæc fieri? Nunquid põt quis in uentrẽ matris suæ iterato introire & renasci?
CHRI/ Respondit nouus Pater nouã docens generationẽ, affirmans, & declarãs,
STVS. quæ dixerat: Amẽ amẽ dico uobis, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spũ sancto, nõ põt introire in regnũ Dei: A quã assignat principiũ regeneratio
Moses nis, sicut & primæuę generationis aialiũ, aquæ fuisse a Mose dicunt: dum inducit Deũ iubentẽ, atq; dicẽtẽ: Producant, uel serpant aquæ serpituram animæ uiuentis: Quod & indicat semen animalis aqueum. Tanq̃ igitur

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

optimus philosophus,& bene gnarus antiquæ generationis filius Dei, de secunda ueluti primæ conformi dixit, ꝙ oportet nos renasci ex aqua, ut sicut ab aquis supramundanis, & cœlestibus emanauit prima genitura, etiam ab eisdem proueniret regeneratio. In Dei itaq; filio, qui uera aqua supramundana est, cõdita sunt uniuersa, & in eodem regenerantur omnia: Neq; enim de aqua elementari loquebatur: quando dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto: Nam quid aqua hæc feculenta cum sancto, & diuino illo spiritu? Quomodo possunt hæc penitus diuersa conuenire, ut sint unum principium regenerationis? De aqua igitur loquitur, quæ est filius Dei, qui simul cum spiritu sancto regenerat homines: Quorum sacramentum est hoc elementum aqueum, quod supra caput regenerandi extrinsecus ponitur, simul & uerbum hoc foris sonans: Quorum alterum semen, alterum uero uim propagandi significat. Et quia in hac regeneratione ex spiritu ignea, & excalefactoria, atq; dispositiua uirtus spiritus sancti exquiritur, ideo & ipse per sensibilem uocem, tanq̃ per sacramentum a ministro, & regenerando signatur, dum fides, & abrenuntiatio diabolici & mundani impedimenti exquiritur, & promittitur, quando a sacerdote interrogatur baptizandus: Quid petis ab ecclesia? Et abrenuntias diabolo, mundo, & pompis eius? Protestatur regenerãdus illis omnibus renuntiare, ut ammoto amore rerum inferiorum totus colligetur per spiritum sanctũ in amorẽ Dei. Fidem quoq; exigit, & donũ ipsius sancti spiritus, quo firmiter adhærere possit illi, a quo generatur, & cum eo connecti eodem spiritu, qui nexus & uinculum amoris dicitur. Regeneramur itaq; a filio, & spiritu sancto in baptismo, quorum regenerãtium signa, & sacramenta sunt aqua, uerba, & illa, que extrinsecus fiunt: Quæ non tantũ effectum, & gratiã donandam significant, sed ipsum regenerantem, tanq̃ ueram efficientem causam. Sed quia in generatione naturali exquiritur pater generans, semẽ/quod infunditur, & mater illum suscipiens, posset merito quis hic dicere: Patrem habeo, qui est Christus regenerans, & semẽ, quod est aquea uirtus ipsius, & efficax seminarium, matrẽ autem non cognosco, quæ semen suscipiat. Nec mihi satisfacit quod cõmuniter dicunt, ecclesiam esse coniugem formatã de latere Christi dormiẽtis in cruce, quia ecclesia nihil est, nisi relatiuum quoddã aggregationis, aut fideles ipsi congregati: Qui cum generentur, non possunt esse mater generans, & filii generati: Et minus aggregatio, aut relatiuum illud potest concipere, & generare homines secundũ carnem, uel spiritum. Huic difficultati duplici possumus uia occurrere/Primo, ꝙ sicut Pater ꝛternus in generatione illa ꝛterna, & diuina filii nõ exegit matrem, neque in primꝛua mundi, & hominis genitura, ita nec Christus, qui regenerat nos genitura spirituali, & diuina, exigit matrem. Sed si contendatur, ꝙ omniũ uoce ecclesia dicitur cõiunx

CHRISTVS

Christi, & mater nostra, dicemus, ne sit cõtentio, ubi esse non debet: Primũ matrimoniũ, quod fuit inter Adã & Euã, magnum quidem sacramentum

Paulus (inquit Paulus) Christi & ecclesię docet nos, qũo hęc se habeant: Ibi.n. mulier primo fuit filia, qa accepta de costa Adę, tanq̃ de materia magno mysterio ipsi ꝓportionata: Postea uero uxor ex costa eius formata genuit filios. Sic & prima Christi cõiunx ecclesia.i.collectio Apl̃oꝝ fuit formata in uitã spiritualẽ ex costa.i.ex dilectione cordiali, qa eos elegit de mundo: uel ex aqua gratiæ, & uirtutis baptismalis fluentis ex latere, & ex corde Christi, maxime dormientis in cruce: Quibus formatis, & instructis misit per oẽs mundi plagas grauidos femine, & uirtute generandi filios, quã eis

CHRISTVS prębuit, dum ait: Euntes in mundũ uniuersum prædicate euangeliũ omni creaturę, baptizantes eos in nomine Patris, & filii, & spiritus sancti. Et sic ex eis, quos primo fundamenta, & ecclesiã, & consequenter matrẽ constituerat omniũ generandoꝝ, cæteros filios ecclesiæ genuit. Ideo Apostolus tanq̃ tenera mater Galatis blandiens dixit: Filioli mei, quos iteꝝ parturio, donec formetur Christus in uobis, ut.s. possitis & uos ab ipso Christo gra-

Paul. uidi gr̃a, & uirtute alios parturire. Iteꝝ dicit, iuxta illud Christi: Oportet uos nasci denuo. Fuere igitur Apostoli prima fundamenta ędificii spũalis, fuere & primogeniti, & prima Christi sponsa, ex qua regenerati sumus. Nec.n. legitur, ꝙ Christus aliquẽ baptizauerit, nisi Iohãnẽ: Baptizauit (ut creditur) etiam Apostolos, & matrem, in q̃s, & oẽs uicem ipsoꝝ tenentes infudit seminariã uirtutem, qua per uniuersum mundũ cæteros de nouo parturirent, prędestantes regenerationis, & noui partus sensibilia signa, quæ sacramenta dicuntur.i.sacraꝝ rerum signa, & eorum quæ non uidentur: Quæ sacramenta an sint tantũmodo signa, uel etiam instrumenta, aut efficaciter operentur, disputatur serioſius a Theologis nostris: Sed (ni fallor) per seipsam soluta est difficultas, & tota ablata ambiguitas, si attendimus ad illud, unde prouenit tota uis: Hæc enim est a generante nos Patre nostro Dei filio/ sicut semen habet uim ab eo a quo decidit: Sed continetur hæc uirtus, aut signatur per extrinseca, & sensibilia signa, ut percipere possint aliqualiter mysterium ii, qui tantummodo sensibus exterioribus innituntur non habentes adhuc interiores sensus exercitatos ad discretionem rerum spiritualium. Quia igitur filius Dei, & Redemptor noster sic

Isaias nos regenerat, tanq̃ uerus Pater, ideo uaticinando Isaias ipsum alloquitur dicens: Tu autem Pater noster, redemptor noster, a sæculo nomen tuum.

Idem De quo paruulo loquens iterũ ait: Et uocabitur Deus fortis, princeps pacis, & pater futuri sęculi, idest pater regenerationis, per quã frui possemus futuro sæculo: Cum semine enim suo, quod ab ipso decidit, descendunt & spiritus genitiui, qui sapiunt naturam diuinam, & faciunt regeneratos capaces futuri sæculi.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution-Non Commercial 3.0 Unported License

Cur in hac regeneratione exigatur a nobis fides. Cap. III.

ETſi in quolibet matrimonio carnali exquirit fides, tanq̃ unũ de pręcipuis bonis eius, qua & alter alteri coniugũ fidelis ſit, & credatur ſucceſſura poſteritas: In hoc etiã matrimonio, & regeneratione ſpũali exigitur fides, nõ ſolũ a formata cõiuge, ſed etiã a regenerandis, tanq̃ principiũ, & diſpoſitio acceſſus in Deum: Et etiã (ut aliquid de intimis penetralibus educamus) exquiritur tanta diligentia a baptizando fides per miniſtrum, ut firma adhæſione intenti ad ea, quæ peraguntur in nobis, ex forti imaginatione per illam regenerationem melius aſſimilemur generanti: Multum etenim operatur fides, quæ eſt firma adhæſio, & fixa intentio cooperantis in quacunq; re, aut ſuſcipiẽtis ſeminariũ doctrinæ, & inſtructionis ſanitatem, aut generatiuum ſemẽ. Opinabatur.n. Ariſtoteles natũ aſſimilari generanti ex forti imaginatione tam concipientis, q̃ ipſius generantis. Et Auicena tantũ tribuit imaginationi, ut non ſolum in proprium ſubiectum, & fœtum, ſed etiã in externũ multoties operetur, ſi eſt intenſa: In quam ſententiã alibi deſcendit etiam Ariſtoteles, & cum eo Algazel ſaracenorum ſapientiſſimus/atq; Galenus: Quorum primus opinionẽ ſuam comprobat per id, quod triuiale eſt: mulierem generaſſe filium ęthiopem ex forti imaginatione, quã habebat ad picturam ęthiopis exiſtentem in cubiculo: Galenus autem hortatur, ut tali imagini a cõcipiente fixi tenẽtur oculi, & ex cõſequenti mens ad effigiatum, qualẽ fœtũ eſſe deſiderat: Si enim formoſum expetit, Polycretũ, uel Abſalonẽ ante mentẽ, & eiuſdẽ ſtatuã ante oculos habeat: ſi militem ſtrenuũ, feratur in Cæſarem, Alexandrũ, Hãnibalẽ, uel aliquem huiuſmodi. Si expetat philoſophus, Ariſtotelẽ, uel Platonẽ cõſideret. Qui ſapientes forſitã didicere ab integerrimo philoſopho nro Moſe, qui narrat Iahacob uirgas iniecisſe canalibus, ubi potabãtur oues, quales fœtus peroptabat, albos, nigros, aut uarios. Nec aliud eſt fides firma, & certa, quã a nobis exigit parens noſter Chriſtus non ſolũ in baptiſmate, ſed in quocunq; opere, quod perpetramus, q̃ ſtabilis adhæſio, & uehemens applicatio ad ipſum cooperantẽ, & dantem uim, & ad opus, quod facere intendimus, adeo, ut fiat quodãmodo in nobis idolum uirtutis ſuſcipiendæ, & rei a nobis, uel in nobis faciendæ. Et quia in infantulo non poteſt eſſe hæc fides, hinc in baptizando non adulto requiritur fides in patrinis, ut ipſi in eundem teneram infantem operentur diſponendo, & cooperando matri, ideſt miniſtro concipienti, atq; parturienti, & præcipuo genitori Chriſto, cuius uirtute regeneratur infans. Prodeſt itaq; ualde hæc firma adhæſio cum genitore, aut præcipuo cooperatore Deo, aut Chriſto IESV, adeo, ut Paulus omnia opera egregia a magnis uiris perpetrata fidei attribuat, ſicut patet in his, quæ longa ſerie cum Hebreis recitat. Sed potiſſime hæc

Ariſt. Auic. Ariſt. Alga. Gale. Gale. Moſes Iahacob Paulus

fides exquiritur in ſuſcipientibus diuinũ ſemen in agro aię, & mentis ſuæ, ut totus in Deũ occupatus per firmã fidei adhęſionẽ cum eo/ſuperueniens inimicus hois nullũ uacuũ reperiat, ubi ſupſeminet zizaniã: Quãto.n. plenior diuino ſemine eſt ager aię noſtrę, tãto minor locus relinquit hoſti humani generis, qui procurat ſupſeminare zizaniã: Ideo nõ ſine cã exquirit fides, quæ eſſe debet non tm̃ in pura credulitate, ſed firma & fortis mentis adhęſio, & tota applicatio animi in ſeminantem, & regenerantem.

Vnde generet maſculus/fœmina, uel androgynus. Cap. IIII.

CLara experientia cõprobamus in naturalibus generationibus aliquos eſſe fœtus maſculinos, aliquos fœmininos / & aliquos (q̃uis raro) promiſcui ſexus: Sed unde hoc ſit, uaria eſt inter ſapientes opinio. Aliqui id influxibus cœleſtibus attribuunt: aliqui uaſi matricis dicentes, q; ſi in caſula reſidente ad dexteram recipiat ſemen, fœtus erit maſculus: ſi autem ad ſiniſtram, concipitur fœmina: Sed placet hic ſentẽtia Galeni, & Haliabbatis/q; hoc proueniat a ſemine: Nam ſi ſemen uirile ſuperabundauerit, patri ſimilior erit fœtus, & maſculus: Si uero pręualuerit ſemen fœmineũ, concipietur fœmina matri ſimilior: Si uero cõſequenter ęque permixtũ, androgynus erit conceptus. Quod pulchertime ad noſtrũ ſenſum myſticum differit Plato in conuiuio: Quando (inquit) homo adhęret ſolis lumini uidelicet, & ſemini diuino / maſculũ generat, fœminã ſi terrę, androgynũ uero, quãdo lunę cõmiſcetur. Ad uerę nanq; ſolem ſuſpicit homo, & cũ ipſo generat, quando ſuſcipit lucem/quæ omnẽ hominẽ illuminat, & ſemen ſuſcipit, qui melius oẽs rationales mentes grauidat, q̃ hic, quem uidemus lucere ſuper terrã, grauidet ſydera, tanq̃ cœlo; gallus. Superiori igitur Soli adhærentes efficimur duo in ſpiritu uno/dicente Paulo: Qui adhęret Deo, unus ſpiritus efficitur cũ eo. Et tunc ſuſcepto eius ſemine opus egregiũ, & maſculeum generamus: Si uero inhęret quis terreo animali eidem cõdelectatus/opus animale, & infimũ cõcipiens, quod fœmineũ dicitur, effœminatur & ipſe, ut in ſcriptura ſacra dicitur: Qui etiam iubentur exterminari de terra, tãq̃ deturpatores, & cõtemptores ſuę dignitatis. Si autem naturali innititur lumini, quod lunare dicitur, immiſcendo ſe ciuilibus contentus philoſophia naturali, & moꝛali, androgynum parit opus inter diuinũ, & animale medium. Diuinũ igitur cum habeamus præ manibus Patrem, qui nos generat, paſcit, & inſtruit Chriſtus, & habeamus animal noſtrũ, quod nobis blanditur, ut ad infima trahat, & deturpet, & habeamus ciuile medium, quod nos agitat, & turbat circa plurima: & diſtrahit a meliori, & optio libera nobis data ſit, ut adhærere poſſimus, cui uoluerimus, cauendum eſt, ut bene eligamus: Si enim animali, & ipſius illecebris adhærere maluerimus, effœminati fœmineum opus concipiemus, quod uirum decipiens præuaricari

Galenus Haliab. Plato Paulus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre Attribution-Non Commercial 3.0 Unported License

illū faciet,& diuellet a ſtatu ſuo,in quo p regenerationē poſitus erat,ſicut & collocatus fuit in primæua generatione. Si uero diuinū ſemen in bona terra ſeminatū prævaluerit,maſculi effecti maſculeū & uirile opus,immo diuinū generabimus,q̄ digni efficiamur filii Dei/ iuxta poteſtatē illis tradita,qui credūt in noīe eius ipſi penitus adhærentes,& qui nō ex ſanguinibus,neq; ex uolūtate,aut cōcupiſcentia carnis, ſed ex Deo nati ſunt. Si autē circa ciuilia ſoliciti ibi p̄figerimus terminū, androgyni effecti p̄miſcuū cōcipiemus opus,iuxta illud Pauli:Qui ſeruit uxori,ſolicitus eſt quę Paulus ſunt mūdi,& quō placeat uxori,& diuiſus eſt.Vt igit̄ partus noſter/gerante Chriſto/ſit maſculeus,diuinus,& fœlix/dū regenerari p̄tendimus, interrogat nos/q a ſecretis eſt,&/nuntius p̄ris regeneraturi dicēs ter:Abrenuntias diabolo,mundo,& pōpis eius,ut totus Deo uacans,& ipſi ſoli inhærēs ualeas fœlix regenerari? Rūdet ille ter,p̄mittēs v3 corde,ore,& opę, Abrenūtio,promitto,& ſpōdeo firma adhæſione me dedicare p̄ii regeneranti,ſemoto omni alio,qd̄ me ab ipſo diſtrahere queat.Tunc ſic diſpoſitus ſuſcipiēs ſaluificū illud ſemē fœliciſſime regenerat̄ tanto fauore,ut deinc diabolo cedere nequeat,dicente Iohāne:Oīs,q natus eſt ex Deo,peccatū nō facit:qm̄ ſemen ipſius in eo eſt/& nō pōt peccare:qm̄ ex Deo natus eſt:Et iterꝫ:Omnis,q natus eſt ex Deo,nō peccat:ſed generatio Dei cō ſeruat eū, & malignus nō tāgit īpm:Et rurſum:Omne,qd̄ natū ē ex Deo, uincit mūdū.Et nō admirari nequeo/cur ii, qui ēt minutiſſima theologiæ noſtræ in neutra p̄blemata,& qōnes deducūt,nō diſcuſſerint,quō uera dixerit Iohānes,cuius teſtimoniū ueꝝ eſt,q̄ natus ex Deo uincit mūdū/ diabolū,& peccatū:cū uideamus tot in baptiſmate regeneratos ſceleſtos,inquos,peccatis obuolutos,mūdo,& diabolo ſeruiētes,imo diaboli effecti,ut de p̄ditore dixit parēs nr̄ Chriſtus: Vnus ex uobis diabolus eſt , cū tñ ille CHRISTVS cū cæteris Aplis (ut cōſentaneum eſt) baptizatus/ & regeneratus fuerit a Chriſto.Hic (ni fallor) dicēdū eſſe diiudico,q̄ homo nō renaſcit̄ p aquā, & uerbū ſacerdotis,quę ſunt ſacramēta,& exteriora ſigna eorꝫ,quæ Deus in internis opat̄,ſed p ſemē illud diuinū,ut inqt nr̄ Iohānes:Quod (ut diximus) aqueū eſt ex aqua illa ſupramūdana cōfectū,qd̄ nō dat̄, nec permanet in aliquo,niſi p fidē adhæreat regenerāti,& fide ſtabilitus, firmaq; adhæſione cōſeruet,qd̄ ſuſcepit:Qua fide conſeruās illud ſemen, prævalet in mundū,diabolū,& peccatū,ut clare infert Euangeliſta:Hęc eſt uictoria,quæ uincit mundū,fides noſtra. Si autē quis fide nō adhæret,ſuſcipit quidē ſacramētū,ſed nō rē/aut uirtutē ipſius:Datur quippe etiā indignis, nō in fauorē,ſed in p̄iudiciū/ ſicuti proditori datū fuit in nouiſſima cœna ſacramētū corporis/& ſanguinis ab ipſomet Chriſto.Idem euenit his,qui ſuſcipiūt ſemē illud cū fide,ſed in tpe credūt,& in tpe tentatiōis recedūt a fide:quę uictoriā p̄ſtat,in qua ſemē Dei fit fœcundū,efficax,& operās ea,

quæ Iohānes enarrat:Tantū.n.quis eſt uerus filius Dei, quantū in fide,& Iohan. firma adhæſione adhæret ipſi Deo,ut idem Euāgeliſta ait:Dedit poteſtatē filios Dei fieri iis,qui credūt in nomine eius.Qui igitur a fide recedūt corde,uel opere,nec filii,nec ſerui,nec amici Dei/ & Chriſti regenerātis ſunt: ſed delentur de libro filiorꝫ, & curialiū cœleſtiū in peiorē ſortem labentes, q̄ ſi nūq; regenerati fuiſſent: quia iuriſiurādi & ſacramenti in baptiſmate præſtiti uiolatores , & rei criminis læſe maieſtatis omni ſupplicio ueniunt puniendi.Nec mirum igitur, ſi nec Spiritusſanctus in baptizatis cōſpicitur,nec ſentitur/ſicut tēpore Apoſtolorꝫ/nec uiſio angelorꝫ datur,ſicut Tyburtio,& Valeriano ab Vrbano epiſcopo baptizatis, nec uictoria præſtatur aliqua contra antiquū hoſtem / quia nec habet quis eam diſpoſitionē firmæ fidei,& inhærētię,quā Chriſtus/& eius miniſter exigit,nec ea, quæ ſponder, uel in minimo obſeruat . Hinc abit uirtus ſeminis / nulla relicta patris imagine,nulloq; ueſtigio , ut tantūmodo falſum reſtet chriſtianitatis nomen.

Vnde ſimilitudo p̄ficiēs imaginē generātis in genito. Cap. V.

PVlchrū quidem eſt,quādo filius eſt bono patri ſimilis omnimoda ſimilitudine, quæ multiplex eſt : Effigiatur.n.filius ad parētis formā primo in ratione ſpecifica ex natura ipſa prouenies in generatione uniuoca: in qua genitus ſecundū ſpeciem generāti ſimillimus dicitur filius : Effigiatur quoq; filius,cum patris ſimulachro in liniamētis, figura exteriori/uoce,loquela,geſtu,& huiuſmodi,quæ a forti imaginatione, & idolo exiſtēte in corde generātis (ut diximus)prouenire poteſt:Vel a uehemēti uirtute ſeminis/& ſpiritus emanātis a generāte p ipſum ſemen:Aut eſt (ut aliq opinātur) a cœlorꝫ influxu, qui ſymbolo quodā fauent generāti,& genito.Aſſimilatur inſup filius parentibus in moribus,quādo eos æmulari ſtudet : Quibus omnibus modis Chriſti filius poteſt, & debet patri aſſimilari . Primo itaq; ipſi ſimilis eſt in Paulus generatiōe ſpūali,natura ipſa ſic exigēte,ut inqt Apoſtolus:Primus homo de terra terrenus,ſecūdus homo de cœlo cœleſtis: Qualis terrenus/tales & terreni:Qualis cœleſtis,tales cœleſtes.Sicut igitur portauimus imaginem terreni,portemus & imaginē cœleſtis.In effigie quoq; Chriſtianus aſſimilatur patri , dum formatur ſemine deciſo a patre Chriſto pleno Spiritu/ſancto,& diuino quo refertus eſt genitus:Ideo dixit præcipuus doctor huius regenerationis:Niſi quis renatus fuerit ex aqua , & Spirituſancto,ex CHRISTVS. emine v3 pleno diuino ſpiritu.Neq; uero deficit imago in patre noſtro regenerāte,qui præuia p̄fectiſſima cognitiōe,pleno affectu generauit, & regenerat nos utrobiq; ex p̄fectiſſimo idolo:Nā in prima generatiōe nos ad idolū ideale cōfinxit:In ſecūda uero ad illud idolū, quod pictū eſt in libro p̄deſtinatiōis & uitę.i.in uerbo nos regenerāte, in quo ſcribūtur omnes:

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr... Attribution-Non Commercial 3.0 Unported License.

& ad cuius pfectiõis gradum deducẽdi sunt, nisi rebellent inscripti, adeo, ut de ipso libro uiuentiũ deleãtur. Nec solum habent illic nomen, & idolũ pictum, sed inde uim quandã accipiunt, sicut filii a parẽtibus per semẽ ab eis diuulsum. Suscepta igitur pfecta patris imagine in primæua generatione, & restaurata in regeneratione, adhuc exgruné opa nostra, & mores, in qbus ultra imaginẽ habeamus etiã similitudinẽ parentis generantis, & regenerãtis: Quæ in uitæ pfectione est, iuxta illud paternũ monumẽtum: Estote pfecti, sicut Pater uester cœlestis perfectus est. Sed quia difficile nimis est cõformari Patri summo, qui nõ uidetur, exhibitus est nobis pater sensibilis habitu inuẽtus, ut homo: cui facilius assimilari possimus, dicente Paulo: Dedit nobis cõformes fieri imagini filii sui, quãdo v3 eius opa imitamur, sicuti ipsemet inuitat dicẽs: Exemplũ.n. dedi uobis, ut quẽadmodũ ego feci, & uos faciatis: Quod in lege quoq; antea iussum fuerat sub typo tabernaculi formãdi: Inspice, & fac scẽm exemplar, quod tibi in mõte mõstratum est: In mõte etenim in quo Christus cruci affixus est, demõstratũ est nobis exẽplar tabernaculi aiẽ nostrę formãdi hospiti similis, & cõdigni, ut in eo habitare cõdelectẽ: Quãuis.n. semp parẽs noster Christus se prębuerit exemplar a nobis imitandũ, potissime tamẽ id fecit in cruce: ad quã breui cõscensurus omnes inuitat ad sui imitationẽ dicens: Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suã, & sequat̃ me. Quẽ examussim sequẽtes nõ tm̃ ei⁹ nobis similitudinẽ cõparamus, sed trãsformamur in eãdẽ imaginẽ, quę est ipse Dei filius uera ęterni Pris imago.

CHRISTVS.

CHRISTVS.

Paulus

CHRISTVS.

Exodus

CHRISTVS.

Quõ Christus omnes, quos generat, pascat. Cap. VI.

NEc satis fuisset pientissimo Patri nostro nos generasse in spiritualem hominẽ, nisi & cibos ipsi cõuenientes pręparasset: Nõ.n. minor ei cura fuit de homine spirituali pascendo, q̃ de animali, pro quo tãtã rerum copiã præparauit: Aerẽ nãq; mare, & terrã animalibus in eius escam cõpleuit: hãecq; multiplicibus cœlox̃ influxibus fœcundauit, addẽs uentox̃, roris, & pluuiax̃ fomenta: ut herbas, & fructus multipliees, & abundãtissimos in eiusdẽ cibũ produceret. Restabat pro meliori quoq; homine cibos prępparare. Hinc paradisum uoluptatis multigenis arboribus omniũ fructuũ fœcũdissimis cõsitũ pparauit: Insup & lignũ uitę in eius meditullio non pro aiali, sed pro meliori homine collocauit: & prope lignũ sciẽtiæ boni, & mali, bonũ utiq; ad uescẽdũ, pulchrũ oculis, aspectuq; delectabile: Et ad oẽs arbores irrigãdas erat fluuius egrediens de loco uoluptatis, q diuisus postea in quatuor capita etiã ptes inferiores oẽs potaret: Quæ arbores, q fructus, q latices oẽs fuere hoi cõcessi pter lignũ sciẽtię boni, & mali, qd̃ Christus est, ut alibi diximus: Cuius gradũ nec ęmulari debebat homo, nec ipso, aut ligno uitę, qd̃ idẽ ẽ, pasci, q̃sqũ afforet tẽpus pfinitũ a Pre, quo maturatus fructus nobis pberet

CHRISTVS. in cibum. Id uero tum fuit, quãdo dixit: Accipite, & manducate, hoc est corpus meũ: prębuitq; non tantũ fructum: sed totam arborẽ, absq; tamen sui diminutione. Nec tamen a protoplaste usq; ad Christũ relictus est homo spiritualis absq; cibo: dedit.n. sacrificia, & orationes/quæ primo Abel obtulisse legitur: Dein & posteri omnes id iussu Dei faciebãt/ut bene cõiiciunt omnes, qui recte sapiũt: quia non attentasset quispiã Deo offerre sacrificia, & munera a Deo non reqsita. Verũ tẽpore captiuitatis, quo nõ dabatur eis sacrificãdi locus, & modus, orationes habebãt in cibum illi, quorum cura erat pascere spiritualẽ hominẽ. Egressæ autẽ familiæ diuinæ de seruitute Aegyptiaca additũ fuit manna, cibus quidem Angelox̃, aut fortium/sicut in ueritate literæ cõtinetur. Auctũ quoq; fuit sacrificium, data lex, & celebrati hymni: Quę omnia sunt ueri cibi pro spirituali, & meliori homine: A qua familia degenerãte, & multis sceleribus obuolura subtracti fuere cibi, destinata ipsa ad captiuitatẽ babylonicam: a qua soluta, sed non plene restaurata satis debilis deuenit usq; ad Christi tempora: In quibus piẽtissimus, atq; munificus Pater regenerauit eam, & totã humani generis massam/præparãs meliorẽ cibũ, quã ille umbraticus/ut ipsemet arcanum reserãdo ait: Amen amen dico uobis, non Moses dedit uobis panẽ de cœlo: Ego.n. sum panis uiuus, qui de cœlo descendi: Patres uestri manducauerũt mana in deserto/& mortui sunt: Ego autẽ sum panis uiuus, qui de cœlo descendi, siqs mãducauerit ex hoc pane, uiuet in æternũ. Cõcessa est igit̃ nobis arbor, & fructus uitę, quem ne primus homo tãgeret/expulsus fuit a loco illo uoluptatis: & nobis edendus oblatus est sub mortis interminatione, dum dicit̃: Nisi mãducaueritis carnẽ filii hominis, quæ idẽ est/quod panis uitę/& biberitis eius sanguinẽ, non habebitis uitam in uobis. Solicitissimus igitur fuit pro utroq; homine pascẽdo uterq; Pater, & ille, qui primo nos genuit, & hic ab eo missus, q nos regenerauit: Hic.n. de homine animali dixit: Nihil soliciti sitis animę uestræ, qd manducetis, aut corpori uestro, qd induamini: Respicite uolatilia cœli, quæ neq; serũt, neq; metũt, neq; cõgregant in horrea, & Pater uester cœlestis pascit illa: Nõne uos pluris estis, q̃ illis? Quid ergo de Patre diffiditis? Quid de sua puidẽtia in eius iniuriã dubitatis? Quãdo uidistis eum curã filiox̃ neglexisse? Si ea omnia, quæ ad hominis seruitiũ producta sunt, tanta prouidẽtia curat, ut nihil eis deficiat, quid dubitatis de filiox̃ prouisiõe? Nec solũ animalibus escas pparauit & uestes, sed ad flores agri adhuc uiliores descẽdit dicẽs: Videte lilia agri, aut rosas, quõ crescũt: nõ laborãt, neq; nent, & tamẽ ptiosius uestiũtur, q̃ Salomõ in omni gloria sua: quia hic uestimẽto artificio intexto/& coloribꝰ aduẽtitiis picto utebat̃: Flores aũt, quę natura pparauit, indutũ uestimẽta, & coloribus pigũtur a natura cõparatis, quę nobilior est, q̃ars: Et subiũgit: Si fœnũ agri/quod hodie est, & cras in clibanũ mittit̃,

IDEM

IDEM

IDEM

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Deus ſic ueſtit, q̃to magis uos minimę fidei? Ab hoc itaq; doctore edocti poſſumus & nos arguere: Si corpus uermibus tradendũ tot, & tantis exquiſitiſſimis epulis paſcit, q̃to magis ſpũalem hominẽ, quẽ ex ſuis uiſceribus genuit in paternæ hæreditatis cohæredẽ aſſumendũ, ac ipſi perpetuo cõſortio uniendum? Pro hoc igit̃ meliori homine peculiares cibos de cœlo miſſos præparauit, cœleſtes, atq; diuinos, q̃bus ipſe homo ueſcẽs totus efficiatur diuinus: Quos cibos ſub pane, carne, & uino concluſit, tã q̃ ſub præcipuis humanæ uitæ cibis, & potu. Vesq; ſanguis adhuc in maternis uiſceribus decoctus, & in lac mirabili metamorphoſi trãſmutatus infantibus, & teneriulis admiſtrat̃: Adultis uero & grãdioribus idẽ ſanguis, in quo eſt uita cœleſtis, muratus in cœleſte uinum propinatur, iuxta illud Apoſtoli: Vobis tã q̃ infantibus lac prębemus: Perfectoq; autẽ eſt ſolidus cibus, eoq;, qui pro cõſuetudine exercitatos habẽt ſenſus ad diſcretionẽ boni, & mali: Cui Petrus adſtipulat̃ dicẽs: Quaſi modo geniti infantes ſine dolo lac cõcupiſcite, ut in eo creſcatis in ſalutẽ: q̃a tunc guſtare poteritis q̃ ſuauis eſt Dñs: Et ſic idẽ potus, qui infantibus datur in lacte pro cibo & potu, adultis datur ſub uino & ſanguine, nõ utiq; illo, in quo reſidet beſtialis anima, & qui regnũ Dei poſſidere nõ põt, ſed in quo reſidet diuina uita, quã uiuere debet ſpũalis, & diuinus homo: Et hic pręparatus fuit in peculiare donum in nouiſſima cœna, dum diceret: Bibite ex hoc oẽs: Hic eſt. n. ſanguis meus noui, & æterni teſtamẽti, qui pro uobis, & pro multis effundetur in remiſſionẽ peccatoq;: a q̃bus per ipſum mũdati uiuatis diuina uita. Hinc concluditur, q̃ ſanguis ille fuit lauacrũ, & potus: Cui potui conformẽ dedit panẽ, & carnem, & hæc igne decocta, ut nauſeam tolleret, ſicut ſtatim dicemus: Quẽ panem alibi uerbum uocauit, quod procedit de ore Dei, in quo etiam dixit hominẽ uiuere, & non in ſolo pane: Quia in hoc uiuit homo animalis, & in uerbo ſpiritualis. Si autẽ per hunc panem intelligitur ille uitæ, & ſpiritualis, tunc dicere poſſumus, q̃ hoc pane ſuſtentatur uita ſpiritualis hominis: in quantũ autem eſt uerbũ, & ſapiẽtia, paſcitur portio illa intellectiua: Idem tamen eſt diuerſas proprietates induẽs: Idem enim Chriſtus in corpe eſt panis, in diuinitate eſt uerbũ, in anima eſt ſanguis, & uinum: In unoquoq; tamen eſt cuiuſcũq; uirtus, unde qui ſuſcipit panẽ ſuſcipit quoq; uirtutẽ ſanguinis, & diuinitatis, ſicut edocemur cõmuni ritu eccleſiæ, quæ diiudicat laicos ſpiritualiter cibari ſumẽdo tantũmodo panem, & corpus, ueluti cõtineatur in eo, & uirtus ſanguinis, & diuina: Qui parens noſter declarãs, quis ſit hic multigenus cibus, dixit: Ego ſum panis uiuus, qui de cœlo deſcendi: Et iterum. Caro mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus. Effectũ quoq; huius cibi manducãdi ſubiũgit dicens: Qui mãducat meã carnem, & bibit meũ ſanguinẽ, in me manet, & ego in illo. Se quoq; nõ tantũ uinum eſſe docet, ſed uitem, ex qua naſcitur, dicẽs:

Paulus

Petrus

IESV

CHRISTVS.

IDEM

Ego ſum

Ego ſum uitis uera: Dixitq; rurſum: Ego ſum ueritas, ideſt uerũ Dei uerbum, in quo paſcitur homo noſter interior. Omnia itaq; quæ ad hanc noſtram doctrinam, nouumq; cibũ pertinent, ipſemet exprimere uoluit ſciẽs, q; alium doctorem, qui hæc doceat, habere nequimus.

Quomodo, ut nauſeam tolleret, hos cibos decoxerit. Cap. VII.

SEd ne ſtomacharẽtur ſuſcipientes, pientiſſimus Pater hos cibos decoquere curauit, ut in figuratiuis cibis fœlici præſagio obſeruatũ fuit: Facturis enim Iſraeliticis typicum tranſitum iuſſit Deus, ut agnũ figuratiuũ igne aſſarent. Et offerentibus panẽ in lege indictũ fuit, ut nullatenus crudũ, ſed coctum clibano pręſentarent: Ideo Pater, & ſacerdos noſter maximus Chriſtus omnia, quæ in lege præmiſſa ſunt uſq; ad minimum apicem obſeruans, & cõplens omnẽ cibum, quẽ pręparauit, decoxit in clibano crucis illo igne, de quo ait: Ignẽ ueni mittere in terram, & quid uolo, niſi ut ardeat? Ardet quippe, non ut conſumat, ſed ut decoquat cibos præparatos: ut conflet nos in unum: ut erudiat, & trãſmutet, iuxta illud Ieremiæ in Trenis: De excælſo miſit ignẽ in oſſibus meis, & erudiuit me: aut diſſoluit liquefaciens, ut habet ueritas litteræ: uel acquiſiuit me, trãſmutatũ vz de animali in ſpiritualem: וַיִּרְדֵּנָה uairdenah. n. & acquiſiuit, uel & diſſoluit interpretatur. Diſſoluit itaq; nos hic ignis, ut conflet, & trãſmutet in melius, ut non incongrue exclamet ad hunc ignem Lateberacenſis dicẽs: O fœlix flamma ardens, & non urens, illuminans, & nõ incinerans ſic oẽs, quos tangis, in te tranſformas amantes, ut merito Dei uiui nomine appellent̃: Calefeciſti Apoſtolos, & omnia præter te relinquẽtes filii Dei effecti ſunt: Calefeciſti martyres, & ſanguinem fuderunt, ut ille eoq; mixtus cũ tuo ſanguine unum quid efficeretur: Calefeciſti uirgines, & igne amoris ignẽ fœtoris extinxerunt, ut legitimæ efficerent̃ ſponſæ tibi cõiungendæ: Calefeciſti cõfeſſores, & duris ſeſe carceribus mãciparunt, ut tibi ſoli uacantes facile tecum unirentur. Oĩs itaq; creatura huius ignis beneficio uiuit, ut nõ ſit, q ſe abſcondat a calore eius: ſi cupit Dei habere cõſortium. Ignem igitur hunc diuinum accẽdit in coquendis cibis pręparatis adiiciẽs fomenta lignoq; ipſi conuenientiũ: Quæ figurata ſunt p ligna crucis ueri clibani, ubi hi cibi coquunt̃. Et hęc ligna fuere cedrus, cupreſſus, oliua, & palma, ut paſſim aſſeritur: Prima igitur ẽ cedrus corruptionis inſcia, & ſemp durans, denotãs affectum, & effectum indefectibilem, & bonitatem ignei amoris fomẽtum ſemp durans: quia ẽt bonus amore ſemp ardet. Cupreſſus olẽs odorem ſignificat uirtutũ ipſius expurgatis naribus ſemp fragrantẽ, ut illum pſentiẽs dicat: In odorẽ unguentoq; tuoq; currimus. Variis qppe (inquit Origenes) Deus Pater eum ungens unguẽtis fecit illũ Chriſtũ, & medicũ. Fecit quoq; ipſum uirgulã fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & uniuerſi pulueris pigmentarii:

Ieremi.

Gui. La.

Orige.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non-Commercial 3.0 Unported License

Quibus odoribus oblectatus inflãmabat̃ desiderio, ut ipsis nos cõsperge/
rer, & redolẽres nos faceret, iuxta illud Apostoli. Christi bonus odor sumus. Paulus
Odore quidẽ fragramus: qñ Deo offerimus opera nostra, & nosipsos ho/
stiã uiuã, Deo placentem, quã suscipit in odorem suauitatis: Et hoc fuit fo/
mentum excalefactorii amoris, quo accensus est ad cõducendum opus re/
demptionis nostræ. Oliua prę se fert misericordiã, & benignitatem, qua in
nos semp beneficus ardenti fertur amore. Palma uero triumphum repor/
tandum de antiquo hoste designat, cuius etiã amore accendebat̃: Nã pal/
ma martyres portant in signũ constantiæ, & triumphi, eo q̃ quãto magis
eius ramus est onustus fructibus, tanto magis erigitur nunq̃ flexus. Hæc
igitur quatuor ligna sunt, quæ illi diuino igni fomentum præstabant, quo
perfectus/decoctus/& conditus redemptor noster cõductus est in optimũ
panem, & carnem nobis pro edulio subministrandã. Insuper eodem igne
in nobis diffuso, tanq̃ bonus panifex, & artopta nos decoquit/& parat in
panem, & cibum ab eo manducandũ. Intrabo (inquit in Apocalypsi) ad CHRI/
mihi aperientẽ, & cœnabo secum, & ipse mecum. Effectus est enim homo, STVS.
ut hominem faceret Deum: Se quoq; fecit hominis cibũ, ut hominem ci/
bum suũ efficeret, & ambo pranderent, & cœnarent simul in cœna illa ul/
tima, & æterna: in qua decocti, & semper excalefacti cibi igne illo diuino
appositi sunt indefectibiles: Vbi etiã est uinum illud nouũ productum ab
ea uite, quę ait: Ego sum uitis uera: Et expressum est in torculari crucis ab IDEM.
eodem, qui dixit: Torcular calcaui solus, & de gentibus non est uir mecũ.
Solus quippe calcauit uinum meriti, quia solus meruit gratiam, qua bene
operaremur, & præmiũ gloriæ/quod nobis datur. Hos itaq; cibos diuino
igne decoctos pręparauit pro cibandis filiis ex diuinis illis, & sacratissimis
femoribus genitis, ne deficiãt. Vt sicut animalis homo uiuit pane siligineo,
hordeaceo, triticeo & hoc artolagano primario, secundario, uel subcine/
ritio, & huiusmodi, cũ carnibus multigenis, piscibus, fructibus, & oleribus
uariis, poturq; uino multiplici, & uario latice, sic spiritualis homo pasce
retur pane de cœlo præstito omne delectamentum in se habente, & omniũ
cibo; uirtute referto, subactoq; dulci sanguine ueri Agni: cibaretur̃q; car/
ne, in qua omnium carnium uirtus excellentissima quadam nota concluſa
est, non solum/quia est caro hominis omnes alias excedens, sed quia caro
Principis/quia caro imaculata, arca existẽs diuinitatis, quia caro illius, qui
est omnium creatura; uinculũ. Pascitur etiam lacte, uel butyro, quod qui
comederit, scit reprobare malũ & eligere bonum: Quod lac expressum est
ab illis uberibus excęlsis, de qbus dicit̃ in Cãticis: Meliora sunt ubera tua Cantica
uino: Et itẽ; : Ibi dabo tibi ubera mea. Bibit̃ quoq; aqua sapiẽtiæ salutaris
ꝓpinata ab illo hospite, qui nobiscũ peregrinans clamabat dicens: Si quis CHRI/
sitit, ueniat ad me, & bibat: Et iterum: Qui biberit ex hac aqua, quam ego STVS.

dedero, fiet in eo fons aquæ salientis in uitã æternã. Aderit etiã mel, q̃d est
gustus/& dulcedo sacro; eloquio; , & sapiẽtiæ diuinæ tũc clarissime ma/
nifestatæ: Quod pscientes aliquantulũ Propheta in hac pegrinationis uia,
Dauid dicebat: Quã dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Sed de
his cibis comedẽdis in cœlestibus nuptiis diffusiuis suo loco disseremus.

Hic/qui genuit/& pascit/etiã ueluti bonus pr̃ nos instruit. Cap. VIII.

Ecclesi. Elii tibi sunt (inquit ille sapiens) erudi illos. Hinc omnium
sapientissimus/& optimus pater IESVS post genituram,
& cibũ summa diligẽtia curauit nos instruere in omnimoda
doctrina nõ solum uerbis, sed factis, & exemplis edocta. De
doctrina uerbo facta, omnia euangelia plena sunt, ubi plurics habet̃ qua/
liter aperuerit os suum/& docuerit/& prædicauerit in synagogis Galileę,
& Iudeę, ut doctrina in mundi meditullio seminata facilius ad mundi ex/
trema omnia deduceretur. Perfudit quoq; Apostolos, & discipulos san/
cto spiritu promisso, qui suggerens eis omnia edocuit ipsos/omnia/ut per
totum mũdum diffunderent doctrinam, quam susceperant, & ad metam
euangelicam, & diuinæ sapientiæ omnia deducerent, ut præcinuit diuus
Dauid Citharœdus dicens: In omnem terram exiuit sonus eorum, aut linea eorũ,
ut habet ueritas textus, omnia y3 regulãs, & in fines orbis terræ uerba eo/
rum: uel, & melius iuxta literam, conciones eorum. Nec fuerunt idiomata
aliqua, in quibus non audita fuerint uerba eorum, quibus datum fuerat in
nomine IESV parentis/& doctoris nostri loqui omnium linguis, ut ab
omnibus doctrina illa intelligeretur, & in cõfirmationem, q̃ doctrina illa
CHRI/ erat a Spiritu sancto, sicuti & donum linguarũ, & consequenter a docto/
STVS. re nostro Christo, qui miserat illum. Docuit etiam factis, & exemplis, iux/
ta illud, quod dixit: Exemplum enim dedi uobis/ut quemadmodum ego
feci, & uos faciatis. Et adeo factis docuit, ut dicant nri sapientes, q̃ ois eius
operatio fuerit doctrina, & instructio nostra. Ipse igitur sapientia Patris, &
Dei summi expressit, & manifestauit seipsum uerbis, factis, uestimẽtis, di/
scipulis, internis inspirationibus, & per diuinum lumen, quo multoties me
Iohan. lius docet, q̃ uerbis, ut non sine causa dixerit Iohannes: q̃ erat lux uera il/
luminans omnem hominem uenientem in hunc mundum. Quomodo aũt
Diony. per diuinum lumen nos alloquatur, & doceat/Dionysius in suo de diuinis
nominibus amplissime tractat. Per uerba igitur mystica, & per hoc lumen
Idem. docuit nos eam doctrinam, quæ (ut inquit idem Dionysius in de mystica
Theologia) superincognita est, superlucida, & supremus uertex sapiẽtiæ:
Quia in ea sunt mysteria simplicia/& absoluta ab omni infima disciplina,
contenta, & inuellata insuperlucida caligine, & in tenebrosissimo lumine,
edocta magis occulto silẽtio/q̃ uerbis publicis: Nihilominus quæ, & quã/
ta sit, aliqualiter percurremus.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre… …Non-Commercial 3.0 Unported License

Quam doctrinam nos docuerit. Cap. IX.

HAnc etenim doctrinā si uoluerimus explicare, nec uires nostræ debiles suppetēt, nec tempus, neq; carta & atramentum sufficient, sed (ut uerbis Iohānis utar) nec totus mundus capere posset eos, qui scribendi essent libri, si exararētur per singula ea, quæ docuit IESVS: aut exponerentur etiam illa, uel modica, quæ ab euangelistis texuntur simplicibus quidem uerbis, sed longe sublimioribus/& profundioribus sensibus, ut omnes quāuis sapientes nō pertingant, & acerrima ingenia hebescant, ut ipsemet doctor protestatur dicens: Confiteor tibi Pater Domine cœli, ac terræ, quia abscōdisti hæc a sapientibus, & prudentibus. Diuina tamen opitulante gratia, q̄tū ipsum lumen & lux uera IESVS nostros dignabitur collustrare oculos pro uiribus Euangelistarū uestigiis inhærentes aliquid innuemus de his mirabilibus, quæ continentur sub cortice litteræ utriusq; paginæ: de quibus dicebat Propheta: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Quæ quidem lex plena sapientia primo data est Mosi, sed a Christo conuoluta, & conducta in melius: quēadmodum si figulus eandem massam, quæ erat sub figura bouis, arietis, uel agni cōduceret in figuram hominis nihil addito, nisi noua forma, substātia & materia eadē permanente. Noster itaq; pater, & doctor IESVS eam legem, quæ prius subacta erat sanguine animalium pro sanctificando homine animali rursum subegit, tanq̄ massam aliquam, proprio sanguine circumuoluit, & conduxit pro sanctificando homine spirituali, & meliori nihil perdens, nihil relinquens, qđ ad substantiā legis ptineat, sed figurā tm̄, & effectū cōmutauit in meliorem sortem: & hoc est quod dixit: Iota unum, aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant, & compleantur v3 per euangelium, & euāgelii aſſeclas, quæ in lege dicta sunt. Iota quippe est minima alphabeti litera, ex qua (inquit Hieronymus) ostenditur, q̄ ea, quæ minima putantur in lege, sacramentis spiritualibus plena sunt, & q̄ omnia recapitulantur in euangelio. Est etiam apex, idest punctus, & accentus: Quæ duo simul cū literis de substantia sacri eloquii sunt, ut dicunt secretiores Theologi: Nam literæ corpus legis faciunt, puncta animam tribuunt/& mobile reddunt corpus illud, accentus autem dant spiritum, uitam cœlestem, & consonantiam harmoniæ cœlorum conformē: unde illa tria complent, & perficiunt legem facientia eam quodammodo uiuam, iuxta illud Pauli: Viuus est sermo Dei, & efficax. Viuit quidem quia penetrat usq; ad interiora animę, & spiritus, & ad penetralia cordis omnia prospiciens. Efficax autem, quia diuidit spiritum ab anima, animali v3 uniens illum cum portione superiori, ut tandē deducat etiā animalē animā iam spiritui subiugatam in Deum, ut canitur in Psalmo: Lex Domini immaculata, idest

Iohan.

CHRISTVS.

Dauid

CHRISTVS.

Hiero.

Paulus

Dauid

pfecta conuertens animas/ad creatorē suū v3, a quo processit, & sapientiā præstans paruulis/malitia. s. & astutia humana/ sicuti doctor noster postq̄ de ista sapientia occultata prudentibus mūdi locutus est, subiunxit: Et reuelasti ea paruulis: Qui imunes a peccato/ & mundo corde admittūtur ad hanc doctrinā, sapientibus mūdi, tanq̄ imundis porcis, & canibus denegatam: De qua loqui uolens Paulus cū Hebreis inquit: Grādis est nobis sermo, & interpretabilis ad dicēdū, maxime qm̄ multi imbecilles sunt ad audiendū: Et hi sunt, qui indigent, ut doceant, quæ sint elementa exordii sermonis Dei/& qbus tāq̄ infantibus lac præbēdū est, non solidus cibus, qui pfectoꝝ est. Quæ aūt sint hæc elementa, pſequens declarat, dū ait: Si ferti uultis ad pfectam Christi doctrinā, omittendus est sermo incohationis, in quo v3 tractatur de principiis, & fundamētis diuinæ sapientiæ: Quæ sunt de pœnitentia ab operibus mortuis, de fide, de baptismate, & sacramētis, de authoritate absoluēdi, & impositione manuū, & de resurrectione mortuoꝝ, & iudicii æterni: Quæ omnia habent in cortice euangelii, & pertractantur a scholasticis Theologis quotidie in scholis, & in pblemata discutienda deducūtur: Sed inter pfectos (ut ibidē Paulus inuit) hęc ptinentia ad meliorē sapientiā ptractantur: Quod sit donū cœleste, & māna absconditū, qđ nemo scit, nisi qui accipit, ideo nō ptractandū de eo, nisi inter expertos: qa alii capere non possunt: Insup quō homo sit particeps spūs Dei, & unū & idem cū ipso: Quō etiā degustatur bonū, & melius uerbū Dei q̄ id, qđ foris ad aures sonat, & plebeis in parabolis disseminat, iuxta illud nr̄i doctoris dictū ad secretiores discipulos: Vobis datū est nosse mysteriū regni Dei, cęteris aūt in parabolis: Quæ insuper sint uirtutes sęculi futuri, & fœlicitatis, quā expectamus, quā nec oculus uidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, nisi subuectus fuerit quis uirtute Spūs sancti ad ea cognoscēda, quæ homo ppriis uiribus indagare nō pōt, sicut caute loquit Isaias dicēs: Non uidebit Deus absq; te, quæ pparasti diligentibus te: Demōstrata tm̄ hæc fuere primo parenti, dū existeret in paradiso uoluptatis, quē secretiores Theologi simul cū Paulo uocāt sæculū futurū. i. restituēdū nobis, qui illud pdidimus: A qbus dependet cognitio perfecta de origine, & fine animę, de Angelicis spiritibus, de conditione, & qualitate illius immensę gloriæ, de rōne illius paradisi uoluptatis descripti penitus sub metaphoris: Quæ oīa in medulla, & nucleo euāgelii includūtur: Ad quæ deuenit/qui scit auferre corticē, & frāgere nucleū: Cuiusmodi erat ille/qui dixit: Nos aūt reuelata facie gloriā Dn̄i speculantes. Hanc autē doctrinam, quæ nō referat lr̄is, aut uerbis, nemo scit, nisi qui dono peculiari accipit/dimittentes ptractādā inter pfectos, & eos, qui ipsam degustauerint, percuremus aliqd de ea quę potest propalari doctrina, & maxime de hoīs cōditione qd docuerit doctor noster Christus melius q̄ oēs mūdi sapientes.

CHRISTVS.

Paulus

Isaias

Theol. Paulus

Idem

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr... Attribution-Non Commercial 3.0 Unported License

Breuis epilogus circa ea/quæ docuit Christus de negotio hois. Cap. X.

QVinaria ſunt de homine inſtituta a ſapientibus mundi, maxime ab his/qui nunc habẽtur prę manibus/tacta,& nõ deciſa, a Chriſto autem clariſſime definita: Qui ſumus: Vnde uenimus: Vbi habitamus: Quo tendimus: Per quã uiã. Quis ſit homo, hoc tantum a Peripateticis determinatũ habemus/qꝑ ſit animal, Peripa.
& hoc rationale productum ab homine, & a ſole: Ab Academicis autem Acade.
(prout ex ꝓphetica officina deduxerant) additur/qꝑ ultra animal,& rationem in homine eſt quoddam diuinũ, quod Plotinus intellectum nominat, Ploti.
aut lumen intellectuale, quo mediante cognoſcere poſſumus Deum,& bonum operari ipſi Deo gratũ: Quod & Pythagoras ex eadem officina de- Pytha.
promit dicens in aureis uerbis: Cõfide, quoniã diuinum genus hominibus
ineſt. Sed Chriſtus ulterius tranſcẽdens docuit/qꝑ ſumus filii Dei, dũ pro-
phetã cõmendat, qui dixerat: Ego dixi dii eſtis,& filii excelſi oẽs. Sed quia Dauid
ab hac dignitate cecidimus, adeo, ut nullũ ipſius in nobis remanſerit ueſtigiũ, nec adinuẽtus ſit, qui de ipſa aliqd uel docere, uel ſcire poſſit/IESVS
doctor noſter non tantũ docuit, ſed poteſtatem dedit (inquit Iohãnes) ut Ioha.
filii Dei fieri poſſemus/mortificata carne,& ſanguine, quæ nos ab illa dignitate diuulſerant: Qui & alibi exultans ait: Videte qualem charitatẽ de- Idem
dit nobis Deus, ꝑ Chriſtũ vȝ, ut filii Dei nominemur,& ſimus. Docuit iterum, ut efficiamur filii Dei ꝑ ſuauẽ cõcordiã cũ ipſo, dicens: Beati pacifici, CHRI/
quoniã filii Dei uocabunt: Quę pax non eſt quidẽ illa Octauiani, aut quã STVS.
mundus cupit, ut abſq; prædonibus, uel ſiccariis potiri poſſit unuſquiſq;
ſuis bonis ſecurius: ſed illa, quã cũ Deo habere debemus: quæ in omnimoda conſonãtia,& cõcordia cũ ipſo conſiſtit: ut nihil optemus, nihil peragamus, niſi quatenus ipſi gratũ ſit, ſuppeditatis penitus uitiis,& cõcupiſcentiis, debellatis hoſtibus,& pacatis affectibus: Quod facere nec ſciebamus,
nec poteramus, niſi per IESVM Chriſtũ patrẽ,& doctorẽ noſtrũ, dicẽte
Paulo: Deo autẽ gratias, qui dedit nobis uictoriã per IESVM Chriſtũ Paulus
dominũ noſtrũ. Quæ pax,& uictoria ſtat cũ omnimodo bello extrinſeco,
perſecutione,& martyrio: In quo uexatus Vincentius dicebat: In ſublimi- Vincẽ.
bus agor, ideo tormẽta tua non timeo: Docuit inſuper cõditionem huma-
nam angelicæ tandem aſſimilandã, dum ait: Et erunt in cœlo, ſicut Angeli CHRI/
Dei, maiori forſitã nedum ſimilitudine, ſed identitate, q̃ exiſtimeẽ. Declara STVS.
uit quoq; animæ pretiũ, dũ ipſam toti mũdo prętulit dicẽs: Quid prodeſt
homini, ſi uniuerſum mũdũ lucreẽ, animæ uero ſuę detrimentũ patiatur?
Quæ oĩa,& his ſimilia, ſiquis bene ꝑpenderit, intelliget ea definita de hominis cõditione, quę ſapiẽtes mũdi huius minime declararũt. Secũdũ eſt:
2 Vnde uenimus: Quod ab Ariſtotele diſcere nequimus, cũ nõ determinet, Ari.
unde egrediatur rationalis anima, an de ipſius gremio materiæ, an ueniat

deforis, ſed dubitatiue,& palpitando loquitur dicens: Si eſt aliqua forma
Pytha. ueniens deforis, ipſa eſt anima intellectiua. Pythagoras autẽ ex antedicta
Alexã. officina (Alexandro,& Laertio referẽtibus) aliquid celebrius protulit di-
Laerti. cens: Anima eſt immortalis, cum illud quidem a quo auulſa eſt, immortale ſit: Vbi duo profitetur, Alterũ/qꝑ anima ſit immortalis, Alterum, qꝑ a
Deo emanauerit: quoꝝ utrũq; ab Ariſtotele relinquitur dubium, quia non
CHRI/ curauit addiſcere a gymnaſio cœleſti, unde omnis ueritas: In quo ꝑ omni-
STVS. bus edoctus Chriſtus aperta uoce iſtruit nos a Deo progenitos, dũ docet,
ut magna cõfidentia recurramus ad Deum uocantes ipſum Patrem, ſicuti
eſt, immo nullum aliũ cognoſcamus patrem, dum ait: Nolite uocare uo-
IDEM bis patrem ſuper terram: Vnus eſt. n. Pater ueſter, qui in cœlis eſt: Et de ſe
ipſo ait: Exiui a Patre,& ueni in mundũ. Sed cum fratres ſimus potius ex
patre, q̃ ex matre,& nos ab eodem abſq; dubio exiuimus, non tamen eadẽ
pfectione,& gradu: Quod minime cognoſcimus, ſic nos primoꝝ parentũ
obtenebrante peccato/unde ignorantiæ, aut obliuionis pœnã incidimus:
Poetæ Proinde cõfinxerũt Poetæ antiquiores,& gẽtium Theologi nos bibiſſe de
The.G. Letheo gurgite. Tertiũ eſt ubi habitamus: Circa qđ adhuc uagantur Philo
Philo. ſophi naturales, An hęc ſit noſtra patria, ubi conſequi poſſimus intellectũ
adeptum, in quo (ut ipſi opinantur) beari poſſimus, An ſit hoſpitium hic
locus peregrinationis noſtræ,& an hæc ſit mãſio amica, uel hoſtilis: Circa
Peripa. quod, quid ſenſerint Peripatetici, nõdum exploratum habeo: Brachmanæ
Brach. autem & Academici diuinam doctrinam, quã Chriſtus explicandam ue-
Acade. nerat, olfacientes aliquid ueritatis in huiuſmodi protulerunt: Non ſumus
Dydi. (inquit illorum rex Dydimus) huius mũdi incolę, ſed aduenę. Et Acade-
mici ſuum Platonem ſequentes fatentur alias manſiones tam pro bene, q̃
Plato pro male merẽtibus/ut expreſſe in Phædone differit ipſe Plato. Mercurius
Mercu. quoq; a ſuo Pymandro edoctus,& in mentẽ erectus, dũ moreretur (Chal-
Chalci. cidio referẽte) dixit: Hactenus fili pulſus a patria uixi peregrinus,& exul:
nunc uero patriam repeto: Cumq; paululum a uobis uinculis corporeis
abſolutus abſceſſero, uidetote ne me quaſi mortuũ lugeatis: nam ad illam
optimam, beatamq; ciuitatem regredior, ad quã uniuerſi ciues mortis con
tione uenturi ſunt. Noſter autem doctor Chriſtus/quomodo ſe habeat no
biſcum hic, quem habitamus/mundus, ante omnes aperte declarauit di-
CHRI/ cens: Ego teſtimonium perihibeo de mundo, quia opera eius mala ſunt:
STVS. Et iteꝝ: Si mundus uos odit, ſcitote, quia me priorem uobis odio habuit.
Et multa huiuſmodi tangit, ex quibus cognoſcimus mundum,& hoc hoſpitium, in quo peregrinamur, noſtrum eſſe acerrimum inimicũ: Quẽ ſe-
Iacobus cuti Iacobus,& Iohãnes dixerunt: Qui uoluerit eſſe amicus huius mundi,
Iohan. inimicus Dei conſtituetur. Sed Iohãnes paterna charitate nos blandiendo
admonet dicens: Filioli nolite diligere mundũ, neq; ea, quæ in mũdo ſunt,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre... Non Commercial 3.0 Unported License

quia in eo non sunt / nisi nobis inimica omnia, concupiscentia carnis, atq; oculorum, & superbia uitæ. Ostendit insuper noster doctor, & Pater factis magis, q̃ uerbis hãc non esse patriam nostram, sed peregrinationis diuerticulum, dum tanq̃ peregrinũ se exhibuit discipulis, sub cuius persona dicit Propheta: Aduena ego sum, & pegrinus, sicut omnes patres mei. Hinc cõcluditur mũdus non esse diligendus/ sicut nec diuerticula peregrinationis, immo cautissime aduertẽdũ, ne expoliemur, dilapidemur, & uulneremur. Dauid

4 Quartum, quod magis mirum est, quia cũ continue peregrinemur, nullus tamen sapientũ mundi declarauit, quo properemus, nisi qui a diuinis eloquiis didicerunt, ut Pythagoras, cuius sñia ad metrũ redacta hoc resonat: Pytha.
Corpore deposito cum liber ad æthera perges, Euades hominem factus deus ætheris almi. Cũ quo Plato eadẽ disciplina imbutus in Phædone inquit: Qui pie præ cæteris uixisse inueniuntur, hi ex his terrenis locis, tanq̃ e carcere soluti, ad altiora transcendũt, puramq; supra terrã habitant regionem, ubi præmiũ pulchrũ est, & spes ingens. Plato
Sed noster doctor Iesus nos de hoc aperto sermone docet, dum ait: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te Deum Patrem, & quẽ misisti filium tuũ: Quæ cognitio cum haberi nõ possit in hac peregrinatione, quando habebitur, declarauit dicens: Quãdo CHRIuenerit filius hominis in sede maiestatis suæ, congregabuntur ante eũ oẽs STVS.
gentes: quibus separatis, dicet iis, qui a dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi: In quo regno erit patens uisio Patris, & opificis: erit fruitio omnium bonorum: erit deniq; status omnium bonorum aggregatione perfectus, qui est status ueræ beatitudinis: Quis autem Philosophorum aliquando declarauit paratum esse nobis regnũ? Quis ausus fuisset ipsum petere, aut sperare, nisi ipsius regni Dominus declarasset, & promisisset? Quis iterũ declarauit nos inuitari ad illud regnum, tanq̃ ad nuptias, nisi doctor noster, ut patet in parabola de nuptiis? Vltimum, quod omnium difficillimum est,
5 qua uia in illum finem pergendũ sit: Nullus est (inquit Baruch) qui illius Baruch
regni uiam scire possit: nec est, qui excogitet semitas eius: Nec gigantes, qui fuerunt a principio statura magna, & uiri nominis: Nec aliquis principum huius sæculi, qui destruuntur: Nec philosophorum quispiam, q̃is in exquirendo ætatem consumpserint, & tempus (ut longo sermone disserit Lactantius) simul & industriam perdiderint, quousq; iste doctor noLactan.
ster, & Pater uisus fuit in terris, & cum hominibus conuersatus: Qui non tantum docuit, sed fecit seipsum uiam, non inquam illam præceptorum, per quam currebat Dauid dilatato eius corde, nec uirtutum tantummodo, q̃is eam omnimodam plenissime docuerit, sed fecit se uiam / & baculum, cui innixi pergeremus ad Patrem, nedũ sustentans, sed ducens, attrahens, & portãs, ut in parabola de oue perdita, & humeris pastoris portata

Augu. docemur: sub cuius persona inquit Augustinus disputans contra quinq; hæreses: Cum esses inimicus Patri meo/ reconciliaui te: Cum errares inter montes, & syluas, quæsiui te: inter lapides & ligna, quæ adorabas, inueni te: humeris meis portaui te usque ad Patrem, cui te reddidi. Omnia quoq; pondera peccatorum nostrorum in se susceptit, ut exonerati faciPaulus lius pergeremus, aut portaremur. Docuit etiam, quomodo renouari, & transmutari debeamus, ut leuiores effecti non deficiamus in altissimo & difficillimo itinere, & ne in effigie bestiæ, quam per peccatum assumpseramus, apparentes in curia illa mentiũ, & intellectualium spirituum expelleremur multo seuerius, q̃ eiectus dicatur a nuptiis ille, qui non habebat uestem nuptialem. Cuius transmutationis principiũ fit per sacramentale semen, quo concipimur in baptismo, & renascimur secundum spiritum: Sed per resurrectionem complementa suscipimus perfectæ regenerationis/ de qua dicitur: In regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ cum Angelis suis, uos, scilicet Apostoli, sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel: Sed alii omnes / qui reliquerint domum, fratres, uel sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, uel agros, centuplum accipient, & uitam æternam possidebunt. Quis enim de hac regeneratione ante ipsum sermonem habuit, uel excogitauit? Cuius regenerationis, quæ fit in resurrectione, ipse fuit principium, & uia, dicente Paulo: Christus surrexit a mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Et hæc est uera uia uitæ / quam docuit doctor noster Christus, sicut præDauid dixerat Propheta: Notas mihi fecisti uias uitæ, quæ (inquit Ambrosius) Ambr. antea habebantur ignotæ: Quem præuidens in spiritu Isaias lætabundus Isaias ait: Venite/ ascendamus ad montem Domini, montem utiq; illum eleuatum super uerticem montium, & super omnes colles, id est super omnes sublimes in potentia, sapientia, & sanctitate, & ad domum Dei Iahacob, de qua egressus est secundum carnem iste Doctor noster IESVS/ & docebit nos uias suas: & ambulabimus in semitis eius: quia de sion exibit lex, & uerbum Domini de Ierusalem/ Lex quidem proxime subacta (ut diximus) & uerbũ Dñi, quod est factum caro, & docuit nos potissime in templo, quod est in Ierusalem, & in cruce fixa ante portam ipsius.

In quo gymnasio/ & qua cathedra nos instruxerit. Cap. XI.

ET quãuis iste Pater, & Doctor noster docuerit nos in tẽplo, in montibus, in synagogis Galileę, & in diuersis locis, totam tamen doctrinæ summam, & efficacius tradidit in cruce, ut merito dicat Augustinus: Crux Christi patientis fuit cathe-
Augu. Paulus dra magistri docẽtis. Quod cognouit & ille, qui dixit cũ Corinthiis: Nihil

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr... Non Commercial 3.0 Unported License

putauí me ſcire inter uos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum: quia in cruce poſitus nobis omnigenam doctrinã dedit: quã in ſuperficie percurrentes dicemus, q̃ ab elementis melioris, & myſticæ grammaticæ incipiens deduxit nos uſq; ad ſummos apices, pfundiſſimæ theologiæ nullam doctrinam intermediã relinquens intactam. Primo enim docuit uerbum æternum concordare cum nomine illo, quod eſt ſuper omne nomen, datum quidem ei per uirtutẽ crucis / ſi uera docet Paulus: qui de hoc uerbo incarnato / qui cognominatur Chriſtus / inq̃t: Factus eſt pro nobis obediens uſq; ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum: & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine IESV omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernor̃: Cuius nominis uirtus, & ſi data in cruce eſt, id tamẽ intuitu diuini uerbi uniti, & perfundentis hoc nomen IESVM, & ipſum nominatum, adeo, ut per antonomaſiã cognominetur Meſſiah, & Chriſtus, ideſt unctus pr̃ omnibus participibus ſuis. Hinc docuit & participium, ideſt captam ex utraq; natura portionem, qua conſtituitur ipſe Chriſtus. Aliud quoq; participiũ explicauit in cruce, dum participauit nobiſcum gratiam, gloriam, & meritum, quod acquiſiuit in ea, ut nos ſuiipſius participes faceret, & ſecum uniret. Pronomen uerũ eſt illud cognomen Chriſtus / quo utimur loco nominis IESV, & uocamur Chriſtiani a Chriſto, ſicut deberemus dici Ieſuani a Ieſu: Aut dicamus, q̃ & ſi Ieſus eſt nomen, poteſt tamẽ eſſe pronomen, quia ſtat nobis pro nomine magno Dei, quod exprimi non poterat, quouſq; exigeretur opus crucis: in qua (ut diximus) data eſt uirtus huic nomini, quod inuocamus pro nomine magno Dei / ſicut ſupra declarauimus. Præpoſitionem autem docuit, dum nomen ſuum tradidit in omnibus operibus noſtris præponendum, ſicuti expreſſit Paulus dicens: Quæcunq; facitis, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite. Docuit quoq; nos præponere crucem ſequendam dicens: Qui uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam / & ſequatur me, qui cruci affigendus ſum præbens ipſam uobis, tanq̃ baculum, & ſignum prequium in omnibus operibus proponendum. Explicauit quoq; aduerbium, matrem uidelicet ſtantem iuxta uerbum, quando dixit diſcipulo, & conſequenter omnibus nobis: Ecce mater tua, quã relinquo loco mei, ut mediante ipſa: quæ ſtat continue iuxta me, & ante faciem Patris / poſſitis a Patre, & a me obtinere quicqd uultis: Ideo tũc diſcipulus nomine ſuo, & nomine omniũ noſtrum accepit eam in ſuam tutelam, & refugium pro Chriſto, & ſimul cum ipſo. Sed & interiectiones maximas docuit nos facere præbens, unde ſuſpiria & omnes dictiones dolentis emittamus. Poſtremo coniunctionem illam, ad quam omnes inſtituti ſumus, cum Deo v3 nos beatificante: Nam ſentiens quid in cruce breui facturus erat, ut efficacius operaretur,

Paulus

Idem

CHRISTVS.

IDEM

CHRISTVS. poſt nouiſſimã cœnã Patrem orauit dicens: Rogo Pater, ut ſicut ego & tu unũ ſumus, ita & iſti unum ſint in te. In logica uero meliori inſtruxit nos q̃ Ariſtoteles, cũ longe clarius ſciamus per ipſam diſcernere uerũ a falſo, q̃ per hanc, quã in ſcholis & peripateticis gymnaſiis iuuenes inſtruuntur: In doctrina enim crucis (ſiquis bene perpẽdere uoluerit) abſq; dubio diſtinguet inter ueꝛ & falſum / iuſtum & iniuſtũ: In ea nanq; homo efficitur

Paulus ſpiritualis, & cõſequenter (ut docet Paulus) iudicat de omnibus: Ibi comeditur ueꝛ lac, & butyrum, quo ſciat unuſquiſq; reprobare malũ & falſum, & eligere bonum & uerum. Summã quoq; Rhętoricã docuit, immo oẽm efficaciã orationi tribuit, dũ meruit, & is effectus eſt, per quẽ omnia impetramus a Patre: Nomen enim hoc IESV (in quo petere docemur, quicqd cupimus) habuit (ut pauloante diximus) efficaciam a cruce, ex qua acquiſiuit illud nomen, qd̃ eſt ſuper omne nomen. Duo etiã præbuit gratiſſima ad reconciliandũ auditorẽ Patrẽ, ad cuius præſentiam ſemper orare debemus: Alterum eſt diligens cura, q̃ habere debemus ut repręſentetur anima pura & munda Deo Patri, a quo ipſam accepimus, quod facto efficere docuit, dum ait: Pater in manus tuas cõmendo ſpiritum meũ: Alterũ eſt dilectio inimicoꝛ, in qua ſingulari efficacia præbuit ſe imitandum dicẽs: Pater ignoſce illis, quia neſciunt, quid faciunt, excuſans eos de

CHRISTVS. ignorantia. Inſuper & ad orationem pro nobis factam deueniens obtulit

Paulus (inquit Paulus) preces cũ lachrymis, & clamore ualido nos inſtruens, ut idem faciamus orantes, cũ clamore v3 cordis, magis q̃ oris. Nec Arithmeticam prætermiſit, quin eam profunde doceret, dum multitudinẽ ab uno emanantẽ in idem conducere ſtuduit in eo, quod ait: Cum exaltatus fuero

CHRISTVS. a terra, omnia traham ad meipſum, unicũ v3 principiũ / a quo emanarũt. Sed & multiplicare docuit, quãdo inſtruxit nos coniungere pauca merita noſtra cũ ſuis abũdantiſſimis, ut debita ratio inueniri poſſit. Docuit & diuidere animã v3 a ſpiritu per gladium ſpiritualem, quod eſt uerbum Dei nobis creditũ / & habens efficaciã potiſſime per crucem, & Chriſtum crucifixum. Subtrahere quoq; demõſtrauit debita a meritis noſtris, ut uiderentur, qui fructus ex noſtris reſtarẽt operibus. In Geometria uero docuit illud, quod omnes, ut inueniant, fruſtra & incaſſum laborant / quomodo v3 quadretur circulus: Et hoc, dum ſphæram intellectualem, & naturæ diuinæ quadrauit in corpore quadrifarii elementi præbens & nobis eiſdem elementis quadratis, unde poſſimus cõuenire cũ ſphæra illa diuina. Et hęc eſt unica uia, ut premamur ſub torculari crucis, & ex quadrariis, atq; corporeis efficiamur ſphærei, & diuini: Non enim põt rite dari ſphæra quadrati, aut cubi, niſi reſoluatur figura illa quadrataria: & reducatur in circulum: Ideo oportet diſſolui corpus hoc corruptibile, & quadrãgulare, uel quadrifariũ per crucem mortificãdum, ſi debet fieri ſphæricum & diuinũ

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution-Non-Commercial 3.0 Unported License

inducndo (ut inqt Paulus) incorruptionē, & imortalitatē, atq; naturā illā unigenā, & spūalem: Dedit nāq; per crucē nobis potestatē filios Dei fieri, per ipsam carnē & sanguinē mortificādo, & p uirtutē Christi patiētis re/ nascēdo, ut supra diximus. Musicā adiecit, docēs eā, & sonās cū tympano corporis extensi in cruce, pulsante aia, & reboāte spiritu tanta suauitate, ut longe melius, q̄ de Orpheo dicat᷑ trahere ad se etiā longissime distantes in oibus mūdi partibus: Consonantiā nāq;, & cōcordiā inibi cōduxit rex in/ferioꝝ cū cœlestibus oia concilians, oia pacificans p sanguinē crucis eius, ut inqt Paulus: Quod nemini antea, uel post efficere datū est. Docuit insup uerā, & meliorē astrologiā cū effectu, pducens, & diffundēs cœlestes, & di uinos influxus in nos oēs: Immo seipsum ueꝝ cœlū aperuit, ut de plenissi/ mis suis charismatibus in nos oēs diffunderet. Exposuit etiā uerā philoso/ phiā, quæ docet abstrahere intellectualia, & spūalia a sensibilibus, dū do/ cuit hæc cōtēnere, & illa appetere: Ad quē doctorē inuitat nos Paulus di/ cens: Occurramus in oppositū nobis certamē suspiciētes in authorē fidei, & cōsūmatorē IESVM: qui postposito sibi gaudio, mūdano v3, & sensi/ bili, sustinuit crucē ignominia cōtempta, quæ inde sequebat᷑, ut potiretur cœlestibus, & diuinis deliciis. Medicinā aūt docuit, & exercuit gratis effe/ ctus omniū languētiū medicus, donās etiā medicinas, atq; unguēta, qbus uariis delibutus ubiq; fragrabat suauitatis odorē. In philosophia uero mo rali adeo oēs excessit, ut uirtutes/quas docuerūt ii, qui de moribus tractāt, umbrę sint tm̄mō, & picturę in cōparatiōe uirtutū pfectissimarꝝ, q̄s docuit in cruce: Ibi.n. charitatē palā ostendit sup oēm charitatē, & dilectionē ex/ ponēs corpus, & animā pro amicis suis: Ibi humilitatē, cū humiliauerit se/ metip̄m usq; ad extremū gradū ignominię: Ibi obedientiā factus obediēs usq; ad mortē, mortē aūt crucis: Ibi fidem, quādo crucē cōscensurus dixit discipulis: Creditis in Deū, & in me credite, qui sum author, & cōsumma/ tor fidei: Ibi patientiā, & spem futurorꝝ bonorꝝ cū innumeris, & immani/ bus lacessitus iniuriis stetit, tā q̄ agnus corā tondente ip̄m, & nō aperuit os suū. Veꝝ tandem summū apicē Theologiæ docuit, dum oia cōpleuit, quæ in tota scriptura sacra, lege v3, & pphetis continentur, adeo, ut rite omni/ bus pfectis alta uoce exclamaret dicēs: Consummatū est, & cōpletū, omne v3, qd̄ de me scriptum erat, & de redēptione humani generis, & de resera/ tione ianuæ cœlestis, & de oibus, quæ hominē, & cōsequēter oēm creaturā in debitū finē cōducūt. Quæ uniuersa latēt eos, q nō hūt sensus interiores exercitatos in agnitiōe ueritatis. His aūt/q collustratos hūt oculos manife sta sunt, sicuti dicebat Apl̄us: Nos p̄dicamus Christū crucifixū, iudeis qdē scandalū, gentibus aūt stultitiā, ipsis aūt uocatis, & illuminatis iudeis, atq; græcis Christū Dei uirtutē, & Dei sapiētiā: Quia qd̄ stultū ē Dei, sapiētius est hoibus: & qd̄ infirmū est Dei, fortius est hoibus: q magnipēdūt sapien/

Paulus

Idem

Idem

CHRI/ STVS.

IDEM

Paulus

tiam, & doctrinas humano ingenio excogitatas, quę nihil sunt apud Deū. Nam infimus gradus diuinæ sapiētiæ, quæ stultitia quędam existimatur, maior est omni sapiētia mundi, adeo, ut in omni gradu sapientię suę per/ dantur mundi sapientes, sicut scriptum est in Isaia, & allegatum a Paulo: Perdam sapientiā sapientū, & prudentiam prudentū reprobabo: Vbi sa/ piēs, ubi scriba, ubi inquisitor huius sæculi, qui intelligat mysteriū crucis? Ibi enim sunt thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi, sapientiæ quidem nō huius sæculi, neq; principū mūdi huius, quæ destruitur, sed est sapien/ tia in mysterio abscondita, quā prædestinauit Deus ante sæcula in gloriā nostram, quā nemo principum huius sæculi cognouit: Ad quā percipien/ dam sæpius Deus stultos huius mūdi elegit, ut cōfundat sapientes, & in/ firma, ut cōfundat fortia, & ignobilia mundi & cōtemptibilia elegit, & ea, quæ nō sunt, in conspectu hominū v3, aut ea, quæ nō sunt, ut faciat, & de/ struat ea, quæ sunt, & nō glorietur omnis caro in conspectu eius: Qui con stituit Christum IESVM nobis sapientiā, iustitiā, sanctificationē, & re/ demptionē, ut qui gloriatur se scire, uel posse aliquid, in Domino Christo Iesu glorietur, qui est uera sapiētia, uerus doctor, & nobis omnia admini/ strans: Qui docuit suos electos non longo temporis spatio, nec tot uigiliis, & assiduis laboribus, quot solent iuuenes addiscere doctrinas gentium, sed sola unctione Spūs sancti eos in omnibus instruxit, sicut promiserat di/ cens: Ille suggeret uobis omnia, & docebit uos omnia: Et Iohānes in epi/ stola: Vnctionē habetis a sancto, & nostis omnia: Et iterꝝ: Non necesse ha/ betis, ut aliquis uos doceat, sed sicut unctio eius docet uos de omnibus, ita uerum est. Nec dubitandum est de doctore, & doctrina eius, quia non est mendacium in eo.

Isaias

Paulus

CHRI/ STVS. Iohan.

Quibus thesauris/ueluti bonus pater/ditet nos Christus. Cap. XII.

M. Var.

NOn sufficisset parenti nostro nos generasse, & continuo pa/ scere, & instruere, nisi & nos diuites faceret, & accōmodaret in omnibus: Diuitię enim dicunt᷑ (ut docet Marcus Varro, & alii grāmatici) quia diuos nos faciāt/nulloq; egentes/sicut Deus est: Ad quē statum nos cōducūt uerę diuitiæ. Sed tantus error ino/ leuit in hominibus, ut diuites sese facere existimēt in his, quæ inferioribus regnis tanq̄ feces & expurgamenta dicata sunt: Habet enim & Pluto an/ tideus suas diuitias ex terra effossas, unde Dis dicat᷑, quia semper his ter/ renis diues, ut inquit ipse Pluto in Claudiano: sempq; tenemus/Quod su/ peri tenuere semel. Qui Pluto (ut diximus) Mamona a Saluatore nomi natur, simul & diuitiæ, quas possidet: Quæ diuitiæ ueris opponūtur, sicut & princeps eius Mamona opponitur Patri nostro uero diuiti non tm̄ pro se, sed pro omnibus aliis, ut inquit Apl̄us: Diues in oēs, qui inuocāt illū: Et tanta est iter ipsos discrepātia, ut nemo possit utriq; inseruire, sicuti testat᷑

Claudi.

Paulus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr... Non Commercial 3.0 Unported License

ipſe ſũmus doctor nr̃ dicẽs:Nõ poteſtis Deo ſeruire/& mamonæ:qui op/ponũtur, tãq̃ ueꝛ & falſum.Et ideo nos admonet falſas cõtẽcre diuitias, & ueras appetere:Nolite(inqt) theſaurizare uobis theſauros in terra,ubi ærugo/& tinea demolitur:& ubi fures effodiunt,& furantur:ſed theſauri/zate uobis theſauros in cœlo,ubi nec ærugo,nec tinea demoliẽ:& ubi fu/res nec effodiunt, nec furantur:Qui theſauri,& diuitiæ ex multis peculiis coaceruanẽ.Eſt.n.theſaurus gratiæ,de quo inquit Apoſtolus cũ Epheſiis: Habemus remiſſionẽ peccatoꝝ ſecundũ diuitias gratiæ eius,quæ ſupabũ dauit in nobis:Et iterũ:Deus,qui diues eſt in miſericordia propter multã charitatẽ ſuã/qua dilexit nos/cõuiuificauit nos i Chriſto,cuius gratia eſtis ſaluati:& coexcitauit,& cõſcendere fecit in cœleſtibus,in Chriſto IESV, ut oſtẽderet in ſæculis ſuperuenientibus abũdantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſup nos. Et tñ ſine cauſa cõmiſcet Apoſtolus diuitias miſericor/diæ Dei,gratiæ, & bonitatis:qa omnia illa ex eodẽ ærario ſupramũdano proueniũt.Eſt quoq; theſaurus ſapientię,ut cũ Coloſſenſibus ait:In Chri/ſto ſunt omnes theſauri ſapiẽtię,& ſcientiæ cõmunicati amicis ſuis,ut Co/rinthios alloquẽs dicit:Diuites facti eſtis in illo in omni uerbo,& in omni ſcientia:Quos theſauros diſpenſandos ſibi creditos eſſe Epheſiis declarat, dum ait:Mihi aũt ſanctoꝝ minimo data eſt gratia hęc,in gentibus euan/gelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti,& illuminare oẽs,quæ ſit diſpenſa/tio myſterii abſconditi a ſęculis in Deo,qui uniuerſa creauit:ut innotęſce/ret nũc principatibus,& poteſtatibus in cœleſtibus per eccleſiã multiplex ſapientia Dei ſecũm præfinitionem ſæculoꝝ,quã fecit in Chriſto Ieſu dño noſtro.Erant.n.hæ diuitiæ abſcõditæ in Deo omnibus retroactis ſæculis, quouſq; per Chriſtum fuerũt reuelatæ,& creditæ Apoſtolis diſpenſandæ: Quas cũ omni reuerentia diſtribuere uolens Paulus ſubinfert: Huius rei gratia flecto genua mea ad Deũ patrẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti:ex quo tãq̃ metro,& menſura,atq; origine omniũ paternitatũ oĩs paternitas in cœlo, & in terra nominat̃.Nec eſt.n.aliquis pr̃;qui nõ ſit primo genitus a Patre ſummo,& ab eo habuerit fœcunditatẽ,unde poſſit effici pater.Hunc igit̃ rogo (inquit) Paulus,ut det uobis ſecũm diuitias gloriæ ſuæ, quas vꝫ ego diſpẽſo,corroborari p ſpiritũ eius in interiorẽ hominẽ/habitare Chriſtum per fidẽ in cordibus ueſtris/in charitate radicati,& fundati,ut poſſitis com prehẽdere cũ oĩbus ſanctis,quæ ſit longitudo,latitudo,ſublimitas,& ꝓfun dũ,ſapiẽtiæ vꝫ Dei,& ſcire ſupeminentẽ charitatẽ Chriſti,in qua.ſ.ditiſſi/mus fuit,ut de plenitudine eius oĩbus erogare poſſit,uñ ſeqt̃:Vt ipleamini in oĩ plenitudine Dei.Eſt quoq; ditiſſimus glĩa,ut idẽ teſtis cũ eiſdẽ loquẽs deponit:Precor cõtinue in oronibus meis,ut illuminati oculi cordis ueſtri ſciatis,quæ ſit ſpes uocatiõis eius,& quæ diuitiæ glorię hęreditatis eius:Et iterꝫ:Det uobis corroborari p ſpũm in interiori hoĩe,ſecũm diuitias gloriæ

CHRI/STVS.

Paulus

Idem

Idem

Idem

Idem

Apoca. ſuæ:Sine quibus diuitiis Chriſti,quãuis potiamur inferioribus & terrenis, pauperrimi ſumus,ut ipſemet aperta uoce inſinuat dicens:Tu dicis/ Di/ues ſum,& locupletatus,& nullius egeo/& neſcis,quia tu es miſer,& mi/ſerabilis,& cæcus, & nudus. Suadeo itaq; tibi emere a me aurum ignitũ probatũ,ut locuplex fias ſecũm ueras diuitias. Et iterꝫ in euangelio/cui ti/

Lucas tulus eſt ſecũm Lucam:Facite uobis ſacculos/ qui non uetereſcunt,& the/ſaurum non deficientem in cœlis/loco quippe ueris diuitiis pleno,ut canit diuus Citharœdus:Gloria,& diuitiæ in domo eius.

Quo peculio ditauerit filias. Cap. XIII.

Mercu. NEc Pater iſte noſter cõtentus eſt habere filios, ſed uult quoq; habere filias,ut utroq; ſexu compleatur debitus naturę cen/centus,ſicut & ipſe eſt (teſte Mercurio) utriuſq; ſexus fœcũ/

Cantica ditate munitus:Quæ filiæ ſumus nos, qui aliquãdo filii, mi/nlites/& miniſtri eius dicimur/aliquando filiæ,& ſponſæ,ut in Canticis le/gimus: Egredimini,& uidere filiæ ſion Regem Salomonẽ in diademate, quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis illius, quãdo vꝫ mul/

Ibidem tas accepit ſponſas, ut paulo inferius dicitur: Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinę,adoleſcentulaꝝ non erat numerus.Omnes utiq; de/ſcriptæ magno myſterio in figuram accipiendarũ a Chriſto, quod relin/quimus ſuo loco declarandũ:Hic enim non tm̃ illas reginas,concubinas, & adoleſcentulas accepit in ſponſas,ſed etiam totam fideliũ collectionem

Iohan. innumerabilẽ:Quã Iohãnes dicit uidiſſe paratam,tanq̃ ſponſam ornatam uiro ſuo,ut unaquæq; ſit ſponſa, & tota ſimul collectio ſit ſponſa,& filia, uel filius,ſicut eadem forma etiã apud grãmaticos diuerſis rationibus di/citur animus, & anima in utroq; ſexu,ſicuti etiã in ſcriptura habemus di/ctum fuiſſe,anteq̃ produceretur mulier/ Maſculũ & fœminã creauit eos,

Mercu. ideſt creauit hominem utroq; ſexu gaudentem , ut tangit Mercurius in

Plato Pymandro,& ſeriouſius explicat Plato in Sympoſio:Et hoc,qa aliquando

Iſaias ueluti fœmina ſemen ſuſcipit,& grauidatur,iuxta illud Iſaiæ: A facie tua Domine concepimus, & peperimus: Aliquando autẽ uiriliter agens alios grauidat ſemine uerbi Dei diſſeminato. Sunt & qui dicunt, ꝙ anima di/citur, qua uiuimus accipientes uitam a ſuperis , & animus quo ſapimus, redire uidelicet in eum , a quo uenimus. Dum igitur filii ſumus,ditamur a Patre,& hęreditate donamur:dum uero filiæ exiſtimus dotamur ab eo/dem Parente,qui eſt Pater, & Sponſus, ſicuti primus homo fuit pater,& maritus primæ mulieris. Dum ergo anima eſt filia , dotatur primo gra/tia præueniente,qua non tantum introducatur ad nuptias,ſed ut intereſſe poſſit cõuenienter ornata,ut tantus ſponſus exquirit:Et hoc quouſq; con/iungatur ſponſo:Ad quã cõiunctionem cũ peruenerit, aliam partem do/tis ſuſcipit,quæ eſt gratia cooperans,qua mediante ueſtit & filios,ut ha/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr... Non-Commercial 3.0 Unported License

bitu nuptiali ueſtiti admittantur ad nuptias / & in aulam regiam: Ipſe eſt enim qui operatur omnia in omnibus, & qui eſurientes replet bonis. Præbet itaq; in dotem ueſtes, quibus operiant animę nuditatem, ne expellantur a nuptiis, & dicat: Quomodo huc intraſti, non habens ueſtem nuptialem? Quā ueſtem ipſe confecit (ut diximus) ex propria pelle. Donat & omnia ornamēta opportuna ſponſæ tanti uiri, quæ a prophetis, præcipue Ezechiele memorant / prout / Deo fauente / explicabimus. Præbet aurū, argentū, lapides pretioſos, & oēs ueros theſauros affluēter tā filiis, q̄ ſponſis. Nec dubitet quiſpiā de tanto cōiuge, quaſi nō poſſint ſuppetere tot ſponſis ipſius diuitiæ, ut dona & cætera quæ ad negotiū matrimoniale ſpectāt abunde ſubminiſtret, qa ipſe eſt diues, & poteſt ſatisfacere omnibus, qui illi adhærent: cū plenitudo diuitiaꝝ ſit in eo nunq̄ deficiens, qñ complacuit Patri (ut inquit Apoſtolus cū Coloſſenſibus) omnē plenitudinē habitare facere i eo: Et iterꝝ: In ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis, quæ de ſe eſt infinita, & immenſa.

Matth.

Ezechi.

Ambro.

Paulus

Quod tandem legatum fecerit. Cap. XIIII.

PRimus aūt hic Pater & ſi ſemp dilexit filios, in fine tamē maiora dilectionis pignora reliquit, non tm̄ in eo / quod uitā expoſuit, ſed quia opulentiſſimū teſtamentū fecit, in quo legauit illud, quo maius excogitari nō poteſt: Legauit n. æternū, & fœliciſſimū regnū beatitudinis, qđ ſtatim ſe daturū promiſit latroni ci cōmiſerenti, dū ait: Hodie mecū eris in paradiſo. Et pauloante Apoſtolis, & cōſequenter omnibus nobis, pmiſerat dicēs: Ego diſpono uobis regnū, ſicut diſpoſuit mihi Pr̄. Et q̄uis hāc hæreditatē ſtati nō poſſideamus, eſt tm̄ in loco tuto repoſita ſtatim aſſignanda, qū adimpleuerimus teſtm̄: Cuius rei fideiuſſores ſunt Petrus, Paulus, Iohannes, & cæteri, qui eam uiderunt, & atteſtati ſunt: quoꝝ primus ait: Bn̄dictus Deus / & Pater Dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, qui regenerauit nos in hæreditatē incorruptibilē cōſeruatā in cœlis, paratā reuelari in tpe nouiſſimo, in quo exultabitis: Sed modicū nunc oportet cōtriſtari in uariis tentationibus, ut pbatio ueſtrę fidei multo pretioſior ſit auro, qđ per ignem probat. Et tādiu oportet nos eſſe ſub tutoribus / & actoribus ſub ſeruitute p̄ceptoꝝ, donec (inquit Paulus) euadamus in uirum pfectum in ætatem plenitudinis Chriſti: ut iā non ſimus paruuli fluctuantes, & circūacti ab omni uento, ſed cōpaginati & firmi per omnē iunctūrā, & in menſurā uniuſcuiuſq; mēbri correſpōdētis p̄ceptis diuinis, ut alibi declaratum eſt. Si qui tamē ſunt nō adhuc adulti, ſupplebit Chriſtus, prout tanta hæreditas poſſidenda exigit. Iohānes quoq; his adſtipulatur dicens: Vidimus gloriā eius, gloriam quaſi unigeniti a Patre / plenum gratiæ, & ueritatis. De cuius plenitudine omnes accepimus / ut poſſimus cohæredes effici illius unigeniti ſummi Patris.

Paulus

CHRISTVS.

Petrus

Paulus

Iohan.

Quibus /

Quibus / & quanta legauerit. Cap. XV.

CVm hęc, quę in ciuilibus fiūt, cōſentanea ſint diuinis, & cœleſtibus, & una Reſpublica ſit alterius ſimulachrum, aptiſſime ex his, q̄ nobis domeſtica ſūt, addiſcere poſſumus diuina. Teſtator ciuilis plura pluribus legare poteſt, ſi tamen hæres aliquis inſtitutus ſit, a quo hęreditaria legata (ut Iureconſulti aſſerunt) debeantur. Pari modo Chriſtus effecit, ut bene diſſerit Ambroſius dicens: Author pietatis in cruce pendens teſtamentum condidit, ſingulis pietatis opera diſtribuens, Patri ſpiritū, Virgini Paranymphum, Nicodemo corpus terrę tradendum, Apoſtolis perſecutionem, Peccatori infernum, Chriſtianis pœnitētibus crucē, Latroni paradiſum, & omnibus fidelibus filiis hæreditatem uitæ ętternæ: De qua loqui non datur, cum ipſi, qui eā uiderunt, ptęſtentur, q̄ nō licet homini loqui, & ipſemet teſtator dicat: Nemo ſcit māna, & ſympoſium, quod pręparaui dandum, atq; delitias diſtribuēdas, niſi qui accipit. Hinc ſatagēti Auguſtino / & ſciſcitanti, quæ gloria & lætitia beatis præparata ſit, illuxit lux, & inſonuit uox dicens: Auguſtine, Auguſtine quid quæris? Putasne immittere uaſculo mare totum? Breui includere pugillo terraꝝ orbem? Cœlum firmare, ne uſitatos exerceat motus? Quæ oculus nullius hominū uidere potuit, tuus uidebit? Quæ auris nulla hauſit, hauriet tua? Quę cor humanū nullatenus intellexit, intelliget tuum? Infinitę rei quis erit finis? Immenſa qua menſura metieris? Infinitū quippe eſt obiectum, quo ciues illi fruuntur: infinita erit duratio illis beatis per ſucceſſionē: infinitus erit eoꝝ progreſſus, quia nunq̄ terminabitur: nec finē adinuenient eoꝝ bonoꝝ, in quibus oblectantur, aut illius boni oīa continentis tanta excellentia, ut in propria forma cuncta umbratica dici poſſint ratione ſingularis excellentiæ, quā habent in fonte omniū bonorū: In dextera. n. ipſius ſunt iucunditates æternę, pro quo nos habemus uſq; in finem. Has præſenſit regius Propheta, dum prophetico ſpiritu afflatus cecinit: Adimplebis me lætitia cum ultu tuo, quando uidelicet oſtendes mihi faciem tuā, adimplebis me lætitia dans de iucunditatibus æternis, quæ ſunt in dextera tua. Sed ne dubitaremus de hac glorioſa hæreditate, ipſam præoſtendit, anteq̄ teſtaretur, & poſt: Siquidem ante eam demonſtrauit tribus Apoſtolis: ex quibus Petrus ait: Audiuimus / cum eſſemus cum ipſo in monte ſancto, uocem huiuſcemodi allatam a magnifica gloria / Hic eſt filius meus dilectus: Cuius faciem uiderunt ſplēdeſcere, inſtar ſolis, & ueſtimenta alba, inſtar niuis ex gloria, in cuius ſtatum tranſfiguratus erat. Iohānes quoq; ait: Vidimus gloriā eius: Et iterū: Quod audiuimus, & uidimus / & contrectauimus de uerbo uitæ, annuntiamus uobis. Condito uero teſtamento Stephano protomartyri ipſam gloriam oſtendit, Luca atteſtāte in actibus apoſtolicis, ubi inquit: Cum eſſet Stephanus

Dauid

Petrus

Iohā.

Lucas

Step.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr... Non-Commercial 3.0 Unported Licence.

plenus ſpiritu ſancto, intuens in cœlo uidit gloriã Dei/& Ieſum ſtantem a dextris uirtutis Dei, iam uidelicet in poſſeſſionẽ ingreſſum/tam pro nobis, q̃ pro ſe: De qua certus dixerat latroni: Hodie mecũ eris in paradiſo. Et ne quis ſuſpectos haberet ipſos atteſtantes, tanq̃ cõſanguineos, aut familiares amicos, aſſumpſit quoq; in teſtem Paulũ perſequutorem / & inimicũ/atq; acerrimi ingenii uirũ, ne quis de credula ſimplicitate eũ poſſet criminari: Quem ſubuexit uſq; ad tertiũ cœlũ, ubi ſecundũ Hebreoꝝ theologiã ſplẽdet decor, & gloria Dei, & ubi ſunt ubera, quæ lactare ſolebant prophetę, & ibi oſtendit, & credidit eã gloriã, & arcana, quæ nõ licet homini loqui: Pro rei tamen ueritate atteſtanda uitã/& caput expoſuit. Sic & pro huius gloriæ ueritate (prout diuino lumine colluſtrati perfecta in mente, & corde diffinitione ſentiebant) uitã tradiderunt alii q̃plurimi/qui martyres.i. teſtes dicuntur. Et horum tanta fuit copia/q; uſq; ad tempora Conſtantini ſupputata fuerint triginta duo millia milliũ/qui uitam expoſuerunt pro atteſtanda ueritate gloriæ prę paratæ animę noſtræ, & tori compoſito poſt reſurrectionẽ corpoꝝ, quod nullatenus feciſſent, niſi Spiritu ſãcto edocti, & aliquo modo certiores eſſent effecti de his / quæ tanto uitæ diſcrimine comprobabant. Omnes autẽ inſtituit hęredes huiuſmodi gloriæ & regni cœlorũ, qui tũ uoluerint fieri filii eius/& regenerati eius ſemine. Exhærẽdantur uero hi/qui uolũt uiuere ſecundũ carnem, & ſanguinẽ, qui regnũ Dei poſſidere nõ poſſunt: & quos neq; inuitos arrogat tartareus princeps, de quibus aliquãdo dixit teſtator noſter: Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris ueſtri uultis facere: quia eius mores ſuſcipientes faciunt eius opera: quæ omnia in mendacio fundata ſunt, cũ ipſe ſit mendax, & mendacii pater inſtruens filios in mendacio, & deceptione: Neq;.n. ꝓmittere, aut agere põt nobiſcũ, niſi in mendacio, & dolo, cum nihil dare poſſit, niſi pœnã, luctũ, horrorẽ, tenebras, & huiuſmodi, quæ homo natura ipſa abhorret: Ideo opus eſt, ut aliqua falſitate alliciat eos, q̃s ad ſe trahit. Offert ĩgitur uoluptates, tanq̃ lenocinia ſuæ fraudis, ut illis illecebris/ quæ regnũ Dei poſſidere nequeunt, allecti mortales auellantur / & diuertant ab illo regno, & hæreditate, a qua ipſe expulſus eſt: Quæ pro nobis parata eſt a conſtitutione mundi, & legata in celeberrimo teſtamento filii Dei.

CHRISTVS

IDEM

Baruch

Qua ſolennitate hoc teſtamentum celebrauerit. Cap. XVI.

IN teſtamenti celebritate requiritur (ut dicunt Iureconſulti uel ut fieri ſolet) teſtator habilis bonę & ſanę mentis, tabellio habens auctoritatẽ, teſtes, & hæredes. Teſtator fuit Chriſtus filius ęterni Patris cõſtitutus iampridẽ hæres uniuerſoꝝ cum pleniſſima authoritate teſtandi, legandi, hęredeſq; inſtituendi, ea aſſis partitione, quę unicuiq; (optimi patris iudicio) cõgruere uidebitur. De hoc teſtamento nimiꝝ prædictum fuerat in oraculo Baruch prophetæ hmõi

uerbis: Statuã illis teſtamentũ alterum ſempiternum, ut ſim illis in Deũ, & ipſi mihi in populum. De quo etiam in Ieremia dicitur: Ecce dies uenient, dicit Dominus, & feriã domui Iſrael, & domui Iehuda fœdus nouũ non ſecundũ pactum, quod pepigi cum patribus ueſtris, pactũ quod irritum fecerunt: Nam hoc erit pactũ, & teſtamentum nouũ, & æternum, nõ amplius ammouendum, neq; uetuſtandum. Dicendo enim nouum (inquit Paulus) inueterauit priuſ: Et quod antiquatur, & ſeneſcit, prope eſt interitũ. Cum igitur teſtamentũ illud antiquũ fuerit, debebat in nouũ mutari, & mutatũ eſt in id, ultra quod ulterius non expectatur. Nec cõturbet aliquem, quod Ieremias dicat fœdus, uel pactum / quia pro eodem accipitur fœdus, pactum, & teſtamentũ, ut ex progreſſu Pauli cum Hebreis diſcere poſſumus: Sic etiam dicebatur arca fœderis & teſtamenti: Et paſſim illa promiſſio facta in lege, & cõfirmata morte animalium, dicitur teſtamentũ uetus. Fuit igit̃ iſte teſtator habilis, teſtatus q̃ eſt adeo optimæ & ſanę mẽtis compos, ut nullus ei æqualis aliquando fuerit, ut patet ex celeberrima eius doctrina, & in his, quę prudẽtiſſime geſſit, quando teſtamẽtum condidit. Fuit quoq; non unus ſolũmodo, ſed quatuor tabelliones omni exceptione maiores, Matthæus, Marcus, Lucas, & Iohãnes, conſtituti a ſũmo Imperatore: qui ſcripſerunt uitã, doctrinã, geſta, atq; teſtamenrum huius noſtri Patris. Teſtes fuerũt innumerabiles ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt: ad hoc.n. ſpectaculum cõuenerant Parthi, Medi, Elamitę, Meſopotamii, Cappadoces, Phrygii, Aegyptii, Arabes, Cretenſes, & cæteri, q in Actibus Apoſtolicis nominantur/ſed præcipue ex tribus celebrioribus idiomatibus Hebreo, Greco, & Latino, in quorũ quolibet ſupra ſcripta fuit cauſa ipſius teſtatoris: Qui omnes audierũt, quę uir magnus IESVS ante mortem ordinauerit in ſuo teſtamento: & uiderunt ea ſigna, & mirabilia, quæ in eius corroborationẽ ꝓpetrata ſunt, & tunc, & poſtea. Hæredes ſunt oẽs, qui ex Deo nati ſunt, & renaſcuntur nolentes uiuere ſecundũ carnẽ, & ſanguinẽ: Nam ſi quis non eſt filius, nec hæres: ſi autẽ filius, & hæres, inquit Paulus: Nos autem cum ſimus filii non quidẽ ancillæ, & ſpurii, ſed liberę, & legitimi, ſumus ex conſequenti hęredes. Et pauloante: Omnes filii Dei eſtis per fidẽ in Ieſu Chriſto, quicunq; in Chriſto baptizati eſtis: Et iterũ cum Romanis: Si autẽ filii, & hæredes/hęredes quidẽ Dei, cohęredes aũt Chriſti: Et Petrus: Vos ſaluos facit baptiſma Ieſu Chriſti, qui eſt in dextera Dei deglutiens mortẽ, ut uitę ęterne hęredes efficeremur: Deglutiuit.n. & deſtruxit mortẽ, quę nos impedit, & ãmouet ab illa hęreditate.

Paulus

Idem

Paulus

Petrus

Quomodo teſtamentũ confirmatũ ſit. Cap. XVII.

TRiuſq; Iuriſcõſulti, & omnes qui de re teſtamẽtaria tractãt, in hoc unũ cõueniunt, q; teſtamentũ ſtabilitur in morte teſtatoris, ut Paulus exerta uoce atteſtat dicens: Vbi.n. teſtamẽtũ

Paulus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre... Non-Commercial 3.0 Unported License.

est, necessarium est,ut intercedat mors testatoris: Testamentum enim in mortuis confirmatum est: alioquin non ualet,dum uiuit, qui testatus est: quia uoluntas humana est deambulatoria usq; ad mortem, & in quālibet partem mutabilis:Nec potest quis imponere sibiipsi legem, a qua nō possit recedere:Et cum mutari possit testator,quousq; uiuit,& destruere,quod iam confecit testamentum,ideo nullum robur habet,nisi testator deueniat ad mortem,post quā amplius mutari nō potest.Nec dicat quispiam antiquum fuisse uerum testamentum,in quo legauit terram fluentem lacte, & melle,& tamē nulla morte confirmatum,quia iam satisfecit Paulus dicēs: Paulus Nec primum quidem testamentū sine morte, & sanguine dedicatum est: Lecto enim mandato legis a Mose uniuerso populo,accipiens sanguinē uitulorum,& hircorū cum aqua,& lana coccinea,& hysopo ipsum quoq; librum,& omnē populum aspersit dicens:Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad uos Deus.Testamentum autem figuratiuum confirmabat morte animalium figurante mortē illius,qui per illa animalia quoq; repręsentabatur,unde sequitur Apostolus:Necesse erat ergo exēplaria cœlestium his mundari,ipsa autē cœlestia melioribus hostiis, q̄ istis,morte uidelicet propria ipsius ueri testatoris:Ideo in ultima cœna dixit:Hic calix noui,& æterni testamenti est in meo sanguine:Aeterni quidem,quia ultra illud nō dabitur aliud,cum sit sufficiens/& immutabile promittens hęreditatem non figuratiuā,quæ in uerā tendit,& terminatur,sed ipsam uerā, Iohan. ultra quam aliam non expectamus.Nec prętereundum censeo,cur utrūq; testamentū confirmatum dicatur non solum in morte, sed in sanguine,cū suffeciſſe uideatur mors testatoris,ut pręsuppositū erat:Id fuit (ni fallor) ut habiles fierent hæredes,& capaces relictæ hæreditatis: nam fœdati, & coinquinati illam possidere non possunt,dicente Iohanne: Nihil coinquinatum introibit illuc:Nec uiuentes secundū carnem,& sanguinem ad illā hæreditatem poterunt peruenire:Vt igitur nos mundaret a coinquinante sanguine,uoluit testator sanguinem suum purissimū fundere, quo mundaremur a coinquinatione nostri fœdantis sanguinis,ut iterum inquit Iohānes:Qui lauit nos a peccatis in sanguine suo.Neq; erat secundum diui- Idem nam iustitiam alia uia,qua institueret filios,& essent capaces tantæ hæreditatis.Sed nōnullos conturbat,dum dicitur/q; homo spiritualis mundat sanguine,qui corporeus est:& q; illo mundantur etiam mentes Angelicæ, dicente Paulo:Pacificans per sanguinem crucis eius,siue quæ in terris,siue Paulus quæ in cœlis sunt:Quibus satisfacientes dicimus,q; cum uita sit (docente scriptura) in sanguine,ideo uita Christi in sanguine existente, purgantur Angelici spiritus,& animæ:qui tamen sanguis effundi debet, tanq̄ totius peccati occasio:Sanguis enim & materia illa terrea,& sanguinea est fomes omniū peccatorū,ut Dionysius in de diuinis nominibus definit:Nam

peccatum est ex propria complacentia usq; ad contemptum Dei,ut opti-
Augu. me censuit Augustinus:Sed complacentia,quæ nos separat a Deo est ex
parte materiæ, idest sensibilis appetitus, cui homo complacere uult,unde
Paulus ligatur lege membrorum:pro quo Paulus suspirans dicit:Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę: & ducere me captiuatum in legem peccati,ut nō quod uolo bonum,hoc faciā,sed quod nolo malū:Sic & in Angelis pondus,quod eos diuertit a Deo est materia,quę/cunq; sit illa/secundum quam sibi complacere uolentes recesserunt ab illo actu purissimo,qui est Deus.Et in habentibus organizatū corpus, & sanguinem concupiscentia potissme residet in sanguine,quæ non potest habere hęreditatem in regno Christi,& Dei,quousq; per purissimum Christi sanguinem expurgatus sit sanguis noster coinquinatus, iuxta legem, qua
Sapiē. in libro sapientię decernitur:Per ea,per quæ quis peccauit, p ea,& punietur.Expurgatur itaq; sanguis noster in sanguine Christi, cum omnes unū corpus effecti simus,& ipse omnium caput.Vnde sicut medicina,quæ sumitur a capite per os,expurgat totū corpus,sic & medicina sumpta a capite Christo sanauit omnia mēbra: Traxit.n.ad se omnes iniquitates no-
Isaias stras per suum sanguinem expurgandas,ut illud Isaię adimpleretur oraculum,quo dicitur,liuore eius sanati sumus.

Quomodo Christus non tantum pater,sed caput omnium effectus sit. Cap. XVIII.

EVnctus itaq; Christus omni paterno officio,generās,pascēs, instruens,ditans,dotans,& legans, non adhuc cōtentus uoluit omnes nos unire simul in idem corpus, qua unione non datur maior:cuius ipe caput effectus omnia mēbra regeret,
Paulus & in ipsa influeret: Quod sacramentum Paulus Colossensibus tam clare explicauit,ut declaratione nō egeat,dum ait:Ipse est caput corporis ecclesię,nosq; membra eius:& ne superna crederentur exclusa,iterum ait:Ipse est caput omnis principatus,& potestatis:Et iterum cum Ephesiis:Et ipse dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius,qui omnia in omnibus adimpletur. Et quomodo nos omnes simus membra huius corporis,satis explicatum habemus ab eodem Paulo, ubi cum Romanis,& Corinthiis differens ait: Sicut unū corpus est,& membra multa habet, omnia autem membra corporis cum sint multa,unum
Idem tamē corpus sunt,ita & Christus:in uno etenim spiritu omnes nos in unū corpus baptizati sumus,siue iudęi,siue gētiles,siue serui,siue liberi,& omnes in uno spiritu potati sumus.Quæ membra prius diuiduntur partitione generali omnibus nota,& a multis explicata:Quæ in suis libris legēda relinquentes ueniemus ad aliqua particularia ab aliis non tacta. In corpore habemus duodecim præcipuas iuncturas:tres in dextera,ad spatu-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre... Non-Commercial 3.0 Unported License

lam uidelicet cubitum,& manum,& totidem in ſiniſtra:quę ſunt ſex: Tres quoq; in quolibet pede,unam ad coxam uel femur:aliam ad genu,tertiam ad uertebrũ pedis,ubi eſt clauicula: Quæ geminatæ ſenariæ ſunt, & ſimul cum ſenariis illis brachiorum duodecim reddunt,quot ſunt iuncturę prę/cipuæ in corpore cœleſti: Iungitur enim Aries cum Tauro/hic cum Gemi nis,& ſic deinceps uſq; ad duodecimam iuncturam,quibus articulis præ/ſunt duodecim Angeli,ut alibi diximus,& Deo fauente,dicemus. Vt ergo corpus hoc Chriſti myſticum conforme eſſet corpori cœleſti, & humano, duodecim uoluit habere præcipuos articulos,& membra totius corporis: Quorum unus,qui locum calcanei tenebat,prævaricatus eſt, iuxta illud, quod prędixerat Deus a principio: Ponã inimicitias inter te,& mulierem, DEVS & inter ſemen tuum,& ſemen illius: Et ipſum.ſ.ſemen mulieris, nõ ipſa(ut mendoſa habet traductio)conteret caput tuum: Nam Chriſtus ex ſemine primorum parẽtũ genitus debellauit,& cõtriuit caput diabolici draconis. Et ſequitur: Tu inſidiaberis calcaneo.i.Iudæ,qui & ipſe erat unum de duo denariis mẽbris huius myſtici corporis: Qui admittens inſidias,& bibens uenenum letale ab hoc ſerpente propinatum utraq; morte periit. Sed ne auulſo illo membro,corpus monſtroſum eſſet,loco ipſius ſuffectus eſt Ma thias. Vlterius autem progrediens huius myſtici corporis inſtitutor elegit & ſeptuaginta duos diſcipulos,iuxta numerum articulorum omniũ patẽ/tium: Nam in unoquoq; digito,tam manuũ,q̃ pedum ſunt tres articuli, & digiti omnes ſunt uiginti, unde conſurgunt articuli ſexaginta: qui ſi con/iunguntur cum illis duodecim,ſeptuaginta duo reſultabũt. Hinc opinor, ut utrunq; corpus ſit conforme, Apoſtolos fuiſſe de numero ſeptuaginta duorum. Et ſi inſtetur per illud,quod ſcribit Lucas, Deſignauit dominus Lucas IESVS & alios 72. Reſpondeo,ꝙ illa littera ſic poſſet intelligi/ꝙ aucto numero diſcipulorũ ultra illos duodenos,tunc deſignauit alios/qui tamen omnes erant 72. Per hos igitur expreſſa eſt tota textura corporis myſtici, ſicut per duodecim fundamenta deſignatur tota ſtructura ſuperne ciuita/tis: Et ſicut omnes ſtellę continentur in duodecim ſignis, partito quolibet in ſenas partes,ut ſint ad ſummã partes 72. quibus prędident ſeptuaginta duo principes,ſic & tota familia huius myſtici corporis, & oẽs electi ſtellis a Paulo cõparati continentur ſub duodecim Apoſtolis,& diſcipulis ipſis Paulus adiunctis. Et q̃uis aliqui diuidant ſigna per denarios attribuentes cuilibet ſigno decanos tres,doctior tamen eſt hæc partitio per ſex quinarios,quoꝝ quilibet fauet uni idiomati tanta efficacia,ut aliqui tẽporibus noſtris pe/riculũ fecerint coram multis peritis aſtronomis dignoſcendi ex mera phy/ſiognomia,cuius idiomatis unuſqſq; eſſet. Verũ ad id,quod cœpimus, re/deamus,unũ eſt ex omnibus membris corpus,cuius caput Chriſtus eſt,& collum uniens buſtum cum capite eſt beata Virgo,ut bene ſentit Hiero/ Hiero.

nymus: Cuius colli iunctura cũ capite, & buſto eſt ultra illas 72: nã collũ eſt ultra,& ſupra totum buſtum,& ſupra ipſum collũ eſt caput: Sic beata uirgo eſt ſuper omnes angelos, & ſanctos: Chriſtus autem ſuper beatam Virginẽ: Quos ſi cœlis comparare uoluerimus,erit beata Virgo tãq; nona ſphęra ſupra octauam,& ſtelliferum cœlum: in quas ſtellas influit, ſicut beata Virgo in omnes nos diffundit de plenitudine gratię,quã immediate inuenit apud Deum: Chriſtus uero utraq; natura,diuina ſcilicet & corpo/rea gaudens empyreo cœlo comparatur,quod eſt ſemidiuinũ, & ſemicor/poreum,ſentiens naturam denarii.

Qualiter Chriſtus taq̃ ueꝝ caput influat in oĩa mẽbra. Cap. XIX.

CHriſtũ eſſe caput totius myſtici corporis iam probauimus, reſtat,ut uideamus quomodo in omnes articulos,& artus in/fluat uitæ nutrimentũ,regimen,motum, & quicquid ad ip/ſius corporis ſuſtẽtaculum,& fomentũ pertinet. Et q̃uis uita, & motus (ut nonnulli ſapientes exiſtimant) ſit principaliter in corde,ta/ Galeni men ex ſententia Galeni,Haliabbatis,& aliorum,qui de natura, & condi/ Hali. tione corporis humani ſcripſerunt,omnis uirtus motiua,ſenſitiua, & ratio nalis eſt in capite: Motiua enim ab ipſo capite deſcendit per neruos, qui a poſteriori parte cerebri ortum habent,& diffunduntur per diuerſa mem/bra. Nec motus eſſet regulatus, & rationalis,niſi a loco ubi reſidet ratio, aut ſimulachrum rationis procederet: ſimulachrum dico, quia hoc in be/ſtiis pro ratione exiſtit. Senſitiua patet in oculis, auribus,ore,& naribus, omnibus in capite ſituatis. Et q̃uis tactus ſit principaliter in manibus, nõ abeſt tamen a capite, & a toto corpore: Et ad hoc, ꝙ ſit circa pertractata rationale iudicium,neceſſe eſt,ut totus referatur ad caput,ubi reſidet iudi/cium rationis. Sunt quoq; in capite omnes interiores ſenſus,cõmunis,uir/tus phantaſtica,imaginatiua,cogitatiua,& omniũ dux intellectus, & ra/tio: unde membra dicuntur a capite regi, tanq̃ a duce, & repleri uirtute, ueluti riuuli,& aluei replentur a fonte: Quæ omnia ſecundum ſpiritalem influxum prouenire a noſtro capite Chriſto minime ambigendum eſt: In ipſo.n.ſunt,& ab ipſo replentur omnes ſenſus interioris hominis, cum nec guſtare,nec uidere,nec odorare,nec audire poſſimus,quæ Dei ſunt, niſi ꝑ uirtutem huius capitis Chriſti,dicẽte Paulo: Gratia Dei ſum id,quod ſum: Paulus Quę gratia emanat in nos per Ieſum Chriſtum. Hinc Philippenſibus ait. Gratia uobis,& pax a Deo Patre,& Dño noſtro Ieſu Chriſto: Ab utroq; recognoſcit,Patre ętterno,& Chriſto,qa ab utroq; emanat. Sed neq; ratio, neq; intellectus,neq; lumen ad cognoſcendum diuina in nobis exiſtit,niſi ſubminiſtretur a noſtro capite,quæ eſt lux uera omnes illuminãs. Nec ad opus aliquod moueri poſſumus,niſi ipſo præſtante, qui ait: Sine me nihil poteſtis facere. Nam ſicuti abſciſſo capite nihil, quod in trunco remanet,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre… …Attribution-Non Commercial 3.0 Unported License

aliquid operari poteſt, ſic abſcedente Chriſto ab homine, abſcedit ũita, & ex cõſequenti omnis operatio, & motus qui ad ipſam uitam ſpiritualẽ pertinet. Quicqd igitur fauoris pro interiori homine habere uoluerimus, ab eo efflagitare neceſſe eſt, de cuius plenitudine (ut inquit Iohannes) omnes accepimus. Verum quia hęc paſſim ab euãgeliis, & apoſtolis ſatis edocemur, his dimiſſis ad alia ueniamus. Iohan.

Quã curã habeat Chriſtus parens noſter de nobis filiis, quos genuit in ſubminiſtratione reꝝ temporalium. Cap. XX.

VT nos totos diuinos faceret, omnẽ uoluit ſolicitudinẽ rerum temporalium ammouere a nobis, onus & prouinciam aſſumens ſubminiſtrandi, quęcunq; neceſſaria ſunt, Patrẽ in fidelem iuſſorem huius liberalitatis adducens, ut in euãgelio, cui titulus eſt ſecundũ Matthęũ, inquit: Nolite ſoliciti eſſe dicentes, quid manducabimus, aut qd bibemus, uel quo opiemur? Hęc omnia gẽtes inquirunt: Scit. n. Pater ueſter cœleſtis, quibus indigetis: Quærite primũ regnũ Dei, & iuſtitiã eius, & hæc omnia adiicietur uobis. Hic tribus rationibus probat ãmouendã eſſe omnẽ ſolicitudinẽ. Prima ratio eſt, quia hoc gentiũ eſt, eoꝝ uidelicet, qui nõ admittunt Dei prouidentiã, ſed caſui, aut ingenio, & prudentiæ propriæ oẽs euentus aſcribunt. Secunda: qa Pater optimus oĩa curans ſolicitus eſt pro nobis, ſcitq; indigẽtiã noſtrã, unde ſi prouidet uolatilibus, cæteriſq; animãtibus, ęquũ eſt, ut nobis fœlicius prouideat. Poſtrema ratio eſt, quia ordo & rectitudo iuſtitię exquirit, ut quęramus p̃ regnũ Dei, & iuſtitiã eius, ut omnia hęc ipſi ſuccedẽtia parata inueniamus: Quod & Plato ex prophetico ſympoſio docet in primo de legibus dicens: Si qs maiora ſuſceperit, minora quoq; poſſidebit: ſi autem illis caret, utroq; priuatur. Maiora autẽ, & diuina bona ſunt iuſtitia, pietas, cęteræq; uirtutes, quæ deducũt in Deum: Humana uero bona ſunt uires, forma, ſanitas, diuitię, ciuiles quoq; uirtutes. Quẽ ſequens Cicero in ſuo de officiis ait: Qui pręponunt cõmoda uirtutibus, ordinẽ, & fundamentũ naturę peruertunt. Quę fulciuntur his, quæ Macrobius in de ſomno Scipionis adducit. Reꝝ omniũ, & actuũ naturam Plato inſpiciẽs aduertit in omni ſermone ſuo de Reip. inſtitutione propoſito infundendũ iuſtitiæ amorẽ, ſine qua nõ ſolum reſp. ſed nec exiguus hominũ cœtus, nec domus quidẽ parua conſtabit. Et ante Platonẽ ex eodem fonte potatus Pythagoras dixit in ſymbolis uerba ſacro euangelio ſatis conſinia: Ne ſedeas (inquit) ſuper modiũ, uel ſuper choenicem (ut eſt rei ueritas) .i. ſuper cibum diurnum, ut bene interpretantur Hieronymus, Laertius, & Suida: Quod idem eſt, ac ſi diceret: Nolite cogitare de craſtino, q̃uis Plutarchus, & alii aliter locum illum intelligant. Ex antedictis igitur omnibus concluditur, q̃ omnis cura uictus, & ueſtitus collocanda eſt in ſummo patrefamilias, ut docet Petrus dicens: Matth. Plato Cicero Macro. Pytha. Hieron. Laer. Suida Plutar. Petrus.

Omnẽ ſolicitudinẽ ueſtrã proiicite in Deũ: qm̃ ipſi cura eſt de uobis. Quod cõprobamus multis experiẽtiis: Eſculenta. n. multigena terra, Deo iubẽte, producit, nedũ pro neceſſitate habitantiũ in ea, ſed etiã ad largiſſimã opulentiã. Itidem de lignis pro ędificiis, & igne conſouendo, & de lana, lino, & ſerico ad ueſtimentoꝝ copiam, affluentiam uberrimã efficit: neq; aliter de metallis in uſum pecuniaꝝ & aliarum reꝝ. Et quod mirandũ eſt, continue ſuffoditur auꝝ & argentum ad cudendã pecuniã, nulla tamen maior eſt in præſenti nummoꝝ copia, q̃ multis retro ſæculis fuerit. Quæ omnia ab uno prouiſore diſponi neceſſe eſt: diſpoſitaq; ſunt tanto ordine, ut melior excogitari nõ poſſit. Quod ſi ſecus quis opinatus fuerit, ei dicã illud Chryſippi: Doceas, quid melius ſit: Quod cum nunq̃ docere potueris, ſi id attẽtaueris, aut deterius facies, aut quod fieri non poteſt, deſiderabis. Quæ ſeriouſius differenda ſuo loco relinquimus. Chyſip.

Chriſtus eſt finis & complementum omnium operum omnibus dans, ut operentur. Tonus Sextus.

CHriſtus eſt author, & finis fidei. Cap. Primũ.
Chriſtus nõ tantum fidei, ſed cunctarũ reꝝ cauſa omnia ſua diuinitate replet. Cap. II.
Chriſtus nõ eſt pars, neq; totum, eſt tamẽ totum, & pars. Cap. III.
Ex ſacris eloquiis hẽmus Chriſtũ eſſe omnia. Cap. IIII.
Quod adhuc ex ſcriptura ſacra habeamus ipſum Chriſtũ multorũ artificialium nomina ſibi uendicaſſe. Cap. V.
Quod etiam abſq; rapina Chriſtus Ieſus uendicauerit ſibi omnia diuina nomina. Cap. VI.
Quomodo in nomine Ieſu omnia tam producta, q̃ diuina nomina includantur. Cap. VII.
Cur ſolum Ieſu nomen hodie inuocetur a ueris Dei cultoribus. Cap. VIII.
Quomodo ex ſcriptura ſacra pręfiguratũ habeamus Chriſtũ eſſe fontẽ totius meriti, gratiæ, & gloriæ. Cap. IX.
Idem comprobatur uaticiniis. Cap. X.
Quã clare Iſaias hæc oĩa unico reſeranerit oraculo. Cap. XI.
Ex omnibus antedictis concluditur Ieſus fuiſſe cõplementum non tantũ operum Dei, ſed noſtraꝝ quoq; operationũ, atq; meritorum, & conſequenter dans, unde operemur. Cap. XII.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution-Non Commercial 3.0 Unported License

CHRISTVS EST AVTHOR/ ET FINIS FIDEI.

CAPVT. I.

NOT VIDENTVR Credenda/quæ non sunt Christus Iesus, ꝙ nullatenus dicere auderem ipsum authorem, & finem fidei, nisi id me doceret Paulus, in cuius pectore ille resonat: Qui cum Hebreis differens in eis omnes cohortatur dicens: Occurramus in oppositum nobis certamen suspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum. Id autem hac de causa dictum fuisse arbitror, quia cum ad cęteros articulos aliquas possemus adducere rationes, ad eos autem, qui de Christo Iesu tractant, nullas penitus, nisi rationes conuenientes, & has quantum ex diuinis docemur oraculis: Deum enim esse naturali discursu indagare possumus, & eũdem omnium opificem fuisse, q̃uis Aristoteles, tanq̃ Physicus, & per sensata procedens hoc non admittat: Experrectus tamen a sensatis ipsis, non discrepat ab aliis sapientibus, qui fatent Deum mundi totius opificem. Quod autem per uerbum incarnatum, qui est Christus Iesus, hæc omnia fecerit, id tantummodo habemus ex sacris eloquiis simul cum cæteris articulis ad ipsum pertinentibus, adeo, ut quidam de nouitioribus theologis asseruerint Christum esse subiectum, circa quod uersatur tota nostra theologia, cũ omnes articuli ad ipsum Christũ referri uideãtur: In primo enim dicitur: Credo in Deum Patrem: Nec quidem pater potest esse sine filio, qui est Christus Iesus. Secundus autem est: Et in Iesum Christum filium eius unicum dominum nostrum. Tertius: Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria uirgine. Quartus: Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus est. Quintus: Descendit ad inferos. Sextus: Tertia die resurrexit a mortuis. Septimus: Et ascendit in cœlum sedet ad dexteram Patris. Octauus: Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Nonus: Credo in Spiritum sanctum. Et quia hic a Patre, Filioq; procedit, nec haberi, nec intelligi potest sine filio. Decimus: Sanctam ecclesiam catholicam, Sanctorum communionem/ remissionem peccatorum. Quæ omnia cum ad corpus mysticum, cuius caput est Christus, pertineant, nequeunt omnino sine ipso Christo fieri, aut haberi, id maxime, cum ꝙ gratia uniens, & uita, qua communicant omnia membra, ꝙ meritum, unde remissionem consequantur, sit ab eodem Christo Iesu. Vndecimus: Carnis resurrectionem: Quę nõ potest esse, nisi resurrexerit Christus, qui est primitiæ dormientium. Duodecimus:

Paulus

Arist.

CHRISTVS. Vitam æternam/quæ datur a Christo/qui ait: Ego uitam æternam do eis. Ecce igitur quomodo omnia credenda/aut sunt circa Christum, aut emanant ab ipso, aut ad eundem referuntur: Facienda uero, ꝙ mandata omnia, quãuis extranea, ꝙ disparata uideantur ab eo, nihilominus

IDEM sine ipso conduci nequeunt, qui ait: Sine me nihil potestis facere. Christus itaq; est author, ꝙ consummator fidei, ꝙ omnium, quæ ad ipsam pertinent tam in credendis/q̃ in peragendis. Si autem theologiam Hebreorum admittere uoluerimus, extant ꝙ eorum denaria elementa, ꝙ multa in lege descripta, quæ reuelata sunt per uerbum Domini, & Dei sapientiam tandem diffusam in homine, qui est Christus Iesus, iuxta illud

Baruch. Baruch: Hic adinuenit omnem uiam disciplinæ, & tradidit eam Iahacob puero suo, & Israel dilecto suo: Post hæc in terris uisus est, & cũ hominibus cõuersatus est, idem dans instituta in testamento nouo, qui etiam tradiderat in ueteri: Nam ueritas omnis tandem per Iesum Christum facta, & explicata est. Est itaq; ipse author, & consummator fidei, & omniũ, quæ credere, & operari debemus: & est author, & dator fidei, quæ est ha-

Paulus bitus, & uirtus: Hinc Paulus ait: Quomodo credent in quem non audierunt? Et quomodo audient sine prædicante: Et infert: Ergo fides ex auditu: auditus autem per uerbum Christi. Ecce igitur quomodo est author fidei. Consummator uero, quia in ipsum fides nostra dirigi debet, qui ꝙ

CHRISTVS. præmium fidei tribuet: quod utrumq; ipsemet explicat, dum ait: Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet: & omnis, qui credit in me, non morietur in æternum: Et iterum: Qui credit in me, habet uitam æternam: Et rursum: Oportet exaltari filium hominis, ut omnis, qui credit in illum

Ichã. non pereat, sed habeat uitam æternam: Et Iohãnes. Qui credit in Filium Dei, habet uitam æternam. Nec etiam prisci patres absq; hac fide saluabantur, ut de Abraham dictum est: Credidit Abraham Deo, ꝙ reputatum est ei ad iustitiam: Sed quid credidit, & cui credidit? Credidit utiq;

Paulus (inquit Paulus) in eum, qui iustificat impios. Nec propter eum tantum scriptum est, quia reputatum est illi ad iustitiam, sed propter nos, quibus etiam reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & surrexit propter iustificationes nostras. Ecce quomodo Paulus dirigit fidem Abrahæ, & omniũ credentium in Christum Iesum, tanq̃ in uerum authorem, & consummatorem fidei: Cui adstipulatur illud, quod sequitur: Iustificati ergo ex fide pacem habemus ad Deum per Dñm nostrũ Iesum Christũ, p quẽ habemus accessum per fidem ad hanc gratiam, in qua stamus, qui ante iacebamus per peccatum. Per Abraham itaq; patrem fidei, qui credidit in eum, qui iustificat impios, omnes credẽtes intelligũtur, qui & in sinu eius colligi dicebantur. Sed uideamus, qd credidit. Dictũ ei fuerat: In semine tuo,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre... Non-Commercial 3.0 Unported License.

quod est Christus,benedicent omnes gẽtes terræ,hi v3,qui credent in nomine eius/qui est author/& consummator fidei.

Christus non tantũ fidei,sed cunctarum rerum causa omnia sua diuinitate replet. Cap. II.

ET si explicauimus, q̃ in Dei uerbo, & per ipsum facta sunt omnia, unde & merito omniũ causa dicitur,nõ minus tũ replet eadem omnia, q̃ ille, de quo dicitur: Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Replet quoq; simul cũ Patre,qui aut tota trinitas simul inquit per Ieremiam:Cœlum, & terram ego impleo. Sed diuersimode secundum diuersa ipsis appropriata. Supra diximus de mente Origenis, q̃ a Patre habemus,ut simus:a Filio, ut intelligamus:cætera autem,ut ordinata sint:A Spiritu sancto uero,ut sancti simus:sed a spiritu uitæ,ut uiuant omnia. Si autem antiquos theologos sequi uoluerimus, qui dicũt unum præcedere ipsum esse, illud unum attribuemus primo,qui est Pater prima omniũ origo: esse autem Filio,ut expresse habetur in eorum theologia, q̃ uidelicet esse est supremæ sapientiæ, quæ est Filius: esse utiq; illud communicabile, sicut & sapientia nobis cõmunicanda attribuitur Filio,quæ,ut in Patre existit,danda est solummodo ipsi Filio:Et hoc est,quod dixit:Nemo nouit Patrem,nisi Filius,& cui uoluerit Filius reuelare. Ecce quomodo expresse habemus sapiẽtiam primo esse in Patre,postea in Filio,deinde per ipsum aliis communicari. Sic & esse,anteq̃ aliis communicetur,est in Filio,& in sapientia suprema,tanq̃ in armario,ubi sunt omnia per rationem idealem secundum esse simpliciter,anteq̃ in proprias formas habeant esse determinatum. Vnitas itaq; a Patre emanans omnia replet, ut unumquodq; unum sit, & mediante illa unitate annumerentur:Esse uero a Filio,& per Filium omnibus communicatur,ut fiant,& sint: quia omnia per uerbum facta sunt,inquit Iohannes:Et ut Paulus ait,in eo cõdita sunt uniuersa: A spiritu autẽ omnia replentur bonitate,iuxta illud prophetæ:Aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate: Manus enim est spiritus Dei, per quem tanq̃ per omnium artificem,aut manum operantem omnia in nobis peragit. Et sicut unũ,ens,& bonum idem sunt,ut dicunt hi,qui tradunt elementa dialecticæ disciplinæ,ita Pater/Filius/& Spiritus sanctus unum sunt in essentia,quãuis ipsorum relationibus distincti. Sed prosequamur de Filio,qui replet omnia esse/& ueritate,sicut Pater replet unitate,& Spũs sanctus bonitate,& quilibet eor̃,& oẽs simul replent uirtute diuinitatis. Sed de Iesu nostro inquit Hierotheus apud Dionysium de diuinis nominibus:Omniũ causa,& adimpletiua est Iesu Deitas:& est eorum,quæ sunt causa/esse/& uita,ut supra dixerat: eorũ autem,qui a Deo prolapsi sunt,reuocatio,atq; resurrectio: sed eorum, qui lapsũ quodam diuinam in se effigiem perdiderunt/renouatio/atq; reformatio:Rursum eorum, qui ꝓphana quadam agitatione quatiuntur, confirmatio sacra,ne collidantur: permanentium uero tuta securitas: ad eũ quoq; proficiscentiũ porrecta manu productio: illuminatorum fulgor,eorum,qui perficiũtur principatus ipse perfectionis,uel eorum,qui deificantur,thearchia: eorum qui simplices sunt, ipsa simplicitas:qui in unum conueniunt,similiter unitas: & occulti sacratissimi,quãtum fas est,benefica distributio: Et ut simpliciter dicam:Viuentiũ uita,existentiũ substantia,omnis uitæ/& substantiæ principium,& causa. Quæ omnia a diuinis eloquiis se accepisse profitetur. Sed particularia omittentes ueniamus ad illud Pauli,quo cũ Ephesiis loquens ait:Et ipsum dedit caput super omnẽ ecclesiam,quæ est corpus ipsius/& est plenitudo eius/qui omnia in omnibus adimplet. Et iterũ cũ Colossensibus: Omnia in omnibus Christus,quia omnia complet plenitudine unicuiq; conuenienti. Quomodo autem iste Christus sit quoddam separatum ab omnibus,& omnia in omnibus,uideamus.

Sapiẽ. Ieremi. Orig. Theãti. Paulus Iohan. Paulus Dauid Hieroth. Diony.

Christus non est pars,neq; totũ,& tamen est totũ,& pars. Cap.III.

CVm igitur Christus sit omnia in omnibus/merito q̃ri posset, an sit tanq̃ pars cuiuslibet, aut totum in partibus omnibus, aut numẽ quoddã omnia complens. Veneratus hic Dionysius Hierothei sententiã ait:Iesus neq; pars est,neq; totum:Et tamen est totum,& pars,omniũ partem,& totũ in seipso accipiẽs,& præhabens:Quod declarans ait:Iesu deitas perfecta quidẽ est in imperfectis, sicuti pfecta gemma in capsula lignea putrida,quę debet esse in auro:Nõ tamen æque bene fulget, nec ita perfecte operatur, sicuti si ligata esset in metallo,uel in re ipsi proportionata: In rebus uero perfectis non perfecta perfectione/qua illa perfecta sunt,sed supraperfecta,& præfecta,omnem uidelicet perfectionem inferiorem excedens: Estq; forma faciens,& inducens formam in his,quæ ipsa carent,tanq̃ uerus dator formarum,& princeps formæ non existens forma/determinata uidelz,sed super omnes formas,sicut sol fauet ad omnes herbas, & animalia producenda nõ existens ipse animal,neq; planta, sed habens uirtutem superexcellentem ad omnia illa producenda: Et est substantia omnibus substantiis supueniẽs oẽs illas collustrans absq; sui coinquinatione: quia ab omni substãtia segregata,sicut solares radii nullatenus coinquinantur perfundentes cœnum, lutum, & quodcunq; uile/quia ab ipsis separati:Et est ordinans omnia principia, determinans omnes ordines,collocata tamen super omnẽ ordinẽ,& omne principium,& super omnem principatum,sicuti Imperator ordinare debet omnes suos duces supra omnem ducatum existens, & sicut Papa ordinat omnes episcopos existens & ipse episcopus,supra omnem tamen episcopatum:Et hoc est,quod ait Apostolus cum Colossensibus:Ipse est ante

Diony. Hieroth.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre... Non-Commercial 3.0 Unported License

omnes,& omnia in ipso constant, cum sit caput corporis ecclesiæ: Et est mensura omniũ existentium existens duratio supra omnem durationẽ/ quia eternitate gaudet/quæ est tota possessio simul:Et est metrum totius perfectionis:Ideo quãto quis magis ipsi appropinquat,tanto pfectior est: Et est plena mensura in minus habentibus ex parte sua non deficiens, qn omnia sua plenitudine repleat:In plenis autem non cuacuatur eius pleni/ tudo,sed est super omnem plenitudinem: & adeo excedit,ut sit nobis inef/ fabilis,& inexplicabilis ,& super omnem mentem:Et est uita omnia uiui/ ficans,non tamen uiuens uita inferiori, sed suprema ipsa uita existit, quæ est super omnes uitas:& omnia naturalia supernaturaliter habet: Vnde q̃uis sua benignitate usq; ad nostram naturam uenerit,& uere substantia humana,& homo factus sit, & uir summus, Deus tamen appellatus est: Et q̃uis acceperit propria naturæ nostræ,semper tamen extitit superna/ turale quoddam,& supersubstantiale, nullam prorsus passus iniuriam in sua dignitate ex illa ineffabili exinanitione,quæ inuariabiliter, & incon/ fuse nobis se communicauit: Vnde fuit nouitas omnes nouitates super/ eminens,existens in naturalibus nostris supernaturaliter,& in substantiis nostris supersubstantialiter,omnia nostra super nos habens,& continens/ omniaq; perficiens, ut supra diximus: Estq; (ut inquit Apostolus) uin/ culum,fundamentum, & substẽtaculũ omnis creaturæ,omnia ligans, oia cõnectens,omnia complectens,omnia uiuificans,& implens. Paulus

Ex sacris eloquiis habemus Christum esse omnia. Cap. IIII.

GEnerali quadam uia demonstrauimus Christum esse quoddã totum in omnibus partibus,sed quæ testimonia de huiusmo di in particulari reddant sacrę litteræ,breuiter percurremus: Et ab infima omnium rerum formatarum incipientes dice/ mus,q; Deus est terra,illa quippe uera fluens lac sapientiæ superioris,& mel diuinitatis,aut gustum rerũ diuinarum, de qua cecinit Propheta: Et enim dominus dabit benignitatem,& terra nostra dabit fructum suum. Dauid Est etiam aqua,ut supra latius explicauimus.Est etiam aer,& flatus, quo CHRI/ insufflans in discipulos inquit: Accipite Spiritum sanctum: Neq; enim STVS. eum daret,nisi haberet.Est ignis,quem uenit mittere in terram, ut ardeat. Est granum frumenti,& germẽ terræ dicens de seipso: Nisi granum fru/ IDEM menti cadens in terra mortuum fuerit,nullum fructum affert:secus autẽ, si mortuum fuerit:Ex quo frumẽto confectus est ille panis uiuus de cœlo in nostram salutem descendens.Est arbor (ut diximus) scientię boni & Paulus mali,& arbor uitę prębẽs ligna ad cõtignationẽ,& coassationẽ totius ueri Apoc. ędificii a nobis cõstruẽdi. Est quoq; lapis,& petra,dicẽte Paulo: Petra aũt erat Christus:Sup qua fundata est ecclesia,& etiã posita in angulo cõpagi nauit totũ ędificiũ, & est petra,q̃ prębuit nobis aquã in lauacrũ,& potũ/

Dauid Est aurũ,quod uendere spondens ait:Suadeo tibi emere a me aurũ ignitũ. Est argentũ iuxta illud prophericum: Eloquia,aut uerba Domini uerba munda,argentum igne examinatũ,purgatum septuplum:Et quid est ueꝝ Domini uerbum,nisi Christus,qui est uerbum caro factũ? Inter animalia Lucas est leo ferarum rex,de quo in Apocalypsi:Vicit leo de tribu Iehuda,radix Dauid.Est uitulus/aut bos armentorum princeps,ut cõmuniter exponunt doctores illud,quod habetur in euangelio secundũ Lucã:Et occidit uitulũ Bapt. saginatum. Est agnus inter mansueta animalia præcipuus,ideo Baptista hoꝝ sacramentorum gnarus ipsum ostendens inquit: Ecce Agnus Dei. Est quoq; aquila auium regina/ cuius progressum in cœlũ oculis irreuer/ beratis solem intuentis Salomon inter quatuor difficillima cõnumerat.Et bene aquila fuit, quæ pullos portat in dorso, extentis alis contra sagitta/ Isaias rios,suscipiens in se uulnus,ut filios preseruet:Ideo de Christo inqt Isaias: Moses Ipse uulneratus est propter scelera nostra:Et Moses in cantico: Sicut aqla prouocans ad uolandũ pullos suos super eos uolitans: expandit alas suas, & assumpsit eos, atq; portauit in humeris suis.Est etiam sol & luna præ/ Dauid cipui planetarum,sicut diuus Citharœdus canit: Thronus eius, sicut sol in Iohã. conspectu meo,& sicut luna perfecta in æternũ , & testis in cœlo fidelis: iuxta illud Iohãnis in Apocalypsi:Et a IESV Christo,qui est testis fidelis. Hic a Malachia dicitur sol iustitiæ nasciturus timentibus nomẽ Domini: iuxta quod ecclesia frequenti usu dicit ad Virginem:Quia ex te ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster.In eo quoq; q̃ cœlestis est, & totũ cœlo/ rum globum cõtinet,dicitur oriens,pars uidelicet præcipua cœli innuens Zacha. ad orientem Archetypi,a quo uenit,iuxta illud Zachariæ:Ecce uir oriens nomen eius,sub quo ædificatur templum Domino,quod uidelicet sumus nos.Possemus quoq; adducere,quomodo omnium planetarũ nomina me/ rito sibi uendicare posset,cũ omnium influxus,& effectus eminentia qua/ dam habuerit.Interpres enim fuit rerum diuinarum melius q̃ Mercurius, CHRI/ qui Hermes & interpres diuinorum dicitur:Et q̃ excellens interpres Chri/ STVS. stus fuerit,ipsemet paucis uerbis explicat dicens: Omnia quæcunq; au/ diui a Patre meo,nota feci uobis: Et tanq̃ superior/ & bona Venus ipsius effectum,amorem uidelicet/& dilectionem præ omnibus nobis ostendit, animam & uitam dans pro dilectis. Sed & in recessu suo in præceptum, IDEM & testamentum amorem reliquit dicens: Hoc mando uobis,ut diligatis inuicẽ.Est quoq; uerus Mars,acerrimus malefactorũ punitor,quia omne Petrus iudiciũ dedit ei Pater:Ideo inquit Petrus in actibus Apłicis:Cõstitutus est Iohã. iudex uiuorum, & mortuorum. Est Iupiter æquus benignitate, atq; pie/ tate plenus , iuxta illud, quod inquit Iohannes: Gratia & ueritas per Ie/ sum Christũ facta est. Est denicq; uerus Saturnus, & uerum sabbatum ab ipso emanans, in quo quiescere debemus, sicut promiserat dicens:

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre... Non-Commercial 3.0 Unported License

Tollite iugum meum ſup uos/& diſcite a me/& inuenietis requiē animabus ueſtris: Quæ requies erit in me, qui reficiā uos omnes/qui laboratis,& onerati eſtis. Nec conturbetur quiſpiā, ſi dicimus Chriſtū ſibi uendicaſſe planetaꝝ nomina, cum uoluerit & animaliū, quæ planetis inferiora ſunt, nominibus uocari. Dicit̄ quoq; mons eleuatus ſupra uertic̄ mōtiū: Mons utique coagulatus/mons pinguis, mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo: Et.n. Adonai habitabit in finē/aut iugiter/quia nunq̄ diuinitas ab eo ſeparabitur. Dictus fuit quoq; Angelus in Malachia, ubi poſtq̄ de Iohanne Angelo p̄cedente faciem Meſſiæ locutus eſt, de ipſo Chriſto ſubinfertur: Et ſtatim ueniet ad templū ſanctū ſuū dominator, quem uos quęritis,& Angelus teſtamenti, quem uos uultis. Fuit.n. uerus Angelus teſtamenti,& pacis, q̄uis melior Angelis effectus,& Angelorum Dñs. Eſt.n. uerbū, per quod facta ſunt omnia: Vnde a Dionyſio dicitur ons, ideſt ens omnia entificans, ſupereminens cauſa, exiſtens fundatrix, & principians omnia. Hunc Plato on,& Hierotheus in libro elementoꝝ ſupſubſtantiale ens uocat omnes producens eſſentias,& ſuſtētans omnia: Totū eſſe (inqt Dionyſius) in ſe pariter ambiens,& ſuperapprehēdens: Idcirco rex ſęculoꝝ dicitur,& in quo,& circa quem totū eſſe, & ens, ſubſiſtenſq; uerſatur. Quod Plato in epiſtola ad Dionyſium tangit minime explicans: Quę oia Chriſto applicata ſecundū meliorē ſenſum dicta ſint, ut ſit elementū, metallū, animal, cœlū, & huiuſmodi ſupracœleſte, & ſupramundanū omniū uirtutes excellentiſſime cōtinens/unde in oēs influat. Per hæc igitur multigena nomina innuūt ipſum eſſe quoddā totum,& quodlibet, cui illa nomina cōpetunt, cum & ipſis,& huic uera nomina impoſita ſint nō a caſu, ſed a conſilio, iuxta proprietatē nominati a protoplaſte, ut in Geneſi legimus: Quod percipitur a bene ſcientibus proprietatem linguæ primæ, quę hebrea nunc dicitur, in qua impoſita fuere illa accōmodatiſſima nomina: Hæc Græci, tanq̄ ſimiæ, aliquantulū imitati ſunt/ut demonſtrare conat̄ Plato in Cratylo. Hic igitur Chriſtus, quia omnigenus,& omnia cōtinēs, omnigena nomina ſortitus eſt non ſolū in naturalibus, infernis, & cœleſtibus, ſed etiam in artificialibus,& diuinis.

CHRISTVS. Diony. Hieroth. Plato Diony. Plato Gen. Plato

Quod adhuc ex ſcriptura ſacra habeamus ipſum Chriſtum multorum artificialium nomina ſibi uendicaſſe.

Cap. V.

QVę etiam artificialium nomina ſortitus ſit, ex eadē ſcriptura diſcere poſſumus: Eſt.n. domus magna Dei, in qua collocatę fuere omnes reꝝ formæ,& imagines/anteq̄ in ꝓpriis apparerent ſubiectis: Vnde ſigillum ipſius,& ſapientię ſupremæ in theologia Hebreoꝝ aſſignat̄ ב/quod explicatum domū ſignificat: Et hæc domus typice fabricata dicitur abſq; ſerra, ſecuri, malleo, & omni genere ferramenti/ga tota eſt referta clementia, pietate, beneficentia, abſq; aliqua duritie

duritie ferrea: In qua domo offeruntur Patri ſacrificia, oblationes,& orationes: quod innuitur in eo, quod dixit: Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis: Nam in nomine eius petere eſt in uirtute eius,& intra ambitum ipſius operari. Dicitur quoq; tabernaculum melius q̄ illud manufactum, diſponēre Moſe, prout Deus iuſſerat: Eſt enim Chriſtus tabernaculum non manufactum, ideſt non huius creationis: Quod non tantum cœlum eſt, ut alibi diximus, ſed ipſemet Chriſtus non minus, immo melius tabernaculum Dei exiſtens, quam nos, de quibus inquit Apoſtolus: Templum Dei, quod eſtis uos. Et eſt oſtium, ut ipſemet ait: Ego ſum oſtium, ſi quis per me introierit, ſaluabit̄. Eſtq; uera arca fœderis,& pacti inter Deum & nos, ueruſq; mediator exiſtens: unde & arcus fœderis dicitur. Eſt quoq; non tantum frumentum, ſed panis ſubactus, & confectus arte ſummi artificis. Eſt etiam uinum expreſſum a calcante in torcular crucis. Dicitur inſuper ueſtimentum, quo teguntur peccata omnium, iuxta illud Apoſtoli ad Romanos: Induimini dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Eſt etiam liber uitæ, in quo omnes ſaluandi ſcripti ſunt, iuxta illud, quod canit prophęta: Et in libro tuo omnes ſcribentur. Nominatur etiam altare,& hoſtia, quæ ſuper illo altare offertur. Eſtq; (ipſomet teſte) uia perpolita, & recta, per quam in Deum pergere poſſumus. Eſt ſcala media inter Deum & nos/per quam in ipſum Deum ſcandimus: Quæ olim demonſtrata fuit Iahacob defixa in terrea carne, & cacumine diuinitatis tangens cœlum, non quidem hoc, quod uidemus omnes, aut illud tertium, quod Paulus in ſuo raptu intuitus eſt, ſed ſupremum illud, de quo ſimul, atq; de terra, ſuper qua erat ſcala, inquit propheta: Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum: Ad quod cœlum, quia non conſcenditur, niſi per Chriſtum, ideo merito dicitur ſcala, qua uidelicet ad Deum cōſcenditur. Eſt inſuper omne, quod in arca fœderis continebatur, manna uidelicet illud ſuauiſſimum diuinitatis, quod nemo ſcit, niſi qui accipit. Sunt quoq; in eo tabulæ legis/quia ſicut ibi/ tanq̄ in libro omnes creaturæ ſcriptæ ſunt, ita tota lex,& omnis ſapientia, iuxta illud Pauli: In eo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſciētiæ abſconditi. Et eſt uirga Aaron florida, ideſt uirtus ſacerdotalis floreſcens,& germinans, cum omne ſacerdotium tetenderit in Chriſtum, & efficaciam habuerit ab eo, qui iureiurando conſtitutus fuerat ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchizedech, ſacerdotio quidem regali, & diuino. Eſt tandem uerum candelabrū diuini luminis, unde Iſaias lętabundus ad hoc capeſcendum excitabat Dei familiam clamans: Surge illuminare Ieruſalem, quia uenit lumē tuum,& gloria Domini ſuper te orta eſt, ideſt Chriſtus, qui eſt gloria Patris: ad quem loquens propheta ſubinfert: Et ambulabunt gentes in lumine tuo,& reges in ſplendore ortus tui.

Paulus CHRISTVS. Paulus Dauid Paulus Paulus Iſaias

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre... Non-Commercial 3.0 Unported License

Quod etiam absq; rapina Christus Iesus uindicauerit sibi omnia diui/na nomina. Cap. VI.

AD supramundana autẽ ueniendo, quãuis Deus sit unicus, & maxime unus, multis tamen uocatur nominibus, non quidẽ, ut illis exprimãtur plures essentiæ, aut deitates eius, sed pro/prietates, quæ & si ab eodẽ fonte deitatis emanant, ibibem tñ radicatæ unum semper sunt, sed plures dicuntur ratione habita ad nos, in quos multa beneficia, & diuersa munera p diuersos canales distillãt. Qua/propter Deus ipse unitissimus sortitur diuersa nomina, de quorum decem Hieronymus ad Marcellam breue compilauit opusculum. Dionysius aũt ulterius progrediens quadraginta quinq; nomina Dei, & Christi nostri col ligit. Doctores uero Hebrei ex quodã textu, qui habetur in quartodecimo capite Exodi, septuaginta duo nomina deducunt ex nomine (ut aiũt) se/ptuaginta duarum literarum. Alii autem adhuc ulterius progrediẽtes tot innuunt diuina nomina, ut tam eorum numerus, q̃ ea, quæ significant sint nobis penitus ignota, sed loquit̃ unusquisq; pro captu suo, quia non omni/bus sunt arcana omnia reuelata: Nec de ipsis aliquid dicere auderemus, nisi quatenus a Deo sũt nobis sua benignitate reuelata, ut docet nos Dio/nysius, & cum eo cæteri sapientes non modo catholici, & hebrei, sed etiam Plato, qui in Cratylo ait: Diuina nomina habita sunt a barbaris, idest he/breis, qui habuerũt a Deo, sine quo nullatenus capere possumus ueros ser/mones, ueraq; nomina, quibus Deus nuncupatur. Nos itaq; pro quãto di/uina lux effulserit, de aliquibus perstringemus, quę omnia Christo conue/niunt, ea tamen lege, quam Dionysius docet, ut nullatenus præsumamus exponere supremam illam, ineffabilemq; substantiam, quam neq; sensus, neq; phantasia, neq; sermo, neq; tactus, neq; scientia nostra attingi: quia innocabilis, supernominabilis, & supersubstantialis deitas est, contenta in remotissimo suæ diuinitatis recessu, ac solitaria retractatiõe, in abysso sua/rum tenebraꝝ se contegens: In supersubstantiali quoq; thearchia ob omni habitu, motu, deliberatione, nomine, uerbo, intellectu, collocatione, statio/ne, & fine excellenter segregata cognitionem nostram & expositionem pe/nitus refugiens: quam Hebrei infinitam uocãt causam causarum, & sub/stantiam super omnem substantiam: Nec aliud de ipso loqui præsumunt, quia infinitus, & nullatenus ab intellectu nostro pceptibilis: quẽ (ni fallor) Isaias nõ explicare, sed uix innuere uoluit generali quodã uocabulo, dum ipm inducit in hęc uerba loquentẽ: אֲנִי יְהוָה הוּא שְׁמִי וְכִבוֹדִי לְאַחֵר לֹא אֶתֵּן: idest Ego Dñs, ipsum scilicet quod est, est nomẽ meum, gloriam meã, hanc v3 alteri, aut extraneo a me nõ dabo: Pro quo nostra traductio habet: Hoc est nomen meum, ut uideatur illud relatiuum hoc, aliquod nomen referre: nullum enim nomen indicat, sed tantũmodo innuit illud, qđ summe est, &

Hiero. Diony. Doctho. Exodus

Diony.

Plato

Diony.

Hebrei

Isaias

a se, a nobisq; penitus inexpressibile, sicut melius interpretatum habemus paulo inferius, ubi inquit אוה יכא יח chi ani hu: Quia ego ipse sum, a me v3 & per essentiam, unde sequitur: Ante me non est formatus Deus, & post

Dauid me nõ erit, a quo v3 possim dependere, & esse suscipe: Sic & illud Dauiti/cũ וְאַתָּה הוּא וּשְׁנוֹתֶיךָ לֹא יִתַּמּוּ ueata hu nesenoteca lo iitamu, cõgrue uer/sum est: Tu aũt idẽ ipse es, & anni tui non deficient. Illud itaq; הוּא non est relatiuum illic, sed innuẽs id, quod est, a se v3, & primum esse, quod est per essentiam: De quo nomine & nominato nihil omnino ulterius fari permit/tũt secretiores Theologi, nisi q̃ est a se, & infinitum. Cum autem ipse Deus incipit fontẽ suæ bonitatis aperire, & diffundere ad intra (ut aiunt) & ad extra, tunc alia sortitur nomina q̃plurima: De quibus loqui uolentes pro/

Diony. testamur id tñmodo efficere ea lege/qua Dionysius agit cũ Timotheo: ut auribus indignoꝝ nõ pfundant̃ arcana, sed inter sapientes collecta custo/diant̃ ea qua decet reuerentia. Est itaq; primum nomen Dei producentis, אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה ehich asser ehich tantis mysteriis fœcundũ, ut oia ab ipso producant̃: Est enim nomen attributũ coronæ superiori, & fonti, bonitati, & origini omniũ, quẽ Christus docuit nos uocare patrẽ: Qui adeo est no/strũ captũ fugiens, ut nemo nouerit ipsum, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare: A quo nostra traductio breuiter se expediens interpretatũ habet, Ego sum, qui sum: Quod melius ad ueritatem literæ sonaret: Sim, qui sim, uel ero, qui ero, cũ uerbum illud repetitum bis in hebreo futuꝝ sit: Nihilo/minus multo lõgiora mysteria includit, q̃ ad uerbũ possit interpretati: Sed per superficiẽ tantũmodo pcurrentes dicemus, quomodo ex illo אֶהְיֶה for/matur illud magnũ nomẽ Dei quadrilitteꝝ, aut tetragrãmaton יְהוָה, attri/butum filio: ut sicut filius a Patre procedit, sic & nomen eius a patris no/mine producatur: Cũ enim אֶהְיֶה datur אֲשֶׁר qđ ex uno numero minori, & duobus maioribus dat mihi sex, qui numerus signat̃ apud hebreos per ה & ponatur hoc in loco ה/& hoc si pręponat̃, cõstituit̃ tetragrãmũ יְהוָה: Quod est nomen filii tribuens uitã inferioribus: Quod innuit̃ per illũ ה characte/rem v3 uitæ susceptũ a Patre/a quo omnia ipsi tradita sunt: Et sic, qui uni/cus erat in Patre signatus in א quæ est prima litera unũ significans, efficit̃ ה uita v3, & senarius cõmunicans esse, & uitã omnibus rebus in senario illo denotato in operibus sex dieꝝ: Omnia enim per uerbum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et ne credatur Filius segregatus a Patre, illud nomẽ quadrilitteꝝ filii includitur in domus, mensuraꝝ, uel Paternæ mansionis si/gillo, quod est א formatũ ex ה & duobus י quæ literæ in numero cõputatę reddunt. 26. quãtũ dat nomẽ quadrilitteꝝ, quod est filii: Per quos numeros non intelligimus uocales, aut naturales, uel rõnales, sed diuinos, & diuini/tatis proprietates, quæ sunt adeo reciproca cõmunione in Patre, & Filio,

CHRI/STVS. ut dicat ipse filius: Ego in Patre, & Pater in me est. Et ex præfato nomine

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre... Non-Commercial 3.0 Unported License.

אֶהְיֶה mutata una littera ה vȝ in ל & מ quæ litteræ in mediis numeris redũt ſeptem.i.ſeptem denarios,cõſtituitur אֱלֹהִים qđ eſt nomen Spũs ſancti,cui ſemper tribuitur ſeptenarius: In quo cõnectitur ternarius cũ quaternario, ad denotandũ q̃ uirtus Spiritus ſancti unit quaternaria corporea cum diuino ternario.Ad denotandam quoq̃ connexionem,quam habet Spiritus ſanctus cũ filio,accipit duas litteras,quæ tam in nomine Patris,q̃ Filii reperiũt ' vȝ,atq̃ ה :Hinc ait Filius de ipſo ſpiritu:Ille de meo accipiet.Et cũ Filius acceperit a Patre,ideo a Patre,Filioq̃ procedit, & accipit.Et cum omnia illa nomina includantur in quadrilittero,quod eſt nomen Filii, idcirco uendicat ſibi abſq̃ rapina omnia prædicta nomina, & omnia alia,quę ad diuinitatẽ,& Archetypũ pertinent:Perfecta itaq̃ productione perſonarũ aperit fontanũ ſplendorem ſuæ bonitatis in creaturas producendas a Patre in Filio, & per Filium,perq̃ Spiritum ſanctum,tãq̃ per immediatũ opificem:ideo ſemper nomẽ eius operans,& diſponẽs inducitur a Moſe dicente: Et dixit Elohim,& fecit Elohim.Et ut denotetur etiam Filius in hac productione interceſſiſſe,in epilogãdo omnia,quæ facta ſunt/utriuſq̃ nomen tã Filii,q̃ Spiritus ſancti inducit dicens:Hæ ſunt generationes cœli,& terræ creatę in die,qua fecit Adonai Elohim terram, & cœlum.In hac igitur productione Deus opifex,qui eſt in Chriſto Ieſu, ſortitur alia plura nomina,ſed ſeptem præcipua:nam cũ ſola bonitate, & amore inductus fuerit ad opus,& in amore produxerit,ſortić nomen clemẽtiæ, qđ eſt אֵל uel אֱלֹהִי El,uel Elohe,Quod El (ut Hieronymus docet & in frequenti uſu habemus)Deũ ſignificat,clementiſſimum vȝ,& pium: q̃uis aliquando etiam fortem ſignificet,ut ſæpius Aquila interpretatus eſt. De El habemus in pſalmo.49.ſecundum nos,ſed.50. ſecundum Hebreos אֵל אֱלֹהִים יְהוָה El elohim adonai diber:qđ interpretatũ hẽmus,Deꝰ deoꝝ dñs loquutus.De Elohe habemus in Exodo יְהוָה אֱלֹהֵי הָעִבְרִים נִקְרָה עָלֵינוּ Adonai elohe ahibrim nicrah halenu,ideſt,Adonai Deus hebreoꝝ inuocatus eſt ſuper nos:pro quo nos habemus: Vocauit nos:Et utrũq̃ nomen El & Elohe ſunt pietatis,& clementiæ.Et quia non tantum pietas,miſericordia,clementia,& benignitas exquiritur,ſed aliquando iuſtitia,& ſeueritas in flagitioſos,& improbos,ideo eſt aliud tribunal Dei, qđ dicitur iuſtitiæ ſeueræ,& punitiuæ,timoris,& roboris:& tunc Deus uocatur אֱלֹהִים גִּבּוֹר Elohim gibor,ideſt,Deus robuſtus,ordinans,& coaptãs omnes culpas per pœnam,& punitionem, ſicut ordinauerat prius in fabricando omnia ſuis gradibus diſtribuens.Quæ duo nomina,ſi Ieſu conueniant,uideamus:Ipſe enim eſt dator gratiæ,& miſericordię, pius, & clemens, factuſq̃ iudex omnium,ut etiam omnes culpas ordinet per inflictam pœnam:Hinc dicitur collocandus in medio hædorum,& ouium,ut in nos gratiam,& clemẽtiam,in illos autem iudicium,& ſeueritatem exerceat:Ideo utroq̃ nomine

CHRI/STVS.

Moſes

Hiero.

Aquila

Pſalm.

Iſaias uocatur in Iſaia,qui de eius natiuitate uaticinando inquit:Paruulus natus eſt nobis,& uocabitur nomẽ eius admirabilis cõſiliarius אֵל גִּבּוֹר El gibor: Nam El ad tribunal pietatis, & gratiæ pertinet: Gibor uero ad menſurã iudicii & iuſtitiæ ſeueræ.Nec tantum his duobus extremis Deus agit nobiſcum,ſed medio temperamento harmonizans, & pulchrifaciens omnia

Dauid aliud ſortitur nomẽ,& dicitur תִּפְאֶרֶת tipheret:Quo ſæpius noiatur in ſacra ſcriptura,maxime a Dauide pleriſq̃ i locis,ut in pſalmo.96. בְּמִקְדָּשׁוֹ עֹז וְתִפְאֶרֶת hoz ue tipheret bemichdaſo: Pro quo habemus interpretatum: Confeſſio, & magnificentia in ſanctitate eius: ſed melius diceretur: Virtus & pulchritudo,uel gloria in ſanctuario eius:Tipheret enim collocatum in medio Archetypi repręſentatum eſt per ſanctum ſanctorum,in quod introibat ſacerdos legalis:In illud aũt ſupramũdanum, & non manufactum introiuit Ieſus factus ſacerdos in æternum:Vnde & habetur in ſecretiori theologia Hebreorum,q̃ in menſura,uel manſione ipſius tipheret eſt ſacerdos/Chriſtus vȝ Ieſus omnia expurgans/glorificãs,& pulchri/

Paulus faciens:hinc dicitur gloria,& pulchritudo. De altero inquit Paulus: Nos autem reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes in eandem imaginem transformamur.Sed cum imago idem ſit quod gloria/filius igitur/qui eſt

Augu. imago/eſt etiam gloria.De altero aũt dicit Auguſtinus in ſermone:Vbiq̃ Chriſtus Dñs pulcher occurrit: pulcher in cœlo/pulcher in terris,pulcher in patre uerbum, pulcher in matre caro: Et adeo pulcher hic noſter Ieſus

Ieremi. nazareus, ut omnes ſuos pulchros faciat,ut in Trenis dicit Ieremias,q̃.ſ. nazarei eius ſunt ſapphyro pulchriores,ideſt pulchriores cœlo p ſapphyrũ indicato.Huic quoq̃ menſuræ,quæ dicitur tipheret/aſſignat nomen magnum quadriliterum, & aliud nomẽ,quod ſcribitur וָדַעַת uaudahat,ideſt uita innoteſcẽs,aut uita ſciẽtificans.Et quid aptius illi,qui dixit:Ego ſum ueritas & uita,dans vȝ ſciẽtiam ueritatis,& uerã uitam? Nominatur etiã

Idem nomine magno q̃drilitero, ut clariſſime habemus a Ieremia dicente:Hoc eſt nomen,quod uocabunt eum יְהוָה צִדְקֵנוּ Adonai zidchenu,ideſt tetragrammus iuſtus noſter:de Chriſto enim uaticinabatur propheta,ut patet in antedictis.Gaudet itaq̃ Chriſtus etiam hoc nomine collocato in medio illorum duorum,ſcilicet אֵל & אֱלֹהִים :Et ſic exponũt Hebrei illud uerbũ

Miche. Micheæ/quod habetur in tertio uolumine Regũ:Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium ſuum,& omnem exercitum cœlorum a dextris, & a ſiniſtris:a dextris enim אֵל & omnis militia,quæ dependet a ꝓprietate ſignificata per אֵל a ſiniſtris autem אֱלֹהִים & omnes,qui dicunt filii Elohim:& qui dependent a proprietate ſignificata per illud nomen. Et quia ſummus Princeps tã ſecundum pietatem/q̃ ſecundum ſeueritatem iudicii aliquando remiſſius agit,& ſecundum ordinem ab æterno conſtitutum,adſunt & aliæ duæ menſuræ,uel ꝓprietates,unde immediatius & remiſſius influat;

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Non-Commercial 3.0 Unported License

Quæ etiam dicuntur duo ubera, quibus propinat lac ſapientiæ diuinæ & mel domeſticis ſuis. Et aliquãdo ambo ſimul uocãtur tertium cœlum, ad quod dicitur raptus fuiſſe Paulus, & multa imbibiſſe arcana ptinentia ad lac diuinæ ſapientiæ: & ſic Deus uocatur יְהוָה צְבָאוֹת & אֱלֹהִים צְבָאוֹת Adonai zeuaot, & Elohim zeuaot: Habet enim utrumq; tribunal pietatis & iuſtitiæ ſuum exercitum, eoꝝ vꝫ, qui militant ſub eo in pace, & clementia, in pugna, & iuſtitia: quæ duo exercuit Chriſtus nobiſcum agens; Pugnam, dum contra hoſtem humani generis bellans maximam reportauit uictoriam pro ſe, & pro omnibus nobis/dummodo ipſam uelimus, iuxta illud Apoſtoli: Deo autẽ gratias, qui dedit nobis uictoriã p Ieſum Chriſtũ Dominum noſtrũ. Pietate uero/gratia, clementia, & decore refertiſſimus fuit, ut ſæpius tactum eſt: immo gratia per ipſum facta, & communicata eſt. Effectus eſt itaq; merito princeps utriuſq; exercitus, & totius Angelicæ militiæ, ut explicat Paulus horum ſacramentorũ conſcius, & doctor, dum ait: Et cũ introduceret eum primogenitum in orbem terræ dixit: Et adorent eum omnes angeli eius. Quia uero Deus omnibus uitam communicat, & præſtat, unde omnia uiuant, ſortitur aliud nomen/quo dicitur אֵל חַי El chai, ideſt Deus uiuus. Vocat quoq; שַׁדַּי Sadai. i. ſufficiens pro omnibus/aut ſufficienter dans eſſe, uitam, & omne bonũ. Et Chriſtus noſter non tantum uocatus eſt Deus uiuus, ſed uita, præſtans non modo uitam cõmunem, ſed meliorem dicens: Ego uitam ęternam do ouibus meis, ideſt electis merentibus, & credentibus in me. Agens tandem Deus domeſtice & generali quodam influxu cum omnibus/dicitur: אֲדֹנָי & מֶלֶךְ Melech & Adonai, ideſt Rex & Dominus omniũ omnia gubernãs/Et Chriſtus a Iohanne in Apocalypſi dicitur Rex regum, & Dominus dominantium, & princeps regum terræ. Multa ſunt alia nomina pertinentia ad diuinitatem, quæ poſſemus adducere, ſed hæc ſufficient, quæ in ſcriptura ſacra celebriora ſunt, & a quibus alia omnia dependent, immo (ut dicũt ſecretiores theologi) omnia diuina nomina deducuntur ex quadriliteró, uel tetragrammo: quo cognito omnia alia cognoſcuntur: Et quo concluſo in nomine Ieſu/omnia alia intelliguntur in eodem concluſa.

Paulus

Idem

Idem

CHRISTVS.

Iohan.

Quomodo in nomine Ieſu omnia tam producta/q̃ diuina nomina includantur. Cap. VII.

NIſi uirtus omniũ nominum includeretur in nomine Ieſu, nõ diceret Apoſtolus: Dedit illi nomen/quod eſt ſup omne nomen. Magnũ quippe uerbum eſt/quo ait: Dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: Eſt quidem ſuper omne nomẽ rerum omniũ creatarum, etiam Angelorꝫ, ut alibi dicit Apoſtolus: Tanto melior Angelis effectus, q̃to differentius prę illis nomen hęreditauit. Et quia uirtus omnium nominum diuinorum includitur in nomine Ieſu, cũ

Paulus

reuerentia dicemus, q̃ hoc nomen ſit ſuper omnia nomina exprimentia attributa, uel proprietates particulares: Nam ſicut omnia dedit ei Pater, ſic etiam ipſi donauit nomẽ importans illa omnia, ut ſit ipſum nomen cõueniens nominato. Quanto etiam artificio omnia includantur in nomine ישׁוּ aliqualiter pcurramus. Apud eos, qui periti ſunt i arithmetica formali, numerus ſimplex indicat diuina, denarius cœleſtia, cẽtenarius craſſiora & corruptibilia, millenarius uero iterum diuina, & Deum, quem tandem omnia repetunt: Ideo in fine Canticorum dicitur: Mille tibi Selomo, ideſt tibi/qui es pax tua, & ducenti iis/qui cuſtodiũt fructus eius/ideſt nobis in carne corruptibili uiuentibus, qui cuſtodire quærimus mandata eius, ex quibus capimus fructus uitæ æternæ: Quam doctrinam ſequuntur ſapiẽtes Hebrei, dum declarant myſterium illud teruma, quod nos decimationem dicimus: in qua centenarius eſt populi: denarius uero, qui eſt decima centenarii dabatur ſacerdotibus uiris utiq; cœleſtibus: decima autẽ huius denarii/quæ eſt unũ/dabatur Deo. Ecce igitur, q̃ numerus ſimplicior datur Deo, centenarius craſſiori populo adhuc rudi, & corruptioni obnoxio, ſed denarius ſacerdotibus mediantibus inter utrunq;: Hæc autem omnia intelliguntur concluſa in nomine Ieſu: componitur n. ex tribus literis, quarum una importat numeꝝ ſimplicem/ſcilicet י alia/quæ eſt ' denariũ alia autem. i. ש centenarios includit. Nec mirandũ eſt, ſi littera importans numerum nõ unitatem/ſed ſenarium referat, quia non ſine ſacramento factũ eſt: Nam cum opifex ſummus deuenerit in fabricam per ſenarium, numerum utiq; primo perfectum, conueniens eſt, ut includatur in nomine uerbi incarnati, per quod facta ſunt omnia. Sed quanto myſterio egreſſus in fabricam fuerit per ſenarium, præter ea, quæ alibi dicta ſunt, hæc pauca perſtringemus. Monas, & ſumme unum fœcundum eſt, ideo alterũ producit, unde binarius cõſurgit: & inter producentem & productum eſt relatio mutua, ecce ternarius: complica modo tria, dabuntq; ſenarium ſic faciendo, unum &. 2. faciunt tria: quibus ſi adduntur tria, faciũt. 6. quorum primus ternarius collectus ex producente, producto, & relatione mutua, uel amore reciproco eſt in Deo: alter autem ternarius eſt in rebus creatis, cum omnia contineant ueſtigium Dei etiã in numero: habent. n. materiã, & formam, ex quibus reſultat compoſitum, quod tertium quoddã uocãt. Nec inſtetur de Angelis, quia etiam illi ſuam materiam, & ſuam cõpoſitionem habẽt. Eſt quoq; alius ternarius in unaquaq; creatura, principium vꝫ medium, & finis. Et bene inter literas ſignificantes numeros in nomine Ieſu ponitur ו per qđ arbor uitę deſignat, cũ ipſe fuerit & ipſa arbor uitę, & uita, & omnibus donans uitã. Ecce igitur q̃ belle in hoc nomine Ieſu indicãtur omnia incluſa fuiſſe in nominato, ut inquit Apoſtolus: Quoniam complacuit, Patri vꝫ, omnẽ plenitudinẽ inhabitare facere in eo, & per eum

Cantica

Paulus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Non-Commercial 3.0 Unported License

reconciliari,aut recapitulari omnia. Sed cum producta quælibet continentur in Christo homine,etiã rationes producentes,& operantes,quę sunt in Archetypo continent in Christo Deo:De quibus omnibus exarare longum nimis esset,& ulterius progrederemur,q̃. præsens exigat opus. Quomodo aũt principalia nomina Dei, & quæ frequentius in scriptura sacra aperte repetunt/in hoc nomine יהשוה Iesu cõtineant,adumbrabimus. Hoc nomen quadriliterum est celeberrimum/& frequẽtatissimũ, quod sic scribitur יהוה nec exprimi potest:sed quando legitur, pronuntiatur Adonai. Huius itaq; nominis duæ literæ p̃cipuę ו vȝatq; ה cõtinent in nomine ישוה Duo uero maximo mysterio mutãtur in ש:Dicũt.n.secretiores theologi,q̃ summus opifex Deus spiritualia omnia produxit per quandam uim significatã in priori ש:Corporalia uero per uirtutẽ signatam in posteriori ה Et cum omnia per uerbum humanatum,quod nominatur Iesus effecta sint/uirtutes,aut proprietates ipsæ signatæ per illa duo ה includunt in eo. Sed quia Iesus datus,& missus est nobis tanq̃ redẽptor, & ductor ad uerã quietẽ,quæ est uita æterna,imo factus est ipsa quies nr̃a, ideo in loco illoȝ duoȝ ה significantiũ rationes principii in nomine ישוה Iesu ponitur ש,qđ est principium שבת sabat,& ipsum significat,quod interpretatur requies. Ecce quot & quanta mysteria importantur in tribus literis huius nois ישוה IESV:Nam ו diuinitatem significat,ut est notissimũ apud ipsos theologos ו arborem uitę,& ש requiem:denoraturq̃,q̃ Iesus noster est Deus oẽs uiuificans utraq; uita,& tandẽ beatificãs in requie illa ęterna. Extat quoq; illud nomen quadriliteȝ alio mysterio in nomine Iesu, per uiam vȝ numerorum adiuncto nomine matris, a qua substãtiam corporis traxit: Nam quatuor literę illius nominis reddunt in numero.26.& nomẽ matris,quod est מרים miriã dãt.290:Qui numerus iunctus cũ illis.26. cõstituit.316,quẽ etiam numerũ dant literæ nominis ישוה .In quo denotat nominatũ ipsum a patre Deo, matreq; humana processisse. Per hanc eandem uiam numerorum concludimus conclusum in Iesu illud terrificum nomen שדי sadai: cuius literæ in numero dant.314: Cui numero si addatur binarius,qui corporaturam significat,cõstituit.316.qui est numerus literarum nominis ישוה, ut nuper diximus, Data ẽ quo huic uirtus illius nominis שדי sadai, quod semper terrificũ fuit in hostes humani generis:Vnde in Psalmo.90.qui factus est ad terrendos illos hostes,dicit Propheta:In uerba Sadai morabit: Pro quo nos habemus:In protectione Dei cœli commorabitur. Cum igit Christus cognosceret ipsius nominis uirtutẽ in suo fuisse conclusam Apostolis mysterium reserauit dicens:In nomine meo dęmonia eiicient,& cętera quę sequuntur. Est quoq; in nomine Iesu hoc nomen אל quod Deum significat:& אלהי quod idem est cũ suo plurali אלהים:q̃uis aliquãdo hoc

Dauid

CHRISTVS

nomen sit singulare,& importet singularem Deum diffusum, & multiplicatũ in multa creata. Hinc in mundi fabrica,quãdo Deus sese diffundendo in creaturas cœpit multiplex apparere,inducitur fabricans sub hoc nomine Elohim,dicente scriptura:Et dixit Elohim/& fecit Elohim,creauitq; Elohim:Quod aliqui non intelligentes male traduxerũt dicendo:Creauit Dii. Alii uero adiungunt cũ uerbo singulari nomen singulare dicentes,q̃ per illud intelligitur trinitas, & pluralitas personarũ: Sed uere & proprie exponendo, per illud nomen Elohim intelligitur opifex diffundens se in multa,uel iudicans multos per ministros multiplices exequens iudicium: Vnde in scriptura aliquando & Angeli exequentes Dei iudicia,& iudices iudicantes dicũtur Elohim,ut habemus in Exodo,quãdo fures,& damnificantes iubentur deduci ad Elohim,ut ab eis iudicentur:ubi nos traductũ habemus ad Deos hoȝ causa perueniet. Hoȝ igitur nominum non tantũ uirtutes,quæ sunt misereri, distribuere, & iudicare conueniũt in nr̃o Iesu, sed etiã mysteria literaȝ: Quæ si declarare uoluerimus, dubito ne ulterius pgrediamur,q̃ scribere,aut fari liceat:Aliquid tamẽ,uel in superficie percurremus:In hoc igit nomine אל prima litera est א,quæ explicata in suis literis dicendo אלף mille significat,quod iam attributũ declarauimus nr̃o uero Salomoni, qui est pax sibiipsi, & uerus Rex pacificus: Si uero numerus illarum trium literaȝ supputetur,grande adhuc insurgit mysterium/ל enim dat.30. ל .30. א unum:Qui numeri simul iuncti reddunt.iii. centenarium vȝ,denariũ,& unitatem,de quo supra diximus. Et si attendatur ad characteres numeroȝ,adhuc prospicietur mysterium: Sunt.n.tres emanantes ab uno charactere,qui unum importat,ut innuatur,q̃ trinitas personaȝ prouenit,& continetur in una unitate/sicut etiam pronuntiando ipsum א necesse est, ut explicemus in tres literas illas supradictas. Habemus igitur in א mysteriũ unicæ deitatis,& trinitatis: Sed huic additur ל, quod significat .30. in numero,idest tres denarios,ad denotandam uirtutẽ cœlestem munitã sanctissima trinitate,per quã Deus tanq̃ per causas secũdas disponit omnia inferiora: Quæ omnia si in Christo Iesu reperiantur, clarum est:Est enim IESVS principiũ significatũ per א/ sicuti ipsemet testatur dicẽs:Ego principiũ,qui loquor uobis.Et est in eo ratio trinitatis, dũ de Patre ait:Pater in me est:Et iteȝ:Ego & Pater unũ sumus.De Spiritu sancto quoq; inquit:Ille de meo accipiet.Ex quibus colligimus rationem trinitatis,& principiũ esse in eo,unde ipsi cõpetat nomẽ illa duo importans.Et hinc conijcere possumus/quomodo etiã uirtus supremi nominis cõtineatur in Iesu:Illud.n.est אהיה incipiens ab א & continens ה & duplex ה/Per qđ א scientibus mysteria lr̃aȝ denotatur pricipiũ primũ,& finis ultimus,cũ significet unũ, & mille,qui est cubus denarii, & ultimi numeri simplicis:Similiter ו importat pricipiũ, sicut eius interpretatio indi-

Exodus

CHRISTVS.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Non-Commercial 3.0 Unported License.

cat,& importat finem,cũ sit litera significans ultimũ numeꝝ:Vnde utraq; litera diuina est,& utraq; significat principiũ,& finem/qđ idẽ est:qa illud, qđ est principiũ reꝝ, est ẽt finis eaꝝ:& una figuratur p aliã:Nã ℵ figurat ex duobus ' iterposito trãsuersa ir uno ו:Idcirco i noie q̃drilitero,& in noie Iesu ponitur ' pro ℵ/& pro ipso ':Et sic hẽmus in noie Iesu mysteriũ duaꝝ lrarꝝ/& significata eaꝝ in ipso noiato:qa ipse Iesus est principiũ (ut nuper diximus) & est finis dãs quietẽ,& beatitudinẽ. Sũt quoq; in illo supremo noie duo ה significãtia duos exitus,pducẽtis in res ꝓductas:In qbus omnibus,pductionibus intercedit Filius,dẽpta ꝓductione suiipsius a Pre:Hinc dixit:Pr meus usq; mõ operat,& ego operor,secũ vꝫ oia,pducẽdo.Nec ulterius ꝓcedamus i hmõi mysteriis declarãdis/q̃uis plurima sint. Quia igit uirtus,& mysteria omniũ nominũ cõtinent in noie Iesu,nõ ẽ miꝝ si Paulus dicit,q; in hoc noie omne genu flectat cœlestiũ/terrestriũ/& infernoꝝ.

CHRI/STVS.

Paulus

Cur solũ Iesu nomẽ hodie inuocet a ueris Dei cultoribus. Cap. VIII.

CVm omnia noia,atq; uirtutes omnigenas ipsoꝝ cõclusas declarauerimus in Iesu,& eius noie,merito ipm nomen solũ inuocamus,iuxta Zachariæ uaticiniũ,quo ait:Et erit Dns rex sup oẽm terrã,& in die illa erit Dns unus,& nomẽ eius unũ. Nec aliquis inuenitur,qui fuerit rex uniuersæ terræ,& Dns,nisi Iesus,sub quo destructa idolatria oẽs habuerũt eum in Regẽ,& Dñm,paucis Hebreis dispersis exceptis,quouscq; insurrexit bestia illa Mahumeth:Nec tamen inde aliud datũ est nomen hominibus,in quo saluari possent,nisi nomen Iesu, ut dixit Petrus in Actibus Apostolicis: Quod diffundi iussit in omnes gentes,sicut quadriliterum nomen erat solũmodo notũ in populo Israelitico:dixit enim ad Ananiã de Paulo:Vas electionis est mihi iste,ut portet nomen meũ corã gentibus,& regibus,& filiis Israel:quod & fecit: Nam statim ex Damasco abiit Ierusalẽ,inde Tharsum Ciliciæ metropolim,deinde Antiochiã egregiã Syriæ urbẽ/Postea Phrygiã,Galatiã,Troiam,Macedoniã,Athenasq;,ubi uigebat mũdi sapientia.Post hæc Corinthum,Ephesum,Miletũ,Con,Rhodũ,& ꝑ insulas illas Achaiæ,& Græciæ ulterius proficiscens perrexit ad Arabes,& uenit in Italiam:& profectus est usq; ad Hispanos per Asiam & Europã portans,& diuulgans nomen Iesu:Et quod reliquũ mundi erat,cęteri Apostoli nominis huius uirtute cõpleuerũt,ut oẽs,& omnia petere possent in nomine Iesu,sicuti ipsemet docuit dicens:Quicquid petieritis Patrẽ in nomine meo, dabit uobis: Cuius noĩs tanta est uirtus,ut oẽs in eo ditari possint,dicente Paulo:Diues in oẽs,qui inuocant illum,idest nomen IESV,qđ tam lene,tã cõmunicabile,& diffusiuũ suiipsius est,ut oleo in Canticis cõparetur,ubi dicit:Oleũ effusum nomen tuũ, quia eius uirtus chrismate plena diffunditur in eos, quos tangit,sicut oleũ in pãno:& quia sanat,quia condit,& omnia facit,

Zacha.

Petrus

IDEM Paulus

Cantica

sicut ueꝝ oleũ scientibus ipm suscipere,& inuocare,sicuti Apli faciebant: Nã in noie eius loquebant linguis,dęmones expellebãt,infirmos sanabãt:

Petrus

QVid alii Vates prædixerint de hoc dominio, & regno dato noſtro Ieſu, aliqua de multis percurremus: Dauid enim ſub eius perſona loquens in Pſalmo ſecundo ait: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te: ubi in Hebreo habetur: הַיּוֹם יְלִדְתִּיךָ haiom ielidtica: per quod uocabulum haiom intelligitur æternitas ſine aliquo determinato tempore, ut bene interpretatur autor libri/qui dicitur/Eloquia pulchritudinis. Adhuc igitur ab ęternitate genitum, & natum temporaliter ſecundum carnem dicit: Poſtula a me, & bo tibi gentes in hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ: Poſtula, opere uidelicet exequendo, quod ſtatui, ut habeas legitimum dominium in omnibus finibus terræ: Quod habuit, & habet/quãuis diſciſſio mahumetica diuina diſpenſatione, non ſine ordine & myſterio permiſſa ſit: de qua grandis eſſet ſermo, ſed tantũmodo adducam, quod Paulus Dei arcanorum conſcius uaticinando Theſſalonicenſibus ſcribit: Ne uos terreat, aut uos ſeducat quiſpiam per ſermonem, aut per epiſtolam, quaſi inſtet dies Domini: quoniam non ueniet, in ſedem uidelicet maieſtatis ſuæ oſtendens authoritatem ſui imperii, niſi uenerit diſſenſio primũ: quæ uere & magna facta fuit per Mauhumet: & reuelatus etiam fuerit homo peccati, filius perditiõis, qui aduerſabitur, & extolletur ſuper omne, quod dicitur Deus: unde antichriſtus, & antideus, ideſt contra Chriſtum & Deum dicetur: Sed hũc interficiet Dominus Ieſus ſpiritu oris ſui, & redintegrabit ea, quæ per Mahumeticam beſtiam ſciſſa ſunt. Tunc aũt reget omnia in uirga ferrea, ideſt inſupabili & prorſus inuicta poteſtate: & tanq̃ uas figuli confringet eos, beſtiam ꝝ cũ ſecta ſua, & filium iniquitatis cũ patre ſuo diabolo, qui habet imperium mortis: tunc autem inimica deſtruetur mors. In alio quoq; Pſalmo idem propheta ait: Ipſe inuocabit me/Pater meus es tu/& fortitudo, uel rupis, aut confugium ſalutis meæ/Et ego primogenitũ ponam illum excelſum præ regibus terræ, ut merito dicatur (ſicut inquit Iohannes) Rex regum, & Dñs dominantiũ, & Princeps re/ Dauid Paulus Dauid Iohãnes

gum terræ, & ea, quæ ſequuntur, ut ſupra declarauimus. Iſaias quoq; ait: Et factus eſt principatus ſuper humeros eius: & uocabitur admirabilis cõſilii Angelus, uel admirabilis conſiliarius/Deus fortis/Pater futuri ſæculi, quod omnes iuſti expectant, tanq̃ uerum regnũ, in quo perfecta pace regnare debemus: Ideo ſubinfert, q; uocabitur Princeps pacis: Et paulo infe rius: Multiplicabitur eius imperiũ, & pacis eius non erit finis: Super ſoliũ Dauid, & ſuper regnũ eius ſedebit ꝝ, ut confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iuſtitia, amodo & uſq; in ſempiternũ. Ex quo ridendi ſunt ſcioli Hebreo ꝝ, aut obſtinatione excæcati, qui dicunt uaticinium illud in Ezechia eſſe completũ, cum nec Ezechiæ, nec Dauidis regnũ, familiaue ſecũdum carnem duret, immo regalis illa proſapia olim penitus extincta fuit, ut Ioſephus, & Euſebius narrant, remanente ſola paupercula Chriſti familia, quæ iam a regia pompa excluſa erat, quia ad aliud regnum aſpirabat, in quo uerificaretur oraculum. Chriſtus igitur regnum Dauiticum in melius cõmutans iam firma, & perpetua pace fruitur. Et ut omnis tollatur ambiguitas, q; uaticinium non loquatur niſi de Meſſiah, & de Deo homine, ſubinfert: Et uocabit אֵל גִּבּוֹר El gibor, ideſt Deus fortis: Quod dici nõ poteſt niſi de Deo, & de Meſſiah Deo & homine. Nec cauillentur Hebrei dicentes, q; El aliquando ſignificat fortem, quia eſſet nimis incõgruus ſermo, ſi diceretur: Fortis Fortis, cũ Gibor nihil aliud ſignificet, q̃ fortem, & robuſtum. Ieremias quoq; aperto ſermone hoc negotium prædicat dicens: Ecce dies ueniunt, dicit Dñs, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, pro quo Targon chaldaicum Ionatha ben ahoziel וְאָקִים לְדָוִד מְשִׁיחָא דְצִדְקָא uaachim ledauid meſſiah dezidcha/Quod ad uerbum interpretatum dicit: Et ſuſcitabo Dauidi Meſſiah iuſtum, ideſt ſuſcitabo in familia, aut domo Dauid Meſſiam iuſtum. Et regnabit rex, & ſapiens erit, & faciet iudicium, & iuſtitiã in terra. Nec delirent Hebrei dicentes hoc dictum fuiſſe de Ioſia, aut Ezechia: quia in neutro illorum ſaluari poteſt, quod ſequitur: In diebus illis ſaluabitur Iehuda, & Iſrael habitabit cõfidenter: Et hoc eſt nomẽ, quod uocabunt eum יְהוָה צִדְקֵנוּ Adonai zidchenu, ideſt tetragrãmus iuſtus noſter, uel (ut Symmachus interpretatur) Adonai iuſtifica nos. Neq; enim tempore illorum regũ ſaluatus eſt Iehuda, nec Iſrael habitauit cum fiducia, neque ſecundum regnum temporale, neq; ſecundum ſpiritualem cultum, aut æternum regnum/ſicut fuit, & eſt in Meſſiah, quo regnante ſtabilita eſt eccleſia, & cultus Chriſtianus, qui nunquã ceſſabit quouſq; duraturum eſt ſæculum: Quo etiam operante diſpoſitum eſt regnum, & in dies diſtributum, quod paratum erat a conſtitutione mundi, ſed nulli conceſſum, cum omnes rebelles, & filii iræ naſcerentur: Sed reconcilians nos Chriſtus reddidit illius regni capaces poſſeſſores. Et quod poſtremo ſubinfertur de nomine, quo uocabitur, minus illis regibus, Ioſeph. Euſebi. Ieremi. Tar.ch. Ionatha Symm.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

aut alicui puro homini competere potest: quia nullus homo uocari debet nomine illo magno quadriliteró, ut dicit Moses Aegyptius in libro de di/ rectione: Vnde sapiētiores Hebrei sponte fatētur oraculum loquutū fuisse de Messiah, ut habet in glossa quadam magistrali super Genesim, & ali/ bi a pluribus. Dauid iterum Spiritu sancto arreptus decantat. Dixit Do/ minus Domino meo, sede a dextris meis/donec ponam inimicos tuos sca/ bellum pedum tuorum. Et de quo loquatur ꝓpheta, ipsemet Christus ex/ ponit, dum phariseos interrogat, de quo loquitur propheta, de seipso ne an de alio: Non quidem uocaret seipsum Dominum suum. Cū igitur de alio loquatur, quē uocauit Dominum suum rex existens super omnē populum electum? Non quippe aliquem de subditis suis, nec exterum quempiam, aut gentilem: Idcirco de Messiah tantummodo loquitur, quem in spiritu uiderat Dominum suum, & rerum omnium, ut explicat Paulus cū Ephe/ siis apertissimo sermone dicens: Deus Pater suscitauit Christum a mortuis constituens ad dexteram suam in cœlestibus supra omnem principatum, potestatem, uirtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro: & omnia subiecit sub pedi/ bus eius: & ipsum dedit caput sup omnem ecclesiā, quæ est corpus ipsius: Et iterum cum Hebreis: Ad quem aliquando Angelorū dixit/Sede a dex/ tris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Omnes enim sunt administratorii spiritus, nō ergo domini: ideo nec ponendi sunt inimici sub scabellum pedum eorum: neq; sedent a dextris Dei. Restat igi tur/ut propheta loquatur de eo, qui imperat in cœlis, & dominatur super omnes reges terrę.

Mo. Ae

Dauid

Paulus

Idem

Cur Christus non dicatur regnare in domo Abrahæ, cum ipsi fuerit de eo primo facta repromissio. Cap. III.

g.ª 3.

ABraham citra omnem dubitationem dictus fuit pater electæ familiæ, pater fidei, præses existens, ut in Euangelio edoce/ mur, sinui, in quem confluebant omnes electi: nihilominus non dixit cœleste oraculum, cum Redemptoris annuntiaret conceptum, regnabit in domo Abrahæ, sed regnabit in domo Iahacob: Quod fuisse opinor, quia Abrahæ dictum est: Eiice ancillam, & filium eius: Gerit in hoc Abraham magni, & uniuersalis patris imaginem, qui habet filios bonos, & malos, iustos, & iniustos, super quos pluit, & so/ lem suum oriri facit: Ideo nō sine mysterio ex Abram uocatus fuit Abra/ ham, idest Pater multarum, & mixtarum gentium: Qui etiam in fœtu/ ra, & prole ipsius patris tenet imaginem: Habuit enim Izahac ex le/ gitimo coniugio, & Ismaelem ex spurio. Sed /heu me/ quo ingrediot? Quod erit paternæ, & diuinæ mentis legitimum, & spurium coniugium, ut ibidem Abraham possit ipsius tenere simulachrum? Fuit quippe legi/

timū coniugium Patri, quando ab ęterno essentiam suam tanq̄ propriam uxorē, uel (ut aiunt) obiectum proprium oculus ille diuinus intuitus est, & facti sunt intellectus uidens, & essentia uisa duo non in carne una, sed in mente una fœcundissima: quæ & Pater dicitur filium suum prædile/ctum generans, merito Izahac/idest risum, & oblectamentū, patris uideli/ cet denominatum. Hic est (inquit uox illa paterna) Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: Et hic est legitimus filius, qui naturaliter ge/ nitus omni dignitate, omniq; priuilegio donatus cōstitutus est hæres uni/ uersorum, per quem fecit & sæcula. Sed quis fuerit Ismael de spurio con/ iugio natus, impiū est primo aspectu uel hæc considerare, q̄ Pater ęternus habuerit filium ex alio, q̄ legitimo coniugio: Nec tamen prudentes aures offendit sermo, quis piæ audire pertimescant. Dicatur quæso, quomodo Angelicæ mentes, cæteraq; omnia extra Deum producta sint a communi omnium parente: Non quippe ex legitima/ & naturali unione illius pa/ ternæ mentis cum diuina essentia, quia ex illa tantummodo unigenitus ipsius prodiit, ueꝝ ex alia proculdubio, idest complacenti intuitione ideas omnium rerum in mente produxit, ad quorum exemplariū metas omnia exteriora confinxit: Quæ idearum cognitio, & rerū productio spuria qua/ dam denominatione effecta dici potest respectu naturalis intuitionis, ex qua legitimus natus est filius. Prima itaq; productione spuria natus est ille, de quo inquit Dominus in Iob: Ipse est initium uiarū Dei. Et hic est prin/ ceps rebellantium/ ut omnes sapientes conueniunt, & ille, qui opprimere uolebat legitimum filium: Qui si ad Christum comparatur, non est initiū uiarum Dei: quia Christus non fuit productus quo ad diuinitatem in uiis creaturarum: Nec est (inquit Paulus) huius creationis, sed ab initio, & an/ te sæcula genitus est filius per modum naturæ, ut dicunt Theologi nostri. Alia autem omnia non ex naturali, sed uoluntario, & complacenti coniu/ gio. Vidit tamen hic primogenitus ex spuria productione filium legiti/ mum cum humanitate assumpta futurum hæredem omnium, quem Pa/ ter ęternus proposuit ab omnibus Angelis adorandum, iuxta illud Pauli: Et cum introduceret eum primogenitum in orbem terrę, dixit: Et adorent eum omnes Angeli eius. Idcirco liuore tactus, & elatus superbia ille ne/ quam cœpit eum persequi, unde ex dignissima creatura draco teterrimus effectus est. Et stetit (inquit Iohannes) draco, qui est diabolus, ut deuo/ raret filium mulieris amictæ sole, & stellis duodenis coronatæ: Sed subla/ tus est filius, & dictum est in cœlo: Eiice ancillam, & filium eius, idest dele ctationem habitam in producendo illam nobilissimam creaturam simul cū ipso filio producto: Et proiectus est draco ille magnus, qui est diabo/ lus. Percutientur nonnulli incredibili forsitan admiratione interrogantes: Quomodo ex delectatione exteriori & Deo natus est ille, qui effectus est

Paulus Theol.

Paulus

Iohānes

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

diabolus,quo etiã pacto ipſe & delectatio,quæ erat circa eum producendum, & conſeruandum eiecta eſt, cum in Deo nec externa delectatio ſit, nec proiiciatur aliquid/tanq̃ reprobum a ſummo bono? Quibus ſatis ſufficienter reſpondere poſſumus declarantes, q̃ & ſi Deus optimus eſt fœlix ſine aliquo bono exteriori/ nulloq; bono nr̃o noſtrorum indigens, immo illa omnia nobis tribuens, Salomon tamen eius perſonã gerens canit in proSalo. uerbiis:Et delitiæ meæ eſſe cum filiis hominũ.Et ſi delectatur in humanis mentibus,conueniens eſt,etiam ut in ſupioribus, aut angelicis delectetur. Delitiatur etiã in ſingulis creaturis,quas produxit, ut paulo ante dixerat: Et delectabar per ſingulos dies,ideſt in unaquaq; forma apparẽte in creaturis meis,quæcunq; illa fuerit:Hoc.n.proprium eſt cuiuſcunq; artificis, delectari.ſ.in operibus manuũ ſuarum,in qbus imaginẽ, aut ſimulachrũ ſui ſentit,& intuetur,quod natura ipſa mirã affert delectationem artifici. Nec alia eſt apud me elegantior ratio, cur Deus tantũ diligat creaturas, niſi quia aliquid de ſuo ſentit in opere,& imaginẽ ſuam,aut ueſtigiũ conſpicit.Nec eſt delectatio ab opere exteriori proueniens,ſed ab ipſo opifice fluit ſimul cum idea,& forma rer̃,quæ omnes ductæ ſunt a ſuperno exẽplari:Quæ delectatio,cum tranſit in creaturas,merito ancillæ nomen ſortitur.Hanc igit̃ fugat a domo ſua regali cum filio, quando quis immundus,aut rebellis effectus reperitur indignus tanto ſympoſio,& regno.Expulſus eſt igitur primo ab illo regno ille nequã, & rebellis cũ ſuis ſatellitiãbus:quia uolebat effici hęres/& opprimere legitimũ filium:Qui ſpurius.i. natus ex cõplacenti delectatione tãdiu ſteriit in regno paterno , q̃ diu legitimũ filium reueritus eſt:Sed ſtatim cum inſurrexit in eũ,eiectus eſt ſimul cum ipſi adhærẽtibus:Et tunc ablata eſt ab eo imago Patris,& delectatio inde cõſequens: Nã ex Angelo pulcherrimo horridus coluber,& ex amico domeſtico inimicus atrociſſimus effectus eſt. In hoc igit̃ regno nõ adhuc pacato noluit Pater æternus,ut regnaret filius,qui Rex pacificus dicitur, cũ oportuerit, ut primo ponerent̃ eius inimici ſcabellum pedum ſuorum, ut ait cœleſte oraculũ: Nõ igitur dictũ fuit/ Regnabit in domo Abrahæ.

Cur nec in domo Izahac regnat,cui ſecundo facta eſt repromiſſio. Cap. IIII.

SEcundus pater electæ familię fuit Izahac, in cuius etiam domo non dicitur regnare Chriſtus:quia in eadẽ fuit, quẽ oderat Dominus, ut in Malachia inquit: Iahacob dilexi, Eſau Mala. autem odio habui: Hic datus eſt in ſeruitutem fratris minoris,& ab eo ſupplantatus, & ſpoliatus primogenitura , & tam diu ſeruus effectus, q̃ diu fratrem indebite perſequebatur: Quæ, ſicut & cætera,magno myſterio deſcripta ſunt in figuram rerũ melior̃: Hic &enim & opifices gerit imaginẽ,qui bifarium genuit hominem,prius animalem,quem

Paulus odit,deinde ſpiritualem, quẽ diligit,dicente Paulo : Prius q̃ uod animale, Moſes deinde quod ſpirituale. Quod & Moſes innuit,dũ ait:Formauit Deus hominẽ puluerem,aut fauillam de terra:& hoc quo ad hominẽ animalem:& poſtea inſpirauit,uel inſufflauit in nares eius ſpiraculũ uitar̃/quod in hebreo ſonat portionẽ illam meliorem,unde dicitur homo ſpũalis.Et quãuis alter alter̃ præcedat,gemelli tamẽ ſunt Eſau & Iahacob. Et iubet progeDEVS nitor,ut maior ſeruiat minori,dum ait homini meliori:Subter te erit appetitus tuus.Et tãdiu maiorẽ odit,quãdiu fratri,cui ſubiici debet,rebellis eſt. Nec eum in amicitiam admittit, nec in ipſo regnat Chriſtus, niſi minori natu ſeſe ſubmittat,ut cum Pilato diſſerẽs ait : Regnum meum non eſt de CHRIſTVS. hoc mũdo,in quo pręualet animalis homo/& Eſau/qui & Edom,ideſt rubeus,& ſanguineus dicitur:immo aperte fatetur inimicitias, quæ ſunt inIDEM ter eos/dum ait:Si mundus uos odit /ſcitote/ quia me priorem uobis odio Iacobus habuit.A quo edocti duo ſecretiores diſcipuli Iacobus & Iohãnes id aſſeIohãnes runt concordes:Qui uoluerit eſſe amicus huius mundi,inimicus Dei conPaulus ſtituetur.Et ut clare intelligatur,de quo fiat ſermo,Paulus poſtq̃ multa de homine animali,& ſpirituali diſſeruit,ſubinfert : Caro & ſanguis regnum Dei poſſidere nõ poſſunt,niſi v3 mutentur in melius, & in naturã ſpiritus, ut proſequitur dicens:Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere imortalitatẽ. Nec uacat a myſterio,q̃ minor maIdem iorem ſupplantat,& ſubiicit,dicente Paulo:Caſtigo corpus meũ,& in ſeruitutẽ redigo. Primogenita igitur aufert, dignitatem v3 præeminentię,& cultum Dei,qui ad ſpiritualem,non ad animalem hominẽ pertinet.Benedictionem quoq; non ſine myſterio præripit:quia benedicitur uera benedictione, qui Deo uacans proximũ debita charitate complectitur, ut habemus a noſtro uero progenitore dicente ad huiuſmodi pios quidẽ & beCHRIſTVS. gnos.Venite benedicti Patris mei,poſſidete paratum uobis regnum.Quã benedictionem præripit ſuaſu matris Rebeccæ, ideſt eccleſiæ, quæ docet ſanctificare hominem, ut capax ſit benedictionis illius magnæ, quã myIzahac ſtice innuit Pater Izahac/dum ait : Det tibi Deus de rore cœli,& de pinguedine terræ abundantiam frumenti , uini , & olei : & ſeruiant tibi populi , & adorent te tribus: Eſto Dominus fratrum tuorũ / & incuruentur ante te filii matris tuæ : Qui maledixerit tibi / ſit ille maledictus : & qui benedixerit tibi / benedictionibus repleatur. Prima itaq; portio iſtius benedictionis eſt de rore cœli / de rore utiq; illo ſupramundano deſignato per hermon,qui anathema mœroris dicitur. Ros eſt diſtillatio a cœlo denotans irrorationẽ gratiæ diuinæ, aut Spiritus ſancti,uel quodcunq; bonũ fluit a patria illa ſupercœleſti,ubi anathematizatus eſt omnis mœror, & dolor:Et hæc eſt prima benedictionis portio, quæ datur uero Iſraelitæ. Adiungit etiam de pinguedine terræ,non quidem omnem pinguedinem,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

sed frumenti, uini, & olei. Frumentũ uerum est illud, de quo confectus est panis uiuus, qui de cœlo descendit. Vinũ est expressum ab illa uite, quæ ait: Ego sum uitis uera. Oleũ est, de quo diuus Citharœdus canit: Vnxit te Deus Deus tuus oleo letitiæ. Et iterum: Oleo sancto meo unxi eum. Quæ omnia, cum alibi explicauerimus, declarata prętermittemus. Seruiant tibi populi, & adorent te tribus: quia uere benedicto a Deo omnia seruiunt, cũ omnia sint iustoꝝ. Hinc Apostolus ad recte incedentes ait: Omnia uestra sunt, uos autem Christi. Et Salomon, siue quisqs fuerit author libri sapientiæ, postq̃ de iustis multa bona protulit, hoc quoq; subinfert: Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis. Nec perturbetur quispiam, qꝺ boni in hac uita multoties affligantur, subiicianturq; , nec dominentur: quia nec Iahacob statim post benedictionem dominium obtinuit, & fœlicitatem: sed prius ꝓfugus fuit in Mesopotamia Syriæ, uxores duxit, filios genuit, discordiam filioꝝ sensit, peregrinatus est cũ tota familia in Aegypto, sub seruitute fuit eius posteritas, laborauit in luto, & latere, mare trãsiuit, deser tũ pagrauit, trãsuadauit flumina, debellauit gentes, & tãdẽ regnũ possedit: Quod etiã ipse sapiens tetigit dicens: In paucis uexati in multis bene disponentur, quoniam Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos se. Veꝝ non sine admiratione legi potest, quod sequitur. Esto dominus fratrũ tuorum, cum tãtum unum habuerit fratrem: Et cum iterum populos, & tribus ipsi subiecerit, cur postea in particulari fratres submittat. Altius (ut opinor) cõscendit oraculum, quã demonstret contextus facies: Sed hæc mirabilia in lege Domini recondita denudabimus, dũmodo ipse Dominus oculos nostros illustrare dignetur. Dicit Iohannes, qꝺ cum uellet adorare Angelum, qui loquebatur secum, ipsemet prohibuit dicens: Vide ne feceris, cõseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu. Nunc seruũ se cognoscit eoꝝ, qui habent testimoniũ Iesu, qui se prius adorari permittebat: Vnde quęso hoc? Profecto quia regnat in domo Iahacob, & nos cohæredes suos fecit ille, de quo dicitur: Et adorent eum omnes Angeli eius. Vnde post Christum non amplius funditur sanguis animalium ad placãdas potestates, & uirtutes cœlestes: immo omnes facti sunt administratorii spiritus (ut sequitur Paulus) in ministeriũ missi: Qui & nostri fratres sunt ex eodẽ Parente Deo ꝓgeniti, & seruiunt nobis. Pro qua benedictione præaccepta uehementer cõtristatur prior natu animalis homo, rugitq; clamore magno, quia nollet subiici spiritui, quousq; ueluti nouellus equus sub domitore mansuescat: Conqueritur, & rogat Patrem, ut saltem unam partem benedictionis seruatam donet, ut possit & ipse pręualere in aliquo: Vel resipiscens cupit cum fratre benedici, ut cum ipso corregnare possit: Dominiũ fratris non recusat, nec reuocari petit, quod ipsi (Deo iubente) tributum est, sed cupit & ipse cõbenedici. Super quo Pater, qui uult utrũq; saluare,

CHRI STVS Dauid

Paulus Lib. Sap.

Iohan.

Paulus

Idem

Iohan.

saluare, misericordia motus ait: In rore cœli, & in pinguedine terræ erit benedictio tua: Nam si animalis homo, etiam inuitus, spiritui subiicitur cupiens cũ eo benedici fit particeps benedictionis iam minori filio concessę, quæ est in rore cœli, & in pinguedine terræ: ut sicut quadrifarius fons est pro irrigãdo potissime homine spũali, ita ros, qui per numeros est eius cognomen, uel uagina, est ad irrigandũ hominẽ inferiorẽ, ut dicunt secretiores Theologi: Pinguedo aũt terræ in frumento, uino, & oleo est pro utroq; quia panis cœlestis, & uinum Deificum assumitur ab utroq; homine: sic & uterq; ungitur chrismate, & oleo sancto, sicut & uterq; pfunditur rore cœlesti, quãuis (ut diximus) in cõparatione alioꝝ influxuũ addictus dicatur homini inferiori. Benedicitur itaq; etiã hic homo, dũmodo cõtentus sit redigi in seruitutem spiritualis, quãuis sentiat repugnantiam magnã, ut lugeat clamore uehementi: Et tunc fit una familia, in qua Christus regnat. Nec tamen dicitur regnare in domo Izahac, ubi Esau, qui & Edom, quẽ interpretantur rubeum, & sanguineum, præesse uult: quia non regnat, ubi prævalet caro, & sanguis, quæ regnũ Dei participare non possunt, nisi cõuertantur in naturam spiritus, & redigantur in seruitutem eius. Si autem rebellis persistit Esau, efficitur de familia Ismaelis, & filius illius, qui de regno illo eiectus est, ut quibusdam dixit, qui regnaturus erat: Vos ex Patre diabolo estis: Et iteꝝ: Vnus ex uobis diabolus est. Ideo nec in ista familia, in qua adhuc sunt inimici, & rebelles, regnare debet rex pacificus, quousq; ponantur omnes tanq̃ scabellum pedum eius.

CHRISTVS.

Cur Angelico oraculo dictum sit regnabit Iesus in domo Iahacob in æternum. Cap. V.

EX diuino decreto ab Angelo proclamato habemus, qꝺ Christus regnare debet in domo Iahacob, qui ipsius typum expressissimũ gessit: Fuerũt enim ambo patres duodenæ familiæ, ille quidẽ figuratiuæ, iste autẽ ueręꝝ: Et fuerũt ambo principes diuinæ, & electæ familiæ: Iahacob enim dum pugnauit cũ Angelo, princeps, uel hæres Dei appellatus est: sic.n. Israel interpretatur: Et Christus, dum pugnauit contra mundi tyrãnũ, princeps regum terręꝝ (authore Iohãne) merito dictus est: Vterq; etiã familiæ suæ nomen dedit: Sicut.n. ab Israel ipsius posteri Israelitici dicti sunt, sic a Christo christiani: Non autẽ ab Abraham Abrahamitici, nec ab Izahac Izahaditici progeniti ab eis fuere denominati. In multis quoq; aliis conueniũt, ut prosequendo explicabimus: Verum aliqua obscœna, & absurda prœoccurrere uidentur de isto Iahacob, quæ mentem supramodum primo intuitu perturbant, & a Christi figuratione uidẽtur penitus aliena: quod vꝫ fratrem supplantauerit, & eius abstulerit primogenita: qꝺ duas sorores habuerit in uxores, nec earum coniugio contentus uel ad explendam libidinem, uel prolis amorẽ

Iohan.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

etiam cum earum ancillis se commiscuerit: Quis quæso huiusmodi uirum Christi sacramẽta præueniſſe,& eundem ipsum effigiasse credat,nisi alius exquiratur sensus, q̃ præbeat occidens literæ? Quicquid enim circa hunc uirum gestum est,ad sacramenta altissima pertinet: Supplantauit maiorem natu, & eripuit benedictionem ab eo,qui carnem & sanguinem effigiat,sicut facere debet uerus homo spiritualis.In Mesopotamiam a patre destinatur,idest ad eleuatam uocationem,de qua dictũ est:Nos ad cœlestia regna uocauit:Huic præceptum datum est:Accipe tibi inde uxorem, uitam uidelicet/aut operationem geminam,cui addiceretur: quæ sit de filiabus Laban, albedinis uidelicet superioris, cuius ille typum gerebat, uel claræ lucis,qua indiget,qui niger est,& tenebris circũuoluitur:Quod iterum aggredi incipit homo,a patre multis benedictionibus præuenitur: Quorsum etiam tendens sopitur aliquando illo somno,de quo dicitur: In pace in idipsum dormiã,& requiescam.Et tũc uidet scalam uirtutum,aut graduum,per quos in Deum ascendimus:de quibus iteꝝ Propheta:Ascensiones in corde suo disposuit in ualle lachrymarum in loco,quẽ posuit.De quo loco dicitur,q̃ erat pes eius in terra, idest in corde nostro ex terra fabricato : quod esse debet uallis quædam lachrymarum , cum nobis,dum terram habitamus lugendum sit,iuxta summi Imperatoris edictum,ut in patria cõsolemur. Cacumen autem scalæ cœlum tangere debet,quia illuc & mens,& oculus,& totus progressus figi debet : Per hanc uidentur Angeli ascẽdentes,atq; portantes ad Deum orationes,& opera nostra, & descendentes ad nos portantes gratias, & illuminationes cœlestes. Pleraq; alia arcana enarrantur,quæ duci nostro Christo,& familiæ suæ ad Deum pergenti occurrunt iucundissima : quibus pro tempore prætermissis,enodabimus,quæ sint hæ quatuor mulieres,quarum consortium habuit Iahacob,quãuis pro una tantũmodo seruierit. Hic igitur aduertendum est, q̃ harum mulierum duæ sunt uxores,reliquæ uero ancillæ,& concubinę. Illæ autem duæ sorores, quas ducit in uxores spiritualis homo figuratus per Iahacob,in cuius domo Christus regnat,sunt duæ uitæ,actiua scilicet & contemplatiua : quibus applicat & coniungit duas portiones , superiorem,& inferiorem:Neq; enim est homo de familia Christi,nisi se exerceat in uita actiua cum Martha , uel contemplatiua cum Maria , aut in utraq; cum Apostolis.Actiua itaq; figurata est in Lia, quæ laboriosa dicitur,& lippos habet oculos , & impeditos a clara uisione indicans,q̃ mens occupata in operibus exterioribus turbatur erga plurima, ut non possit perfecte uacare, & oculo interiori intendere diuinis:Contemplatiua uero in Rachel, quæ uidens principium interpretatur , & pulcherrima est: quia oculus mentis, & portio illa suprema uacans contemplationi speculatur Deum omnium rerum principium: qui cum pulcherrimus sit , ne-

Paulus

Dauid

CHRISTVS.

Plot. cesse est,ut oculus illum cõspiciens pulcher sit,dicente Plotino: Efficiatur pulcher,atq; Deiformis,si modo sit diuinã pulchritudinem inspecturus. Sed ordo (queso) huius negotii obseruetur:Pro Rachele suspirat,& seruit Iahacob,& tamen primo Liæ cõiungitur, eo q̃ spiritualis homo pro quiete,& uisione,quæ est in cõtemplatione suspirat:pro qua subiit iugum seruitutis Dei:nihilominus ut Lię,& uitæ actiuę coniungatur primo,necesse est,anteq̃ deueniat ad perfectionem contemplatiuam: Ideo patres illi antiqui decreuerunt,ne quis admitteretur ad uitã solitariam,& cõtemplatiuam,nisi exercitati per decem & octo,uel uiginti ãnos in operibus charitatis,& seruitiis monasterii:Hic est.n.mos patriæ,& familiæ Deo uacãtis, ut per opera pœnitentiæ,& laboriosa expurgatus homo cõscendat ad diuinoꝝ dulcem contemplationẽ:pro qua seruit iteratis septenis annis,quibus duplex homo bene expiatus,& initiatus Deo uacare possit: Est enim septenarius numerus creticus,purgatiuus,atq; remissiuus.Creticus quidẽ, quia in eo fiunt cõmuniter mutationes,& renouationes:Nam infantulus, utrum uicturus sit,septima hora dignoscitur: & post dies septẽ reiicit reliquias umbilici:& post bis septẽ incipit ad lumẽ uisus eius moueri:& post septies septẽ libere iã pupillas,& totã faciẽ uertit ad metus singulos circa uidenda:Post septẽ uero mẽses dentes incipiunt maxillis emergere:& post bis septem sedet sine casus timore:Post ter septẽ sonus eius in uerba prorumpit:Post quater septem nõ solum stat firmiter, sed incedit: Post quinquies septem incipit lac nutricis abhorrescere : In septimo ãno mutantur dentes in aptiores,& eodẽ anno plene absoluitur pfectio loquendi: completaq; secunda hebdomade pubescit, & incipit uis generationis moueri: In tertia ostendit flores,& lanugines:In quarta diffiniũtur incremẽta sta-

Dauid turę:In quinta completur iuuenilis perfectio:In sexta seruantur uires ante collectę:In septima ętatem perficit/ut consilio aptus sit.Cũ uero ad decades septenas deuenerit,ubi septenarius per numeꝝ completũ conducitur, tunc metã cõmunẽ uiuendi habet , dicente Propheta:Dies annoꝝ nostrorum in ipsis septuaginta annis. Et p hunc septenariũ numerum authores

Auth.me. medicinę multas alterationes in febribus fieri decernunt.Hæc perstrinximus,ut intelligatur, q̃ non sine causa describitur seruitus bis septenaria facta ab homine,qui uult incumbere Deo , & contemplationi: Ad quã si deuenire uult,oportet,q̃ bis mutetur,& transformetur a claritate in claritatem,ut possit oculum mentis figere sine ipsius offensione in ęterna illa

Eliseus spectacula. Indicatur & per eundem numerum expurgatio faciẽda,cum expurgatus sit:Ideo Eliseus huius sacramenti nõ ignarus iussit,ut Naamã lauaretur septies in Iordane.Et in lege sancitum est,ut leprosus mundandus aspergeretur septies in sanguine passeris.Et quia expiatio fit in septenario/remissio quoq; eundem numerum prosequitur,ut longa serie doce-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

mur in Leuitico, q uidelicet in ſeptimo anno remitterent debita, & quieſcerent agri, nulla exactione facta ab eis per cultum. In ſeptimo aũt quadrato fiebat plena remiſſio debitorum, ſeruorum, & omnium, quæ alienata fuerant. Hinc Petrus cum de remiſſione ageret, ſeptenarium numerum propoſuit dicens: Domine quoties peccauerit frater meus, dimittam ei uſq; ſepties? A quo numero Chriſtus reſpondens noluit diſcedere, ſed ait: Non dico tibi uſq; ſepties, ſed uſq; ſeptuagies ſepties conducens ſeptenarium per denarium numerum completum: Et de prudentia laudatur uilicus iniquitatis, qui centum non ſine myſterio reduxit ad quinquaginta: ut inde facilius remiſſionem conſequeretur/ ſicut diſſerit Hieronymus ad Galaſium / & apud eum Theophilus. Hunc tandem numerum ſeruauit Redemptor in Spiritus ſancti miſſione, qui uenit poſt eundem quadratum, ſicut in lege dabatur in ipſo quinquagenario plena remiſſio. Merito igitur Iahacob hoc numero laborans expurgatus remiſſionem conſecutus/ atq; in melius bis muratus deuenit ad ſuam Rachelem/ quæ contemplationem præfigurat. Sed redeamus ad uxores binas / quarum quælibet habet ſuam ancillam. Legitimæ itaq; uxores ſunt uita actiua, & contemplatiua, quibus duæ potentiæ Iahacob cõdelectantur/ intellectus uidelicet atq; uoluntas: uel (ut Academici docent) portio illa ſuperior intellectus, quam aliqui ſyndereſim uocãt, & portio rationalis, & diſcurſiua, quarum hæc uitæ actiuæ inſeruit / illa uero contemplatiuæ. Sed mirandum eſt ſacramentum / quomodo utraq; illarum ſuam præbeat ancillam. Habet utiq; portio illa ſuperior, & contemplatiua ancillam, qua creata hæc/ & inferiora contemplans delectetur: per quæ uiſibilia ad creatorem inuiſibilem conſcendat: Et hæc eſt ratio diſcurrens annexa ſenſibus, per quos ſenſibilia percipit: coniungiturq; ipſi noſter Iahacob, quando per hæc inferiora conſpecta uenatur opificis magnitudinem: Coniungitur uero Racheli, quando ipſum rerum principium, & omnium bonorum fontem in lumine ab eo emanante oculo mentis intuetur, & contemplatur. Habet etiam portio inferior, ſiue uoluntas, aut operatiua uirtus ancillam ſuam, delectationem uidelicet in rebus peragendis: cui delectationi, aut condelectanti uirtuti ſi coniungitur Iahacob, & ſpiritualis homo dirigens omnia in Deum parit & ipſa bonos fructus dignos uita æterna: Coniungitur Liæ, quando immediate agit propter Deum. Sed & nomina ancillarum, ſi cõueniãt, obſeruemus: Rachelis ancilla eſt Bala / quæ abſorpta, uel inueterata dicitur: Nam contemplans homo hæc, quæ miranda producta ſunt, ab eorum magnitudine abſorbetur in contemplationem creatoris, ad quem ſuſpirãdo uidetur ei uita longa, & tædioſa, ut clamet cũ propheta: Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt: Videturq; ipſi plus nimio in huiuſce inferioribus uetereſcere, ut accommodate hæc conſyde-

Leuiti.

Petrus

CHRI-
STVS

Hiero.
Theop.

Acade.

ratio inueterata dicatur. Altera ancilla eſt zelpha, quæ os hiãs interpretatur, ideſt deſyderium inexplebile, quod y3 in rebus iſtis pertractandis exoritur: Et hoc etiam bonum eſt, dummodo Iahacob, ideſt ſpirituali homini ſubiiciatur. In hac igitur domo, quæ tota Deo uacat, & ex qua cuncta colligitur eccleſia, regnat noſter Chriſtus in æternum. Et hæc, quantum ad ſenſum moralem pertinent, dicta ſint.

De fructibus huius domus, in qua Chriſtus regnat. Cap. VI.

SEd qui ſint fructus, quos Iahacob ex iſtis uxoribus, & ancillis ſuſceperit, uideamus. Primo/ non uacat a myſterio, q plures habuerit de Lia, q̃ de Rachele, quia plures de uita actiua, q̃ de contemplatiua, & tempeſtiuiores expectamus, q̃uis amabiliores de contemplatiua. Hinc, eſto q a Saluatore commendetur Marię electio, quia optima, Marthæ tamen ſolicitudo non uituperatur, q̃uis laboriоſa, & turbationes multas perſentiat. Optima eſt quoq; pars, quæ meritum actiuæ præſupponit, & altius conſcendere ſatagit: Ideo primus filius Rachelis dicitur Ioſeph, ideſt augmentum ad omnia, quæ in uita priori acquiſita ſunt. Hinc etiam declaratur, quare nouiſſimi fructus ſint de Rachele: quia y3 omnes fructus actiuæ, per quos ad contemplatiuã diſponimur, prę ſupponuntur. Hoc quoq; prætermittendum non eſt, q in ancillis non adulteratur Iahacob, neq; id ægre ferunt uxores, immo ſponte ancillas offerunt: quia & ſi in rebus creatis ſpeculandis, & pertractandis condelectatur homo, dummodo omnia in Deum dirigat, nõ peccat, immo meretur: Neq; ægre fert utraq; portio, quæ Deũ quærit immediate, ſed ſponte offerunt uiro etiam rerum creatarum delectationem, dummodo ipſæ

Rachel

ſuſcipiant proles ex ancillis conceptas: ideo dixit Rachel: Habeo ancillam Bala, ingredere ad eam, ut pariat ſupra genua mea, & habeam ex ea filios: Quod æmulata ſoror itidem fecit. Deuenientes autẽ ad particulares filios exordiamur a partu, a quo incipit ſpiritualis homo: quia longe facilius per actiuam, q̃ per contemplatiuam uitam fructus producitur. Ex ea igitur generatur primo Reuben, poſtea Simeon, Leui, & Iehuda. Reuben, qui interpretatur uidens per medium, intentionem ſanctam ſignificat: quę oia recto itinere in Deum dirigit, ne declinet ad dextram, neq; ad ſiniſtram.

CHRI-
STVS.

Et primogenita debet eſſe hęc intẽtio, ſi filios, & fructus dignos uitæ æternæ producere deſideramus: quod exerta uoce Saluator admonet dicens: Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit non habẽs aliquam partem tenebrarum, ſed ut lucerna fulgoris illuminabit te, per uerum y3 medium aſpiciens in obiectum, quo tendimus: Nam oculus hic (ut omnes conueniunt) intentionem ſignificat: poſt quam intentionem in rebus faciendis, & pręceptis obſeruandis ſequitur obedientia erga præcipientem, ut omnia ad nutum eius peragantur: Hinc ſecundo generatur

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Simeon/qui audiens/& obediens interpretatur. Subsequitur Leui, qui ap/
plicatus, additus, uel appositus dicitur: quia rectam habens intentionem
cum obediendi promptitudine, restat, ut applicet manus ad opus. Et quia
in cunctis, quæ facimus, Deum laudare debemus inuocato nomine eius,
ideo post hos nascitur Iehuda / qui laus, uel cõfessio a nostris dicitur: Sed
uidens contemplatiua uita, aut portio illa superior partum sororis festinũ,
atq; fœcundum sanctissimo zelo inuidit: Et cũ non se tã perfectam senti/
ret, ut parere posset, quia non adhuc expiata in Deum nequit figere ocu/
lum, ancillam præbet, idest contemplationem creaturarum, per quam a
creatura mundi deuenitur ad inuisibilia, & in Deũ: Quæ concipit, & parit
Dan, idest iudicium existimatiuum magnitudinis rerum diuinarum ex
his creatis, quæ contemplatur: aut iudicium, quo subtilissime sese damnat,
& expiat, ut tendere possit in Deum immediate: Post quem statim conci/
pitur, & paritur Nephtalim, qui dilatatio cordis dicitur: quia ex magni/
tudine rerum creatarum contemplata ab expurgata mente dilatatur cor,
ut currere possit in Deum: Hanc æmulata soror & ipsa præbet ancillam,
delectationem v3 in rebus pertractandis, quę tanq̃ calcar, & stimulus qui/
dam mentem nostram ad merita cumulãda solicitam reddit. Hinc postea
bene producitur Gad, qui succinctus dicitur, ad prædam v3, & cumulum
meritorum, quibus meritis ditata, & contenta quodammodo se beatam
existimat: unde Asser postea suscipit: qui beatitudinem significat: Quare
læta, & iucunda adhuc animatur ad prolem, quam geminam iterum su/
scipit Issacar & Zabulon: Quos; alter Domini memorãs, alter habitacu/
lum fortitudinis interpretatur: idq; indicat, q; perfecta uita actiua, & dita/
ta meritis, consummatoq; opere domum mentis disponit pulcherrimo or/
natu, ut suscipere ualeat cœlestem hospitem, de quo semper memorãs ipsi
Deo per contemplationem uacet. Quiescens igitur noster Iahacob produ/
ctis operibus a Lia susceptis, quæ ad ipsam uitam actiuam, & ad præam/
bula contemplatiuæ pertinent, restat, ut tantummodo Racheli, & perfe/
ctæ contemplationi incũbat: ex qua primo suscipit Ioseph / qui augmen/
tum dicitur, ad omnia v3 opera, & merita, quæ ex Lia, & ex utraq; ancilla
suscepit. Quapropter (ni fallor) hæc est optima pars non tantum, quia se/
curior, & iucundior, sed quia omne uitæ actiuæ meritum prę supponit, &
augmentum quærit: Ideo hunc partum plus cæteris diligit, quia omnibus
auctus est, & eo q; optima quiete ipsum genuerit. Nec a mysterio uacat, q;
ad hunc partum disposita fuerit Rachel ex mandragoris: quas primoge/
nitus Lię Reuben ei præbuerat, quem supra intentionem significare de/
clarauimus: nam eadem intentio, quæ præuia fuit in fructibus operatiuæ
uitæ, eadem etiam in progressu, & fructificatione contemplatiuę exquiri/
tur, ut utrobiq; per rectam, mediamq; lineam in idipsum inspiciat: Qua

intẽtione bene firmata uenit ad germina contẽplatiuæ uitę, Ioseph scilicet
& Beniamin, in quorum solummodo tribubus, & familiis non sine myste/
rio fuerunt domus Dei: Prima enim fuit in Silo, quæ est in tribu Ioseph:
Altera omnium celeberrima ædificata est in Ierusalem, quæ est in tribu
Beniamin: quo concepiu, & partu celebrior non expectatur. Primo itaq;
filio habito cœlestis contemplationis, & gustus, appositoq; ad omnia me/
rita iam acquisita, alter quoq; generatur, qui Beniamin fuit, & filius dex/
teræ interpretatur non alium significans, q̃ illum, qui sedet a dextris Dei,
Iesum Christum Redemptorem nostrum: quem omnes perfecti generare
debent in mente, & uisceribus: post quem, tanq̃ ultimam prolem parere
cessent. Illud quoq; aduertendem est, q; in eius partu moritur Rachel, por
tio v3 illa superior, & diuina nobis communicata, quia iam unita cum ipso
Christo in mente generato dicere debet noster spiritualis homo ei cedens
Paulus simul cum Paulo: Viuo ego iam non ego / uiuit uero in me Christus. Ipsi
nãq; plenissimo, & perfecto cedit portio, quæ ex parte est, & moritur, ut ui
uat in toto. Mortua itaq; Rachele i partu istius Beniamin sepelit i Ephra/
ta inter Ierusalem & Bethlehem, idest in abundãtia, & diuitiis cœlestibus,
sic enim Ephrata interpretatur: Quæ nec sine mysterio posita dicitur inter
Ierusalem/quæ est uisio pacis/& Bethlehem, quę domum panis significat:
Nam qui moritur mundo, & animali homini, aut qui moritur morte oscu
li, quod fit in excessu mentis (ut alibi enodauimus) sepelit in diuitiis abũ/
dantissimis, quæ dantur omnibus, qui inuocant illum, & collocatæ sunt
inter uisionem uerę, & supernæ pacis, & panem illum uitæ, quem qui mã/
ducat uiuit in æternum: Habet enim tunc principium uisionis beatificæ,
& uitæ æternę: ad quam conscendere cupit uerus Iahacob, & uerus Israe/
Iohan. lita, qui cõcipit & peperit fructus illos duodenos explicatos, & descriptos
a Iohãne in sua sacratissima reuelatione, ubi ait: In medio plateę eius, idest
in corde ueri Israelitę, & ex utraq; parte fluminis, ex utraq; v3 portione est
lignum uitę, Christus uidelicet, aut spiritus, uel gratia eius nos uiuificans,
& fœcundos reddens fructibus duodenis productis per singulos menses,
idest per singulas reuolutiones menstruales, & lunares, quæ continentur
sub una reuolutione solari. Maxima hic occurrerent mysteria explicãda,
Th.he. cur scilicet sol, cæteriq; planetæ in suo pleno, & proprio circuitu discurrãt
per duodecim signa confota (ut dicunt Theologi hebrei) a duodecim re/
uolutionibus magni nominis Dei, in cuius uirtute omnia fiunt: Et cur Lu
Plato na duodecies gyret per illud duodenarium in eo temporis spatio, quo Sol
semel percurrit. Et quid Sol, & quid Luna in nobis significent: Plato enim
in Symposio superiorem, & diuinam portionem in nobis solem nominat,
inferiorem uero discursum lunam: Et utraq; producit: sed inferior uirtute
superioris a uirtute diuina confotæ: pluriesq; gyrat ratio discursiua, q̃ su/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

perior, quæ magis fixa, & ſemper directa, uelut ſol in diuina ſemper intendit. Et ſicut utrunq; luminare per duodenarium circulum influendo, & producendo percurrit, ita Sol, & Luna in humano mundo per hunc duodenarium, tanq; per numeq; primo creſcentem fructificare dicuntur. Hinc & Paulus fructus ſpiritus, & uirtutum, qui in peragendis rebus produ- Paulus
cuntur, duodenarios enumerat dicens: Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, & cæteri, qui ſequuntur, iuxta numerum ſignorum, & articulorum principalium in humano corpore, & tribuum Iſraeliticæ domus, in qua Chriſtus regnat, & ad cuius oues, quæ perierant redimendas Redemptor uenit in mundum: Quæ (ut Origenes ait) non ſunt in- Origen
telligenda ſecundum carnem, ſicuti Ebionitæ toto (aut aiunt) cœlo aberrantes ſenſerunt, qui re & nomine pauperrimi ſunt, ſed ſecundum ſpiritum, uel in ſenſu morali, de quo diximus, uel in ſenſu allegorico, ut nunc latius explicabimus.

Quæ ſit hæc domus ſecundum allegoriam. Cap. VII.

SI autem a ſenſu morali ad allegoricum, uel anagogicũ procedere uoluerimus, clarius intelligimus, quomodo Ieſus regnat in domo Iahacob in ęternum: Quod ſecundum corticem literæ intelligi nequit, cum illa amplius nõ dignoſcatur, niſi in aliquibus reprobis & diſperſis. Nec domus, aut familia Dauid (in qua particularis promiſſio regni facta erat) reliquit aliquod ueſtigium, cum eius memoria amplius non habeatur iam extincta tempore Euſebii, & Ioſephi, ut ipſi referunt. Hęc igitur domus, in qua Ieſus regnat in ęternum, eſt eccleſia uniuerſalis, cuius illa typum geſſit: Quę per totum orbẽ diffuſa merito dicitur domus Iahacob, quem diligit, aut Iſrael, ideſt principis, aut heredis Dei ſummi, qui eſt Chriſtus Ieſus: De qua etiam (errore poſthabito) locutus eſt in euangelio, cui titulus eſt ſecundum Matthęum, Matthę
dicens: Non ſum miſſus, niſi ad oues/quæ perierant domus Iſrael, ueræ uidelicet, & nõ figuratiuæ tantum: Huius quidem tribus & familias duodenas ſedes duodenariæ, iudicium ſcilicet apoſtolicum cenſebit, ut promiſſum fuit a dicente: Sedebitis ſuper ſedes duodecim iudicantes duode- CHRI-
cim tribus Iſrael. Quod enim iudicium dari potuit, aut debuit Apoſtolis STVS.
ſuper familiam, in quam nullam penitus iuriſditionem haberẽt? Quodue dominiũ dari decuit filiis in progenitores ſuos? Apoſtoli enim fuerũt nobiliſſimi filii illius tunc temporis nobilis, & regię familię. Neq; in iſtos profugos & nobis extrarios collatum eſt iudicium, & dominium, atteſtante Paulo: Quid nobis de his, qui foris ſunt iudicare? Nam eos, qui foris ſunt, Paulus
Deus iudicabit. Non ergo illi, qui duces & principes facti ſunt in eccleſia iudicabunt extraneos, ſed tantummodo domeſticos: Forenſes autem, &

extrarios iudicabit ille, qui in omnibus primatum tenens Rex regum, & Dominus dominantium nõ imerito dicitur. Nec quiſq; ſibi perſuadeat, q; ex mera uoluntate Principis datũ ſit Apoſtolis illud iudicium, & illa conſeſſio, quia eſto q; ſit prima regula omnium, & poſſit eſſe pro ratione uoluntas, omnia tamen æquiſſimus Princeps, immo omnimodæ rectitudinis fons ordinate diſponit: poſſet qdem dare paradiſum ſine meritis, nihilominus milites iuxta pręclara cuiuſq; geſta remunerare decreuit: Poſſet itidem remittere illatam ſibi ab hoſtibus, & a deſertoribus iniuriam abſq; ulla pœnitentia, iuſſit tamen, ut quiſq; peccans legi pœnitentiæ ſubiaceat, iuxta grauitatem delicti: Poterat etiam ſolo nutu tribuere filio imperium, uniuerſiq; ditionem: non tamen id fecit, ſed potius ſtatuit, ut hæreditario, & bellico iure dominium ſibi acquireret, idq; debellatis, fugatiſq; hoſtibus quietiſſime poſſideret: ſiquidem primogenitus eſt illius, qui cuncta fabricauit: Hinc Magnanimus Imperator immaniſſimum humani generis tyrannum & principem mundi ad ſingulare certamen prouocauit, quem etiam fœlici marte ꝓfligauit: ſanguineq; ex generoſis ſuiipſius uulneribus effluente omnem humanam fœditatem lauit, & a peſſimo tyranno iniuſte oppreſſos in priſtinam libertatẽ reſtituit, ſummaq; hac liberalitate ſibi hominũ genus deuinxit: Hinc dictũ eſt: Oportuit Chriſtum pati, pro liberã- CHRI-
dis uidelicet captiuis, & ita intrare in gloriam ſuam: Cuius gloriæ pars eſt STVS.
dominium, & principatus omnium rerum. Simili etiam uia ſuos electos principes conduxit, quos miſit in uniuerſum mundum prædicare euangelium omni creaturæ, & unicuiq; partem mũdanæ familiæ conſignauit, ut eis prædicans, & docens ſanguinem etiam in teſtimoniũ doctrinæ expendens merito tribui, uel familiæ, aut genti, quam acquiſierit, tanq; filiis, & quodammodo redemptis (uirtute tamen ſummi redemptoris) præſideret. Et iſtæ ſunt ueræ duodecim tribus, ſuper quas præſidentiam, & iudicium uniuerſi Imperator & Redemptor Apoſtolis repromiſit: Quarum tribuum duodecim illæ Iſraeliticæ paruulę ſimulachrum fuerunt, & figura: & utraq; familia numero duodenario diſtributa eſt: Apoſtolica, ut duodecim orbis partes duodecim ſignis correſpondentes debito ordine proſequeretur: Illa uero Iſraelitica, ut duodenã eccleſiæ familiã eodem numero præſignaret. Et q̃optime utraq; partita eſt illo duodenario numero primo creſcenti, ſicut creſcentia omnia (ut ſupra tetigimus) annumerata ſunt. Creuit enim illa typica gens breuiſſimo tempore in immenſum, adeo, ut primo Aegyptum, poſtea terram illam promiſſam, quæ ſanctæ eccleſiæ ſimilitudinem geſſit, complerent: Creuerunt & duodenæ tribus ab Apoſtolis edoctæ, & acquiſitæ, ut breui totum orbem complerent credentibus. Aucta itaq; fuit, & eſt utraq; familia, ut æquet ſpatia immenſæ terrę illius Dauid
de qua Propheta canit: Credo uidere bona Domini in terra uiuentiũ: Ad

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

quam ſit introitus per duodecim portas cuſtoditas a duodecim Angelis: quæ ædificata eſt ſuper duodecim fundamentis: ſicuti & cœlum ipſum uiſibile partitum eſt in duodecim ſigna plena inumerabilibus ſtellis, ſicut in qualibet duodenaria familia fuerunt innumerabiles electi ultra duodecim milia conſignatorum.

Quanta conſonantia tribus illæ Apoſtolicæ diſtributæ ſint iuxta partitionem figuratiuę familię, & ſigna ſtelliferi cœli. Cap. VIII.

ILlud quoq; ſacrarum rerum myſterium attendendum eſt, q̃ duodenarius numerus ex quatuor trigõis, uel ex tribus quaternis naſcitur/diuiditurq; tãq̃ ſolidum quid in quatuor angulos: quod in hac utraq; familia, & cœlo ſtellarum obſeruatum comperitur: Differens enim dilectus Apoſtolus Chriſti de partitione illa cœleſti, & uero hoſpitio electarum tribuũ dicit: Ab oriente portæ tres: ab occidente portæ tres: ab aquilone portæ tres: Ad cuius ſimilitudinẽ factum eſt templum, per cuius quaſlibet tres portas intrare ſolebant tribus tres, ut in monumentis Hebreorum comperimus. Hoc eodem ordine & ſacramẽto caſtrametati ſunt filii Iſrael, iubente Domino, ad orientem tribus tres: ad meridiem tribus tres: ad occidentem tribus tres: & ad aquilonem tribus tres: Quæ cœleſtis familia cœli ordinem conſequitur, de quo dicunt Aſtronomi, q̃ orienti aſſignantur ſigna, uel imagines tres: meridiei imagines tres: occidẽti imagines tres: & aquiloni imagines tres. In regionibus autem ſubiectis tribus primis imaginibus, & oriẽtalibus prędicarunt tres Apoſtoli, Simon, Bartholomæus, & Matthæus: Et in regionibus directis a tribus figuris meridionalibus prędicarũt tres alii Apoſtoli, Thadęus, Andreas, & Thomas: Sed in plagis trium imaginum occidentalium concionati ſunt Iacobus minor, Iohannes, & Philippus: Regiones uero directæ ab aquilonaribus imaginibus creditæ ſunt Iacobo maiori, Petro, & Mathiæ: Hæc ſufficere poſſent ad eorum conuenientiam deſcribendam conticeſcendo (ut iubet Plato) a particularibus: attamen pro quanto Dominus noſtros colluſtrauerit oculos, particularia quædam percurrere tentabimus: quæ ſi plena conſonantia perſoluerimus, gloria ſummo reddatur concentori: ſi uero minus dixerimus, excuſent quæſo legentes imbecillitatem noſtram, quæ nec turbatur, ſi ſupremus Dominus ſeruis ſuis indignis aliqua occultauerit, quæ electis amicis cõmunicanda reſeruat. Freti igitur gratia illius, a quo omne bonum, aggrediemur etiam particularium quorundam concordiam explicantes ſub quo uero principe unaquæq; tribus militet, & per quam portam ipſo duce ingredi poſſit cœleſte regnum, quod obtinendum ſperat continua, & fideli militia: Et ut id faciamus, uidendum eſt primo, quo aſpectu, & qua cœli plaga una/

Iohan.

Aſtro.

Plato

quæq; typica tribus, & quo myſterio caſtrametata ſit: Poſtea uidendum cenſemus, in quos trigonos cœlum diſtribuatur, cuiq; trigono, aut cui ſigno unaquęq; regio dicata ſit: Deniq; qua plaga unuſquiſq; Apoſtolorum prædicauerit.

Qua diſtributione, & quo myſterio pro cœlo; aſpectibus caſtra locauerint ſingulæ figuratiuæ tribus. Cap. IX.

Aſtro.

ET ne quis exiſtimet diſtributiões regionum ad aſpectus cœlorum (ut docent Aſtronomi) eſſe ſuperſtitioſas, & uanas, ſacra ſcriptura perhibet, q̃ Deus, cuius opera omnia in ſapiẽtia diſpoſita ſunt, iuſſit tribus illas electiſſimæ familiæ Iſraeliticæ caſtrametari circa tabernaculum fœderis ad cœlorũ aſpectus triarias, & triarias, ut in numerorum uolumine legimus: Præcepit enim Moſi, & Aaron, ut ſinguli per turmas ſuas ſigna, atq; uexilla, & domos cognationum ſuarum caſtrametarentur per gyrum in circuitu tabernaculi fœderis: ubi Origenes: Hic formam dicimus eſſe præſcriptam, quomodo populus Dei egrediens de Aegypto ad ueram promiſſionis terram, & regni cœlorum gloriam ordinibus quibuſdam, & meritorum gradibus deducantur ſacramento quodam mirando / & ordine ſacro: Dicitur enim ad orientem Iehuda figet tentoria per turmas exercitus ſui: princeps Nahaſon filius Aminadab: numerus pugnantium ſeptuaginta quatuor milia ſexcenti: Prope ipſum tribus Iſſacar: princeps Natanael filius Suar: numerus pugnatorum quinquaginta quatuor milia quadringenti. Deinde tribus Zabulon: princeps Eliab filius Helon: milites numerati quinquaginta ſeptem milia, & quadringenti: & uniuerſa multitudo huius triarii exercitus militantis ſub Iehuda erant centum octogintaſex milia, & quadringenti. Vexillum caſtri Reuben uerſus meridiem: princeps Elizar filius Sedeu: computus bellantium quadragintaſex milia, & quingenti: & caſtrametabantur iuxta eum illi de tribu Simeon: princeps Salamiel filius Zuri Sadai: ſumma pugnantium quadraginta nouem milia trecenti. Poſtea tribus Gad: princeps Eliaża filius Rehuel: numerati milites quadraginta quinq; milia ſexcenti quinquaginta: ſumma uero omnium militantium ſub triario Reuben centum quinquaginta milia mille quadringenti, & quinquaginta, qui proficiſcebantur ſecundo loco: Sed tabernaculum teſtimonii portabatur a Leuitis / qui erant in medio caſtrorum. Vexillum caſtri Ephraim erigebatur ad mare, uel occidentem: princeps Eliſſamah filius Hamihud: militantes quadraginta milia quingenti: Et iuxta eum tribus Manaſſe: princeps Gamaliel filius Pedahzur: ſumma bellatorum triginta duo milia ducenti. Poſtea tribus Beniamin: princeps Abidam filius Gedeonis: numerus pugnatorum trigintaquinque

Numę.

Origę.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

milia quadringenti: Summa militantium ſub Ephraim centum & octo milia atq; centum, & hi tertio ordine proficiſcebantur. Vexillum caſtri Dan ad aquilonē: Princeps Ahihezer filius hamiſadai: Annumerati milites ſexagintaduo milia, & ſeptingenti: iuxta quos caſtra locauit tribus Aſſer: Princeps Paghiel filius Hocram: Pugnatorum numerus quadraginta milia, mille, & quingenti. Poſt quam tribus Nephtalin: Princeps Ahirah filius Henan: Milites erant quinquagintatria milia, & quadringenti: ſumma omnium militantium ſub Dan centum quinquaginta ſeptē milia ſexcenti: Sed ſumma omnium tribuum erat 603550, ſexcenta tria milia quingenti quinquaginta: quot litteræ radicales (ut aſſeritur) ſunt in toto Pentateucho. Nec ideo caſtrametari dicti ſunt ad cœli plagas, eo q; aſpectibus, & influxibus ſyderum ſubiicerentur/cum in pleriſq; ſacrę ſcripturæ locis declarentur exempti, ſicuti & Ptolemęus fatetur in Fructu/ſed Ptole.
ut reſpondeant ſupramundano cœlo/a quo præcipue omnes dirigimur: & cui omnes conformari debemus: in quo etiam ſunt quatuor cœli plagę: ut ex ſcriptura inſtruimur: Oriens/de quo inquit Iſaias: Nomen eius oriens: Iſaias
Et iterum: Vocans ab oriente iuſtum: Illinc enim uenit Meſſiah. Auſter, de quo Abacuch: Deus ab auſtro ueniet. Nec diſſident prophetæ/cum ab utroq; loco uenerit/ut notum eſt his/qui ſciūt denominationes illas/& cōuenientiā mundi inferioris cum Archetypo. Occidens/pro quo communiter Hebrei habent mare, aquas illas ſupremas indicat, cum quibus uenit Chriſtus, dicente Iohāne: Hic eſt Ieſus, qui uenit in aqua, & ſanguine. Iohan.
Neq; enim de aqua elemētari ſed ſupracœleſti & ſpirituali intelligi debet. Aquilo eſt rectitudo iuſtitiæ, a qua panditur, & manifeſtatur omne malū: quod a recto iudice primo dignoſcitur/poſtea punitur: Qui ſupramundani aſpectus priores ſunt his/ qui a curſu ſolis ſic denominātur: Et hi ab illis omnem uim, omneq; robur ſuſcipiunt: ad quorum aſpectus magno myſterio caſtrametari iuſſę ſunt tribus non ſolum illius typicæ familiæ, ſed ueræ, & militantis ſub principe Chriſto/ut ſtatim dicemus.

In quot trigonos cœli diſtincti ſint, cuiq; trigono, aut ſigno unaquæq; regio ſit ſubiecta. Cap. X.

EST in cœlo iſto uiſibili (ut oēs Aſtronomi conueniunt) quadruplex trigonus: Quorum primus eſt aereus, & orietalis ab oriente in ſeptentrionē uergens: cuius imagines ſunt Gemini, Libra, & Aquarius: & ipſoq; dñi Mercurius, Venus, & Saturnus. Geminis āt cū Mercurio ſubiiciunt Hyrcania, Armenia, Mantiana, Cyrenaica, Marmarica, & iferior Aegypti regio: Librę uero, & Veneri Bactriana, Caſpia, Syria, Thebais, Oaxis & Troglodytica regio: Sed Aq̄rio cum Saturno Sauromatica, Oxiana, Sogdiana, Arabia, Azania, Media Ethiopia: & hę regiōes pro maiori parte ad Aſiā interiorē ptinēt. Secūdus Aſtron.

trigonus terreus eſt, & meridionalis, a meridie in orientem tendens: cuius imagines Taurus, Virgo, & Capricornus: Domini Venus, Mercurius, & Saturnus: Tauro cū Venere ſubiiciuntur Cyclades, Maritima paruæ Aſiæ, Cyprus, Parthia, Media, & Perſis: Virgini cum Mercurio Græcia, Achaia, Creta, Babylon, Meſopotamia, Aſſyria, & Elam, unde Elamitæ. Sed Capricorno, & Saturno Macedonia, Thracia, Illyria, India, Ariana, Gordiana: Quarum regionum multæ ſunt in Aſia minori. Tertius trigonus eſt aqueus/ & occidentalis ab occidente in meridiem diſtentus: cuius imagines ſunt Piſces, Cancer, & Scorpius: Dñi Iupiter, Luna, & Mars. Piſcibus cum Ioue ſubiiciuntur Lycia, Lydia, Cilicia, Pamphilia, Paphlagonia, Nazamonitis, & Garamantica. Cancro uero & Lunæ Bithynia, Phrygia, Colchica, Numidia, Aphrica, Carthago, & tota Carchedonia. Scorpioni autem & Marti Syria, Comagene, Cappadocia, Metagonitis, Mauritania, & Getulia. Vltimus trigonus igneus aqlonaris ab aquilone in occidentem uergens: cuius imagines ſunt Aries, Leo, Sagittarius: Domini Mars, Sol, & Iupiter: Arieti & Marti, ſubiecta ē Britānia/pars Galliæ, quæ a Græcis Galatia dicitur: Germania, Barſania, Concaua Syriæ, Idumæa, & Iudea: Leoni, & Soli Italia, Appulia, Sicilia, Phœnices, Chaldei, Orſenii, uel Orchenii: Sagittario & Ioui Thuſcia, Celtica, Hiſpania, & fœlix Arabia. Hæc ſunt, quæ ex Aſtronomis potiſſime ex Ptolemæo aſtro Aſtro. Ptole.
nomoq; facile principe certa habere poſſumus: Et ſi quæ ſunt aliæ regiōes, ſubtilis indagator eas cū iſtis præcipuis concordare poteſt.

In quibus prouintiis, & quibus ſignis ſubiectis p̄dicauerit unuſquiſq; Apoſtolus. Cap. XI.

ET maxima quidem prouidentia (Spiritu ſancto ſic decernente) factum eſt, ut unicuiq; Apoſtolo aſſignata fuerit regio aliqua ab uno ſignorum directa, adeo, q; ipſi duodecim Apoſtoli prędicauerint in omnibus duodecim præcipuis cœli plagis conuenientibus cum duodecim imaginibus cœleſtibus. In trigono enim orientali ſubiecto Geminis, Libræ, & Aquario concionati ſunt Bartho: Simeon, Bartholomęus, & Matthęus: Simeon enim in Aegypto, quæ Gemminis aſſignata eſt, ſortem prædicationis habuit: Bartholomæus in Bactriana, Lycaonia, & Armenia regionibus Libræ ſubiectis: Matthæus in Aethiopia, quę Aquarii eſt. Nec dicam quemlibet Apoſtolum prædicaſſe Matth.
in omnibus regionibus, & ciuitatibus ſubiectis illi ſigno, cui reſpondet, ſed in aliqua illarum: Et hoc ſatis fuit pro collocandis in magna domo Dei duodecim fundamētis correſpondentibus duodecim imaginibus cœleſtibus, & duodecim intelligentiis præſidentibus, & duodenario illi ſacramentorum pleno: unde in ædificio illo ſupramundano, aut eccleſiæ Dei merito uniuſcuiuſq; Apoſtoli nomen collocatum eſt in fundamento, ſicut nomen

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Angeli uniuſcuiuſq; in ſingulis portis,ut habemus a cœleſti Iohanne,quæ ſuo loco (fauẽte diuino numine) latius explicabimus. Et aliquãdo unus Apoſtolus alterius coadiutor fuit:Paulus enim omniũ coadiutor ſolicitus fuit pro omnibus (ut inquit) eccleſiis,& præ omnibus laborans circunquaq; diſcurrit.In particulari autem Simeon, poſtq̃ Aegyptum totã peragrauit,tandem poſt mortẽ Iacobi ad Ieroſolymitanũ epiſcopatũ aſſumptus fuit,ut ſuppleret,quæ Iacobus martyrio p̃uentus perficere nequiuit: Matthęus quoq; ad Macedones acceſſit,qui ad Andreæ iuriſditionẽ ſpectabant:qui etiam ſimul cũ Simeone ad Perſides deuenere: & Iohãnes ultra Ionios Romã quoq; perrexit.In ſecundo uero trigono/& meridionali aſſignato Tauro,Virgini,& Capricorno p̃dicarũt Andreas, Thadæus,& Thomas:Andreas.n.In Achaia,& Græcia uirgini ſuppoſita concionatus eſt: deinde trãſiuit ad Thraces,& Byzantios Saturno & Capricorno ſubiectos,ut habemus ex Methaphraſte:Quæ regiones in Thomę ditione ſũt collocatæ:Et inde ad Bithynicã regionẽ,quæ Cancro & Lunæ ſubeſt Iohãni aſſignatã:Et inde ad Pontũ Euxinum,& p̃pontidis ambas partes: quæ uſq; ad Aſtaænũ ſinum pertinent:& rurſum nauigatione ſuſcepta p̃uenit ad Macedoniã, & Theſſaliã uſq; ad Iſtrum,& tandẽ in Patris martyrio coronatus eſt. Thadæus in Perſide,& Meſopotamia & partibus ſuperioribus ponti:quoq; Perſidem iam Tauro aſſignatã explicauimus: Thomas Indiã ſuperiorem,quæ ſummope barbaricis moribus tenebaẽ,in ſortẽ ſuſcepit:Brachmanas quoq;,& Hyrcanos ſubiectos Capricorno:Parthos in ſup,& Medos/q̃uis hi ſint de iuriſditione Thadæi.In tertio Trigono occidentali,cuius imagines ſunt Piſces,Cancer,& Scorpius,ſortẽ habuere Iacobus minor,Iohãnes,& Philippus:Hic.n.in Syria dicata Scorpioni cõuerſatus eſt:Iohãnes poſt Paleſtinã in Aſiã peragrauit, & ingreſſus Ioniã morabatur in Epheſo percurrẽs tñ aliquãdo p eccleſias,quæ ad Phrygiã,& minorẽ Aſiã pertinent Cancro & Lunæ ſubiectã:Iacobus aũt minor q̃ perrexerit,aut ſi diſceſſerit a Iudæa ex hiſtoriis nõ habemus, ſed tñmodo fuiſſe epiſcopum Ieroſolymitanũ uirum utiq; ſanctimonia, & deuotione inſignẽ:Hic ſaltẽ ibi docuit,quo conuenerant (ut Lucas narrat) illi,qui erant ex Cilicia,Pamphilia,& huiuſmodi regionibus,quę a Piſcibus aſpiciuntur,ut & ipſe gaudeat ſuo populo cõducto in obſequium Chriſti. In quarto trigono aquilonari,cuius imagines ſũt Aries,Leo,& Sagittarius, concionati ſunt Mathias,Petrus,& Iacobus maior: Mathiæ.n.in ſortem uenit Iudæa,Idumæa & concaua Syriæ, quæ Arieti ſubiecta eſt: Petro Italia/maxime Roma,quæ a Leone penitus regitur: Iacobo uero maiori Hiſpania,ubi uſq; ad p̃ſens fulget miraculis immenſis,quæ ſimul cum Celtica,Thuſcia,& Arabia fœlici a Sagittario,& Marte diſponitur. Quę omnia ſecundũ analogiã intelligantur relata ad ſupramundanos cœlos,

Iohã.
Paulus Simeõ
Matth. Iohã.
Andre.
Metha.
Thada. Thomas
Philip. Iohã.
Iacobus
Lucas.
Math. Petrus Iacobus

aſpectus,& planetas, ad quoq; duodenas metas formata eſt utraq; eccleſia:& cũ utraq; habeat eundem influxum,eadem cenſeri poteſt:Nam eccleſia noſtra eodem influxu confota,eodẽ ordine collocata,& ab eodẽ fluuio quadrifario egrediẽte de paradiſo uoluptatis irrigata,qua Iſraelitica familia,poteſt dici uera domus Iſrael,& tanto fœlicius,quanto meliori influxu gaudet.Pro hac igitur & pro ipſius ouibus,quæ perierant, dicit ſe uenisſe Saluator:qui non mutauit,ſed perfecit,cõglutinauit, & in meliorem ſortem deduxit familiam,& domũ ipſam: Sic & principes iſtius familiæ fœlicius hanc rexere,q̃ principes domus illius figuratiuæ:ſed utriq; maxima concordia:de qua ſtatim (duce & fauente Deo) diſſeremus.

De conuenientia Apoſtoloq; cũ ſignis cœleſtibus. Cap. XII.

ET cũ nõ ſine myſterio unaquęq; regio ſuo ſigno ſubiecta aſſignata ſit uni Aplo,hinc p̃currẽdã cenſeo cõuenientiã,quã habet unuſquiſq; Apoſtolus cũ ſigno regiõis ſibi aſſignatæ:qđ ut faciamus,uidenda ſunt propria nomina Apoſtoloq;,put ex monumẽtis reconditiſſimis Hebreoq; excipere potui:quæ nomina cõueniũt cũ in nominibus quæ habenẽ in דִּבְרֵי הַיָּמִים ,ideſt in uerbis dieq;. Et hæc nomina ſunt, Primũ ipſoq; Apoſtoloq; principis שִׁמְעוֹן הַכֵּפָא Simehon hacephi,qui a nobis dicitur Simehon Petrus: Simeon.n.audiens, uel obediẽs interpretatur:hacephi autem eſt petra, & non caput,ut aliqui decepti affirmant:non.n.eſt uocabulum Græcũ,ſed Syriacũ petrã ſignificãs. Secũdi apoſtoli nomẽ eſt אֶלְעָזַי Aleuzi,ideſt Deus fortitudo mea: pro quo nos habemus Andreã, qui rñdens pabulo interpretaẽ. Tertius eſt Iacobus maior,qui proprio uocabulo dicitur יַעֲקֹבָה Iahacobah.i.oppriməs:ſed lr̃is iuerſis more hebraico dicẽdo קַבָּע cabah, galeã,aut galeatũ ſignificat. Quarti nomen eſt פּוּלִי פּוּשׁ Polipos.i.humile os,aut humiliatio oris:pro quo nos Philippũ habemus.Quintus בְּרַכְיָה Barachiah,ideſt benedictus a Domino:pro quo neſcio quo modo habeamus Bartholomæũ, quẽ filiũ ſuſpendentis aquas interpretãtur: Bar enim eſt uocabulũ potius chaldaicum:q̃ hebreũ,nec in nominibus hebreis aliquando reperitur Bartholomæus.Sextus יוֹחָנָה Iochana,quẽ Iohannem dicimus,& Dei gratia interpretatur.Septimus תַּמְנִי Tamni,qui Thomas eſt, & geminũ,uel dydimũ importat.Octauus מְדוֹן Medon,ideſt diiudicans:pro quo nos habemus Matthæum,quẽ donatũ interpretantur aliqui exiſtimantes nomẽ illud deſcendere a uerbo נָתַן natan, quod dedit, aut donauit ſignificat. Nonus Iacobus Alphei, uel Iacobus minor,qui proprie dicitur יַעֲקֹב Iahacob, quem ſupplantatorem, aut ueſtigiatorem,uel imitantem ueſtigia ſignificat.Decimus Thadæus,qui proprio uocabulo dicitur חַסְפָּא Chatepha,ideſt comprimens,uel uim inferens,& nõ a יְהוֹדָה Iodah,quod laus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

interpretatur. Vndecimus Simon Cananeus, qui ꝓprio uocabulo שִׁמְעוֹן Samam, quod interpretatū dicitur nomen matris, aut destruēs eos. Duodecimus יְהוּדָה Matāia, ideſt donatus a Deo, qui ſorte (Deo iubente) electus fuit in loco proditoris. Proſequētes autem ordinem caſtrametationis, & conuenientiam familiaꝝ Apoſtolicaꝝ cū tribubus Iſraeliticis, & cœlocꝝ aſpectibus, ad quos caſtrametati ſunt, incipiemus a Samam, cui geminæ interpretatiōis Geminoꝝ imago attributa eſt: Et bene nomen matris ipſi competit: quia (ut in quibuſdam occultiſſimis monumentis repperi) frequentabat inuocare nomen ſummæ matris Mariæ uirginis, cuius fauore hoſtes Chriſti, & eccleſiæ deſtruebat: quem æmulans eccleſia ſupplex ait: Da mihi uirtutem contra hoſtes tuos. Et quia feruidus fuit in hoſtes Chriſti, hinc merito Cananeus, ideſt Zelotes dictus eſt: qui etiam ranꝫ cœleſtia brachia corporis myſtici amplexus eſt fidem, honorem Chriſti, & eccleſiam Ieroſolymitanam, quæ tunc inter omnes eccleſias præcipua erat. Pro illius itaq; defenſione, & tutela fidei Chriſti cū ipſo crucis patibulum ſuſtinuit. Libra, qua æqua lance appenduntur cōmutanda, & diſtribuēda, Bartholomęo, uel Barachię dicata eſt, qui bñdictio Domini dicitur: Nam benedictio Domini æquo libramine, & debita portione diſtribui debet, & aqua gratiaꝝ iuſta ſtatera appendi, ut unuſquiſq; in pace quieſcat: Hinc fit per illum, qui uirtutem haurit a ſigno cœleſti, & influxu ſupercœleſti, qui membris ſeſſionis preficitur. Mattheus, qui Midon dicitur, & diiudicans interpretatur, Aquarium poſſidet, qui eſt ſignum reſpondens cruribus, qbus bene diiudicans inter diuina, & terrena, recedens a terrenis, quibus abundabat ſedens in Teloneo, iter arripuit poſt Chriſtum ad cœleſtia, ſcripſitq; euangelium, quod pro cruribus, & firma columna chriſtianę religionis habetur. Thadæus, qui Chatepha, ideſt conculcans, comprimens, aut ui rapiens dicitur, Taurum ſibi uendicat collo correſpondentem: quia ſicut hic collo iugo ſubmiſſo omnē terram quāuis aſperam domat, & ſoluit, ſic Thadæus ſtatim ſuppoſito collo iugo Chriſti ad inferioris ponti regiones uenit, ubi efferas, atq; indomitas nationes, quaſi belluarū more degentes ſuo ſancto dogmate (ut in geſtis eius legimus) chriſtianam religionem erudiens fidei dominicæ ſubiugauit: durumq; barbaricarum gentium ad fidem reducendarum iugum portauit. Andreas, qui Eleuzi, ideſt fortitudo mea, Virginis regiones in præcipuam ſortem habuit, exiſtens & ipſe uerus Virgo, integerrimę uidelicet uitę, & primogenitus illius, qui corona uirginum exiſtens in horoſcopo habuit Virginem, & de Virgine natus eſt. Huius itaq; fauore redegit in ſeruitutem regiones Virgini dicatas docens cōprimere illa, quibus Virgo præeſt, & omnia uaſa luxuriæ, ut ſeruirent Deo in mūditia cordis & corporis. Thomas, qui Didymus, aut Geminus dicit, Capricornū poſſidet, qui geminoꝝ antiſius exiſtit, & ipſe geminus,

Simeon
Eccleſia
Bartho.
Matth.
Thadę.
Andreas
Thomas

minus, quia Sol illuc intrans incipit geminare curſum denuo aſcendens. Et ſicut Capricornus in Zodiaco extremum poſſidet locum, ſic Thomas ad Indiam uſq; extremam terræ habitabilis regionem concionaturus acceſſit: Ibiq; incolaꝝ genua duriſſima ad redēptoris cultum ui mirabili flexit, quam ſuſcepit a ſupramūdano Capricorno, qui corporeis genibus, & melioribus pręeſt. Iacobus minor Iahacob. i. ſupplantator, aut ueſtigiator nuncupatus Piſcium ſignum, & regiones eius adeptus eſt: Hoc. n. ſignum pedes reſpicit, a quo & melioribus piſcibus uirtutem hauriens didicit, & docuit ſupplantare, atq; conculcare omnia inferiora, & perfecte obſeruare ueſtigia Chriſti eius pfectus imitator: Nazareus. n. fuit Ieſu Nazareni diſcipulus, nunq̄ tonſus, nec uiribus diminutus, templum frequentabat, & orationem, adeo, ut eius genua duritiem camelocꝝ, Hieronymo teſte, ſuſceperint. Sed fœlicius intrauit in tabernaculum non manufactum, in quod Chriſtus ſemel introiuit pro omnibus: Vinum & ſiceram non bibit, neq; omne, quod inebriare poteſt, & diſtrahere a Deo, & diuinis: non tamen inde Chriſtum excedens, qui uinum bibit, cum hic ebrietatē pati nequiuerit omnibus pdominans, a quorum multis abſtinere debent, qui ipſius Chriſti uolūt ſequi ueſtigia. Iohānes, qui & Iochana, Dei gratia dicitur, cū Cancro conuenit omniū ſignorum ſublimiſſimo, ſicut ipſe ſublimiſſimus fuit in charitate omnium uirtutum pręcipua: iuxta illud Hieronymi: Qui priuilegio amoris cæteris altius meruit honorari. In ipſo quoq; uerus ſol ſublimiſſimum ſe oſtendit, ſicuti eius doctrina, & priuilegia indicant, ueluti hic ſol ſublimē ſe prębet in Cancro: cuius imago pectus aſpicit repręſentans illum ſuperiorem fautorem pectoris illius, in quo dormiens Iohānes potauit (ut ait Hieronymus) fluenta euangelii. Philippus, qui Liposdicitur cum Scorpione cōuenit, qui ſemper os humile, & depreſſum in terram portat, & inguini præeſt: qui ſi in malum accipitur, & uenenoſi ſcorpionis figuram gerit, illos ſcorpiones malos innuit, qui blanditiis decipiunt homines, & benignitate ſimulata inguinē, & omnia uaſa laſciuię, & concupiſcentiæ in luxuriā mouent: de quibus in Apocalypſi: Data eſt locuſtis poteſtas, ſicut habent poteſtatem ſcorpiones terræ: Non quidē hæc paruula animalia, ſed nequiora iſtis, quæ aliquantulum infra referans ait: Et habebant ſuper ſe locuſtæ. ſ. & ſcorpiones angelum abyſſi, cui nomen Abadon. i. exterminator, ſuper quos calcandos dedit Chriſtus Apoſtolis poteſtatem. Si autē in meliorē ſortē accipiatur ſcorpio, ille cœleſtis v3, ut fieri debet, tunc antidotū eſt, & medicina ſcorpionis huius uenenoſi, ſicuti ſerpens ille ſuperior, cuius imaginē iuſſit Dominus erigi in deſerto, in medelam fuit coꝝ, qui mordebantur a ſerpētibus uenenoſis: Cum hoc igitur meliori ſcorpione cōuenit Philippus, qui patrem uidere flagitabat in ſanitatem incredulitatis, & uulneris illati per morſum antiqui ſerpētis: quod

Iac. mi
Hiero.
Iohānes
Hiero.
Philip.
Apoca.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

fuit potissime obscuritas, ignorantia, & impotentia rerum diuinarum ca/
pescendarum. Cum ipso quoq; sermonem habuit Christus, quando de pa/
nibus satagebat prouidere in salutem animæ & corporis turbæ defessæ,
dum sequeretur Christum: Qui etiam eunuchum sanauit medela ueritatis
declaratę. Hic quoq; humilis ore & corde inguina lasciuię bullientis com/
primit: Nullus enim potest esse continens, nisi Deus det: nec donat Deus,
nec audit, nisi humilem, & trementē uerba ipsius. Mathatia, qui & Ma/ Math.
thias donū Dei dicitur, uel donatus a Domino, quia peculiari sorte Apo/
stolorum cœtui donatus fuit: Dixerant enim Apostoli: Domine ostende,
quem elegeris ex his duobus unum. Arietem sibi uendicat Deo sæpius in
lege oblatū, & donatū: Habuit autem in sortem regionem Iudeę, regio/
nem quippe sorte distributam electo populo. Symeon, qui caphi. i. Petrus Petrus
dictus est, Leonem, Romā, & omnia directa a Leone ferarū principe me/
rito sibi subiicit princeps Apostolorum effectus: In quo uerus sol, sicut hic
cœlestis in Leone, ostendit maximam uim: tantā enim uirtutem ei contu/
lit uerus sol, ut sola umbra sanitatem conferret infirmis, & summum api/
cem in Apostolico cœtu, & tota ecclesia tenens eam potestatem haberet,
cui portę, & uirtutes infernales cederent: Vnde fuit uerus Leo, de quo Sa/ Sapiē.
piens in Prouerbiis ait: Leo potentissimus bestiarū ad nullius pauebit oc/
cursum. Iacobus minor, qui & Iahacobah, opprimens/ sed litteris inuersis
galeatus dicitur, Sagittarium obtinet, qui Hispaniæ præsidens effectus Iacob.
fuit oppressor gentilitatis salutis galea obtectus & defensor populi hispa/
niaz, quem suscepit, hucusq; miraculis, & magna tutela eū protegēs: Nec
tantum illius populi tutelam accepit/ sed cunctorum, qui ad ipsum confu/
giunt omnibus suffragiorum beneficium præstans. Hæc percurrimus, nō
tantum ut demonstraremus cōuenientiam Apostolorum cum signis cœ/
lestibus a quibus absoluti, & cœli effecti enarrarunt ubiq; gloriam Dei,
sed ut innueremus eam correspondentiā harmonicam, quam habent cum
supercœlestibus signis, & cum duodecim præsidibus signorum cœlestiū,
ut sicut illorum presidum nomina scripta sunt in portis supernę ciuitatis,
ita hi apostoli effecti fundamenta concinna portis, & toti ciuitati orna/
rent ipsa fundamenta nominibus eorum: Hauriebant enim uim suam
non a cœlestibus signis, sed simul cum tribubus duodenis a melioribus
fontibus/ de quibus dicitur in Psalmo, Benedicite Deo Dño de fontibus Psal.
Israel: Ibi Beniamin, ibi principes Iuda, pricipes Zabulon & Nephtalim/
& quicunq; principes ad utrasq; tribus ueras, & figuratiuas pertinent: a
quibus fontibus hauriēs utraq; familia breuissimo tempore creuit in im/
mēsum numero/ & charismatibus, sed multo fœlicius Apostolica & Chri/
stiana familia/ quę non tantum creuit in sexcenta tria milia quingentos &
quinquaginta/ sed in turbam copiosissimam ex omni tribu & lingua, po/

pulo & natione/ quā dinumerare nemo poterat. Nec solum cum figurati/
uis & umbraticis charismatibus, sed ueris & manifestis.

Conueniunt etiam Tribus cum imaginibus, ad quorū aspectus castra/
metabantur. Cap. XIII.

ETsi (ut diximus) populus Israeliticus exemptus erat ab
influxu syderum, nō tamen habebatur pręter ipsorum ordi/
nem/ sed illis correspondebant/ ut ab eorum numinibus, & a
uirtute magni nominis sua circūuolutione in ipsa partiti/ sa/
uorem susciperent, & amplecterentur omnia/ quæ signis illis correspōdēt/
omnium domini effecti maxime in figurata familia. Hinc figuratiua/ cui
omnia in figura contingebāt/ castrametari iussa est ad cœlorum & signoz
aspectus: Ad orientalem. n. plagā, ubi sunt hæ imagines Gemini/ Libra/ &
Iehu. Aquarius/ castra locarunt Iehuda, Issacar, & Zabulon: Iehuda confessio
uel celebritas interpretatur, quę debet dari geminæ naturæ Messię, aut
Deo qui dedit geminā legē, quæ tamē una est, sicut illę duæ imagines ge/
Mer. minoz pro uno signo computātur: Quā legē interpretatus est Mercurius
melior, q̄ ille qui Geminis p̄sidet: uerus. n. eius interpres ille fuit: de quo in/
Aba. quit Abacuc. Hic est Deus noster, qui adinuenit omnē uiam disciplinę, &
tradidit eā Iahacob puero suo, & Israel dilecto suo: post hæc in terris uisus
est, & cum hominibus cōuersatus est proprio ore ipsam legē interpretās:
ad quam acceditur per ueram cōfessionem fidei, tam corde q̄ ore, dicente
Paulus Paulo: Corde. n. creditur ad iustitiam, oris autem confessio fit ad salutem.
Isaias Issacar mercedem significat, quæ libratur secundum uniuscuiusq; merita,
dicente scriptura pleriscq; in locis: Tu reddes unicuiq; secundum opera sua.
Zab. Hinc dicitur Issacar castra iuxta Libram locasse. Zabulon habitaculum
uel terminum pulchritudinis significat/ quod hospitium habemus post fi/
dem, & merita prę sentata atq; librata: Quod habitaculum erit in dextera
summi & ueri tabernaculi, ad quā collocandæ sunt omnes oues prę mium
susceturæ: In qua dextera sunt aquæ illæ, quæ supra firmamentum esse
dicuntur, hinc iuxta Aquarium castra sua locauit. In plaga meridionali,
cuius sunt tres imagines Taurus, Virgo, & Capricornus/ castrametatæ sūt
Reubē Tribus Reuben, Simeon, & Gad. Reuben primogenitus tentoria erexit
iuxta Taurū, qui est princeps armentoz, & domesticoz aialiū, atq; robu/
Iahac. stissimū eoz. Ideo de Reuben dixit Iahacob i suo testamētario uaticinio.
Lia Reuben tu fortitudo mea. Interpretat quoq; filius uisionis dicēte Lia: Sic
uoco eū: qa uidit Dns afflictionē meā. Castrametatus est igit iuxta Taurū
Moses illum, de quo Moses, dū Ioseph bndiceret, ait: Quasi primogenitus Tauri
pulchritudo Ioseph. Accōmodate quidē assimilatur Reubē, & participat
de priuilegio Ioseph, qa uidit afflictionē eius & cōpassus est liberās eū, qū
fratres eius uolebāt ip̄m occidere, sicut Deus uidit afflictionē mis parui/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

pēnſę a pīe Iahacob: Vñ utrinq; bene filius uiſionis nūcupaē. Simeon inſi gnia ſua erexit i Virginē, ſignū equidē ſterile, ſicut & ipſe ſatis ſterilis fuit, iuxta pīs oraculū q̄ ait: Diuidā Simeon & Leui in Iahacob, & diſpdā eos in Iſrael: Diuiſum.n. fuit Robur eius in fres, & in ſe diminutū. Gad, de q̄ pī ait, Accingeē retrorſū, iuxta Capricornū caſtra locauit, in quo ſol accingiē ut retrorſū pgēs reaſcēdat ſicut deſcēderat: Accinctus eſt.n. Gad retrorſū ut hēt nīa traductio, q̄uis dicaē aliter in ueritate līæ: de quo alibi diceē. In plaga aūt occidētali ubi pictæ ſunt figurę Piſciū, Cancri, & Scorpiōis, ca ſtra locarūt Ephraim, Manaſſes, & Beniamin. Ephraim iuxta Piſces aciē direxit: quod ſignū aqueū eſt & ualde fœcūdum, ſicuti eſt natura piſciū & aquaꝝ. Hinc introeūte ſole in ipm incipit terra germinare, & piſces in aqs effundere oua, aues quoq; & aialia ad genituā ſe diſponere; & bene iuxta fertile ſignū caſtrametatus ē Ephraim/quē frugiferū interptaē: Hūc bñ/ dicēs auus eius Iahacob poſita dextra manu ſup eū dixit: Creſcat Ephra/ im in multitudinē ſup terrā. Manaſſes autē quē obliuionē interpretaē ad Cācrū caſtra locauit, in qđ ſignū cū intrat Sol, quaſi ſui aſcēſus oblitus re/ trogradiē deſcēdere icipiēs. Hinc nō ſine ſacramēto cū auus eū bñdiceret, cācellatis manibus poſuit dexterā ſupra Ephraim minorē natu, præponēs illū Manaſſe, aperte indicans retroceſſionē ipſius Manaſſe. Beniamin ad ſcorpionē inſigne erexit, ſignū utiq; occidentale de directo oppoſitū cōtra ſigna orientalia, in quoꝝ uno Iehuda caſtrametabaē (ut in lib. Numeroꝝ & Ioſue dr̄) q̄ terra ꝓmiſſionis diuidebaē. Initiū ſortis filioꝝ Iehuda eſt a ſūmitate mare ſalſiſſimi, & a littore eiꝰ, quæ reſpicit ad meridiē: graditurq; cōtra aſcenſum Scorpionis, cōtra quē ēt locauit Beniamin caſtra, ut ſimul unus hinc, alius inde āplectētes Scorpionē cœleſtē, ꝓualerent cōtra Scor/ pionē inferiorē & malū, & cōtra oīa uenena colubri illius, de q̄ dr̄: Erit Dan coluber ſup uiā, ceraſtes ſup ſemitā, mordēs calcaneū equi, ut cadat equita tor retrorſū. Ex Tribu.n. Dan exiit ſerpēs ceraſtes Ieroboā, q̄ uenenauit to/ tū Iſrael deducēs decē tribus ad idolatriā erectis uitulis in Samaria, ut ha/ beē in .iii. uolu. Regū. Cōtra qđ uenenū ꝓualuerūt ſolę tribus Iehuda & Bē iamin perſeuerātes in cultu ueri Dei, & adorātes in tēplo Ieroſolymitano. In trigono aquilonari, ubi ſunt figuræ igneę Arietis, Leonis, & Sagittarii, rūdētes igni aqlonari ſupramūdano, caſtra locarūt Dan, Aſſer & Nephta lim, & q̄optime Dan, qđ iudiciū interptaē, aciē dirigit in aqlonē, uñ p ſe/ ueꝝ inditiū pandiē oē malū. Et id facit iuxta Arietē aial qdē qđ offerri iu/ bet lex ad cōburendū in expiationē peccati ſimul cū uitulo, qđ offerē pro pctō, ut ceſſet ipm Dei iudiciū in peccantē. Aſſer, qui diuitię interpretaē, iuxta Leonē & aqlonē/uñ uenit aurū/exercitū ſtatuit: Eſt.n. Leo aial aqlo/ nare, robuſtū, & ferociſſimū. Et de Aſſer dixit Moſes dū ipſum bñdiceret: Ferrū æs calciamētū tuū: Quæ denotāt aqlonare robur, ut patet ſciētibus,

Simeō

Gad

Ephraim

Iahac.

Manaſſe

Beniam.

Regū

Dan

Aſſer

Moſes

Iaha. & de abundantia eius, & diuitiis dixit pater Iahacob. De Aſſer pinguis panis eius, & prębebit delitias regibus. Et de robore eius in inimicum ſe/ quitur Moſes. Equitator cœli auxiliator tuus. Et iterū: Expelles a facie tua

Nepht. inimicū & dices: Cōtere uigore uidelicet Leonino. Nephtalim manipulos componit uerſus Sagittarium, aut arcitenentem: fic.n. Hebrei ipſum uo/ cant: qui & ipſe in parte aquilonis eſt, unde diriguntur ſagittæ in flagitio/ ſos: Quæ quia comprimuntur, quando pœnitentia aut meritum ęqua tru/ tina reſpondet peccato, flagitio, & inde iudicio punienti, ideo iuxta illud ponitur Nephtalim, qui non ſolum dilatationem ſignificat, ut habetur in Chaldaicis interpretationibus, & ſupra diximus, ſed equationem iuxtam ueram etymologiam uocabuli. Venit.n.a פתל Patal quod eſt æquauit. Hinc mater Rachel ei nomen imponens dixit. Comparauit uel æquauit me Dominus cum ſorore mea, ideo uocabitur nomē eius Nephtalim.

De concordia benedictionum, quas dedit Iahacob ad filios ſuos duo/ decim cū duodenis populis, quibus prędicarunt duodecim Apli, ſecundū ordinem ſignoꝝ, quibus reſpondent. Cap. XIIII.

Iſrael

IAm aliqualiter explicauimus concordiam utrarūq; tribuū, figuratiuę uidelicet & apoſtolicæ familiæ cum ſignis cœle/ ſtibus: Nunc uideamus q̄ concinne uaticinatus fuerit de utraq; in extremo uitæ ſuæ pater utriuſq; familiæ Iſrael, q de Reuben ait: Reuben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris, aut uirilitatis meæ: prior in donis, & maior in imperio: Vel ut ha/ bet ueritas litteræ: Reſiduū doni, aut tumefactionis, & reſiduum fortitu/ dinis: Effuſus es ſicut aqua, non creſcas, quia aſcendiſti ſtratū patris tui, & maculaſti lectulum eius: Quod oraculum pro maiori parte ſatis claꝝ eſt: Fuit enim primogenitus, & principium fructus uirilitatis paternæ: Macu

Geñ. lauit quoq; thorum paternum, quia cōmiſcuit ſe cum Bala concubina pa/ tris ipſius ancilla Rachel, ut habetur in Geneſi: Quapropter fecit ſe peni/ tus indignū cœleſti influxu: hinc dixit pater: Non deſcēdet ſuper te illud, quod tibi paratum erat uidelicet, quia poſuiſti obſtaculum maculans pa/ ternū cubiculum: Vnde ſequitur: Reſiduum doni, & reſiduū fortitudinis, quod tibi uidelicet debebatur ratione primogenituręq;, non do: Nam effu/ ſus es uelut aqua, ideo nō reſtat, quod uidelicet tibi dem: Pro quo nos ha/ bemus, Non creſcas: & ratio eſt, quia poſuiſti obſtaculum maculans tho/ rum patris tui, & polluens uiam, aut curſum aſcenſus. Quæ hic dicta de Reuben cum his quæ dicentur de aliis filiis, uel tribubus, locum habent in

CHRI/ familia genita a Patre Chriſto, cuius Iahacob typum gerebat. Hinc ille

STVS. tanq̄ uerus pater, & redemptor ueræ Iſraeliticæ familiæ dixit: Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierant domus Iſrael. De qua domo uera, & figurata potius q̄ de figurante pater antiquus Iahacob breui ad maiores

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ſuos demigraturus Spiritu ſancto plenus dixit ad filios ſuos הֵאָסְפוּ hea/zephu. Quod non congregamini ſignificat, ut habet mendoſa traductio, ſed augemini, & creſcite meritis, atq; lumine, ut poſſitis capere ea profunda myſteria, quæ uaticinari uolo uentura uobis in extremo tempore. i. in ultima ætate, quando ueniet Meſſiah. Poſtea ſequitur הִקָּבְצוּ hicabzu. i. coniungimini non tantũ uos, qui eſtis de ſtirpe mea, ſed omnes, qui principari debent, aut militare ſub Deo in utraq; familia: Hinc notãter dixit: Audite filii Iahacob. i. uos qui de lumbis meis proceſſiſtis, & proceſſuri eſtis: Et iterum ait: Audite filii Iſrael. i. omnes, qui militaturi eſtis ſub Deo: A lõge. n. ſequens ueſtigia ueritatis ſum Iahacob, Deo autẽ familiaris, & ab eo principatũ uerum obtinens pro filiis meis nouiſſimis, de quibus dictum eſt: Cõſtitues eos principes ſup omnẽ terram. Iſrael nuncupor prædicens ea, quæ uentura ſunt filiis illis melioribus & melioris familiæ principibus, qui nati ſunt pro patribus ſuis, & cõſtituti principes ueræ familiæ pro illis, qui fuerunt in figuratiua. Ad hanc itaq; figuratiuã familiam dico: Reubẽ primogenitus meus: Dirigitur. n. hic ſermo ad populũ reſpondentem primo ſigno cœleſti, qui eſt Aries, aut uirtuti angelicæ ſiue diuinæ ipſi præſidenti: Hic populus eſt habitans Iudeã, Idumeã, concauam Syriæ, Aegyptũ (ut Hebrei aſſerunt) Britãniã, Galliã, & Germaniam. Bene profectò populus Iudaicus (ut a priori incipiã) dicitur filius uiſionis, cum omnis penè uiſio, & ꝓpheria populo Hebraico data ſit: qui & priuilegio primogenituræ decoratus eſt Dei teſtimonio, qui in Exodo ait: Iſrael primogenitus meus: Cuius præcipua, & regia Tribus fuit Iehuda: unde aliquãdo ſumitur Iudeus pro tota familia Iſraelitica, iuxta illud Pauli: Iudeo primo, & Græco. Tu fortitudo mea, & principiũ uirilitatis meæ: Quod de utraq; familia figuratiua, & uera ad unguẽ uerificatur: Nã prima & præcipua ſigna uirtutis, & roboris exceſſi ſummus Pater Deus oſtẽdit deducens primogenitum ipſius de Aegypto, & in noua familia prima miracula, & ſigna fecit in Iudea & circũadiacenti regione: Nec defuit Aegypto, in qua primos annos deduxit. In Gallia quoq; adeo robur ſuũ ꝓfudit, ut Rex ipſius Chriſtianiſſimi nomine decoratus ſit, & præcipuã tutelã habeat pro Patre litterarum ſtudio, & armis. Et Germania Imperatorẽ eligit, qui præcipua inſignia gerit principatus ad tutandã Patris Chriſti & Dei familiam. Veꝝ de populo Iudaico uerificatur illud, quod ſequitur: Reſiduũ doni, & reſiduũ fortitudinis, quod tibi debebatur tanq̃ primogenito, dare nequeo, ſic tuis malis meritis exigentibus: maculaſti. n. cubile, & decorem Patris tui incuſans ipſum falſò, inferens opprobria, & iniurias q̃plurimas, conſpirans tãdem maxima nequitia in eius necem: Ideo effuſus es ſicut aqua: Ex illa. n. ſi effundatur, minus reſtat in uaſe, q̃ ex quocunq; alio liquore: Hinc aquæ effuſæ bene ęquiparatur populus Iudaicus, quia ſtatim euacuata ſunt oia

Heb. Exo. Paulus

chariſmata ab eo: Defecit. n. cito eccleſia Ieroſolymitana, & ea, quæ erat in tota Iudea/adeo ut nihil chriſtianitatis ibi relictum ſit, niſi tantummodo nomina, & aliqualis memoria locoꝝ, in quibus celebratę fuerunt illę ſumme reuerendę primitiæ Chriſtianitatis: ad quæ uiſitanda conueniunt hac etiã noſtra tempeſtate nõnulli. Viuit igitur adhuc in illa regione paruulus igniculus Chriſtianitatis, ut habeat locum illud Moſaici oraculi: Viuat Reuben, & nõ moriatur, & ſit paruus in numero, quia paruulus eſt Iudeę locus, paruuſq; ibi Dei cultus.

Digreſſio, cur ordo primarius non ſeruabitur. Cap. XV.

NEc mirabitur quiſpiã, ſi non ſemper proſequemur eundẽ ordinem in applicatione tribuũ, & familiarũ inſimul cũ ſignis cœleſtibus, & populis eis correſpondentibus, cũ ſcriptura ſacra ordinẽ ipſum pluries imutet: In benedictione. n. pris Iahacob, & in deſcriptione facta in lapidibus, quæ dicunt urim ue tumim idem ordo ſeruatur: alius uero in locãdis caſtris: alius in benedictione data a Moſe: alius in Apocalypſi. Et ut uariationem ipſam proponamus, hic ſubnectemus unũquẽq; ordinem ſeorſum.

In benedictione Iahacob.	In caſtrametatione.	In benedictione Moſi.	In Apocalypſi.
Reubẽ.	Iehuda.	Reubẽ.	Iehuda.
Simeon.	Iſſacar.	Iehuda.	Reuben.
Leui.	Zebulon.	Leui.	Gad.
Iehuda.	Reubẽ.	Beniamin.	Aſſer.
Zabulon.	Simeon.	Manaſſe.	Nephtalim
Iſſacar.	Gad.	Ephrai.	Manaſſe.
Dan.	Ephrai.	Zabulon.	Simeon.
Gad.	Manaſſe.	Iſſacar.	Leui.
Aſſer.	Beniamin.	Gad.	Iſſacar.
Nephtalim.	Dan.	Dan.	Zabulon.
Ioſeph.	Aſſer.	Nephtalim.	Ioſeph.
Beniamin.	Nephtalim.	Aſſer.	Beniamin.

Aliæ quoq; uariationes factę reperiuntur: Nam ad explorandam terram promiſſionis electi fuerunt principes alio ordine, & aliis in locis, ſed quæ dicta ſunt, ſufficient ad explicationem, & comprobationem eorum, quæ diximus. Nec ſecus fecere qui a ſecretis cœleſtibus erant in enumeratione principum figuratæ, & ueræ familię: Hic eſt. n. uarius ordo eorum.

In Matthęo	In Marco	In Luca	In Actibus.
Petrus.	Petrus.	Petrus.	Petrus.
Andreas.	Iacobus Ze.	Andreas.	Iohãnes.
Philippus.	Iohãnes.	Iacobus Ze.	Iacobus Ze.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Bartholomęus.	Andreas.	Iohānes.	Andreas.
Iacobus Ze.	Philippus.	Philippus.	Philippus.
Iohānes.	Bartholomęus.	Bartholomęus.	Thomas.
Thomas.	Matthęus.	Matthęus.	Bartholo.
Matthęus.	Thomas.	Thomas.	Matthęus
Iacobus Al.	Iacobus Al.	Iacobus Al.	Iacob' Al.
Thadęus.	Thadęus.	Simon.	Simō Ca.
Simon Ca.	Simon Ca.	Thadęus.	Thadęus.
Iudas.	Iudas.	Iudas.	Mathias.

Cur autem id in utraq; familia ſuis rationibus, & ſacramentis factum ſit, multa dicenda forent, quæ forſitan longius abducerent/ q̄ præſens negotium exquirat: Sed ne id caſu, aut ſine ratione factū fuiſſe credatur, aſſignabimus ſaltem rationem, quare Moſes, dum tribubus benediceret, prętermiſerit Simeonē, quaſi ipſius oblitus, in cuius loco poſuit filium Ioſeph Manaſſem, qui obliuio interpretatur: In hoc enim fuit cōformis cum Iahacob, qui ad Simeonem deueniens dixit: Simeon, & Leui uaſa iniquitatis bellantia: Iſti quidem a robore excęlſo uim robuſtam ſuſceperant, ſed quia ipſa abuſi ſunt in Sichimitas, & in fratrem Ioſeph, hinc ſapiens pater, & plenus Deo non tantum proteſtatur conſilio, & furori eorum non aſſentire, ſed maledixit dicens: Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura: quia in furore ſuo occiderunt uirum, Emor uidelicet, & Sichem filium eius cum populo ipſius: corde autem & uoluntate occiderunt Ioſeph fratrem ipſorum: & in uoluntate ſua ſuffoderunt, uel euulſerunt murum, Sichimitarum uidelicet, aut Taurum: שור Sor. n. murū & taurum ſignificat. Si igitur pro tauro accipitur, de Ioſeph loquitur/de quo inquit Moſes: Quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius. Et ne tam robuſtus furor in duabus illis tribubus collectus noceret, ſequitur diuus Patriarcha: Diuidam illos in Iahacob, & diſpergam eos in Iſrael. Diuiſa itaq; fuit tribus Leui/quæ pro omnibus tribubus tabernaculo ſeruiebat, & ex decimis ab illis oblatis alebantur. Simeoni quoq; nō benedixit, quia non erat capax benedictionis, nec terminos aſſignauit illi Moſes, uel Ioſue miniſter eius, quando diuiſa fuit promiſſa terra, ſed locauit eum in terminis Iehuda, a cuius bono, & copioſo influxu comprimeretur eius indignatio dura: & capax fieret ex conſortio eius alicuius boni influxus. Leui autem, quem Iahacob noluit benedicere, benedictus fuit a Moſe: qa redemit maledictionem ſibi datam, & promeruit benedictionem ex zelo maximo diuini amoris, quem oſtendit contra idolatras, & uituli cultores, ut in Exodo legimus: Nam uidens Moſes uitulum erectum in deſerto, & populum circa ipſum ludentem, dixit: Si quis eſt Domini, iungatur mihi: Congregatiq; ſunt ad eum omnes filii Leui, quibus ait: Hæc dicit Domi- Exo.

nus Deus Iſrael: Ponat uir gladium ſuper femur ſuum: Ite, redite de porta uſq; ad portam per medium caſtrorum, & occidat unuſquiſq; fratrē, amicum, & proximum ſuum: Feceruntq; filii Leui iuxta ſermonem Moſi, & occiderunt in die illa quaſi uiginti tria milia hominum: & ait Moſes: Conſecraſtis hodie manus ueſtras Domino, unuſquiſq; in filio, & fratre ſuo, ut detur uobis benedictio. Ecce igitur quomodo compararunt ſibi benedictionem: quam confirmauit Phinees, quādo zelatus pro Domino Deo ſuo accepto pugione tranſfodit in membris genitalibus Zambri filium Salumi ducem tribus Simeonis ſimul cum Cozbi Madianite filia principis Madianitarum, cum qua cubabat in iniuriam Dei Iſrael, a quo receſſerāt multi initiati Beelphegor, & permixti cum Moabitis, & Madianitis: & morte unius tanto zelo illata expurgatum fuit ſcelus Iſrael, ut in
Numeri libro Numerorum legimus. Et ſicut leuiticis zelantibus reſtituta eſt benedictio, qua priuati erant ob ſcelus uiolati fœderis, & fratricidii, ſic zelanti Phineę datum eſt ſacerdotium ſempiternum. Cum autem Simeon nullo bono opere redemiſſet commiſſum facinus, nec a patre Iahacob, nec a legiſlatore benedicitur: nec confinia, nec particularem ſortem in diſtri-
Ioſueh butione promiſſæ terræ ſuſcipit: Nam collocatus fuit in Iehuda, ut habemus in decimo nono capite libri Ioſueh. Si igitur, & nos poſtponentes eum aliquo ſibi conuenienti loco aſſignabimus, id ſuo ſacramento, & ratione fiet. Aliæ quoq; tribus non ſine cauſa hic præmittenda (ut aſſignauimus) tranſmutatæ ſunt.

Proſecutio concordiæ benedictionum Iſſacar, & Zabulon cum populis eorum. Cap. XVI.

ISſacar ſecundus in caſtrametatione cum ſecundo ſigno, qui eſt Taurus, mihi conuenire uidetur: De illo enim inquit oraculum: Iſſacar aſinus fortis, patiens uidelicet, & robuſtus in ſtudio litterarum, cui illa tribus dedita erat. Sapit etiam aſinus neſcio quid clementiæ, & eius influxus/a quo eſt ſapientia, ut dicunt
Theol. ſecretiores Theologi: Sed hæc myſteria occultiora pro tempore miſſa facientes litteram proſequamur: Robuſtus enim exquiritur ut ſit, qui in doctrina proficere debet, ideo in bñdictione cū aſino, in ſignis cœleſtibus cum Tauro æquiparatur omnium armentorum robuſtiſſimo. Vidit hic requiē, & ociū ſtudii, quia bonū, & terrā in qua morabatur ipſa tribus ſine diſcurſu, quē ſolent facere mercatores & milites, qa delectabilis, ideo aptauit humeros ſuos ad portandū magnū onus, quod in ſtudio lr̄arum eſt. Et factus eſt tributo ſeruiens: Nā ſeruiuit quodāmodo Iſſacar tribui Zabulō, q diuites, & negociatores, uidebant neceſſaria illis de tribu Iſſacar uacāti bus ſtudio lr̄ar, ut aſſerūt Hebrei. Hinc dixit Moſes, dū ſuę benedictionis portionē diſtribueret: Lætaberis Zabulon in egreſſu tuo, qñ. ſ. huc & illuc

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

proficiſceris merces conducens: & Iſſacar in tentoris tuis, habitabit uidelicet, aut frequentabit, ut in mercedem emolumenta uitæ accipiat, ſicut & nomen eius indicat, quod merces interpretatur. Si autem hæc uerba apptentur cum regionibus directis a Tauro, uideamus: Illę enim ſunt maritimaparuæ Aſiæ, Perſis, Media, Parthia, Cyclades, Cyprus: In maritimis paruæ Aſiæ fuerunt ſeptem eccleſiæ, quibus prophetia illa celeberrima, & unica in nouo teſtamento Iohanni reuelata in Pathmo inſula, quæ nunc Chios dicitur, dedicata eſt, ut in principio ipſius uiſionis dicitur: Iohannes ſeptem eccleſiis, quæ ſunt in Aſia, gratia uobis, & pax ab eo, qui erat, qui eſt, & qui uenturus eſt, & a ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu eius ſunt, ac ſi ſeptem illi præcipui ſpiritus curam ſpecialem ipſarum gererẽt eccleſiarum, quæ ſunt Epheſi, Smyrnæ, Pergami, Thyatiræ, Sardis, Philadelphiæ & Laodiceę, iuxta quas ciuitates eſt inſula Pathmos una de Cyladibus, quæ nunc Chios dicitur, in qua diuina reuelatio illa facta eſt. Et in his locis cum circũadiacentibus regionibus multum uiguit literarum humanarum ſtudium: & multi ex eis in doctrina celebertimi uiri prodierunt: Ex Epheſo enim Heraclitus dictus Epheſius: ex Scepſi ciuitate in continenti poſita prope Antandrum iuxta Mitilenem fuere ſocratici philoſophi Eraſtus, & Coriſcus, ad quos epiſtolę a Platone datæ reperiuntur: Fuit & Neleus Coriſci filius, Demetrius grãmaticus, & Metodorus: Ex Pergamo illi uicino fuit Galenus: Ibidem cura Attalicorũ regum maxima fuit conſtituta bibliotheca, & in ea ab Appellicone repoſiti fuere libri Ariſtotelici, & Theopraſtici: Ariſtoteles enim bibliothecã, & ſcholam Theophraſto reliquit: & hic primus omnium græcorũ libros congregauit, & Aegyptireges bibliothecæ ordinem docuit: Theophraſtus quoq; eam Neleo tradidit: Neleus uero eandem Scepſim detulit, ac poſteris dedit, hominibus quidem imperitis, quorum negligentia humiditate labefactati, & tineis corroſi fuere libri: ſed ab Appellicone tranſcripti erroribus pleni, ut refert Strabo: Vnde ab aliqbus Philoſophia Ariſtotelica, & Theophraſtica mẽdoſa iudicatur: & non illa nitida, & caſta, quam tradiderunt eius autores: Sed quomodocunq; res ſe habeat, prima bibliotheca doctrinæ Athenarũ, quæ mater ſtudiorum erat, in Pergamo fuit erecta: Verum ex uicinitate Athenarum cum illis maritimis cũ eis ſatis conueniebat, quis in regione Græciæ Europeæ ſitæ ſint: Sunt enim inter illa maritima & Athenas Cyclades inſulæ aliquo maris tractu ab utriſq; ſolummodo diſiunctæ, quæ ſimul cum maritimis illis a Tauro directis conueniunt, & cum ſtudioſa tribu Iſſacar: Ex quibus q̃plurimi in doctrina clari traxerunt originem: Ex Co enim habemus Hippocratem, & ut aliqui pro conſtanti aſſerunt, Homerum: Inter quas eſt etiam Delos Apollinis templo & oraculo clara, unde antiqui eorum ſapientiæ magna ſuſcepere fomenta.

Strabo

Occidentẽ q̃q; uerſus iuxta Rhodũ eſt Halicarnaſus ſuo Dionyſio clara: ex Mitilene uero Pittacus unus de ſeptem ſapientibus egreſſus eſt. Longũ foret retexere omnes uiros claros, qui ex illis locis prodiere, & quãto labore incolæ eorum ſtudio litterarum operã dederunt. Ad Perſidem autẽ accedendo/Ibi Magia, quæ ſecretior philoſophia eſt, unde uenerũt hi, qui primi Chriſtum adorauerunt: Inde Charundas in doctrina illa præſtantiſſimus, & Auicena, ut aliqui Aſſerunt. Et q̃uis ſchola eorum fuerit equitandi & ſagittandi cultus, & ornatus, non defuerunt tamen litterarum ſtudio in rebus maxime reconditis: Vnde in ſacris fuerunt diligentiſſimi. Omitto alia multa, quæ de ſtudio, quod habebant incolæ harum regionum, dici poſſent, cum hæc pauca ſufficiant ad innuendum q̃ concinne conueniat influxus cœlorum ſuper illas cum influentia tribus Iſſacar, cuius ſtudium erat incumbere doctrinæ humanitus acquiſitæ: Nam illa diuinitus reuelata Leuitis pręcipue data erat. Caſtrametationes uero ut ſequamur/Zabulon tenuit tertiũ locum in plaga orientali, cui dabimus tertium ſignũ, quod Geminoꝝ eſt, & primũ in triplicitate ſua: cuius regiones ſunt Hyrcania, Armenia, Margiana, Cyrenaica, Marmarica, & inferior Aegypti regio: & huic dictum eſt a paterno oraculo: Zabulon ad littus marium habitabit, & non maris, ut habet noſtra traductio: Et ipſe ad portum naiium, ſupple habebit confinia: & dilatabitur uſq; ad Sidonem. Bene ad littus marium dicitur extendi, quia ex orientali plaga habet Getuliam & יַמְרְעָלָה umarhalah/quod noſtri Magdalum dicunt, uel Medala. Extat & ibi Tyberias cum mari eius. Ex occidentali uero habet Carmelum montem cum portu/qui nunc dicitur Caſtrum peregrinorum: Habet & portum Ptolemaidis, quæ nunc Acon nominatur: & extenditur per mare Syriacum uſq; ad Tyrum, & Sidonem, q̃uis mendoſæ figuræ aſſignent Ptolemaidã tribui Aſſer: Nam ut expreſſe habemus in oraculo, extenditur Zabulon uſq; ad Sidonem: Nec aliud priuilegium datum legimus huic tribui/niſi maria, & portus, per quæ, & ad quos ſuas merces conducerent: Quæ omnia conſequũtur regiones a Geminis directę: quarum prima eſt Hyrcania ſita ad mare Hyrcanum, uel Caſpium: contra quod mare dirigitur etiam Armenia maior. Cyrenaica quoq; regio in mare tendit contra Græciam: Marmarica autem, & Aegypti inferioris Regio in mare idem ferẽ protenduntur: Quæ omnes regiones contentæ ſunt ea, quę in ipſis fit/nauigatione, & mercibus, ſicut & tribus Zabulon, cui reſpondent/niſi eleuemus oraculi ſententias ad altiores ſenſus/& ad mare ſupramundanũ/de quo non eſt pro nunc habendus ſermo.

Cha. Auic.

De concordia benedictionis datę Iehuda cum populo directo a ſigno ipſi correſpondente. Cap. XVII.

Parte meridionali i ſecũdo ordine locauit p̃ loco Reubẽ aciẽ

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ſuam/qui tñ locus eſt quartus in ordine caſtrametationis. Sed cũ in expo/
nendis paternis benedictionibus ordinem genituræ ſequentes, atq; patrẽ
imitantes ipſum in primo loco ſtatuerimus/in hoc quarto ordine locabi/
mus Iehudam quarto loco natũ, & quarto loco benedictũ in huiuſmodi
uerbis: Iehuda te laudabunt fratres tui, & honorabunt, uidelicet tanq̃ regẽ:
Ipſi.n. datũ fuit regiũ ſceptrũ uigens occulte in ipſa tribu quouſq; ueniret
Dauid publice ſublimatus in illo ſceptro regio, quod & durauit i regibus, CHRI/
uel ducibus uſq; ad Siloh.i.ueꝝ Meſſiã: Qui tñ regnũ nõ abſtulit/ſed illud STVS.
in melius/& fœlicius cõmutauit, ꝓmittens illud omnibus ſuis ueris, & piis
aſſeclis dicẽs: Venite bũdicti Pris mei/poſſidete paratũ uobis regnũ. Quia
igitur regnũ iſtud erat in lũbis Iehuda ſimul cũ rege illo, cui curuaꝫ omne
genu/ideo ſequit: Curuabuntur ante te filii pris tui: & uera authoritate, &
uigore regio manus tuæ erunt in ceruicibus inimicoꝝ tuoꝝ: Catulus uel
terror Leonis Iehuda: גור Gur.n. utrũq; ſignificat catulũ. ſ. & terrorẽ: Sed
melius (ut reor) hic accipitur pro terrore/qa ſequit ad id, quod ꝑcedit:
Manus tuę in ceruicibus inimicoꝝ: & ad id/quod ſequit bene cõpetit: De
ꝓda filii mi aſcendiſti: Quę oĩa uerificantur potiſſime in Chriſto/de quo
inquit Iohãnes: Vicit Leo de tribu Iehuda. Et bñ Chriſtus de tribu יְהוּדָה, Iohã.
Iehuda, cũ hoc nomẽ ipſi Chriſto aptiſſime conueniat, in q̃ ſunt quatuor
literæ magni nois Dei, interpoſita, ד dalet q̃ quatuor importat in numero
ſignificãs quadrariũ corpus, quod ipſe Deus aſſumpſit, & ueſtiuit ſe, iuxta Paulus
illud Apli: Habitu inuentus, ut hõ. Hic igitur ille fuit, qui de ꝓda aſcen/
dens eduxit in ſanguine teſtamenti ſui uinctos de lacu, humiliatus primo,
ut ſequit כָּרַע carah.i. genuflexit, aut humiliauit ſe, & nõ quieuit, ut ha/
bet traductio nra. Accubuiſti ut leo/& ſicut leena/q qñ ſaltare uolunt/ma/
gno impetu ꝑ accũbunt uentre in terra: Sic Chriſtus humiliauit ſemetipm
factus obediens uſq; ad mortẽ, inde ſurgens cũ tanto impetu, ut oẽs inimi
cos proſterneret/& acqreret ſibi nomẽ, qd eſt ſup omne nomẽ. Illud autẽ/
quod ſequit: Nõ auferet ſceptrum de Iehuda (ut hic, & alibi ſupra expli/
catũ habemus) de nullo alio itelligi põt, niſi de Chriſto ex his/quę ibi dicta
ſunt/& ex eo, qd ſequit: & ipſe erit expectatio gentiũ: Solus.n. Chriſtus in
ſaluteꝫ gentiũ uenit. Ligabit ad uitẽ pullũ ſuũ. Vitis ſup omnes arbores dat
copioſum, & optimũ fructũ: Ad quã ligauit Chriſtus pullũ ſuũ, dum eſſet
uidelicet in infantia, & pueritia, & adoleſcentia ſemper cõprimens appe/
titus aialis, fructificans uelut uitis, imo exiſtens ipſe uera uitis. Et ad pãpinũ
uuę, ſiue ad ramuſculũ fili mi aſinã ſuã. i. partẽ aialem iã fœcũdã, & a ſpũ,
atq; a facie illa ſupna grauidatã: Vocat eã uocabulo fœmineo/ qa pars iſta
iferior in hoc ſexu/ſupior aũt i maſculino nũcupari ſolet, ut in Geneſi hẽt: Gen.
Maſculũ & fœminã creauit eos, put bñ explicat Mercurius i Pymãdro, & Mer.
Plato i Sympoſio. Lauabit i uino ueſtimẽtũ ſuũ, & in ſanguine uuę palliũ Plato

Iohan. ſuũ: Quod ad uerbũ factũ eſſe Iohãnes phibet in Apocalypſi dicẽs: Lauit
nos in ſanguine ſuo: Nos utiq; creaturas eius, qui & ueſtimẽta ipſius dici/
mur, qm̃ creãdo nos ueſtiuit ſe uarias ueſtes, ut ſuo loco (Deo fauẽte) diſſe
remus: Vel lauabit ſeipm/aut nos in ſeipſo, qui factus eſt ueſtimẽtum no/
ſtrũ, iuxta illud Apli: Induimini dñm nrm Ieſũ Chriſtũ: quæ oĩa cõueniũt
cũ populis directis a Leone, cui rñdet ille, q nup & catulus Leonis, & leena
Ptole. dictus eſt: Qui populi, & regiones ipſoꝝ ſunt Italia (ut Ptolemęo placet)
Manil. q̃uis Manilius eã Libręſubiiciat: Itẽ Appulia, Sicilia, Phœnicia, Chaldea,
Ptole. Orſenia, uel Orchenia: Quaꝝ regionũ hitatores (ut Ptolemęo placet) ſunt
piti regiminis, & laudabiliũ omniũ artiũ cultores, & ꝑcipue Italia multo
tpe Impiali maieſtate, & ſemp Põtificia dignitate refulgẽs: Nã a Petro ci/
tra ſemp Romana eccleſia iter alias tenuit principatũ: cuius eps ſol in Ca
none dr, ſicut & ipſa ciuitas ꝑcipuo ſolis aſpectu ꝑfulgida ſemp fuit. Fue/
runt quoq; in hac regiõe Oratores facũdi, Poetæ excellẽtiſſimi, & in omni
facultate uiri ꝑſtãtes, ut ſit hic populus elegãtiſſimũ myſtici corporis mẽ/
brũ, cui ea, quæ de capite ſub noĩe antiq; ꝓgenitoris eius dicta ſunt, accõ/
modatiſſime ipſi poſſint aptari: Incipiẽdo.n.a noĩe, bene dici põt Iehuda,
qui cõfeſſor, & laus interꝑtat, qa ſemp Patrẽ Chriſtũ rite confeſſus lauda/
uit. Te laudabũt frẽs tui: qa oẽs latinoꝝ fidẽ, & eccleſiã Romanã ſemp lau
dauerũt, & uenerati ſunt, q̃uis nouiſſimi aliq; liuore, aut ſtulto zelo abducti
lacerẽt, & mordenat: ſed Deo moderãte pie tãdẽ cõfitebunt, qđ impie de/
negarũt. Nec ſolũ iſti, qui nouiſſime aberrarũt a uẽtre, & locuti ſunt falſa,
ſed ẽt q antea diſceſſerãt ab utero mris ſuæ Græci, & Agareni reducti oẽs
ad unũ ouile, & facti filii uerę mris eccleſię laudabũt te locũ capitis Chri/
ſti tenẽtẽ. Te quoq; adorabũt filii mris tuę, qa oẽs eccleſię tãq̃ regiã, & ꝑci
puã reuerẽtur. Manus tuę in ceruicibus inimicoꝝ ſunt, qa data eſt tibi po
teſtas, cõtra quã inferoꝝ portæ, & inimicoꝝ uirtus ꝑualere nequit. Terror
quoq; huius leonis Iehuda/Chriſti vꝫ aut eius locũ tenentis, ſiue ipm pure
cõfitẽtis oẽs inuadit, qm̃ excitaꝫ cõtra aliquẽ excõmunicãs, aut maledicẽs:
Quod cõprobarũt Græci luẽtes pœnã maledictionis datę ab Eugenio.ii.
qm̃ ficte uenerãt ad cõciliũ Florẽtinũ, & ſimulate dederãt de rebus obſer
uãdis ibidẽ ptractatis ſpõſionẽ. Neq; morabor in adducẽdis his, quæ cõti
gerũt ſpernẽtibus miniſtros, & Vicarios Chriſti, imo ipſum Chriſtũ dicen
CHRI/ tem: Qui uos ſpernit, me ſpernit. Requieſcẽs accubuiſti ut Leo, ꝓ longũ tẽ
STVS. pus uſq; vꝫ ad Conſtantinũ Magnũ nihil tũc tpis publice, plenaq; iuriſdi
tiõe agẽs: Quis ſuſcitabit eũ, impiũ vꝫ ipſius? Nullus quippe mortaliũ, ſed
diuina uirtus, quæ Imperatoris, & regũ terræ animos mouit ad amplexan/
dam fidẽ Chriſti ſubmittendo colla iugo, & ditioni ipſius. Non auferetur
ſceptrũ, pontificii vꝫ de eccleſia hac Italica, & Romana: nec legis ſtatutor
de femore.i. electiõe ipſius, donec ueniat aut Meſſiah in ſecũdo aduẽtu, aut

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ille/quẽ mittet reparatorẽ ſuaꝝ reꝝ diſſipataꝝ:Et hic erit expectatio gen/
tiũ,ut ſub eo fiat unũ ouile, & unus paſtor:& ſeruient oẽs Chriſto,& Deo
humero uno,& cultu uno:Ligabit tũc eccleſia quẽcũq; pullum generabit
ad uitem Chriſtum,& ad ramuſculos uitis o fili mi aſinam ſuã:Eſt.n.ibi
ſermo uel Pris ad Chriſtũ filiũ dilectũ,uel Chriſti ad uicariũ ſuũ de ligãda
eccleſia ad uitem,quæ ipſe eſt,ſignificatã p Aſinã fœcundã, & matrẽ pul/
loꝝ.Lauabit q̃q; ſtolã ſuã in uino,& in illo ſanguine uueꝝ,de quo dictũ eſt:
Hic calix noui,& ẽterni teſtamenti eſt,qui pro uobis & pro multis effun/
detur in remiſſionẽ pctõꝝ.Oculi tui uino pulchriores,qa ſpeculatores eſſe
cti ueri Chriſticolæ lactis,& reꝝ ſupnaꝝ:quæ ſpeculatio,& cognitio lon/
ge melior eſt,q̃ ſpeculatio reꝝ inferioꝝ denotata p uinũ.Et dentes illius ru
minantes cibũ illũ cœleſtẽ ſunt niue candidiores: Hãc bñdictionẽ corro/
borans Moſes ait:Audi Dñe uocem Iehuda.i.uere cõfitentis,& laudantis Moſes
te,& ad populũ ſuũ,collegiũ vꝫ electoꝝ introduc eũ.Manus ipſius Iehu/
da.i.uerbi incarnati pugnabunt pro eo,populo vꝫ:& adiutor illius contra
aduerſarios illius,qui dixit ad Petrũ,cuius p̃cipua ſedes eſt Italica,& Ro/
mana:Ego pro te rogaui Petre,ut non deficiat fides tua: & Italiæ pars eſt CHRI/
Appulia,& Calabria,quæ quondã magna Græcia uocabaꝫ,atq; illi uici/ STVS
na Sicilia omnes directę a Leone:cũ quibus intelliguntur omnes eccleſiæ
cõiunctæ,& unitę cũ Latina & Romana.Ex Chaldeis quoq; ſunt Maro/
nitę,ut ipſi profitentur,& idioma eoꝝ indicat,qui Romanã eccleſiam ſe/
quentes eius ritũ penitus obſeruant ſup oẽs orientales,dempto ſolũmodo
idiomate:Ad quos Chaldeos ptinent etiã Orchenii,qui (Strabone teſte) Strabo
fuerunt quidã Chaldeoꝝ Aſtronomi.Phœnices etiam de primis fuere,qui CHRI/
Chriſtum ſuſceperũt:nam inde fuit illa Syrophœniſſa,de qua dixit Chri/ STVS.
ſtus:O mulier magna eſt fides tua.Et hucuſq; laudes Dei,& Chriſti eius in
Phœnicia pſoluũtur,in Beruto vꝫ ciuitate in Phœnicie meditullio colloca
ta,ubi eſt eccleſia fratrum minoꝝ,in quã nõ modo ipſi fratres,ſed Maro/
nitæ,& quotquot ritũ eccleſiæ Romanæ obſeruant,conueniũt.

De aliaꝝ duaꝝ benedictionum tribuum huius trigoni cõcordia cũ ſi/
gnis & populis ipſi conuenientibus. Cap. XVIII.

ALiæ duæ tribus ſunt Simeon,& Gad: cuius Simeonis ora/
culum iam explicatũ eſt fuiſſe potius maledictionẽ,& diui/
ſionem quandã,q̃ benedictionẽ:Hinc munere,& influxu ua
cuus a Moſe Deo pleno, & Ioſueh miniſtro eius pientiſſime
collocatus fuit in tribu Iehuda,ne ſupno influxu deſtitutus,ſibiipſiq; dere/
lictus labefacteretꝫ in totũ,uel pro maiori pte.Et cũ hi Simeonitæ nõ ha/
berent proprios fines,neq; plenã portionẽ partitæ regionis,uictitabãt (ut
Hebrei dicũt) de lucro acquiſito in docendo,afferentes nõ fuiſſe ſcripto/
rem,aut pedagogum,niſi de ſtirpe Simeonis:Quæ mihi uidentur habere

locũ in populis/& regionibus Aquario ſubiectis:quæ ſũt Arabia,Aethio/
pia, Sauromatica,Oxiana,Sogdiana,Azania,& Media:Arabibus enim
nulla eſt determinata regio/ſed in aliorum finibus degunt/q̃uis triplex ſit
Arabia,fœlix,deſerta,& petrea:quandoquidẽ in eis non continetur omnis
multitudo gentis illius,quæ inde extenditur poſt Syros/Phœnices, Pale/
ſtinos,& Carthaginẽſes,ſemp inter maritimos populos/& deſerta Perſica,
Aegyptiaca,uel Libica tranſiens per Marmaricam & Cyrenaicam regio/
nem uſq; ad fines Mauritanię,& mare Atlanticum/ ut in ipſis habeat lo/
cum illud oraculi:Diuidam eos in Iahacob,& diſperdã eos in Iſrael/figu/
ratum uidelicet,qui omnem populum,& numerum electoꝝ comprehen/
dit.Diſperſi autem,& diuiſi Arabes Agareni ſunt:de quibus dixit Ange/
Geñ. lus Domini ad Agar(ut in Geneſi legimus) loquens de eorum patre,&
eõſequenter de tota familia:Hic erit ferus homo:e regione fratrũ ſuorum
figet tentoria:Hi ẽt uictitant aliorũ pręſidiis arte militari,uel huc, illucq;
diſcurrentes latrociniis,& prędis,continuis,atq; agrorum depopulationi/
bus ditantur,iuxta illud,quod idem oraculũ ait: Manus eius contra oẽs:
Non enim fabricant,nec terras colunt,nec firmas habent manſiones, ſed
hac illacq; diſcurrunt portãtes ſecum domicilia,quę quidem tentoria ſunt,
ut potius in aliorꝝ,q̃ in ſuis finibus collecti uideanꝫ. Hos ſequũtur Aethio
pes nati ex Cus filio Cam,qui eandem,& deteriorẽ uitam degunt,ut luere
uideantur maledictionem, quam Noe dedit poſteris per progenitorem
Cam:quoniam patrem calumniatus fuerat turpiter illudens: Ii enim pro/
prios filios uendunt pro uictu:& ex eis ſunt aliqui nõ pleno colore nigri
ex regione inter Aegyptum & Aethiopiam prouenientes, qui per orbem
uniuerſum uagantur erigentes tentoria extra ciuitates in agris, & triuiis:
deceptionibus,& permutationibus,atq; prognoſticationibus ex liniamen/
tis manuũ, & oblectantes his fraudibus uictum acquirunt,qui uulgari uo
cabulo Cingani nuncupantur, diuiſiq; ſunt & ipſi in diuerſos populos.
De Sauromatis autem,ſiue Hyperboreis, quos alii Arimaſpos uocant,
non amplius dicam,q̃ ſcriptum reperiam,cum authores nihil de eis ex/
quiſite dixerint: ſunt .n. populi in Sarmatia collocati, ſicut Medi inter
Hyrcanos,Parthos,& Armenos,atq; Perſas: Media.n. inter duas partes
diuiſa,altera maior uocaꝫ,cuius Metropolis eſt Ecbatana,q̃ Parthi utunꝫ
pro ciuitate regia degẽtes ibi eſtate,cũ frigida ſit:Hieme uero uitã Seleu/
tię ducunt,quę eſt ſecus Tigrim,ppe Babylonẽ:Altera pars Medię Atro/
patia dr̃ ab Atropato duce nominata:quoꝝ incolę cũ Armenis coniuncti
affinitate Armenię ipſi Mãtianę ad orientẽ adiacẽtes: ſed Perſis potiſſime
cõfœderati adhærẽt:Acheſuaros.n.quẽ noſtri Aſſuerũ dicũt/Rex fuit Per
Heſt. ſarum,atq; Medoꝝ,ut in libro Heſter legimus : Cuius ortus,& origo fuit
in Suſa,quã Hebrei שושן Suſan,noſtri aũt Suſis dicũt:Et eſt regio a fi/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

nibus Perſicæ orę uſq; ad Babylonicã regionẽ ad Tigris oſtia trium miliũ fere ſtadioꝝ habens ab aquilone Medos: De quibus relatu dignũ compe/rio nihil, niſi quia ſemp didicerũt ſubiici aliis adhęrentes. Reſtat Oxiana, Sogdiana, & Azania regiões inter Bactrianos, & Maſſagetas, Nomades, & eam, quæ Sacra regio dicitur: Quæ oẽs cũ obſcurę ſint, nullã de ſe me/moriã prętitere ſcriptoribus, niſi quia domos nõ habent, & pecoribus, ac lacte uiuũt, maxime equino: Vicinis aũt regionibus, intra quaꝝ fines ha/bitant aliquãtulũ nominatę/Bactriana. n. ſuo Zoroaſtre ſplendet: Maſſa/getę uero Thomyri regina, quæ Cyrum Perſaꝝ regem debellauit: Azanię autem oppida ſimul cũ memoria delera ſunt. Vltima illius trigoni familia fuit Gad, qui primus eſt Zelphę ancillę Liæ filius, Iahacob aũt ſeptimus, unde nomen eius ex duabus literis ſeptem importantibus accõmodatiſſi/mũ eſt: Hebrei. n. duabus literis tm̃odo ipſum nomẽ ſcribũt hoc modo Hebrei
גד Gad: quaꝝ ג gimel tria ד dalet aũt quatuor in numero reddunt: qui ſi/mul iuncti ſeptem conſtituũt: Nos aũt caſtrametationis ordinẽ proſequẽ/tes ſextum locũ ipſi aſſignabimus: nam omnes illoꝝ ordines, cũ uarii ſint, uno cõtextu ſequi nõ poſſumus: Huius igitur benedictio fuit: Gad fœlix, aut eufortuniũ fortunatos nos faciet: & ipſe fortunatus erit calcaneo, uel ueſtigio. Et neſcio quõ traductum habeamus: Gad accinctus præliabitur contra eũ, & ipſe accingetur retrorſum: Gad. n. nõ accinctum, ſed fœlicẽ, aut bene fortunatũ ſignificat: ut explicatũ habemus a matre, uel a domina ancillæ parturientis, quæ illo ſuſcepto filio inquit בָּגַד bagad, ideſt in pro/ſperitate, uel eufortunio, ſiue, ut noſtra traductio habet/fœliciter: Cuius fœ/licitatem, aut bonam fortunã pater Iahacob declarauit in calcaneo: Moſes autem ipſam deduxit uſq; ad uerticẽ dicẽs: Benedictus in latitudine Gad, quaſi Leo accubuit, & deprędabit robuſtus uſq; ad uerticẽ. Dilatauit qdẽ, & auxit Moſes influxum, & bonã fortunã ipſius: quia prœceſſit audacter, & fideliter omnẽ Iſrael in bello cõtra gentes, quas iuſſerat Dñs expelli de
terra ipſi populo promiſſa/ut in libro Numeroꝝ legimus. Eufortuniũ aũt Numer.
ipſius nõ fuit ſacerdotiũ, neq; regnũ, aut ſapientia, uel inſigne aliqđ acqui/ſitum induſtria, uel ingenio: quia (Ariſtotele teſte) ubi hoc uiget, ibi mi/nus eſt de fortuna: ſed in bello, peculiis, & diuitiis, quibus affluentes uulgo fortunati dicuntur. De huius aũt tribus diuitiis ibidem legimus: Reuben, & Gad habebant pecora multa, & erat illis in iumentis ſubſtantia multa: Vnde uoluerũt ultra Iordanem in paſcuis illis ubertimis degere: Hinc cũ ſuo Capricorno/iuxta quẽ caſtrametatus fuerat, & cũ regionibus, & po/pulis ab eo directis cõuenit: quæ ſunt Macedonia, Thracia, Illyria, India, Ariana, & Gerdoſia. Macedones aũt fuere bello fortunati, maxime Alexã/dro duce: Pecoribus quoq;/& argento ditiſſimi: ideo (ut Strabo ait) Phi/lippus inde maxima ex metallis, & reliqua locoꝝ ubertate uectigalia cõſti/tuit;

tuit: Ad cuius Macedonię meridiẽ eſt Theſſalonica oppidũ quondã ſpo/liis opulentiſſimũ. Thraces quoq; & Illyrici diuitiis multis abundant: Bi/zãtio, Adrianopoli: & multis oppidis, mercibus, & diuitiis celebres. India autem Ariana ab Indo fluuio auro locupletiſſima eſt. Gerdoſia uero aut Gedroſia aromatibus tantum/maxime myrrha & nardo abũdat. Ii igitur omnes benedictionẽ Gad conſequuti ipſi in hoc particulari munere cõp/time æquiparãtur. Ex electione autem, & fide, ſi aliqua in eis eſt, in Iſrae/litica familia recenſentur.

De concordia benedictionum triũ familiaꝝ, quæ caſtra locarunt cõtra tertium trigonũ, cũ populis ab ipſo directis. Cap. XIX.

IN tertio Trigono caſtrametati ſunt Ephraim, Manaſſe, & Beniamin: Quorum primis ſimul data fuit ab auo Iahacob huiuſmodi benedictio: Deus, qui paſcit me ab adoleſcentia mea uſq; in præſentẽ diem/Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis, & inuocetur ſuper eos nomẽ meum, & no/mina patrum eorum, & creſcãt in multitudinem ſuper terram. Nec aliud in particulari habemus de Ephraim in benedictionibus paternis, niſi quia Iahacob cancellatis manibus poſuit manũ dextram ſuper eum, cum eſſet iunior, dicens: Hic maior erit fratre ſuo minori. Cur autem pręmiſerit mi/norem, & poſtpoſuerit maiorẽ, id eſt in cauſa, quia pater Ioſeph ſuſcepto Manaſſe dixit: Obliuiſci me fecit Deus laborum meoꝝ, & domus patris mei: Quod uerbum minus conſulte dictum fuit, quia in iniuriam domus paternæ cum aliquali diſplicentia, non ſine culpa, & perturbatione cordis proferentis illud, ideo ipſi a Iahacob Deo pleno prępoſitus fuit Ephraim, in cuius natiuitate meliori diſpoſitione dixit Ioſeph: Creſcere, uel abunda/re me fecit Deus in terra afflictionis meæ: Vnde hic potitus eſt bona, ille autem luit malam diſpoſitionẽ patris: Et de utroq; proſequẽs Ioſeph ſub/intulit: In te benedicetur Iſrael, atq; diceẽt: Fiat tibi, ſicut Ephraim/& Ma/naſſe. Similiter & Moſes eos ſimul proſequens, & benedicens ait: Hę ſunt multitudines Ephraim, & hæc milia Manaſſe. Et cum ſimul ab utroq; benedicti ſint/nos patres illos ſequentes ſimul de ipſis loquemur, in quos etiam peruenit benedictio locupletiſſima data patri ſuo Ioſeph, cui Iaha/cob ait: Filius remunerandus Ioſeph, filius remunerandus, pro beneficio uidelicet ſummæ liberalitatis fratri, & patribus in Aegypto exhibitæ, cũ fames deſęuiret. Nec bene habet traductio noſtra filius accreſcens, cũ uer/bum illud פּוֹרָת porat non ſit hebreum ueniens a פָּרָה parah/quod fructi/ficauit/aut creuit ſignificat, ſed eſt uocabulum Aegyptiacum remunerã/dum, uel dignum remuneratione importans. Et decorus aſpectu/Filiæ. ſ. Aegyptiorum diſcurrerunt, aut ambularunt ſupra murum/ut uiderent. ſ. pulchritudinem eius: Et hoc quãtum ad literam dictum ſit, quã pro nunc

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ſequimur omiſſis altioribus myſteriis/quę in penetralibus latent: Amari/
care fecerunt eum/& contenderunt ſecum ſagittarii/aut patroni ſagittæ,/
ut habet ueritas literæ/qui in malam partem a ſacra ſcriptura accipiũtur,
pro duris uidelicet,& offendentibus proximum. Et ii fuerunt fratres eius/
qui uolebant occidere eum/& tandem uendiderunt: Sed quia Dominus
inſontes liberat eripiens eos de manu iniuſte opprimentium, ideo ſequit:
Reuertetur in fortem,& in proiicientem,uel dirigentem arcus eius: Nam
mala/quæ uolebant potentes fratres eius inducere ſuper puerum Ioſeph,
redũdarũt ſuper capita eorũ:& unde id fiat,exprimit ſubinferens: Diſper/
detur fortis manus eius a manu fortis Iahacob,qui fortis Deus eſt: Sequi/
tur: Inde,a Deo uȝ,uel Iſrael,ueniet paſtor lapidis Iſrael: Lapis enim uerus
eſt ille,de quo dicitur: Et ſuper hãc petram ædificabo eccleſiã meã: Paſtor
uero ille,q̃ ait: Ego ſum paſtor bonus: Qui nõ ex Ioſeph, ſed ex pre eius,& CHRI/
a Deo proceſſit,ideo notanter dicit,inde: attribuit.n. priuilegium hoc cele/ STVS.
berrimũ patri,quod filio attrbuere nequit: & ne iactabũdus de ſeipſo loq
uideretur,dixit q̃ inde ueniet: & quia id non poterat fieri,niſi a Dei uirtu/
te,ideo ſequitur: A Deo patris ſui,& adiutore tuo,& Sadai (pro quo nos
omnipotentẽ hẽmus) erit,iſtud uȝ: & bñdiceris bñdictionibus cœli deſup,
& bñdictionibus abyſſi iacentis ſub benedictionibus ubertatis,& uuluæ: quæ
non abſq̃ myſterio dicta credãtur: non.n. tantũmodo de uulua, & uberi/
bus mulieꝛ,& de cremento in duas tribus loquitur: qa hæc paruipenden/
da eſſent,ſed de ſupernis innuit oraculũ: ab uberibus.n. illis ſupramunda/
nis lac ſuxerũt prophetę oẽs,& de uulua illa,quæ pietatẽ indicat, fuit be/
nedictus Abrahã. Ioſeph igitur cũ inferior fuerit Abrahã, nec habuerit in
tribu,uel in tribubus ſuis prophetã lactentẽ ubera illa excelſa,ideo bñdici
tur tantũmodo inferiori benedictione,quæ eſt cõgeminationis familię ſuę
cũ donatus fuerit priuilegio duarũ tribuũ: quaꝛ una dicta fuit Ephraim,
altera aũt Manaſſe,ideo ſequit: Bñdictiones patris tui roboratæ,& auctę
ſũt ſup benedictionibus cõcipiẽtis/aut cõceptus,& cõgeminatiõis tribus.
Quæ benedictio extendet uſq̃ ad deſideriũ colliũ excælſoꝛ,aut colliũ mũ
di,uel occultoꝛ: quia ſuũ deſideriũ erit non tantũ familiæ multiplicandæ,
& rerũ terrenaꝛ, ſed etiam ab excælſis collibus cupiebat aliquid haurire:
& hauſit quantũ ipſi datũ erat deſuper: Sequit: Et hęc omnia ſint in capi/
te Ioſeph,& in uertice Nazarei.i. ſeparati a fratribus ſuis,iuxta illud quod
ſupra dicitur: Do tibi partem unũ extra fratres tuos: Aequũ.n. erat,ut ſe/
orſum aliquid acciperet a patre,qui indebite expulſus fuerat a fratribus: a
qua benedictione,quãtũ fas erat,dilatata, & intra limites ſuos cõtenta nõ Moſ
diſcedens Moſes ait: De bñdictionibus Domini terra eius. ſ. bñdicatur,de
fructibus cœli,& de rore, & de abyſſo latente, ſubter terra illa uȝ,& rore,
qui eſt ultimus fons benedictionis ſupernæ. Proſequit benedictionẽ circa

huiuſmodi inferiora dicens: De fructibus ſolis. i. a ſole generatis, & de fru/
ctibus Lunæ,a luna uȝ æditis (Sol.n. generat,& luna partum ædit) & de
uertice montiũ orientis,& de fructibus colliũ mundi: Montes enim orien/
tis/qui in hebreo dicitur קֶדֶם kedem, montes ſuperną regionis ſignificant,
in qua plantatus dicitur paradiſus uoluptatis. Colles aũt mundi hos infe/
riores ſignificant,de quoꝛ fructibus ſequitur: Et de fructibus terrę,& ple/
nitudinis eius,& ouium uȝ fœcunditate: Habitator Sina. i. habitaturus,&
daturus legem in Sina,deducat ſuper caput Ioſeph,& ſuper uerticem na/
zarei eius,ſicut nuper expoſitum eſt. Primogenitus Tauri, illius uȝ excæl/
ſi,quem uidit Ezechiel a ſiniſtris ſuperni tribunalis,eſt decor uel pulchri/
tudo eius: Et cornua unicornis cornua eius: illis enim cornibus aĩal defen/
dit ſe ab infeſtantibus: & his defenduntur alii a ueneno: Sic & Ioſeph non
ſolum defenſus fuit ab inſidiis fratꝛ, ſed a falſa calumnia uxoris Putipha/
ris. Defendit quoq̃ patrem / ac fratres ab exitio famis prævalidæ. Sed ad
Ephraim reuertamur. Hic caſtra locauit iuxta piſces: Cuius imaginis re/
giões ſunt Lycia,Lydia,Cilicia,Pamphilia,Phazania uel Hazania,ut alii
dicũt,Nazamonitis,& Garamãtica. Lycia,& Lydia,atq̃ Myſia ſũt paruę
Aſiæ regiones mediterraneæ ab olympo monte uſq̃ ad Pamphiliam, cui
ſuccedit Cilicia/opulentæ quidem & fertiles,ſed adeo confuſis terminis,ut
uix extet antiqua memoria: Nam cum ſępe alii,atq̃ alii imperauerint,aliq̃
confuſę ſunt,aliæ penitus euerſæ: Capta enim Troia Phryges,ac Myſii im
perauerũt illic,deinde Lydii,poſt eos Aeoles,& Iones,deinde Perſę & Ma
cedones,poſtea Romani,poſtremo Turcę, ſub quibus nedum Aſiani, ſed
alii q̃plurimi populi linguas,& nomina ſimul amiſere: Quæ regiones in ea
ratione,qua fructibus & hominibus fœcundæ ſunt,cum Ephraim conue/
niunt,qui frugifer interpretatur. Cilicia uero Tharſo,& Paulo celebris: qui
q̃uis de tribu Beniamin fuerit,tamen in regione correſpondente Ephraim,
de quo eſt benedictio illa data patri ſuo Ioſeph: Inde paſtor lapidis Iſrael:
Fuit enim Paulus uniuerſalis paſtor ouium lapidis: qui Chriſtus eſt,& ue/
rum fundamentum totius Iſrael. Garamantica autem regio in Libia inte/
riori ultra Marmaricam uſq̃ ad Ethiopiã,ſub Aegypto uſq̃ ad Ammonẽ
procedit: cui ſimilis eſt palmifera, & aquoſa: ubi adſunt, & Nazamones,
Pſylli,& Getulorum pars: Quorum regiones ſatis fœcundę referuntur,ſed
in particulari non multum nobis cognitæ: quia illuc difficilis & rarus no/
ſtratium acceſſus: Manaſſes autem contra Cancrum caſtra locauit: cuius
imaginis ſunt Bithynia,Phrygia,Colchica,Numidia,Aphrica,Carthago,
& Carchedonia,regiones quidẽ non maiori dignitate prędite,q̃ ferat ora/
culum de Manaſſe: connumeratur enim hæc inter duodecim tribus fœcũ/
da ſatis,& ipſa cõmuni portione benedictionis communicãs. Nec aliquid
magis ſingulare de regionibus illis dicitur,q̃ de familia iſta, de qua inquit

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Moſes:Et hæc milia Manaſſe:Quod quidē duobus modis intelligi poteſt: aut quia ſit numeroſa tribus per illud milia expreſſa:aut influxus denotatur,qui eſt ab ℵ aleph,quod mille ſignificat, ſed primo ipſum Deū, a quo omne bonum,ac ſi dicat:Hæc ſunt quę tibi conceſſit Deus,ut ſatis abundanter,& communi uita uiuas inter alios populos. Nec aliud inſigne ipſi particulariter attribuitur. Tertium locum in hoc trigono tenuit Beniamin contra Scorpionem / qui regit Syriam, Commagenem / Cappadociam, Metagonitem, Mauritaniam, & Getuliam. Eius autem benedictio data a patre Iahacob hęc fuit:Beniamin Lupus rapax mane capiens prædam, & ueſpere diuidet ſpolia. Sed Moſes longa diſtātia uidetur eam proſequi dicens:Amantiſſimus Domino habitabit confidenter, in eo quaſi in thalamo tota die morabitur,& inter humeros illius requieſcet. Verum,ut patet bene intelligenti,in idem conueniunt uerba utriuſq; : Ad literam de Saul unico rege de tribu Beniamin uterq; uaticinatus eſt:fuit enim ueluti lupus qui occulte rapuit prædam : nam occulte introiuit in regnum, quod debebatur tribui Iehuda,& hoc obtinuit a mane uſq; ad ueſperam uitæ ſuæ. Et quod a mane uſq; ad ueſperam inquit Iahacob, Moſes per totam diem innuit,cum aſſerit morari eum in thalamo,ideſt tribunali regio: Comple/to.n.uitę curriculo diuiſa fuit præda,quia ad domū Dauid,& ad domum Iehuda deductum fuit regnū,quod ab ea quaſi pręda per diem uitę Saul ſublatum fuerat:Requieuerat enim regnum (inquit Moſes) tempore yȝ Saulis,ſuper humeros eius:Super humeros quippe illos,de quibus dicit: Eminebat Saul ſuper alios ab humeris ſupra.Sed quid ad populū corre/ſpōdentem tribui Beniamin,& qui caſtrametatus eſt iuxta Scorpionem, uideamus: Eſt enim ſub hac imagine in Aſia Syria Commagenæ conti/nua,quæ a Tauro monte confinia ſuſcipit:ultra quem,& ſubſequentē Armeniam eſt Cappadocia ab eodem ſigno directa:In Aphrica uero Meta/gonia,quæ eſt Carthagini nouæ contigua,Mauritania,& Getulia:quarū populi mane comederunt prædam illam,de qua dicitur: Ad prædam fili mi aſcendiſti.Propoſuit enim Redemptor mundi cœleſte pabulum nobis comedendum,quaſi prędam quandam,ereptum a Patre, uel de manibus hoſtium nos impedientiū:Quod comederunt hi populi mane,quando fidem Chriſti pauloante crucifixi ſuſcepere:Sed ueſperaſcente die euāgelico male diuiſerunt ſpolia adhærētes ſpurciſſimo Mahumeti tam Aſiatici illi populi,q̄ Aphricani,qui omnes diuiſi ſunt a Chriſto p plura tempora: In qua diuiſione per modicum (ut opinor) perdurabūt,quia cito (ni fallor) ueniet iubente Deo illa dies,in qua fiet unū ouile,& unus paſtor:Qui populi aliquo modo fuerunt diuiſi,aliqualiter uero minime/ ſicut de antiqua illa,& figurāte familia in tertio uolumine Regum legimus,in qua diuiſæ fuere decem tribus a domo Iehuda,in qua erat regnum & templum,

Moſes

Idem

& ab imperio Dauiticæ ſtirpis:Nam ſicut illi penitus deſtituti non fuerūt, q̄uis apoſtatæ in uitulorum adoratione reperti : ſiquidem ad reges mittebantur prophetę ad populos illos dirigendos,& inſtruēdos,ut ſemp Deus in Iahacob dominaretur/Parimodo proſecutus eſt hanc familiam diuiſam ab ea/quæ uere chriſtiana eſt/cum adhæſerit ſpurciſſimo Mahumet:Nam ipſis relicta eſt utraq; lex/Moſaica ſcilicet, & euangelica:ex quarum qualibet aliqua acceperunt,quæ obſeruent Chriſtum uenerantes natū ex uirgine/q̄uis paſſum denegent,ut & ipſe Chriſtus dominetur in Iahacob,& in omnibus finibus terræ.

De concordia benedictionum reliquaȝ tribuū/quæ caſtrametatæ ſunt contra quartum trigonum/cum populis ab ipſo directis. Cap. XX.

IN quarto ſignoȝ ternario caſtra locarunt Dan, Aſſer,& Nephtalim:Dan enim cum populis a Virgine directis conuenit, qui ſunt Græci/Achæi/ Cretenſes, Babylonii Meſopotamii, Aſſyrii,& Elamitæ : Græcia enim latiora extendens confinia (ut Geographi aſſignāt) a Boſphoro uſq; ad Acarnaniam,quæ Achaiam (quam Phthiam dicunt) includit,& etiam Cretam cum multis adiacentibus inſulis.In quibus regionibus uiguit literarum ſtudium humanis ingeniis acquiſitum. Nec minus in Babylonica regiōe/cuius principium ab oriente eſt Suſis,ut Strabo refert,& Ptolemæus oſtēdit:Ab aquilone Euphrate circūdat:Ab alia parte Arabia:& a ſeptētrione Armenis terminatur:Quæ adeo ſtudiis incaluit/mathematicis potiſſimum,ut etiam in plures ſectas Babylonii diſtenti ſint: Eorum enim aliqui Chaldei dicti Genethlialogiam profitentes in Orchenos,& Boriſpenos diuiſi ſunt: Hoȝ Boriſpeni a Boriſpa ciuitate Dianę & Apollini dicata denominantur.Meſopotamia inter Tigrim & Euphratem ſita eſt,regio quidem in paſcuis uberrima,Babylonicæ prouintię cōtigua,inde & doctrinę illius particeps.Hic enim Abraham omnium uerorum aſtronomorum facile princeps diuinā aſtrologiā primo ab hominibus,ſed perfectius diuina colluſtratiōe didicit: Cui contigui ſunt Aſſyrii,& Elamitæ non mediocri ſapientia referti, ut in Iohanne Damaſceno,Pherecide Syro/Bardaſſane/Euſebio Cæſarienſe,& multis aliis comprobatur:Ii.n.clariſſimi uiri fuere poſt Apoſtolos,& Prophetas,qui & ipſi Aſſyrii extitere:Sed hos cum ſapientibus doctrinæ humanis ingeniis acquiſitę non cōnumeramus,cum eoȝ ſapientia longe exceſſerit humanā.De populis igitur iſtis,& principibus,qui humanę ſapiētiæ uacabant,dici poteſt,qđ de Dan inqt Iahacob:Dan iudicabit populū ſuū,ſicut & alia tribus:quia yȝ in his populis erūt ſapientes ad iudicandū. Idē ꝓſequitur Moſes/ q̄uis aliis uerbis utatur:Ait.n.Catulus leonis Dan. Non qppe fuit ipſe leo feraȝ rex,ſicut Iehuda,de quo ſcriptū eſt:Vicit leo de tribu Iehuda:ſed catulus leonis dicitur,quaſi filius regis:Nulli.n.tribui

Strabo Ptole.

Iahac.

Moſes

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

datum est uerum regnũ, nisi tribui Iehudà: cæteris autem per quandam participationem illius regiæ hæreditatis. Quod autem sequitur Iahacob, dum ait: Erit Dan coluber in uia, cerastes in semita mordẽs ungulas equi, ut cadat ascensor eius retrorsum, hoc totum ad Sãsonem refertur, qui fuit de tribu Dan, mirandum quippe atq; stupẽdum exemplar roboris, & fortitudinis: Hic enim momordit ungulas, & pedes equi, ideſt roboris Philistinorum, quando euulsis columnis palatii, quibus tanq̃ pedibus quibusdã sustentabatur, corruere fecit principes, & insigniores uiros Philistinorum, qui illic aderãt. Sed cum hæc omnia a Deo decreta fuerint, ideo sequitur: Salutem tuam, ut vȝ saluus fias a casibus istis, uel salutem tuam, ideſt fortitudinem tuam a Domino expectabis: Pro quo nos habemus: Salutare tuũ expectabo domine. Quod & Moses aliis uerbis explicat dicens: Fluet, scilicet hæc tua fortitudo largiter de Bassan, ideſt de pinguedine illa supra mundana/unde omne datum optimũ. Nec desunt, qui hoc oraculum aliter interpretentur, de Antichristo vȝ, quem de tribu Dan nasciturum existimant, qui erit hæresiarcha, & tortuosus coluber oẽs cadere faciens, quos mordebit: Cuius uirtus fluet de Bassan, ideſt de siccitate gratię, & pinguedine rerum temporalium: utrunq; enim Bassan significat. Hinc opinantur etiam hanc tribum Dan a Iohãne in signatorum supputatione posthabitam, ne tanti sceleris origo computetur in beatoꝝ numero: Hic enim mordet equos illos, de quibus ait Abacuc: Qui ascendis super equos tuos, constrictos uidelicet chamo, & freno ueręq; disciplinę, & uirtute diuini nominis, de quo ad præsens fari nõ licet. Asser uero assignabimus Librã, cuius regiones sunt Bactriana, Caspiria, Syriaca, Thebais, Oaxis, & Troglodytica regio. Bactriana est ab oxiano fluuio in aquilone, & oriente uallata: a meridie uero Arianis conterranea intercedente Caucaso monte: ab aquilone autem Margianis, & Hyrcanis: estq; dromedariis & elephantibus fœcunda, atq; rerum aliaꝝ copia satis fœlix: Insuper suo Pharaote a Philostrato, Zoroastre autem a q̃plurimis celebrata. Caspiria a Bactriana non multũ distat/ monte & mare Caspio celebris: cuius incolæ in parentes nimis impii: quandoquidem eos, cum ad septuagesimum annum deuenerint, fame & inedia enecant. Syria tota a septentrione Cilicia & Amano terminatur: orientem uersus Euphrate: ad austrum fœlici Arabia: ab occidente autem Aegyptio/& Cyprio mari/ regio quippe multa fœlicitate præclara. Thebais inter Nilum fluuium, & Libicos montes: Post quos Oaxites usq; ad fontem Solis, & ultra extenti. Troglodytica autem regio distenditur per lineam ad Arabicum sinum usq; ad montem Elephãtem: Incolarum uita pastoralis est, mulieres & filios cõmunes habent, nisi quę tyrannoꝝ sunt, qui q̃plurimi inter eos reperiuntur: Horum uero uxores siquis corruperit, oue mulctatur. Sed uideamus, quantũ istis populis conueniant ea, quæ de

Abacuc

Iahac. Moſes

Asser oraculum perhibet: Ait enim Iahacob: Asser pinguis panis eius, & prębebit delitias regibus. Et Moses: Benedictus in filiis Asser, sit placens fratribus suis, & intingat in oleo pedem suum: ferrum, & æs calciamẽtum eius: sicut dies iuuentutis, ita & senectus. Pinguedo cibi ipsi attributa ad eas refertur regiones, quæ fertiles sunt, & inde placidæ inter fratres, & cõterraneos suos. Verum quod dicitur: Ferrum, & æs calciamentum eius, ad Caspicos refertur, qui crudeles, & impii in parentes dicũtur. Quod autem iuuentutis dies cũ senectute æquiparãtur, indicat regiones illas nullas, aut paucas mutatiões fecisse, sed per diuersa tempora eosdẽ mores fuisse prosecutas: Idem enim cultus, ingenium, & mores apud eos quasi semper extitere. Nephtalim quippe Sagittario dabimus: cuius regiones sunt Thuscia, Colchis, Hispania, & fœlix Arabia. Thuscia inter Tyrrhenum mare, & amnem Tyberim fructibus multis nobilibus, & tempestiuis referta est, sed facile præstigiosa. Colchica regio est inter Iberiam, & Pontum Euxinum, & ab illa Caucaso monte disterminata: Corante autem fluuio aquilonari parte a Sarmatia Asiatica distincta: sed occidentali Moschio monte, Trapezis autem conterranea: Ex ea quoq; parte quæ est aduersus Sarmaticos campos omnigena sylua ditissima, maxime his arboribus, quæ fabricandis nauibus idoneæ sunt. Arabiam Fœlicem a septentrione deserta alterius Arabiæ distinguunt: ab oriente Persicus sinus: ab occidente Arabicus: a meridie mare magnum, quod extra utrunq; sinum est: Fœlix quidem q̃plurimis gummis, & odoribus, & tanta opulentia, ut Alexander Macedo mirũimmodum ipsa delectaretur, prout Historici meminerunt. Fœlicior autem fuit lege data in monte Sina nõ sine mysterio, quod

Paulus

Apostolus innuit/ quãuis non explicet, dum ait: Sina mons est in Arabia coniuncta ei, quæ nunc est Ierusalem, quæ est mater nostra: Profundiora enim sunt uerba Apostoli, q̃ in uoce resonãt. Hispania ad meridiem Sardium habet mare, ab occidente Atlanticum usq; ad septentrionem, a qua parte quidem sylueſtris, & noxia est: ab austro uero uniuersa ferè fœcundissima, & fœlix: Quibus regionibus si eulogium Nephtalim conueniat, uideamus: dixit enim Iahacob: Nephtalim ceruus emissus dans eloquia pulchritudinis: Sed Moses ait: Nephtalim abũdantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini: mare, & meridiem possidebit: Pro cuius literæ declaratione sciendum est ex terra Nephtalim demessos semper primos fructus/ qui tanq̃ primitiæ offerebãtur Domino: In qua etiam oblatione persoluebantur iucundæ, & pulchræ laudes Deo/ Ideo inquit Iahacob ipsum dare eloquia pulchritudinis, cum quo Moses dicit ipsum frui abũdantia, & benedictionibus plenũ, atq; possidere mare, & meridiẽ, supercæleſtem vȝ, unde omnis benedictio, largitas, & affluẽtia: ubi etiam est reconditissima uis ceruorum seperexcælsorum, qui adiurantur in Can-

Iahac. Moſes

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

datum est uerum regnũ, nisi tribui Iehuda: cæteris autem per quandam participationem illius regiæ hæreditatis. Quod autem sequitur Iahacob, dum ait: Erit Dan coluber in uia, cerastes in semita mordẽs ungulas equi, ut cadat ascensor eius retrorsum, hoc totum ad Sãsonem refertur, qui fuit de tribu Dan, mirandum quippe atq; stupẽdum exemplar roboris, & fortitudinis: Hic enim momordit ungulas, & pedes equi, idest roboris Philistinorum, quando euulsis columnis palatii, quibus tanq̃ pedibus quibusdã sustentabatur, corruere fecit principes, & insigniores uiros Philistinorum, qui illic aderãt. Sed cum hæc omnia a Deo decreta fuerint, ideo sequitur: Salutem tuam, ut vȝ saluus fias a casibus istis, uel salutem tuam, idest fortitudinem tuam a Domino expectabis: Pro quo nos habemus: Salutare tuũ expectabo domine. Quod & Moses aliis uerbis explicat dicens: Fluet, scilicet hæc tua fortitudo largiter de Bassan, idest de pinguedine illa supra mundana/unde omne datum optimũ. Nec desunt, qui hoc oraculum aliter interpretentur, de Antichristo vȝ, quem de tribu Dan nasciturum existimant, qui erit hæresiarcha, & tortuosus coluber oẽs cadere faciens, quos mordebit: Cuius uirtus fluet de Bassan, idest de siccitate gratię, & pinguedine rerum temporalium: utrunq; enim Bassan significat. Hinc opinantur etiam hanc tribum Dan a Iohãne in signatorum supputatione posthabitam, ne tanti sceleris origo computetur in beatoꝝ numero: Hic enim mordet equos illos, de quibus ait Abacuc: Qui ascendis super equos tuos, constrictos uidelicet chamo, & freno uerę disciplinę, & uirtute diuini nominis, de quo ad presens fari nõ licet. Asser uero assignabimus Librã, cuius regiones sunt Bactriana, Caspiria, Syriaca, Thebais, Oaxis, & Troglodytica regio. Bactriana est ab oxiano fluuio in aquilone, & oriente uallata: a meridie uero Arianis conterranea intercedente Caucaso monte: ab aquilone autem Margianis, & Hyrcanis: estq; dromedariis & elephantibus fœcunda, atq; rerum aliaꝝ copia satis fœlix: Insuper suo Pharaote a Philostrato, Zoroastre autem a q̃plurimis celebrata. Caspiria a Bactriana non multũ distat/monte & mare Caspio celebris: cuius incolæ in parentes nimis impii: quandoquidem eos, cum ad septuagesimum annum deuenerint, fame & inedia enecant. Syria tota a septentrione Cilicia & Amano terminatur: orientem uersus Euphrate: ad austrum fœlici Arabia: ab occidente autem Aegyptio/& Cyprio mari/ regio quippe multa fœlicitate præclara. Thebais inter Nilum fluuium, & Libicos montes; Post quos Oaxites usq; ad fontem Solis, & ultra extenti. Troglodytica autem regio distenditur per lineam ad Arabicum sinum usq; ad montem Elephãtem: Incolarum uita pastoralis est, mulieres & filios cõmunes habent, nisi quę tyrannoꝝ sunt, qui q̃plurimi inter eos reperiuntur: Horum uero uxores siquis corruperit, oue mulctatur. Sed uideamus, quantũ istis populis conueniant ea, quæ de

Abacuc

Iahac. Moses

Asser oraculum perhibet: Ait enim Iahacob: Asser pinguis panis eius, & prębebit delitias regibus. Et Moses: Benedictus in filiis Asser, sit placens fratribus suis, & intingat in oleo pedem suum: ferrum, & æs calciamẽtum eius: sicut dies iuuentutis, ita & senectus. Pinguedo cibi ipsi attributa ad eas refertur regiones, quæ fertiles sunt, & inde placidæ inter fratres, & cõterraneos suos. Verum quod dicitur: Ferrum, & æs calciamentum eius, ad Caspicos refertur, qui crudeles, & impii in parentes dicũtur. Quod autem iuuentutis dies cũ senectute æquiparãtur, indicat regiones illas nullas, aut paucas mutatiões fecisse, sed per diuersa tempora eosdẽ mores fuisse prosecutas: Idem enim cultus, ingenium, & mores apud eos quasi semper extitere. Nephtalim quippe Sagittario dabimus: cuius regiones sunt Thuscia, Colchis, Hispania, & fœlix Arabia. Thuscia inter Tyrrhenum mare, & amnem Tyberim fructibus multis nobilibus, & tempestiuis referta est, sed facile præstigiosa. Colchica regio est inter Iberiam, & Pontum Euxinum, & ab illa Caucaso monte disterminata: Corante autem fluuio aquilonari parte a Sarmatia Asiatica distincta: sed occidentali Moschio monte, Trapezis autem conterranea: Ex ea quoq; parte quæ est aduersus Sarmaticos campos omnigena sylua ditissima, maxime his arboribus, quæ fabricandis nauibus idoneæ sunt. Arabiam Fœlicem a septentrione deserta alterius Arabiæ distinguunt: ab oriente Persicus sinus: ab occidente Arabicus: a meridie mare magnum, quod extra utrunq; sinum est: Fœlix quidem q̃plurimis gummis, & odoribus, & tanta opulentia, ut Alexander Macedo mirũimmodum ipsa delectaretur, prout Historici meminerunt. Fœlicior autem fuit lege data in monte Sina nõ sine mysterio, quod

Paulus

Apostolus innuit/ quãuis non explicet, dum ait: Sina mons est in Arabia coniuncta ei, quæ nunc est Ierusalem, quæ est mater nostra: Profundiora enim sunt uerba Apostoli, q̃ in uoce resonãt. Hispania ad meridiem Sardium habet mare, ab occidente Atlanticum usq; ad septentrionem, a qua parte quidem syluestris, & noxia est: ab austro uero uniuersa ferè fœcundissima, & fœlix: Quibus regionibus si eulogium Nephtalim conueniat, uideamus: dixit enim Iahacob: Nephtalim ceruus emissus dans eloquia pulchritudinis: Sed Moses ait: Nephtalim abũdantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini: mare, & meridiem possidebit: Pro cuius literæ declaratione sciendum est ex terra Nephtalim demessos semper primos fructus/ qui tanq̃ primitiæ offerebãtur Domino: In qua etiam oblatione persoluebantur iucundæ, & pulchræ laudes Deo/ Ideo inquit Iahacob ipsum dare eloquia pulchritudinis, cum quo Moses dicit ipsum frui abũdantia, & benedictionibus plenũ, atq; possidere mare, & meridiẽ, supercælestem vȝ, unde omnis benedictio, largitas, & affluẽtia: ubi etiam est reconditissima uis ceruorum seperexcælsorum, qui adiurantur in Can-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ticis: Ideo Iahacob uocat eum ceruum emissum, quia inde eius uirtus, & affluentia: qua fœcundata regio ascripta Nephtalim tempestiuiores fructus, q̄ aliæ regiones præbens primitias Deo offerendas præstabat: & inde ipsi soluebantur pulcherrimæ laudes, & eloquia pulchra. Præbet & Arabia fœlix thura, & thymiamata / quibus solemus persoluere Deo solennes laudes, & orationes dirigere in eum simul cum ipso incenso, ut de ipsa quoq; dici possit: Præbet eloquia pulchritudinis. Profert quoq; Thuscia, & Hispania tempestiuos fructus / maxime huius ea regio, quæ ad meridiem habet mare mediterraneū, iuxta illud Mosaicū: Mare & meridiem possi- Mose
debit: Quod secundum literam, quomodo saluari possit / minime uideo, q̄uis aliqui minus periti in mundi descriptiõe inepta quædã dixerint, ipsam v3 tribum sortē habuisse ad mare Tyberiadis: Quod stare minime potest, cum inter ipsum mare & tribum Nephtalim intercidat tribus Issacar, & brachium quoddam tribus Manasse. Nec desunt, qui ineptius dicant tribum ipsam habuisse sortem ad mare Tyrrhenum, qui ridendos potius se præbent, q̄ confutandos. Nec de mari Syriaco potest uerificari litera, cū illud habeat per paucum, & hoc in plaga occidētali: Nam tribus Dan illa maritima occupat usq; ad tribum Simeonis, & Philisteā. Alibi igit̄ exquirenda est ueritas Mosaici oraculi / postq̄ in cortice literæ hēri nequit. Secūdum quippe sensum anagogicum habet mare supramundanum, & uerū meridiem, & austrum perflantem, a quo largam affluentiam, & tempestiuos fructus suscipit. In sensu uero nostro allegorico Hispaniam regionem significat, quæ a montibus pyreneis usq; ad columnas Herculeas gaudet illo mari sardio in meridiana plaga, quæ etiam fertilior est cæteris hispaniarum regionibus: quibus Hispanis oraculum quoq; secundum literam, & etymologiam uocabuli accõmodari potest, ut bene dicantur cerui emissi, cum uelocissimi, agiles, & graciles sint, ueluti cerui, quod etiam interpretatio chaldaica indicat: Hispani enim accincti, uel expediti interpretantur. Dant quoq; eloquia pulchritudinis, cū uagus, & lepidus sit sermo illorum ex Ioue forsitan, & Sagittario, ut dicerēt Astronomi. Alia multa possemus adducere pro harum rerum concordia, sed hæc pauca sufficiant ad inuenienda potius / q̄ bene explicāda huiusmodi sacramenta, cum hoc impossibile sit: Nam q̄plurima maiora his abscondita sunt, quæ partim non uidemus, & partim effari non licet. Astrõ

Digressio quare Paulo celebertimo Apostolo nulla fuerit assignata particularis tribus, aut regio. Cap. XXI.

NEc prætereundum censeo, cur Paulo, qui plus cæteris laborauit, nulla tribus, nulla familia, uel ecclesia, nullaq; regio assignata legatur: Id autem (ut clare coniicio) in causa fuit,

quia ipsi non unius tantum, sed omnium ecclesiarum, tanquam uniuersali pastori, aut generali uasi electo in salutem omnium gentium cura demandata fuit, ut ipsemet cum Corinthiis differens ait: Instantia mea quotidiana, & solicitudo omnium ecclesiarū. Sicuti quoq; regius Vates Spiritu sancto plenus in triumphanti carmine decantat dicens: In ecclesiis, nouis uidelicet ex omnibus tribubus collectis, benedicite Deo Domino de fontibus Israel / de fontibus quippe Apostolicis duodenis, quorum typum gerebant duodecim tribus, & illarum duodecim fontes Elim. Sed quia figuratiui fontes defecturi erant, bene illos effigiantes defectiui dicuntur: Elim enim deficiens interpretatur. Veri autem, & figurati fontes nequaq̄ deficiunt, sed (summa Veritate attestante) ex illis fluit aqua, atq; fontes uiui salientes in uitam æternam, & continue irrigantes regiones ipsis creditas. Fons itaq; fuit Petrus, fons Iacobus, fons Iohannes, fontes denique Apostoli omnes unusquisq; irrigans suam familiam: Paulus autem omniū ùberrimus fons omnes irrigabat: Hinc sequitur Vates: Ibi, idest in omnibus ecclesiis illis, Beniamin adolescentulus in mentis excessu, & raptus usq; ad tertium cœlū, & ubera illa excælsa, a quibus hausit lac, & aquam, quam propinaret omnibus ecclesiis: Idcirco omnes interpretantur hunc Beniamin pro Paulo, qui & de eius familia oriundus fuit / & quia ea, quæ oraculum profert, de eodem uerificantur ad uerbum: ait etenim patriarcha Iahacob: Beniamin lupus rapax mane rapiet prædam, & uespere diuidet escas: Raptor profecto fuit in primordio suæ ætatis, quando persequebatur ecclesiam Dei: sed in uespere senescens adeo diuisit escas, & spolia, ut diceret: Omnibus omnia factus sum, ut Christo lucrifaciam. Nomē quoq; biforme utriq; conueniens obseruandum censeo: Ille enim postremus nostri Patriarchę Iahacob filius dictus primo fuit Benoni, idest filius doloris mei: quia mater ipsum extremo dolore peperit: Postea a patre Beniamin, idest filius dexteræ fuit nuncupatus. Non secus Paulus fuit, qui primo fuit ecclesiæ filius doloris, dum ipsam acriter persequeretur usq; ad eius extremam internitionē, si ei permissum fuisset desuper: Sed Christi uoce admonitus mutatus fuit in uirum alterum, & effectus uerus filius dexteræ, dum ipsum uocantem, cuius propria sedes est ad dexteram Dei patris, in cordis penetralibus adeo omnibus suscepit uiribus, ut non ultra sibiipsi uiueret, sed magis hospiti dicens: Viuo ego iam non ego, uiuit uerq; in me Christus. Nec ipse deinde ex se loquebatur, cum Christus ei uerba suggereret, ut alibi testatur: An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Hinc non sine mysterio Paulus filius dexterę iam effectus non solum a pictoribus, quibus simul cum poetis Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas, sed etiam in sigillis diplomatum apostolicorū ad dexteram Petri collocatur. Nec opinandum censeo beatum Syluestrū

Paulus
Dauid
Iahac.
Paulus
Idem
Idem
Horati.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

& priſcos illos patres in eccleſiaſtica diſciplina omnino peruigiles hũc or/
dinem tantoꝝ principum a caſu, aut inconſulto in ſigillis apoſtolicis per/
miſiſſe, ſed Deo pleni ſacra myſteria inſpicientes de induſtria ad dextram
poſuere illũ, qui bellauit bella principis dexterę, qui eſt Chriſtus IESVS:
Fuitq; miles admodum ſtrenuus, & ſuper omnes laborans Imperatori ſuo
innumeros cõmilitones aſcripſit, quos ex diuerſis gentibus/nationibus/&
tribubus collegerat: unde & doctor gentiũ a ſummo Imperatore appella/
tus eſt: Prædicauit enim, ut ipſemet ait, euangelium Chriſti, ubi Chriſtus
minime nominabatur, ſicut ſcriptum eſt: Quoniã, quibus non eſt annun/ Iſaiæ
tiatum de eo, uidebunt: & qui non audierũt de eo, intelligent. Vt igitur ad
gentes deferret euangelium, acceſſit ad Arabes, Græcos, Italos, Hiſpanos,
& diuerſarum gentium regiones magnã orbis partem peragrans, & cum
Petro deniq; Apoſtoloꝝ principe uniuerſalis eccleſiæ curã ſuſcepit fauens
uirtute dexteræ diuini uerbi/ ſicuti Petrus eandẽ ſuſtentabat ſiniſtra iudi/
cii ſibi crediti. Hinc ille gladio ſpũs, quod eſt uerbũ Dei, hic autẽ clauibus
iudicii nobilibus ſtẽmatibus decorantur: Et ex utraq; parte cõplexi Chri/
ſtum ſecuti ſunt, qui ſemper meditulliũ in eccleſiaſtico regno tenuit, quã/
uis ex patris dextera prodiens illuc iterũ reuerſus ſit. Et quia ſunt in pere/
grinatione cõplexi, & ſimul pro Chriſto interẽpti inſimul quoq; regnant.
Ibi itaq; Beniamin in mentis exceſſu, quia ad ſupna eleuatus uidit arcana
Dei, quæ non licet homini loqui. Et cum hoc præclaro exercitus magiſtro
non ſine myſterio cõnumerantur principes Iehuda, principes Zabulon,
principes Nephtalim, ut per hos intelligãtur principes omnes/ & milites,
qui pugnant contra omnigenas noſtroꝝ hoſtium turmas, quæ ad triplicẽ
aciem a Iohãne, & a noſtris ſapientibus reducuntur: Princeps enim mili/
tiæ fidei, & debitæ ſummiſſionis contra ſuperbiæ aciem Iehuda decanta/
tur, qui laus, & cõfeſſio interpretatus eos regit, qui Deũ corde, & ore con/
fitentes eum tanq̃ Dominũ, & omniũ bonorum doctorem recognoſcunt.
Princeps uero turmæ ſpei Zabulon dicitur, qui fortitudinis habitaculum
ſignificat, in quo collecti milites, & tutela ſpei muniti belli duritiẽ, atq; hor
rorem minime timent. Princeps autem charitatis eſt Nephtalim, qui dila/
tationẽ, aut uerius (ut ſupra tetigimus) ęquationẽ ſignificat: Charitas. n.
cor, & cuncta dilatat, atq; omnia æquat: Et hæc turma contra auaritiam,
odium/factiões/& omnia uerę paci inimica erigitur, ſicut ſpei propugna/
cula cõtra eneruantẽ/& mollem laſciuiã. Sub magno itaq; & inſigni duce
Paulo, & ſummo Imperatore Chriſto omnes trinaria turma contra tricí/
pitem hoſtem, & immanẽ illum, dirumq; cerberum militamus: Ideo Paulo
tanq̃ totius exercitus magiſtro non una particularis, ſed uniuerſalis aſſi/
gnatẽ eccleſia, ſicuti Petro a ſummo Principe iudici cõſtituto omnis Rei/
publicæ Chriſtianæ iuriſditio demandatur.

Quid ſibi uelit in caſtrametatione circa tabernaculum fœderis illa in/
teriecta quinaria turma. Cap. XXII.

Numer. DIſpoſita itaq; caſtrametatione, circa tabernaculũ fœderis aut
citationis, ubi citabatur populus ad diuinũ oraculũ, interie/
cta fuiſſe legimus in libro Numeroꝝ tentoria quinq; inter ta
bernaculum & duodenas illas tribus ipſum circũplectentes:
Horum duo erãt Moſi, & Aaron: de quibus ibidem dicitur: Caſtrameta/
buntur ante tabernaculum fœderis, ideſt ad orientalem plagam Moſes, &
Aaron cũ filiis ſuis habentes cuſtodiam ſanctuarii in medio filioꝝ Iſrael,
quo quiſquis alienus acceſſerit, morietur. Alia quoq; tria tẽtoria filiorum
Leui tendi iubentur per tres familias, quæ ſunt/ Caatitæ ad meridiẽ/Me/
raritæ ad aquilonem/Gerſonitæ ad occidentem: Et hæ omnes cũ ſuis aſſi/
gnatis curis: ſuper quoꝝ omnium principibus princeps erat Eleazar filius
Aaron. Caatitis autẽ dux erat Eliſaphan, & hi curabant uaſa, menſam ỽ,
mortariola/crateres/candelabra/lucernas/uaſa olei/ ignis receptacula/fu/
ſcinulas, tridentes, uncinos, cadulos, & huiuſmodi: Inſuper & oleũ ad con/
cinnandas lucernas, thymiamata quoq;, & ſacrificia. Gerſonitæ, quoꝝ dux
erat Eliaſaph, cuſtodiebant cortinas tabernaculi, tectum, & operimentum
aliud, & præcipue uelamen hyacinthinũ tentorii, quod pendebat in ueſti/
bulo tabernaculi fœderis: Cortinas quoq; atrii, & uelum, quod erat ante
ipſum tabernaculum: necnon funiculos, uaſa miniſterii, & omnia, quæ ad
altare pertinebant. Sed Merarítæ, quoꝝ dux erat Suriel, ſuſcepere confi/
gnatas tabulas, uectes tabernaculi, columnas atrii per circuitum cũ baſi/
bus, paxillis, & funibus ipſoꝝ, atq; totam altaris ſuppellectilem, ſicut Ger/
ſonitæ ea, quæ ad ipſum altare erigendum pertinebant: Et eligebantur ab
anno triceſimo ætatis ipſoꝝ uſq; ad quinquageſimũ. Quod tabernaculum
abſq; dubio illud uerũ tabernaculum figurabat non manufactum, ſicuti
Paulus Apoſtolus cũ Hebreis diſſerens longo ſermone proſequitur dicẽs: Taber/
naculum enim factum eſt primum, in quo erant candelabra/menſa/panes
faciei/quæ dicũtur ſancta: Poſt uelamẽ aũt ſecũdũ tabernaculũ, qđ dicit
ſancta ſctoꝝ/aureũ hñs thuribulũ, & arcã teſtamẽti circũtectam ex omni
parte auro: in qua erat urna aurea hñs mana / & uirga Aaron, quæ fron/
duerat, & tabulæ teſtamenti: ſup qbus erant Cherubini glorię obũbrantes
ꝓpitiatoriũ, de qbus nõ ẽ dicẽdũ p ſingula. His uero ita cõpoſitis, in prius
qdẽ tabernaculũ ſemp introibãt ſacredotes ſacrificioꝝ officia cõſũmãtes,
in poſterius aũt ſolus Põtifex nõ ſine ſanguine, quẽ offerret pro ſua, & to/
tius populi ignorãtia: hoc ſignificãte Spũ ſcto, nõ dum ꝓpalatã eſſe ſctoꝝ
uiam/adhuc priore tabernaculo habẽte ſtatum. Quæ parabola eſt tẽporis
inſtantis, iuxta quã munera, & hoſtię offerebanť, quæ nõ poterant ſecun/
dum cõſcientiã perfectum facere ſeruientẽ ſolũmodo in cibis, in potibus,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

& in uariis baptiſmatibus, & iuſtitiis carnis, uſq; ad tempus correctionis illis impoſitis. Chriſtus autem aſſiſtens Pontifex futuroꝝ bonoꝝ per amplius,& perfectius tabernaculum non manufactum,ideſt non huius creationis,neq; per ſanguinem hircoꝝ, aut uituloꝝ, ſed per propriũ ſanguinẽ introiuit ſemel in ſancta,æterna redẽptione inuenta. De quo tabernaculo diſſerere per ſingula temerarium forſitan exiſtimabitur, & merito,poſtq̃ Apoſtolus id facere nõ eſt auſus:aut noluit,quia non habebat initiatos diſcipulos,& pfectos,quibus ſapientiæ arcana propalaret: Sed poſtq̃ reuelata facie nobis datur gloriam Domini ſpeculari, aliquid uel ſaltẽ adumbrare de huiuſmodi(Spiritu ſancto duce)minime temerariũ putabimus. Erat igitur tabernaculum illud typicum in medio caſtroꝝ,& figuratiuaꝝ tribuum ſignificans uerũ tabernaculum non manufactum,ideſt nõ huius creationis,ſed fœliciori genitura productum,quod eſt Chriſtus Ieſus erectus in medio ueraꝝ tribuum,& caſtroꝝ omnium totius machinæ huius, iuxta propheticũ illud:Operatus eſt ſalutẽ in medio terrę.Eſt nanq; Ieruſalem,ubi propitiationem inuenit, in meditullio mundi, iuxta ſupcœleſte templũ,ut aſſerunt ſecretiores Theologi:Eſtq; (ut aſtronomos ſequamur) in angulo trigoni meridionalis,iuxta illum uerũ meridiem,de quo inquit Abacuc:Deus ab auſtro ueniet. Ad quã plagam etiam deambulaſſe dicit Deus,dum uolebat primo parenti ſuccurrere,& eius operire peccatũ ueſte pellicea confecta ex illius Agni pelle, qui tulit peccata mundi: Ex illa nanq̃ regione omnia nobis tribuit chariſmata: Ibi enim natus,ibi docuit, ibi paſſus, ibidemq; ſurrexit, & inde aſcendit ad illum uerum meridiem, & ſupernum templũ,unde dedit dona hominibus, & unde omnis miſericordia,gratia,& ſalus:Iuxta quod tendere debẽt turmæ, & caſtra omnia uexillum,& faciem, ut illuc dirigatur uultus & oratio,unde emolumenta ſuſcipere ſperatur: Erectum eſt igitur tabernaculũ hoc in utriuſq; mundi meditullio, ut utrobiq; regnet in domo Iahacob,qui in ſupramũdano ſolio mediũ tenere dicit: & hic inferius meditulliũ terræ habitabilis in poſſeſſionẽ ſuſcepit/Sic & Chriſtus uerum tabernaculũ,ſicut naſcens,docẽs, apparens,morienſq; ſemper mediũ tenuit,ita regnans in media domo Iahacob uerus Iſrael,ideſt hæres,aut princeps Dei ſedet. Ad hunc igitur uerum Dei hæredem,& principem,qui mũdi principatũ crucis trophæo in medio mũdi erecto expugnauit,reſpiciũt tribus & familię oẽs Deo militãtes deductæ in illum ſacrũ duodenariũ tres pro qualibet parte cœli:quaꝝ qbuſlibet(ut Iohãnes phibet) tres patẽt portę ad cœleſte regnũ.Perq̃pulchre ẽt,& myſterioſiſſime tabernaculũ illud typicũ bipartitũ deſcribit,ut ueꝝ tabernaculũ ſignificaret biforme:ubi primũ repit natura humana,& ipſa ſancta nũcupata:qa linita eſt ſctõ oleo diuinitatis præ oĩbus participibus ſuis,& illuſtrata lumine illius candelabri,qđ ait:Ego ſum lux mundi.

Dauid

Abacuc

Iohãnes

CHRISTVS.

Ibiq; etiam reperiuntur panes facieꝝ,hoc etiam perhibente Chriſto,ait.n. Ingredietur,& egredietur, & utrobiq; paſcua inueniet:Ipſe enim Chriſtus homo eſt uerus princeps facierũ/per quẽ introducimur ad faciem diuinitatis.In hæc igitur ſancta omnes ſacrificantes,& meditantes intrant ad libitum:quia facilis eſt hominis, & operis eius meditatio. In ſancta autem ſanctoꝝ (quæ diuina natura eſt in humana recluſa, unde ꝓprie expectat propitiatio & ſalus) ſacerdos magnus,& non uulgaris ingreditur:quia nõ niſi perfectus,& qui optime ſe Deo conſecrauerit,ad diuina intrat penetralia.Ingreditur uero ſemel in anno,quãdo.ſ.renouatus,& tranſmutatus in melius,nouos & annuales fructus ueluti alter mundus bene cultus decerpit: & hos utiq; ſemper tanto meliores,quanto magis a domata carne, & penè extincto ſanguine ſegregatur: Ideo non ſine ſanguine intrare dicitur,a quo proficiens ſemper expurgatur, quouſq; penitus extincto mereatur ſecundũ poteſtatem a uerbo traditam effici filius Dei. Sed magna differentia eſt inter typicum, & uerum tabernaculum: ibi.n.ſanguis animalium expiabat tm̃modo ſacerdotis, & populi ignorãtiam:hic autem in ſanguine Chriſti omnia expurgantur ſcelera, dũmodo ea in Spiritũ ſanctum perpetrata nõ ſint,quæ neq; in hoc ſæculo,neq; in futuro dimittuntur.Eoq; intrans aureum thuribulũ reperit,ideſt uas orationis pfecta charitate ditata:Ibi arcam teſtamenti,pfectam v3 ſcripturæ intelligentiã,quæ datur ueris ſacerdotibus,& his,qui bene expurgati mentẽ adepti ſunt,& Deũ uideri merentur.Mana quoq; ſuſcipiunt ſuauiſſimũ illud & abſconditum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit.Virgam inſuper,ideſt ſacerdotalẽ uirtutem frondeſcentẽ, atq; ſemper in melius proficientẽ offendit.Tabulas quoq; teſtamenti digito Dei exaratas intuetur ad libitum:quia ſculptũ in corde reperit Dei amorem,& proximi:ad quẽ tanq̃ ad duas præcipuas cęlaturas tota lex reducit,& prophetę.Ibi deniq; intuetur cherubinos gloriæ,p quos ſplendent (ut ſupra tetigimus) creata omnia bipartita in cœleſtem,atq; terreſtrẽ machinã:ſup qua ſedet ille,a quo omnis emanat propitiatio. Veꝝ inter hoc tabernaculũ,& duodenas tribus iꝑm circũuallantes,quæ omnẽ Dei militũ cœtũ apprẽhendunt,nõ ſine ſacramento quinq; interiacere dicunt particulares,& ſegregatæ turmæ in totidẽ tẽtoriis:Quæ (ut pro nũc ſenſum anagogicum dimittamus) in eccleſia Dei (ni fallor) qnq; ſignificant approbatas ſacerdotũ,ducũ,leuitaꝝ,atq; mediatoꝝ acies inter ipſum Deũ, qui reſidere dicebatur in tabernaculo, & populum Dei collectum, & deſcriptum per illas duodenas turmas. Et hæc ſunt collegia Petri,Auguſtini,Benedicti,Baſilii, & Franciſci: ad quæ omnes aliæ particularium miniſtrorum Dei turmę reducuntur,aut ex ipſis tanq̃ ex principalibus truncis ueluti quidam ramuſculi pullulant.Prima itaq; duo tentoria erant Moſi,& Aaron ſimul:quibus reſpondent Petri, & Auguſtini

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

collegia,quoꝝ utriq; Canonici dicũtur. Sed hi regulati,& magis expediti ad ſacra illa ptractanda, dũmodo ſeruent inſtitura a patre ipſoꝝ Auguſtino tradita:tradita inquã,nõ ut Petri,immo Chriſti religionẽ perficeret, ſed ut hos ad priſtinos illos mores reduceret,in quibus cœtus ille apoſtolicus fuerat educatus:penes quos ſtetit ſemp authoritas iudicandi,ſicut penes Moſem,qui & primũ locũ in illo quinario poſſidebat. Tres aũt ſequẽtes turbæ leuitaꝝ,qui ſunt Caatitę,Meraritæ,& Gerſonitæ tres alios cœtus regulatoꝝ ſignificant: Caatitæ.n.qui dolentes interpretanť/Benedicti turmas figurant,qui obſcuri,& ſemp ſqualliđi continuo luctui peccatoꝝ, & mortis Chriſti addicti uidentur:Hinc eis mortariola,uaſa vꝫ,in quibus cõteruntur peccata,thuribula ſuffumigantiũ orationũ, & crateres,quibus delibãtur cœleſtia,crediti ſunt:Candelebra inſuper,& lucernæ lectionum, & ſupernoꝝ luminũ:Vaſa quoq; olei miſericordiæ,qua ſemp alios cõmiſereſcant,& receptacula ignium,& flãmaꝝ ſpiritusſancti:Fuſcinulæ etiã, tridentes,uncinæ,latillæ,& huiuſmodi,quibus excitetur ignis feruoris,& amoris.Sed hæc omnia credebantur ei ueſtita colore hyacinthino,& cœleſti,cũ ſupernis ſemper intenti cõtinua cõtemplatione eſſe debeant actu, aut uirtute,ut ſeruent euangelicũ illud:Oportet ſemp orare,& nunq̃ deficere. Meraritæ,qui amaricatos,aut operientes uigilias ſignificant,Baſilii, & Anachoritaꝝ familiam repꝛeſentant,qui acerrima quadã auſteritate in ſolitaria uita cõtinuis uigiliis intenti duros & amaros ſe in ſeipſos reddebant,ut aliis eſſent in exẽplar euangelici luctus:Quibus merito tanq̃ uiris robuſtiſſimis omnia robora credita ſunt, colũnæ,baſes,uectes,tabulæ,& huiuſmodi tabernaculi moniměta:Sed heu dolendũ,nõ mirũ, ſi uidimus tabernaculum maiori ex parte dirutũ,quia nec Paulos habet,nec Petros, nec Macharios,nec Antonios,nec Hylariones,neq; huiuſmodi,qui ipſum tabernaculũ ſanctimonia,doctrina,miraculis,& exẽplo ſuſtentent.Gerſonitæ aũt,quos aduenas,uel electos interpretanť, paupculos euangelii uiros repꝛeſentant,quibus præceptũ eſt,ut ad euangelii metã examuſſim uitã deducant,& ſint aduenę,& peregrini in hoc ſęculo:& uiuant ab eo penitus ſemoti atq; exploſi,ut cũ Apoſtolo dicere poſſint:Mihi mũdus crucifixus eſt,& ego mundo. His creditæ ſunt cortinæ tabernaculi,cortinæ atrii,uelamina,tecta,operiměta,& omnia,quę ſpectabant ad ſacra contegenda,ut reuelarẽt nihilominus,& detegerẽt arcana tpe a ſummo Pre ſtatuto.Hoc interim pceſſere nõnulli,qui de imenſa luce in tabernaculo recõdita aliquas dedere coruſcatiões,ut patere põt his,qui Scotẽſes,Maronẽſes,Halenſes,Ochanenſes,Bibracenſes,& huiuſmodi lectitarũt.Eis quoq; cõmiſſum fuit hyacinthinũ,& cœleſte uelamen, p qđ ad tabernaculũ patebat introitus,cõmiſſa quoq; fuere funicula:Quæ &ſi abſq; multoꝝ inuidia explicare nequeã,non tamẽ deſiſtã,quin ſaltẽ aliqua ex parte exponã:

CHRISTVS.

Per hos.n.cœleſtes uiros,quot & quibus patuit,atq; patet introitus ad uerum tabernaculum, & ligant funiculis Seraphici amoris, & charitatis,in qbus ſummus habitator tabernaculi ad ſe trahit,quos elegit, in propatulo eſt. Credita quoq; fuere uaſa, quibus poſſent ſimul cũ collegis delibare cœleſtia:quod tanto magis efficiunt,quanto pfectius inſtitutis euangelicis initiantur. Et utinam ipſi & cõmilitones totum ſtudium, & conatum apponerent, ut ipſis euangelicis documentis ſeſe, ut debent, expurgarent,& ablaerent, ut locum haberet euangelicum illud : Vos mundi eſtis propter ſermonem,quem ego locutus ſum uobis.

CHRISTVS.

Quid innuãt ſeptuaginta duo diſcipuli,quos princeps noſter IESVS in euangelio elegiſſe dicitur. Cap. XXIII.

VLtra duodenariũ,& quinariũ cœtũ, de quibus iam diſſeruimus/perhibẽt/qui a ſecretis diuinis fuere Chriſtum IESVM rerũ,& gentiũ omniũ dominũ ſeptuaginta duos delegiſſe diſcipulos/id quidẽ/ut utraq; familia typica,& euangelica cum ſupremo mundo omni conueniret ex parte:nec minus cũ tabernaculo noſtro,quod & ipſum mundi ſimulachrũ gerit : In figuratiua.n.& legali familia non ſolũ duodenarius,& quinarius reperitur, ſed etiam ſeptuaginta duo deligi iuſſi ſunt principes a Domino,ut & ipſa perfectũ rerũ cœleſtiũ ſimulachrũ gereret,ubi duodena ſigna,ſeptuaginta duo principes, & quinarium illud ſacrũ reperitur,ad cuius metã Deus familiarius agit nobiſcũ & in ipſo denotato per ultimã literam magni nominis quadriliteri (ut ſecretiores Theologi aſſerunt) ſũmus opifex mundũ fabricauit.Illi autẽ ſeptuagintaduo principes eo modo in cœlis diſtribuuntur,ut cuilibet ſigno ſex pręſidere dicanť,& ſeptuagintaduobus idiomatibus: ex qbus colligiť electoꝝ turba illa maxima,quam dinumerare nemo poteſt. Et perbelle ex ſeptuagintaduobus colligiť, q numerus deducitť ex ſenario primo pfecto, & ex duodenario primo creſcẽti:ut familia hæc collecta ex omni gẽte,quę ſub cœlo eſt,intelligatur perfecta, & ſuperabũdãs:quod pleniſſimũ ſacramentum fœlicius q̃ in cœlo,& in figuratiua, reperitur in regno,& familia Chriſti, cui data eſt oꝫ poteſtas in cœlo & in terra:Quod corpus myſticũ ſub pfecto capite Chriſto omni quoq; plenitudine pficiť,ſicut corpus hoc naturale,& humanũ tabernaculũ cõficitur ex ſeptuaginta duobus articulis,& totidẽ iuncturis:quoꝝ duodecim præcipui ſunt in brachiis,& cruribus:In utroq;.n.brachio ſũt tres iũcturæ,una ad ſpatulã, ſecũda in cubito tertia ad manus:quę cõbinatæ ſenarias reddũt. Tres iteꝝ i quolibet crure, una ad femur,ſecũda in genu,tertia in uertebro pedis:quæ tot quidẽ ſunt, quot in brachiis,& ſimul ſupputatę duodenas cõſtituũt. Tres iterum iuncturæ ſunt in quolibet digito manuũ,unde ex ipſaꝝ decem digitis triginta iuncturæ reſultant,totidẽq; in decem digitis pedum, quæ omnes ſimul

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

collegia,quoꝝ utriq; Canonici dicũtur. Sed hi regulati,& magis expediti ad ſacra illa ꝓtractanda, dũmodo ſeruent inſtituta a patre ipſoꝝ Auguſtino tradita:tradita inquã,nõ ut Petri,immo Chriſti religionẽ perficeret, ſed ut hos ad priſtinos illos mores reduceret,in quibus cœtus ille apoſtolicus fuerat educatus:penes quos ſtetit ſemp authoritas iudicandi,ſicut penes Moſem,qui & primũ locũ in illo quinario poſſidebat. Tres aũt ſequẽtes turbæ leuitaꝝ,qui ſunt Caatitę,Meraritæ,& Gerſonitæ tres alios cœtus regulatoꝝ ſignificant: Caatitæ.n.qui dolentes interpretanť/Benedicti turmas figurant,qui obſcuri,& ſemp ſqualliđi continuo luctui peccatoꝝ, & mortis Chriſti addicti uidentur:Hinc eis mortariola,uaſa v3,in quibus cõteruntur peccata,thuribula ſuffumigantiũ orationũ,& crateres,quibus delibãtur cœleſtia,crediti ſunt:Candelebra inſuper,& lucernæ lectionum, & ſupernoꝝ luminũ:Vaſa quoq; olei miſericordiæ,qua ſemp alios cõmiſereſcant,& receptacula ignium,& flãmaꝝ ſpiritusſancti:Fuſcinulæ etiã, tridentes,uncinæ,latillæ,& huiuſmodi,quibus excitetur ignis feruoris,& amoris.Sed hæc omnia credebantur ei ueſtita colore hyacinthino,& cœleſti,cũ ſupernis ſemper intenti cõtinua cõtemplatione eſſe debeant actu, aut uirtute,ut ſeruent euangelicũ illud:Oportet ſemp orare,& nunq̃ deficere. Meraritæ,qui amaricatos,aut operientes uigilias ſignificant,Baſilii, & Anachoritaꝝ familiam repꝛeſentant,qui acerrima quadã auſteritate in ſolitaria uita cõtinuis uigiliis intenti duros & amaros ſe in ſeipſos reddebant,ut aliis eſſent in exẽplar euangelici luctus:Quibus merito tanq̃ uiris robuſtiſſimis omnia robora credita ſunt, colũnæ,baſes,uectes,tabulæ,& huiuſmodi tabernaculi moniměta:Sed heu dolendũ,nõ mirũ, ſi uidimus tabernaculum maiori ex parte dirutũ,quia nec Paulos habet,nec Petros, nec Macharios,nec Antonios,nec Hylariones,neq; huiuſmodi,qui ipſum tabernaculũ ſanctimonia,doctrina,miraculis,& exẽplo ſuſtentent.Gerſonitæ aũt,quos aduenas,uel electos interpretanť, paupeculos euangelii uiros repꝛeſentant,quibus præceptũ eſt,ut ad euangelii metã examuſſim uitã deducant,& ſint aduenę,& peregrini in hoc ſęculo:& uiuant ab eo penitus ſemoti atq; exploſi,ut cũ Apoſtolo dicere poſſint:Mihi mũdus crucifixus eſt,& ego mundo. His creditæ ſunt cortinæ tabernaculi,cortinæ atrii,uelamina,tecta,operiměta,& omnia,quę ſpectabant ad ſacra contegenda,ut reuelarẽt nihilominus,& detegerẽt arcana tpe a ſummo Pñe ſtatuto. Hoc interim p̃ceſſere nõnulli,qui de imenſa luce in tabernaculo recõdita aliquas dedere coruſcatiões,ut patere põt his,qui Scotẽſes,Maronẽſes,Halenſes,Ochanenſes,Bibracenſes,& huiuſmodi lectitarũt.Eis quoq; cõmiſſum fuit hyacinthinũ,& cœleſte uelamen,p qđ ad tabernaculũ patebat introitus,cõmiſſa quoq; fuere funicula:Quæ &ſi abſq; multoꝝ inuidia explicare nequeã,non tamẽ deſiſtã,quin ſaltẽ aliqua ex parte exponã:

CHRISTVS.

Per hos.n.cœleſtes uiros,quot & quibus patuit,atq; patet introitus ad uerum tabernaculum, & ligantť funiculis Seraphici amoris, & charitatis,in qbus ſummus habitator tabernaculi ad ſe trahit,quos elegit, in propatulo eſt. Credita quoq; fuere uaſa, quibus poſſent ſimul cũ collegis delibare cœleſtia:quod tanto magis efficiunt,quanto pfectius inſtitutis euangelicis initiantur. Et utinam ipſi & cõmilitones totum ſtudium, & conatum apponerent, ut ipſis euangelicis documentis ſeſe, ut debent, expurgarent,& ablaerent, ut locum haberet euangelicum illud : Vos mundi eſtis propter ſermonem,quem ego locutus ſum uobis.

CHRISTVS.

Quid innuãt ſeptuaginta duo diſcipuli,quos princeps noſter IESVS in euangelio elegiſſe dicitur. Cap. XXIII.

LEtra duodenariũ,& quinariũ cœtũ, de quibus iam diſſeruimus/perhibẽt/qui a ſecretis diuinis fuere Chriſtum IESVM rerũ,& gentiũ omniũ dominũ ſeptuaginta duos delegiſſe diſcipulos/id quidẽ/ut utraq; familia typica,& euangelica cum ſupremo mundo omni conueniret ex parte:nec minus cũ tabernaculo noſtro,quod & ipſum mundi ſimulachrũ gerit : In figuratiua.n.& legali familia non ſolũ duodenarius,& quinarius reperitur, ſed etiam ſeptuaginta duo deligi iuſſi ſunt principes a Domino,ut & ipſa perfectũ rerũ cœleſtiũ ſimulachrũ gereret,ubi duodena ſigna,ſeptuaginta duo principes, & quinarium illud ſacrũ reperitur,ad cuius metã Deus familiarius agit nobiſcũ & in ipſo denotato per ultimã literam magni nominis quadriliteri (ut ſecretiores Theologi aſſerunt) ſũmus opifex mundũ fabricauit. Illi autẽ ſeptuagintaduo principes eo modo in cœlis diſtribuuntur,ut cuilibet ſigno ſex pręſidere dicanť,& ſeptuagintaduobus idiomatibus: ex qbus colligiť electoꝝ turba illa maxima,quam dinumerare nemo poteſt. Et perbelle ex ſeptuagintaduobus colligiť, q numerus deducit ex ſenario primo pfecto, & ex duodenario primo creſcẽti:ut familia hæc collecta ex omni gẽte,quę ſub cœlo eſt,intelligatur perfecta, & ſuperabũdãs:quod pleniſſimũ ſacramentum fœlicius q̃ in cœlo,& in figuratiua, reperitur in regno,& familia Chriſti, cui data eſt ois poteſtas in cœlo & in terra:Quod corpus myſticũ ſub pfecto capite Chriſto omni quoq; plenitudine pficiť,ſicut corpus hoc naturale,& humanũ tabernaculũ cõficitur ex ſeptuaginta duobus articulis,& totidẽ iuncturis:quoꝝ duodecim præcipui ſunt in brachiis,& cruribus:In utroq;.n.brachio ſũt tres iũcturæ,una ad ſpatulã, ſecũda in cubito tertia ad manus:quę cõbinatæ ſenarias reddũt. Tres iteꝝ i quolibet crure, una ad femur,ſecũda in genu,tertia in uertebro pedis:quæ tot quidẽ ſunt, quot in brachiis,& ſimul ſupputatę duodenas cõſtituũt. Tres iterum iuncturæ ſunt in quolibet digito manuũ,unde ex ipſaꝝ decem digitis triginta iuncturæ reſultant,totidẽq; in decem digitis pedum, quæ omnes ſimul

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

combinatæ ſexaginta conſtituũt, & ſimul cum illis duodecim maiotibus ſeptuaginta duo pficiũt: Nec opponat quiſpiã per illud, qđ in libro numerorũ pręceptũ eſt, ut ſeptuaginta cõgregarent tm̃mõ, quibus de Moſi ſpiritu traderetur: Nã & ibi ſeptuaginta duorũ numerus reperit, ſi cõnumerentur illi duo, qui repleti eodẽ ſpũ (ut ibidẽ legimus) prophetabãt in caſtris: qui ideo cũ aliis numerati nõ fuerant, quia (ut Rabi Salomon ait) non ſcriptã ſcedulam ſortiti fuere: Vel (ut aliis placet) cũ illis ſeptuaginta numerabantur Moſes, & Aaron, ut æqua portio ſenaria ex qualibet tribu colligeretur. Nec mirũ ſi Moſes & Aaron aliqñ cũ cęteris numerabantur, aliquãdo uero minime, cũ id cõtigerit in noua familia Paulo, & in antiqua Ephraim, & Manaſſe, & aliis, nõ ſine myſterio. Ex iſtis igit duodecim principalioribus, & ex omnibus ſeptuaginta duobus patentibus articulis, quos Chriſtus hẽre uoluit in ſuo corpore myſtico, facile coniicit ipm quoq; deleginſſe omnia alia corporis mẽbra, & partes quaſq; minutiſſimas, & occultas, ut corpus illud pfecta integritate gauderet: Vnde etiã capilli, & quicũq; pili corporis humani (ut Origenes recte ſentit) aliqd repræſentãt in myſtico corpore, qđ nõ minori diligentia cõpaginauit uniuerſi opifex, q̃ a principio fabricauerit hominis tabernaculũ eito diſſoluẽdũ, cũ longe magis diligat hoc ſpirituale corpus, proprio ſanguine cõglutinatum, q̃ illud, quod de terræ puluere fabricatum eſt.

Num.

Ra. Sa.

Origo.

Quod Chriſtus regit, & gubernat totum corpus myſticum, & mundanum. Cap. XXIIII.

EOrmato itaq; ipſo corpore myſtico ex oibus electis ad uitam tanq̃ ex membris magnis, & paruis, ęquũ eſt, ut totũ corpus ipſius, & omnia membra eius uiuificet ille, qui eſt uita, & reſurrectio omniũ, ſicuti anima particularis uiuificat corpus, quod informat, & omnia membra eius. Illud quoq; obſeruandum eſt, q anima non modo uiuificat corpus, ſed regit, & moderatur ipſum totum, & omnes eius partes: Nec minus Chriſtus eſt corporis eius moderator & rector: Idcirco Paulus uocat ipſum non modo uitã, ſed etiam caput huius catholici corporis dicens Coloſſenſibus: Ipſe eſt caput corporis eccleſiæ. Nec ſolum huius myſtici, ſed etiam totius mundani corporis eſt rector, ſicuti & ipſum per uerbum, quod in Chriſto latet fabricatũ eſt, ut non ſine cauſa proteſtetur, & dicat: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra: Data eſt uticq; ab illo, cui in libro ſapiẽtiæ dicitur: Tu aũt Pater prouidentia tua ab initio cuncta gubernas. Et id ſuauiſſima harmonia, ut ſupra pmiſſum eſt: Tu aũt cũ trãquillitate omnia iudicas, quãuis aliqñ nullum, & aliqñ horridũ nobis cæcutientibus uideatur mũdi regimẽ: Nihil.n. inordinatũ relinquit, ſed omnia ſuis nectit ordinibus, ſicuti & cuncta etiã minutiſſima nouit, ut Sapiens ille, quiſqs fuerit, phibet dicens: Arenã maris, pluuiæ

Paulus

CHRISTVS Sapiẽ.

Eccleſi

pluuiæ guttas, & dies ſęculi quis dinumerauit? Altitudinem cœli, & latitudinem terræ quis dimenſus eſt? Et id explicans ſubintulit: Vnus eſt omnipotens creator omnium altiſſimus, & rex potens, ac metuendus nimis: qui ſicut numerat, ſic etiam ordinat, moderatur, & curat, ut deponit ille, qui ab eodem Patre poteſtatem accepit, dum ait: Reſpicite uolatilia cœli, quæ non ſerũt, neq; metunt, neq; congregant in horrea, & Pater ueſter cœleſtis paſcit illa, quanto magis uos modicæ fidei? Et uſque ad minutiſſimas herbas deſcendens ait: Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt: non laborãt, neq; nent: Dico autem uobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut unum ex illis, quia hæc naturali, & uiuo colori decorãtur: ueſtimenta autem Salomonis colore artificiali, & mortuo picta erant. Fœnum igitur agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic ueſtit, & curat, ut nihil incognitum, nihil inordinatum ab illo relinquatur in uniuerſo. Hic diuus Plato ait: Nullus eſt locus Deo immortali incognitus, nihil ei inexploratum eſt, quoniam ſiue hic manſeritis, ſiue profundiſſimas terræ cauernas ſubieritis, ſiue aliud quoduis diffugium, atq; latibulum quæſieritis, nequicq̃ latere poteritis diuinum illum oculum, atq; peruigilem, nec pœnas uobis iuſte debitas euitare. Qui fortſitan ab eo didicerat, qui cecinit: Quo ibo a ſpiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcẽdero in infernum, ades: Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua: Et dixi: Forſitan tenebrę abſcondent me: ſed tenebræ non obſcurabuntur a te: neq; os aliquod tibi occultatur, quanq̃ illud diuerſimode cooperuiſti: Imperfectum quoque meum uiderunt oculi tui. Quibus adſtipulatur Orpheus dicẽs: Dei perfectus oculus, atq; ſouis mens, quęcũq; apud nos fiunt, inſpicit omnia. Et iterꝝ in Apollinis hymno: Tu habes mundi uniuerſi terminos: tibi curę eſt principium, atq; finis: per te uireſcunt omnia: tu ſphęram totam cithara reſonante temperas, omnia videlꝝ ſuauiſſime & harmonice diſponens. His autem impiis, qui negant Deum hæc inferiora, tanq̃ uilia, & infima, & negligẽda curare, obſiſtit pius, & diuus Plato in decimo de legibus dicens: Qui Deũ prouidere negant rebus humanis, certe euenire ita neceſſe eſt, fateantur, uel quia non uult, uel quia nequit, uel quia officium ignorat: Sed cur nõ uult? eſt ne ocio deditus, an inferiorem conditionem, tanq̃ uilem, & abiectam aſpernat, quaſi cura tanti Principis indigna ſint hęc uilia regularit? Sed (ut Lactantius inquit) ſi artifex peritus, cum ędificiũ facere conſtituit, omnia cogitat, quę ad perfectum ędificium futura ſint, omniaq; mẽſurat, & ponderat, ut ubi ea collocet, intelligat: curat inſuper diligenter, quomodo conſeruet ea, quę conſtruxit / Cur igitur Deum quiuis putet in machinandis animantibus, cęteriſq; mundi membris non ante prouidiſſe, ubi collocan-

CHRISTVS

Plato

Dauid

Orphe.

Plato

Lactã.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

da erãt omnia, priuſq̃ fierent, & nõ uidere/quomodo eadẽ omnia propriis locis conſeruentur? Non igitur ignorat ille/qui omnia nouit: Nec impotẽs eſt regere, qui omnia facere potuit: Nec renuit, aut dedignatur moderari ea, quæ fabricauit, quæcunq; ſint, nobiliora aut uilia. Nullum itaq; de hac prouidentia relinquitur dubium ſapientibus / qui diuinam naturam norunt ſapientem, optimam, atq; ualidiſſimam. Nec habet ipſe moderator uniuerſi tantummodo prouidentiam generali quodam regimine, ut aliqui autumant, quia ſi uniuerſum tuetur, & curat, partibus etiam, ut conſulat, oportet: Ita enim natura comparatum eſt, ut bene eſſe in uniuerſo nõ poſſit, niſi partes etiã ſint recte diſpoſitę: Non enim medicus, non gubernator, nauis, non dux exercitus, non paterfamilias, nõ rector, gubernatorq; Reipublicę, nõ artifex, quiſquis ſit, ita curat, ut grauiora adminiſtret, leuioraq; contemnat/ſed tunc ſuo quiſq; officio fungi exiſtimatur, cum ſingulis ſtudio/& diligẽtia, ut cuiuſq; ratio poſcit, incumbit. Quod ſi homines nec leuiora quidẽ prætereũt, profecto nec Deus exiſtimandus eſt exigua quæq; negligere, & multominus hominem cõtemnit, quem animantibus omnibus præfecit. Pater itaq; ſummus ille eſt, qui omnia nouit, omnia numerat, omnia metitur, & omnia curat præcipuo regimine: quod regimen filio quoq; / tanq̃ legitimo hæredi poſt triumphum de tyranno habitum commiſit. Hic itaq; eadem omnia regit ſapientia/ & poteſtate a Patre tradita. Verum multos conturbant ea, quæ uidentur præter ordinem euenire, nec digna tanto regimine: Ea enim mala undiq; conſurgunt, quæ/Deo regente fieri non deberent/cum mala a Deo prouenire nequeant, ut non modo noſtri aſſerunt, ſed & Plato in tertio de Repu. oſtendit. Et ut cætera, quæ naturæ, & boni regiminis ordinem declinare uidentur/ omittamus, aliqua de mundi antiſtite/an male gubernet, percurremus: Ea enim adeo ſapientes etiam, & præcipuos heroas in Dei regno percuſſerunt, ut impatientia quadam etiam in ipſum Deum moderatorem prorumpere uideãtur. Vociferabor (inquit Abacuc) uim patiens/& non ſaluabis? Quare oſtendiſti mihi iniquitatem, & laborem, uidere prædam, & iniuſtitiam contra me? Quare reſpicis contemptores, & taces conculcante impio iuſtiorem ipſo? Et regius Vates ait: Mei autẽ penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei, quia zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum uidens, quia non eſt reſpectus morti eorum, & firmamentum in plaga ipſorum: In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur: Ideo tenuit eos ſuperbia, qua uidelicet ex indebito ſucceſſu proruperunt contra Deum, & homines. Nec minus de huiuſmodi conqueruntur Ieremias, Auguſtinus, Hieronymus, & pleriq; alii domeſtici Dei: quibus dicere poſſemus illam ſemper apud Græcos uenerãdam ſententiam, & ab Auguſtino in libro de quantitate animæ ſummopere celebratã: Non quæras, quæ ſupra te ſunt:

Plato

Abacuc

Dauid

Ieremi

Augu

Hiero

Augu

CHRI/STVS. Nã hęc cõnumerantur inter illa, de quibus inquit Saluator: Confiteor tibi Pater, quoniã abſcondiſti hæc a ſapientibus, & prudentibus. Et hęc eſt (ut aliqui aſſerũt) illa gloria iuſti, & æqui regiminis Dei, de qua dicebat Moſes Moſes: Oſtende mihi gloriam tuam, quomodo uidelicet te habeas in hoc regimine, ut poſſim tibi gloriam dare, & eam gloriam defendere a detractoribus: Cui dixit Deus: Non uidebis faciem meam, rationem ſcilicet cur id facio, ſed uidebis poſteriora mea, facta uidelicet, & effectus. Et hoc eſt qđ DEVS Dauid proſequitur ipſe regius Vates dicens: Exiſtimabam, ut cognoſcerem/hic labor eſt ante me, donec intrem in ſanctuarium Dei, & intelligam in nouiſſimis eorum: Quæ nouiſſima ſunt, quando diſcuſſis omnibus meritis ſingulorum reddetur unicuiq; ſecundum opera ſua. Sed hoc interim illud nobis ſemper decantandum eſt: Iuſtus es Domine, & rectũ iudicium tuũ: Idem Hic enim ea ſapiẽtia, qua de omni malo nouit extrahere bonũ, ſcit etiam omnia, quæ uidentur obliqua adaptare in rectum uſum eorum, quæ gubernat, ſicuti exemplificat Auguſtinus de carpentario, cui opportuna, & Augu. neceſſaria ſunt inſtrumenta obliqua, & complicata non minus q̃ recta. Aliud quoq; occurrit, quod particulariter ſpectat ad Chriſtum, cui data eſt regendi poteſtas, & illud eſt / Cum ipſe uenerit pro ſalute omnium, cur doctrina, & redemptio eius a q̃plurimis uidetur repudiata: & cur permittit deſtrui uineam ſuam ab omnibus, qui p̃tergrediuntur uiam, & depaſci a ſingulari fera, & tyranno mundi huius, quem iam foras cieciſſe gloriatur: Et cur magis prędicauit in Corozaim, & Bethſaida q̃ in in Tyro, & Sidone / cum ipſemet comminetur, & dicat: Veh tibi Corozaim, ueh tibi CHRI/STVS. Bethſaida, quia ſi in Tyro, & Sidone facta fuiſſent, quæ facta ſunt in te, in cinere & cilicio pœnitentiam egiſſent: Cur etiam potiora chariſmata magis in unum locum, & gentem, q̃ in alium diffundit: Et ſi omnibus prouidere poteſt, cur (ut ipſemet prænunciauit) permiſit inſurgere q̃plurimos pſeudoprophetas, pſeudapoſtolos, & pſeudochriſtos, & ſeducere multos: Quibus ſatiſfacientes dicemus: Quoniam ſicut in corpore a qualicumq; anima bene regulato ſæpius ex diuerſis cauſis alterantur humores, quibus ſi reſiſtat potens uirtus animę/conſeruatur corpus ualidum, q̃is aliqua ex parte, & aliquo modo alteretur/non enim poteſt fieri, quin alteretur corpus ſubiectum alterationi, & corruptioni/Pari modo in tam magno corpore eccleſiæ conſtituto ex uiatoribus adhuc bellantibus/& uariis defectibus ſubiectis non poteſt fieri (niſi uiatores eſſent impeccabiles/ quod habet/ut aiunt/contradictionem in adiecto) quin aliqui alterentur, q̃is mẽbra uiuificata a Chriſto uera, & potenti uita, & ſalute omnium infirmorum, qui ſuccurrere non deſiſtit ex debilitate uirtutis eis/quos iuſſit in ſtadio ſua ſponte bellare: uerum expectat tempus p̃finitum a Patre/ de quo Paulus edoctus Apoſtolus inquit: Abſorpta eſt mors in uictoria, parta uidelicet

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

uirtute Christi:quod paulo superius clarius explicauerat dicens: Nouissi/
me inimica destruetur mors,a qua uidelicet omnis infirmitas animæ/om/
nia enim subiecit pedibus eius: Subiecit utiq; Pater,qui est præter omnia,
quę subiecit:cui tantum modo filius subiicitur, cæteris autem dominatur,
& contra ea omnia prævaler,quando uult. Nec potest destrui macries in
ruinam uineæ, & fidei ipsius, cum ipsa Veritas infallibilis dicat : Ego pro CHRI/
te rogaui Petre,ut non deficiat fides tua,idest, corpus ecclesiæ a me uiuifi/ STVS.
catum,quod tibi Petre credidi.Et cur non fuerit prędicatum Dei uerbum
in Tyro & Sidone , magis q̄ in Corozaim & Bethsaida/ inquit Origenes: Origē.
Quia forte non stetissent : Sed debilis responsio fulcimentis indiget : nam
sicut pro redimendo uniuerso genere humano expectauit illud tempus, de
quo Apostolus:At ubi uenit plenitudo temporis,misit Deus filium suum, Paulus
sic pro Tyro cōuertenda expectauit illius temporis plenitudinem , de qua
in gestis apostolorum dicitur : Cum Paulus uenisset Tyrum , moratus est Act.Ap.
ibi diebus septem:quibus expletis Tyrii cum uxoribus & filiis associati sūt
Paulum : Ipse autem cum sociis positis genibus in littore orauit pro illis,
& fide ipsorum.Eodem modo de quibuscunq; aliis dicēdum est: quia ex/
pectauit,& expectat tempora , quæ Pater posuit in sua potestate : & quæ
noscere nostrum non est , Diffunduntur quoq; potiora charismata in po/
tiora,& nobiliora membra/sicuti in corpore/regulante natura/purior san/
guis mittitur ad cor : & puriores spiritus cerebro, & potioribus membris
distribuunt:diuidit enim spiritus Christi eius munera singulis,prout uult,
& prout decet : Quibus membris secundum propriam uirtutem donatis
diuersos permittit hostes,qui nos uiribus,astu,dolo,insidiis,& importuni/
tate impugnent,ut glorioſior sit uincentium triumphus in uirtute illius,de
quo dicitur:Deo autem gratias,qui dedit nobis uictoriam per Iesum Chri Paulus
stum dominum nostrum.

Explicatur id per oraculum. Cap. XXV.

DE hoc dominio a Patre dando Redēptori nostro Christo ex/
tat mirabile / & sane intelligentibus clarissimum oraculum,
ubi etiam tempus , quando illud dabitur , occulte innuitur:
Loquitur enim Deus ad Dauid præcipuum patrem , & ue/
rum typum Christi dicens in secundo uolumine Regum, & in primo Pa/ Regum
ralipomenon:Quando completi fuerint dies tui, & quiesces cum patribus Paralip.
tuis suscitare faciam semen tuum post te,quod egredietur de utero,uel in/
testinis tuis:quandoquidem in hebreo habetur מִמֵּעֶיךָ mimeheca,quod de
intestinis significat:Idcirco nō potest referri ad patrem/sed ad matrem, ex
cuius intestinis Christus exiit:Nam puer non egreditur de intestinis,sed de
lumbis , & uirga paterna : Vt igitur denotaret uerum regem nasciturum
de sola muliere / quæ fuit filia,& caro Dauid , notanter dixit semen illud,

ex quo nasciturus foret uerus rex egressurum de intestinis . Sequitur ora/
culum:Et firmabo regnum eius: Quod de Salomone non potest intelligi,
quia adhuc uiuente ipso Dominus per Haiam Silonitem id promisit de/
cem tribus Ieroboam/quas & dedit in ditionem eius.Sequitur: Ipse ædi/
ficabit domum nomini meo : domum utiq; ueram Israel figuratam per
illam typicam,quæ præcessit.Et hæc est illa domus, de qua cœlestis nun/
G briel tius ad matrem:Et regnabit in domo Iahacob in ęternum,sicuti supra ex/
posuimus.Sequitur:Et stabiliam thronum eius usq; in sempiternum.Ecce
q̄ clare excludit regnū Salomonis,quod cito defecit.De regno igitur illius
loquitur,qui est Rex Regum,& Dominus dominātium: de quo ipse Da/
uid in quadragesimo quarto hymno totius alphabeti serie decantat dicēs
sub litera מ mem מַלְכוּתְךָ Malcuteca,idest regnum tuum regnum omniū
sęculorum:Ego ero illi in patrem,& ipse erit mihi in filium:Quod intelligi
Psal. nequit,nisi de illo/qui ait per os prophetę,cui de ipso facta est repromissio.
Dominus dixit ad me/Filius meus es tu/ego hodie genui te. Quomō autē
intelligatur illud: Quando cōpleti fuerint dies tui,enodabimus/quantum
Dominus permiserit.Dies enim uniuscuiusq; ab initio constituti (ut ha/
bemus in secretiori Theologia Hebreorum) mille anni sunt/ad quem ter/
minum, quāuis aliqui appropinquauerint,ut Adam,Matusalem,& alii,
nullus tamen applicuit , sic exigente peccato protoplastæ. Et ex illuuione
Gene. propter peccata communia generi humano inflicta contractus est termi/
nus ad centum & uiginti annos,ut in Genesi legimus secundum commu/
nem interpretationem/q̄uis aliud innuat oraculum / nec proprie uerifice/
tur in hoc sensu/cū Abraham uixerit annos.175.Izahac.180.Iahacob.137.
Si quis autem ad statutum ab initio terminum deueniret / attingeret ad
millesimum annum, secundum quem terminum locutus est Dominus ad
Dauid:Nam ab orbe condito usque ad Christum fuerunt anni.3784:Sed
ab orbe condito usq; ad mortem Dauid.2880:Igitur a morte Dauid usq;
ad Christum fuerunt anni.906.Vt patet supputanti:Adde.70.annos uitæ
Dauid, & erunt.976:Adde iterum numerum literarum nominis Dauid,
sicut scribitur in Paralipomenon , cum iod uidelicet sic דָּוִיד:Nam in li/
bris Regum scribitur sine iod sic דָּוֹד non sine mysterio hæc omnia. Illud
igitur nomen sic scriptum dat.24. Qui numerus si addatur numero supe/
riori/reddit ad unguē mille:qui numerus est completę ætatis,ut diximus.
Iohan. Nec miretur aliquis, si additur numerus nominis, quia nisi aliquod my/
Pytha. sterium ibi lateret,non dixisset Iohannes in Apocalypsi: Qui habet intel/
lectum , computet numerum nominis bestiæ , qui est numerus hominis.
Pythagorei etiam multa prognosticari profitebantur per numeros nomi/
num.Huic igitur numero uiginti quatuor, qui conficitur ex duplici duo/
denario,si addatur numerus annorum,quos uixit,& annorum qui fluxe/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

runt a morte eius usq; ad Christum, completur curriculũ perfectum uitæ hominis: Et rursum in computatione numerorum, qui resultabant ex aliquibus uerbis oraculi, habetur ille millenarius completus cum annis uitæ Messiæh, quæ uerba sunt hæc כִּי יִמְלְאוּ יָמֶיךָ וְשָׁכַבְתָּ: Quando complebuntur dies tui, & dormieris &c. computus illarum litterarum est ad unguem .1035. quot sunt anni a die conceptionis Dauid usq; ad mortem Christi: Nam ultra illos mille annos uixit Christus triginta tres cũ dimidio: Et si accipiantur nouem menses, quibus Dauid stetit in materno utero, & nouem ipsius Christi, dant annũ cũ dimidio: quod tempus additum illis triginta tribus annis cũ dimidio reddit tricesimũ quintũ. Nec miret aliquis, cur Christus omnium uirorũ perfectissimus non attigerit ad illos mille annos plenum curriculũ humanę uitæ: Nam Christus nouus homo nouæ uitæ & nouis legibus dedit initiũ: Primus enim homo de terra terrenus: Secũdus homo de cœlo cœlestis nouum uitæ curriculum compleuit hic minime explicãdum. Quibus uerbis oraculi, ut propositum prosequamur, respondens Dauid Deo plenus multa tangit mysteria dicẽs: Hoc non est ex meis meritis uidelicet, sed quia bonum uisum fuit in oculis tuis domine Deus, ut loquereris de domo serui tui a longe: Hæc enim est lex Adam domine Deus: Quoꝝ uerborum mysteria non percipiuntur, nisi in characteribus hebreis, qui sunt עַבְדְּךָ לְמַרְחוֹק וְזֹאת תּוֹרַת הָאָדָם אֲדֹנָי Quarum dictionum extremæ literæ sunt כקתתס׳ cũ ל quæ est dictio per se, quaꝝ numerus supputatus est sine dubio millenarius: Qui modus supputandi per extremas, aut primas literas dictionum apud Hebreos celeberrimus est: Et dempto ת a תּוֹרַת restat תור: qđ supputatũ dat .606. quẽ etiã numerum dant literę nominis Iesu, & Mariæ ישו מרים, ut patet scienti. Et hoc fecit uera lex hominis, ut sicut per hominẽ oia bona perdideramus, ita per hominem omnia bona recuperaremus, iuxta illud Pauli: Quoniam quidem per hominem mors, & per hominẽ resurrectio mortuoꝝ.

CHristus est mediator, per quem omnibus datur transitus, ut in finem suum deueniant.

Tonus Octauus.

CHristus in sãctissima trinitate est ꝑsona media.	Cap.	Primũ.
Christus est uera arbor in medio paradisi collocata.	Cap.	II.
Quid hæc diuina persona media cum natura humana/quam assumpsit.	Cap.	III.
Quomodo ex illa arbore inductum sit peccatum, & malum in mundum.	Cap.	IIII.
Christus in hac uita semper oblectatus est medio.	Cap.	V.
Christus fuit optimus mediator.	Cap.	VI.
Per Christum hominem conscendimus in Deũ/& Patrẽ.	Cap.	VII.
Quomodo secundum Apostoli sententiam Christus noui testamenti mediator sit.	Cap.	VIII.
Digressio de bello indicto antiquis Patribus contra illos populos.	Cap.	IX.
An indigeamus medio, ut in hunc Christum mediatorem deueniamus.	Cap.	X.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

CHRISTVS IN SANCTISSIMA TRINITATE EST PERSONA MEDIA. CAPVT PRIMVM.

OMNES Qui de Trinitate loquuntur, facile conueniunt, ꝙ Filius, & uerbum, quod factum est caro, & IESVS denominatus / atq; Christus Græce, & Messiah Hebraice, unctus uero Latine est cognominatus, tenet medium inter personas illius sanctissimæ Trinitatis: in qua est Pater prima radix omnium pullulationum tam in diuinis, q̃ in creatis: Et est Spiritus sanctus productus a Patre & Filio, & nihil producens in illa sanctissima Trinitate: Est quoq; filius persona media productus quidem a Patre, atq; simul cum ipso Spiritum sanctum æterno effluxu producens: Quam doctrinam non solum christiani omnes profitentur, sed etiam secretiores Hebreorum Theologi, qui docent חָכְמָה hoema / quod sapientiam significat, emanare a fonte supremo, uel a radice superexcælsa pullulat, quã ipsi uocãt בָּתֶר עֶלְיוֹנָה cheterhaliona: a quibus duobus fontibus, uel a primo fonte, & flumine ab eo procedente producitur illud tertiũ, quod ipsi בִּינָה bina nuncupant, quod nos proprie interpretantes prudentiam, siue intelligentiam dicere possumus: Intelligentiam utiq; illam, de qua in Ecclesiastico dicitur: Et spiritu intelligentiæ replebit illum: Intelligentia quidem est cognitionis gradus magis nobis propinquus, q̃ sapientiæ, quæ attribuitur Filio: & ideo facilius a nobis susceptibilis: Idcirco dixit Filius: Multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo, quia uidelicet non ualetis sufferre splendorem sapientiæ meæ: Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnia, & suggeret uobis omnia, quæcunq; dixero uobis gradu quodam inferiori, q̃ in me sint hæc docẽda: Nam nemo nouit Filium, proprie uidelicet, nisi Pater: Gradu autem quodam inferiori sese nobis quoq; præbet conspiciendum, iuxta illud, quod dixit: Qui diligit me, diligetur a Patre meo, & ego diligam eũ: Et manifestabo ei meipsum. Et etiã aliquando per seipsum manifestat Patrem secundum id, quod ait: Qui uidet me, uidet & Patrem meum, personam utiq; omniũ nostrum sublimiorem, cum ideo remotior sit a captu nostro: Spiritus sanctus uero est magis nobis domesticus: sed Filius medius inter utrunq;. Et quãuis Deus sit circulus, & sphæra quædam intellectualis, cuius centrum, ideſt omne creatum est ubiq;, tamẽ sub ratione personarum non per circulum, sed per numerum ipsas exprimimus dicentes: Prima, secunda, & tertia, aut ultima persona,

The.hc.

Eccles.

CHRISTVS.

ultra quã non datur productio personarum in diuinis. In illa autem media tanq̃ in domo quadam omnes res per ideas uitales locatæ sunt: Vnde sicut ipsa persona media mediũ fuit, per quod a Patre emanabant omnia, ita & mediũ est, per quod patrem cognoscimus: Nam ad ipsius notitiam quis peruenire non poterit, nisi cui uoluerit Filius reuelare. Quod autem egressio a Patre fiat per Filium, qui secunda persona est in diuinis, innuit

Iambli. Iamblicus, dum per numeros huiusmodi pertractat dicens: Vnitas identitatis, unionisq; causa existit: binarius uero discretionis, progressusq; præbitor: sed ternarius regressus eorum, quæ processerunt dux. Referentes itaq; hæc, quæ dicta sunt, primum & unicum est Pater: Secũdum autem, uel Binarius est Filius, per quem omnia facta sunt: unde est discretionis, progressusq; causa: Tertium autem, quod illam trinitatem complet, Spiritus sanctus est, qui super aquas uolitans omnibus præbet formas, & fauorem præstat, ut reducantur in primum, per illud idem tamen, per quod disgregata fuerant.

Christus est uera arbor in medio paradisi collocata. Cap .II.

ET ut clare significetur, ꝙ Filius, qui Christus est, mediũ tanq̃ sibiipsi peculiare quoddam uẽdicet, cum de serie rerum intellectualium sub hortuli, & arborum metaphora a Mose pertractaretur, in medio ipsius horti describit plãtatam uitæ arborem, quæ nulli dubium Christus est, qui panis uitæ, lignum uitæ, & ipsa uita nuncupatur. Plantata autem fuit in medio, ut unusquisq; facilius de uitæ eius plenitudine pro captu suo susciperet posset. Hinc etiã quando uenit temporis plenitudo hæc arbor inserta fuit in arbore naturæ assumptæ in meditullio mundi, ut fructus suos omnibus circũcirca debita proportione distribueret: De qua insertione Iacobus ait: Suscipite insitũ uerbum, quod potest saluare animas uestras. Et hæc arbor uitæ, diuina uidelicet persona in natura humana insita est arbor scientiæ boni, & mali: quia ipse solus (ut alibi diximus) uiator existens experiebatur bonum beatitudinis, & malum humanarum passionum. Est insuper arbor boni & mali, quia ipse præ cæteris nouit discernere bonum a malo, iuxta illud Isaiæ

Isaias uaticinium: Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum. Nec tantum ipse nouit, sed nos quoq; docuit cognoscere uera bona, quæ diligere debemus, & uera mala a nobis timenda, & declinanda. Est denique arbor scientiæ boni & mali, cui datum est iudicium, & cognitio discernendi bonos & malos: Vnde / ipsomet in euangelio astante / quando ueniet ad uniuersale examen collocabit bonos a dextris, malos autem a sinistris stans ipse in medio, hosq; ab illis segregatione perpetua seiungens. Hæc autẽ arbor, ideo a principio prohibita fuit, ne tan-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

geretur/ aut probaretur/ siue de ea comederetur/ quia legem,& iudicium in ipso existens experiri/aut probare nemo debebat, sed reuereri, & time/re,semperq; habere ante oculos, ut ad ipsius meram omnes nostras dispo/neremus operationes:Quo sensu illud Dei uiuentis dictum fuisse non am/bigimus:Erunt hæc uerba, quæ tibi præcipio hodie/in corde tuo: & nar/rabis ea filiis tuis, & meditaberis ea sedens in domo tua / & ambulans in itinere , dormiens , atq; consurgens : & ligabis ea,quasi signum in manu tua , & erunt ante oculos tuos:Quod etiam in Psalmo dicitur:Beatus uir, qui in lege Domini meditatur die, ac nocte. Et q̃optime hæc arbor legis, & regula diuini uerbi dicitur esse scientiæ boni & mali, quia ex illa quid rectum , quid obliquum , quid bonum , & quid malum sit , perpendere possumus. Hæc enim docet nos , quando supremo bono frui debemus: & quando , aut qualiter infimo , aut medio potiri licite ualemus. Et ser/uata illa arbore,& regula illęsa tunc possumus de omnibus arboribus co/medere,idest in omnibus creaturis condelectari,& ipsas appetere appetitu minime obliquato.Hęc dicta sint pro his,quæ spectant ad moralem sen/sum,nam in allegorico,& superiori alibi interpretati sumus.

In Deu.

Psalm.

Quid hæc diuina persona media cum natura humana, quam assumpsit. Cap. III.

NEc sine mysterio illa persona media in sanctissima Trinitate naturam humanam assumpsit : quia & ipsa media est inter cœlum / & terram: media inter Deum / & cæteras creatu/ras utriusq; naturam sapiens , ut per ipsam naturam me/diam omnia uniret extrema:Ipsa enim humana natura meditullium pos/sidens omnium uinculum exist it : & cum omnibus partem habens cum omnibus delitiatur : Bonum enim/ in quo est delectatio , totam latitudi/nem rerum apprehendit , in quod omne nulla creatura fertur, nisi homo: Nam unicuiq; summus moderator tribuit propriam escam , homini autẽ omnigenam: quod Moses cum suis ænigmatibus indicat:Primo quando homini existenti in paradiso delitiarum omnem arborem in edulium con cessit:licet hoc iam antea tribuerit/non dum homine in paradiso colloca/to,dum ait:Ecce dedi uobis omnem herbam afferentem semen super ter/ram , & omnia ligna , quæ habent in semetipsis sementem generis sui , ut sint uobis in escam : Cunctis autem animantibus dedi uirorem herbæ, tantummodo uidelicet. Ecce q̃ non eadem lex ciborum bestiis, & homi/nibus præscribitur : Siquidem bestiis cum suo herbarum uirore relictis, homini conceduntur non tantum satiuę herbę,sed aliquando animantia. Et in paradiso uoluptatis posito omnis arbor , idest omnis creaturarum rationabilium uigor, & oblectatio in escam conceditur, & etiam lignum uitæ , quod erat in paradisi meditullio:Vnde habemus / qualiter homo

Moses

creatura media inter Deum & cætera creata delitiari potest tam in ipso Deo / q̃ in omnibus creatis : Pro ipso enim Deo fruendo producti su/mus/si Augustinus & omnis Theologorum turba recte sentiunt:& quo/usq; ad ipsius Dei fruitionem / & cum eodem unionem pertingamus, omnibus creaturis recta lege seruata potiri possumus: Potimur enim ter/ra, quam calcamus,& quæ nobis præbet cibos, & pro ædificiis constru/endis stabile fundamentum : In aqua nauigamus,mundanda abluimus, & in multis opportunis ipsa utimur : Potimur quoq; aere / quo respira/mus , & per quem oculorum beneficio fungimur:Ignea quoq;,atq; exca/lefactoria uirtute uiuimus , & excoquenda , ac expurganda perficimus. Vescimur plantis, & carnibus animalium : quorum etiam pilis , & pel/libus induimur, & ipsorum fauore terram colimus, onerosa conducimus, & longa itinera etiam debiles commode peragramus. A cœlis quoq; ma/gna suscipimus beneficia:maiora autem ab Angelis, & ab hominibus,cũ quibus siue spiritu,siue corporali præsentia conuersantes mirũimmodum honesta uoluptate oblectamur : Sed ab arbore uitæ , quæ est in omnium istorum medio, omnigenum,atq; perfectissimum omnium oblectamen/tum,& uitæ,& omnium uoluptatum uerarum suscipimus.Cõcinne itaq; illa diuinarum personarum media unita est cum homine creatura media, & cum ea,quæ est omnium uinculum,ut per ipsum mediũ omnia couni/rentur extrema.

Quomodo ex illa arbore inductum sit peccatum,& malum in mundum. Cap. IIII.

SIcut enim ab arbore illa recte & debite suscepta omnis iu/stitia,omne rectum,omne deniq; bonum procedit,sic ab ar/bore uiolata omne malum in genus humanum, & etiam in Angelos proueniss e nõ ambigimus.Nec miretur quispiam, si malum a bono oriri dicimus, cum aliunde progredi nequeat, ut aperte diffinit Augustinus in Enchiridio,& ante eum Dionysius dicat:Omnium malorum principium & finis est bonum:Et rationem assignans ait:Nihil operatur ad malum aspiciens, sed ad bonum uidelicet/quod aut negligit, aut indebite appetit.Est igitur hæc arbor principium omnium bonorum, atq; malorum:quia ipsam siquis ueneratur,& obseruat,operatur bonum: Si autem quis eam negligit, & deuorare, aut pessundare præsumit,ope/ratur malum, sicut de ipsa humano surculo insita protestatus est ille san/ctissimus senex Symeon dicẽs:Ecce positus est hic in ruinam,& in resur/rectionem multoꝝ in Israel,& in omni populo tam Angelico,q̃ humano: Peccauit enim Angelus nolens ipsum suscipere tanq̃ uerum Dominum,& & uerum legislatorem , atq; obedire regulis in eodem descriptis , nolensq; reuereri ipsum tanquam mediatorem,& per quem cohæredes efficeremur

Idem Diony.

Simeõ

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

iuxta regis edictum:Quod Paulus cũ Hebreis propalauit dicens:Et cum introduceret eum primumgenitum in orbem terræ,dixit:Et adorent eum omnes Angeli eius.Sed aliqui illorum proterui a ſumma illa ueritatis regula ſuperbe declinantes in errorem, & mendacium prolapſi ſunt:Quod ipſemet ueritatis fons atteſtaꝫ,dum ait:Ille homicida ab initio in ueritate non ſtetit.Hinc peccauit & homo auſus extendere ad ipſum rebellem manum,qui ſub typo arboris ſcientiæ boni & mali in medio paradiſi collocata a Moſe deſcribitur. Ecce quomodo hinc ſoluimur a magno labore, qui eſt apud Dionyſium, & alios ſapientes in uenando, quid ſit malum, & unde ſuam trahat originem : Quod decidere,maximæ quippe uidetur difficultatis,cũ malum non ſit ens, nec purum nihil, nec cauſa aliqua,cũ omnis cauſa ſit aliquid realiter exiſtens : Nec uidetur effectus , quoniam omnis effectus procedit a cauſa , & cauſa huiuſmodi eſt,ut in operando ſemper ad bonum aſpiciat:& ſemper agat bonum,quãuis in agẽte libero ſæpius fallat imaginatio exiſtimans , aut præfingens bonum illud , quod non eſt bonũ: Nec uidetur quomodo malum poſſit oriri ex bono, acclamante ſumma Veritate: Non poteſt arbor bona malos fructus facere : Et etiam,quia nihil fit ex contrariis,niſi tanq̃ ex termino a quo,ut dicere ſolent Peripatetici.Nec malum poteſt produci a malo,cũ malum nullius ſit cauſa,quia haberet rationem boni:Quæ omnia quãuis prima fronte difficillima,tamen attentis his,quæ de arbore dicta ſunt,facillime diſſoluũtur: Eſt enim malũ carentia rectitudinis,& boni,aut ordinis, qui in opere exquiritur: Rectitudo autem & ordo eſt conformitas cũ regulis illis exiſtentibus in ipſa arbore,unde dignoſcitur bonum & malum : Quæ rectitudo, dum adeſt opus eſt bonum,dum uero abeſt,fit malum,eſto q̃ bona ſit lex prohibens bonũ obiectum,in quod fertur uoluntas:bona uoluntas / quæ eligit:bonum corpus,& animal noſtrũ,cui conſentimus: bonus appetitus concupiſcibilis , & iraſcibilis uirtus,quibus uel appetimus, uel renuimus: quia hæc omnia præſtita ſunt a bono authore in beneficiũ noſtrũ: Bonus inſuper eſt actus exterior/qđ ſubſtratum deformitatis dicitur:Sola autem illa deordinatio,& inconcinnitas/aut carentia ab ordine, & conformitate cum regulis exiſtentibus in illa arbore eſt malũ : unde clariſſime infertur, q̃ ab illa arbore prouenit malum nõ quidem ab ea productum, ſed quoniam operans ab ipſa declinat,ut aperte intonat Apoſtolus dicens: Sublata lege,tollitur peccatum:Et itez̃:Si lex non eſſet,peccatum non imputaretur.Iaceat igitur hic Manichęus,qui duo ſomniauit eſſe principia,alterum bonoz̃,& illud bonum,alterum malorum,& illud malũ: Nõ enim poteſt eſſe principium producens,niſi ſit bonũ: Neq̃ binarius poteſt eſſe, niſi ab uno trahat originem:Vnum igitur omnino eſſet primũ,a quo iſta bina principia emanarent:Nec poſſet Deus eſſe fœlix,ſi aliqđ ipſi inuicto aduerſaretꝫ

Paulus

CHRI/ STVS.

Moſes

Dionyſ.

Paulus

Peripa.

aduerſaretꝫ.Hæc igitur Manichęorum marcida & putrida aqua de ignorantiæ fonte proceſſit:Lex enim bona eſt,cuius præuaricatio eſt malum: Sed lex eſt ipſa ueritas,& agendi regula,quæ in uerbo incarnato eſt quod nunc IESVS dicitur,& Redemptor,olim autem Arbor uitæ,& Arbor ſcientiæ boni & mali , quia inde cognoſcimus bonum & malum , & inde habemus,unde operemur bonum & malum : Et cum illinc omne malum ſumat originem,idcirco cum Iona,qui ipſius IESV teſtimonio eiuſdem perſonam,& typum geſſit,dicere poteſt: Propter me uenit hæc tempeſtas. In cœlis quippe , quia Angelus , qui draco & diabolus effectus eſt,uoluit ipſam deuorare,dicente Iohannes:Et ſtetit draco,ut deuoraret filium eius, filium uidelicet mulieris amictæ ſolis,qui olim arbor uitæ,& ſcientia boni & mali dictus eſt.In paradiſo autem uoluptatis,quia homo uoluit contra regis edictum ad ipſam manum extendere , eamq̃ deuorare , grando illa deſæuit.

Iohan.

Christus in hac uita ſemper oblectatus eſt medio. Cap. V.

ET ut factis oſtenderet ſe perfectum mediatorem,in ingreſſu, in ſtatu,in receſſu,& in regno ſemper locum medium tenere curauit: Naſcens enim in medio duorum animalium , bouis vz̃ & aſini non ſine magno myſterio collocatur:Eſt enim aſinus (ut ſecretiores Theologi dicunt) reſpondens in archetypo dexteræ, ubi eſt miſericordia,bos autem ſiniſtræ,ubi eſt iuſtitia:ſiquidem has in ſuo aduentu inuicẽ obuiare faciens mediator noſter in medio eaz̃ ſtetit:quod per collocationẽ factam a principio inter bouẽ & aſinũ ſignificari uoluit. Primũ quoq̃ opus celebre in medio exercere uoluit : diſputauit enim adhuc puerulus in medio doctorũ:Et uitæ , atq̃ uirtutum cum iam perfecta incrementa ſuſcepiſſet, ea quibus plenus erat chariſmata impartiri uolens in medio ſe collocauit, ſicut ipſemet perhibet dicens:Ego ſum in medio ueſtrum,tanq̃ qui miniſtrat, ut omnibus vz̃ æqua diſtributione, ſaltem geometrica , ſuſcepta munera diſtribueret . Et cum ad uitæ , & myſteriorum ipſi creditorum metam deueniſſet,medium quoq̃ tenere curauit: Affixus enim cruci poſitus fuit in medio duorum latronum pendentium , unius a dextris,alterius autem a ſiniſtris,ut iam eorum conſtitutus iudex , redderet utriq̃ debitas uices iuxta utriuſq̃ merita:& prȩſagio quodã magni, & extremi iudicii prȩmiandum habebat ad dexterã,puniẽdum autem ad ſiniſtrã:Quos etiam diuidens eam, quã facturus eſt, extremam diuiſionem innuit. In regno quoq̃ ſuo ſemper tenuit , & tenebit locum medium inter Patrem,& nos aduocatus & mediator exiſtens,atq̃ pro nobis continue intercedens : Eſt enim,ut Iohannes perhibet in regno illo cœleſti in medio throni,in medio quatuor animaliũ,& in medio ſeniorum. Eſt deniq̃ medium tenens in illo diuino Archetypo,in quo Abraham plenus pietate a

Theol.

Abrahã

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Theologis Hebreis in dextera, Izahac uero seuerissime in sacrificium ob/ latus in sinistra reponitur / In meditullio autem Iahacob, in cuius domo, Angelico attestante oraculo, noster mediator in æternum regnat iam re/ uersus ad locū, unde uenerat: quò etiam nos ueros Israelitas effectos con/ ducere intendit, ut non sine causa dixerit: Non ueni, nisi ad oues, quæ pe/ rierant domus Israel. Et ut non modo nos, sed uota, & opera nostra illuc uerus mediator conduceret, dum oramus concordes, in charitate vꝫ siue bene ordinati cum Deo, aut in aliquod bonum opus conuenimus in me/ dio nostrū adest suscepturus, & delaturus Pri sūmo uota nostra & opera, quæ in charitate peragimus, sicuti ipsemet testat dicens: Vbi fuerint duo, uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorū: Et de quacunq; re consenserint super terram, fiet eis a patre meo, apud quem pro eis me/ diator constitutus sum.

Theol. CHRI/ STVS. IDEM

Christus fuit optimus mediator. Cap. VI.

MErito igitur hic, qui est medius in diuinis / & in medio para/ disi ueluti arbor in medio horti plantatus, & semper in uita medium tenuit, factus est uerus, & optimus mediator inter Deum & hominem, iuxta illud Apostoli: Vnus est mediator Dei, & hominum Christus Iesus: Qui est uerus mediator multiplici ratio/ ne, sed potissime (ut opinātur aliqui) ex carne, & natura humana assum/ pta: propter quod ex utroq; extremo participās bonum fuit medium, uin/ culum, & glutinum ligans, cōnectens, & uniens hominem cum Deo: Quo officio quia etiam ueri sacerdotes funguntur, quilibet illorum dicitur me/ diator, non quidem primus, sed secundarius, & tenens uicem ueri, & primi mediatoris. Est insuper optimum medium, & mediator, ac ueluti canalis quidam, per quē a fonte uiuo, & supremo fluunt ad nos aquæ uiuæ, quas gratis plerisq; in locis nobis offert: Vnde tātum quis possidet de superiori influxu, q̄tū de istius mediatoris plenitudine suscipit. Neq; demū poterat creatura redire in Deum, a quo processerat, nisi per hoc medium, quod de utroq; extremo participat.

Paulus

Per Christū hominem conscēdimus in Deū & Patrē. Cap. VII.

ESt itaq; hic noster Christus uia media, & scala, per quā ascen/ dimus ad Deum Patrem, ut ipsemet in Euangelio, cui titulus est secundum Iohannem, aperto sermone protestatur dicens: Ego sum uia, nemo uenit ad Patrem, nisi per me. Qui & anti quo patri Iahacob, in cuius domo regnare debebat, in figura scalę sese ostē dit, per quam in Deū conscenderet ipsius uidentis electa posteritas: Huius enim scalæ inferius extremum figebatur in terra, quia mediatoris anima, quæ data est in pretium redemptionis humanæ, & pręparauit iter, quo cō scenderemus in Deum, fixa fuit, sicut & cæteræ animæ in terrea carne,

Iohan.

quam comitabatur ipsa diuinitas: siquidem alterum extremum scalæ, siue supremum cacumen ipsius mediatoris Christi cœlum tāgebat ipsum pe/ netrans usq; ad Deum Patrem, qui illi cacumini innitebatur, quasi in ipso quiescens, & eundem ipsum suscipiens, iuxta illam eiusdem Filii Dei, quā nemo, nisi ipse ausus fuisset asserere sententiam: Ego in Patre, & Pater in me est; Et iterum: Pater in me manens ipse facit opera. Quod cognoscens sanctus Iahacob, surgens erexit lapidem in titulum, fundens oleū desuper, & dicēs: Vere Dominus est in loco sancto isto, & ego nesciebam. Quis au/ tem sit lapis, Apostolus aperte referat dicens: Petra autem erat Christus. Hunc igitur lapidem erexit Iahacob in titulum suscipiens vꝫ ipsum in Do minum, & in Deum: In Dominum quippe erigens illum: nam eum sem/ per suscipimus, & ueneramur, cuius uexillū, aut insigne erigimus: in Deū uero suscepit oleum/ quod in scriptura sacra diuinitatem resignat/ perfun/ dens, quadam uidelicet professione confitens. Nec mirum si ille, qui nu/ per scala per quam ascendimus ad Deum dictus est, nunc dicatur lapis pro fundamento collocandus, super quem omnia nostra edificemus: Cum enim Iahacob utrobiq; clara luce conspiceret diuinitatem huius mediato/ ris in humana carne latentem admirans, credens, & confitens ait: Vere Dominus, aut Tetragrammus, uel Adonai (quod nomen diuinitatis im/ portat) est in loco sancto isto, & ego nesciebam: Non est hic aliud, nisi do/ mus Dei, & porta cœli: Porta utiq; ut ipsemet ait: Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur. Domus uero illa, in qua omnia a principio collocata erant/ & in quam suscipit domesticos, ut pascua tribuat, ea scili/ cet quæ stantes in uestibulo, siue etiam in atrium, uel porticum humanita/ tis intrantes gustare nequeunt. Nec ambigendum est, redemptorem fuisse Iahacob in hac celeberrima uisione prǫstensum, cum id clare expresserit Deus supra scalam innixus illo pulcherrimo eulogio: Benedicētur in te, & in semine tuo cunctæ tribus terræ: Quæ uerba ubicunq; patribus demon/ strata sunt, omnes ea dicta fuisse de Christo communi assensu asserunt: cui etiam uouit, & iurauit Patriarcha noster Iahacob, exigens prius signum conformatiuum eoꝝ, quæ oraculum spopōderat in eo quod dicitur: Vouit etiam uotum dicens: Si fuerit Dominus mecum, confirmans uidelicet ea, quæ in uita hac me consecuturum promisit: Vnde sequitur: Et custodierit me in uia, per quam ambulo, & dederit mihi panem ad uescendum, & ue stimentum ad induendum, reuersusq; fuero prosper ad domū patris mei, erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste quem erexi in titulum, uocabitur domus Dei: Cunctorum quoq;/ quæ dederis mihi, decimas offeram tibi: Latus qdem & amplus est spiritus prophetarum, immo Spiritus sanctus replens prophetas, & loquens per ora ipsorum, ideo loquens de uno de pluribus uerificatur. Sed aliis omissis prosequamur ea, quę de Christo me/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

diatore pater Iahacob Deo plenus perſtringit. Tria quidem exigit in com probationem Meſſiæh, de quo uaticinatur: Primum eſt uiæ præoſtenſio, ducatus, & cuſtodia: quæ omnia præbuit Meſſiah ouibus omnibus, quæ perierant domus Iſrael: Qui ne dum uiam oſtendit, ſed fecit ſeipſum uiam lumen, & ducatum omnibus prębens: Eam quoque tutelam habuit, ut dicat: Non rapiet quiſq̃ oues meas de manu mea, quas uidelicet tanq̃ bonus paſtor cuſtodio. Præbuit inſuper in cibum panem uiuum, qui de cœlo deſcẽdit. Tribuit deniq; ipſe Agnus effectus ſuam ipſius pellem in tegmentum nuditatis, & ignominiæ noſtræ: immo ſolus potuit tegere peccata noſtra: quia nos omnes eramus filii iræ, & denudati: Ideo inquit Apoſtolus: Induimini Dominum noſtrum IESVM Chriſtum. Habita itaq; uia, & pręoſtenſa cum tutela itineris, & optimo uiatico ad ſtatutam regionem pergenti, tũc confitetur ipſum, tanq̃ uerum Parentem, & Dominum. Suſcipit quoq; in Deum, quando ab ipſo habet omnia, quæ ad uitã æternam ſpectant: ad quã nemo conducere poterat naturam humanam, maxime lapſam, niſi qui eſſet ſuper ipſam humanã naturã, & non infectus ab ea, atq; de utroq; participaret extremo: Et hic ſolus eſt Chriſtus, & Meſſiah, homo Deus, & Deus homo. Tunc igitur cognouit ipſum uerum mediatorem, & ſcalam, per quam acceſſus in cœlum nobis tribuitur: quò nullus ex maſſa infecta accedere unquã potuit, quouſq; fores aperiret mediator noſter, de quo Paulus: Teneamus ſpei noſtræ firmam cõfeſſionem habentes Pontificem magnum, qui penetrauit cœlos, IESVM filium Dei, ut nos quoq; illuc introduceret, & Patri præſentaret. Hic prętereundum non eſt illud, quod habemus pulcherrimum documentum, q̃ omni ſpiritui, omni oraculo, omniq; reuelationi credendum non eſt: ſed ueritas exquirenda eſt eoꝝ, quæ præcedunt illa, quæ prædicuntur: Aut aliquando efflagitanda ſunt comprobantia ſigna, ut hic fecit noſter Patriarcha Iahacob: Quæ etiam aliquoties offeruntur a ſpiritu prædicente, ſicuti Ezechiæ per Iſaiam dictum eſt: Pete tibi ſignum a Domino Deo tuo: Quod & Prophęta tribuit ipſi uolenti petere dicens: Dominus dabit ipſe uobis ſignum. Petierunt autem Apoſtoli dicentes: Quod ſignum aduentus tui? Nec quempiam conturbet, q̃ Dominus generationem incredulam, & peruerſam uocat eam, quæ ſignum quærit: quia illi plurima ſigna habebant comprobantia ipſum eſſe a Deo, ad quæ aliquando eos mittebat dicens: Si non uultis mihi credere, operibus credite: Opera enim, quæ ego facio, illa teſtimonium perhibent de me. Quærebant igitur iſti ſignum ſignorum, non ut haberent, unde crederent, ſed ut cauillarẽtur, ideo meruerunt taxari a cognitore cordium.

Paulus

Idem

Iahac.

Iſaias

Apſi

CHRI/STVS.

Quomodo ſecundum Apoſtoli ſententiam Chriſtus noui teſtamenti mediator ſit. Cap. VIII.

ET ultra ea, quæ de noſtro mediatore explicata ſunt, declarandum occurrit, cur ab Apoſtolo dicatur mediator noui teſtamenti: Pro cuius explicatu aduertendum eſt, quod in teſtamento alius eſt, qui teſtatur, alius legatarius, alius teſtis, alius fideicõmiſſarius uel executor teſtamenti: Et hic proprie dicitur mediator, ſicut Moſes ab Apoſtolo nuncupatus fuit mediator antiqui teſtamenti: Lex (inquit ad Galatas) data eſt per Angelos in manu mediatoris, ideſt Moſi, qui executor fuit illius teſtamenti, nõ quidem in toto ob peccatum percuſſi lapidis. Pro ipſo igitur ſuppleuit Ioſue introducens populum ad terram in illo antiquo teſtamento promiſſam: At IESVS uere perfectus, & in nullo deficiens plenus fuit noui teſtamenti executor: Quod teſtamentum a filio fuit promulgatum, & demandatum executioni: Patre autem ordinatũ, ut ipſemet Filius teſtatur in Euangelio, cui titulus eſt ſecundum Lucam, dicens: Ecce ego diſpono uobis regnum, ſicut diſpoſuit mihi Pater: Et iterum ueluti fidelis executor paternæ uoluntatis ſe dicturum promiſit: Venite Benedicti Patris mei, poſſidete paratum uobis regnum, paratum utiq; a Patre, a quo & benedicti eſtis. Ecce igitur ex his, & pleriſq; aliis locis ea, quæ ad teſtamentum nouum pertinent, a Patre æterno diſpoſita fuiſſe: uerum a Filio executioni demandata: cui tantam tribuit poteſtatem, ut etiam teſtamentum conficere poſſet. Fuit igitur IESVS Chriſtus teſtator poteſtate ei a Patre tradita: fuit quoq; huius melioris teſtamenti executor, ſicut Moſes fuit prioris. Cur autem hoc nouum teſtamentum melius ſit q̃ antiquum, Paulus cum Hebreis rationem aſſignans ait: Quoniam in melioribus promiſſionibus ſancitum eſt: In priori enim teſtamento promiſſa fuit terra hęc inferior, terra uidelicet Canahan, fluens tamẽ illud lac & mel, de quibus ſæpius dictum eſt. In ſecundo autẽ fuit promiſſa, & data terra, quæ eſt caro, & tabernaculum animæ, & diuinitatis Meſſięh, ex qua fluxit perfectius lac & mel, q̃ ex terra Canahan: Nam ex corpore ipſius carneo ea ſapientia nobis communicata eſt, quam nullus ſapientum huius ſæculi antea nouerat, & is mellifluus guſtus datus eſt humano generi, ut innumerabilis multitudo uirorum, ac mulierũ ea dulcedine allecti corpus & animam expoſuerint uariis, & atrociſſimis generibus mortis: Quæ minime tanta alacritate ſufferre potuiſſent, niſi cõfortati, & liniti dulcedine mellis fluentis a diuinitate per terream carnem, & humanitatem Chriſti. Fuit deniq; promiſſa terra illa uiuentiũ, ut ipſemet teſtator clare promittit in euangelio, cui titulus eſt ſecũdũ Matthæũ, dicens: Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. In priori iterum teſtamento crebro promiſſa fuit ſuper inferiori illa terra uitæ longitudo,

Moſes

Paulus

Ioſue

Paulus

CHRI/STVS.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

& in eo potissimum loco, ubi in Deuteronomio dicitur: Custodi mandata Domini, & cærimonias, atq; iudicia, ut uiuas, & multiplicet te, atq; benedicat in terra, ad quam ingredieris possidendam: Ipse est enim uita tua, & longitudo dierum tuorum: ut inhabites in terra, pro qua iurauit Dominus Patribus tuis: In nouo aũt testamento promissa est uita cœlestis, diuina, & æterna. In priori quoq; testamento promissa est pluuia elementaris, fertilitas terræ, abundantia fructuum, & omnis deniq; fauor & copia rerum temporalium: In nouo uero promissa sunt melioris hominis pascua assumenda intus & foris, in utraq; uidelz natura Christi. Promissus fuit quoq; largus affluxus fructuum, & omnium bonorum cœlestium, gratiarum uidelicet, charismatum, & omnium rerum diuinarum. In priori rursus testamento promissa fuit pax cito perdenda, atq; uictoria de inimicis humanis, Assyriis, Philisteis, Moab, Amon, Amalech, & huiusmodi: Sed in nouo testamento promittitur æterna pax, fœdere perpeuo conseruanda, sicuti in eius recessu dixit testator: Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis: non utiq; illam, quã mundus dare solet, sed meliorem, & cum Deo, & Angelis, quã mundus ipse dare nõ potest: Sed & hanc nullatenus consequi possumus, nisi parta prius pfecta uictoria: quã quoq; (teste Paulo) per solum nostrum mediatorem adipiscimur: in qua uictoria / & pace cõsequimur omne bonum.

Deute. CHRISTVS. Paulus

Digressio de bello indicto antiquis Patribus contra illos populos. Cap. IX.

ET quia tetigimus bellum perpetuum demandatum patribus antiquis contra Assyrios, Philisteos, & alios populos proxime nominatos, nullatenus prętermittendum duximus negotium inexplicatum, quod & alia omnia in figura contingebant patribus illis. Id autem non paruipendimus potissime propter duo tacta in contestatione belli illius, quæ nequaq̃ populo Dei, & minus ipsi Deo conuenire uidentur: Quorũ alterum est, quia iussum est bellum perpetuum, & usq; ad ultimam hostium internitionem, & eorum omnium, quæ ipsi possidebant: Alterum, quia inter Deũ & ipsos hostes bellum perpetuum esse declaratur. De altero habetur Dei pręceptum in Deuteronomio contra Amalech in huiusmodi uerbis: Memento, quæ fecerit tibi Amalech in uia, quãdo egrediebaris de Aegypto, quomodo ceciderit extremos agminis tui, qui lassi residebant, quando tu eras fame & labore confectus, & non timuerit Deum: Cum ergo Dominus Deus tuus dederit tibi requiem, delebis nomen eius de sub cœlo. Quod cum non plene factum fuerit, idcirco Sauli iterum demandatur, ut destrueret ipsum Amalech, & omnia, quæ eius erant usq; ad minima quæq; animalia, & uniuersam eius supellectilem, ut in primo uolumine Regum legimus.

Deute. Lib. Re.

De altero autem habemus in Exodo, qualiter manus super sedem Dei pugnare dicit contra ipsum Amalech a generatione in generationẽ: Hi quippe Amalechitæ simul cum Assyriis, Philisteis, Moabitis, & Ammonitis, potestates quasdam tenebrarum indicant, contra quas acerrimum indictum est nobis bellum, & positæ inimicitiæ perpetuæ, ut in Genesi dicitur: Ponã inimicitias inter te & semen mulieris, eo q; ipse antiquus serpens, cuius mẽbrũ, & uirtus aliqua erat Amalech, obuiare præsumpsit primo homini, & consequenter ipsius posteritati proficiscenti ad ueram terrã promissionis, & locum uere & non figuratiue destinatum, sicut hic patrem, & ducem sequens obuiare præsumpsit populo pergenti ad figuratiuum locum. Hinc contra utrũq; perpetuũ indictum est bellum absq; ulla pace, & induciis, & contra omnia, quæ eorum sunt, quia illa omnia sunt impedimento nobis tendentibus ad patriam. Hinc militaturi pro Christo uouemus renuntiare diabolo, mundo, & pompis eius. De quibus populis ultra ea, quæ supra disseruimus, id omni obseruatione dignum iudicauimus, q; contra hos hostes uictoriam habemus solũmodo a Deo per Iesum Christum mediatorẽ nostrum: quod & Paulus exerta uoce proclamat dicens: Deo autem gratias, qui dedit nobis uictoriam per IESVM Christum Dominũ nostrũ. Et Moses hoc idem suo typico progressu inuit: Nam populus, qui contra Amalech pugnabat, tũc solũmodo uincebat, quando Moses extensis brachiis in modũ crucis orabat, ut imploraret vz auxiliũ a Deo per illum, qui cruci affigendus erat. Parta quoq; uictoria ædificauit Moses altare, & inuocauit, Adonai uexillifer meus/ Pro quo mendosa traductio habet, & uocauit nomẽ eius, Dñs exaltatio mea. Accõmodate quidem uocauit ipsum mediatorẽ, per quẽ habuit uictoriã, Adonai, uel quadrilitez, sicuti sæpius in scriptura Messiah & mediator noster illo noie uocatus est. Bene quoq; subintulit, uexillifer meus, qa ipse est uexillifer uniuscuiusq; bellantis cõtra potestates tenebraz, & principẽ eoz, quẽ noster uexillifer in crucẽ erectus debellauit, & eiecit foras. Verũ quia Pater æternus semp fauet Filio, pugnans etiã pro eo cõtra eius inimicos, iuxta illud propheticũ/ Sede a dextris meis, donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuoz, ideo subintulit Moses, quia manus super sedem ⁊ Iah, bellans pro Adonai, uel tetragrãmo a generatione in generationẽ: Manus utiq; uirtus est non quidem creata, sed diuina, quia hæc sola potest esse sup sedem Iah. Quod uerbum diuinitatẽ signat, immo essentiã Dei puram, quã laudare conuenienter nemo potest, nisi expurgatus, & in meliorem, atq; puriorem transformatus. Hinc ecclesia prohibuit, ne tẽpore pœnitentiæ, anteq̃ homo esset plene purificatus, quisq̃ dicat alleluia: quod interpretatũ dicit, Laudate Iah. Et hoc illi antiqui & boni Patres didicerant a Dauide Deo pleno, qui nunq̃ uoluit cantare alleluia, nisi prius per multos psalmos quæcunq; ammouisset

Exodus Genesis Paulus Moses

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

impedimenta istius celeberrimæ laudis: Vnde in fine centesimi tertii psalmi, debellatis hostibus, & ab omnibus impedimentis absolutus cecinit: Deficiant peccatores a terra & iniqui, ita ut non sint: benedic anima mea Dominũ, alleluia. Sic autem purificatus quasi in omnibus psalmis sequẽtibus repetit alleluia: quod in præcedentibus nunquã fecerat. Manus itaq; Patris ęterni sup sedẽ diuinitatis pugnat pro Adonai, idest Christo, & mediatore nostro contra Amalech, potestatem uidelicet diabolicam, quousq; penitus destruatur inimica mors: & absorbeatur in uictoria data a Deo Christo capiti, & membris eius. Non est mirum igitur, si tam dirum bellum, & perpetuũ indictum est nobis contra hunc Amalech, & ipsius consimiles populos: Et si Deus dicitur bellare continuo contra ipsos, non quidem pro se, sed tribuens nobis uictoriam per IESVM Christum Dominũ nostrum: Ex quo concludimus, q̃ hic est etiam mediator uictoriæ a nobis consequendæ.

Dauid

CHRISTVS.

An indigeamus medio, ut in hunc Christum mediatorem deueniamus. Cap. X.

ET quia ambigi potest, an aliud mediũ nobis sit necessarium, per quod in hunc mediatorẽ ueniamus: De hoc breuiter me expediens dico, quoniã non est mediator mediatoris, ne progrediamur in infinitũ, sed bene exiguntur duo media, aut dispositiones præuię, per quas ipsum suscipiamus, atq; eidẽ uniamur: Quarũ altera est desuper emanans, electio uidelicet diuinæ clementiæ, & pietatis collocans nos inter oues, quæ perierant ueræ domus Israel, pro quibus redimendis uenit: Altera est, ut pro talentis nobis creditis laboremus fideliter, ut electio illa sit efficax in nobis, secundũ propositum eligentis, & sequamur uestigia ipsius mediatoris, qui dixit: Exemplum dedi uobis, ut quẽadmodum ego feci, ita & uos faciatis: Qui iterum ad ipsius sequelam nos hortatur, & inuitat dicens: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ: lumen utiq; illud, quod omnẽ hominem illuminat, dummodo ne quis in tenebris peccatorum obuolutus, sponte recuset lumen ipsum, p quod absq; alio medio, stante diuina electione, possumus uniri cum mediatore, & suscipere pro captu nostro omnia, quæ explicauimus in hoc cantico fore communicanda a supramũdano fonte omnibus mẽbris christiani corporis per caput, & mediatorem nostrũ Christum: de cuius plenitudine unusquisq; accipit partem ipsi cõuenientem.

PROEMIVM IN TERTIVM ET NOVISSIMVM CANTICVM.

QVM DVO Iam cantica persoluerimus, quorum prius & antiquum ad maioris mundi cum minori, & Archetypo concordiam pertinet, Alterum nouum de membrorũ omniũ cum capite Christo cõueniẽtia, restat, ut nouissimũ canticum aggrediamur, quo persoluamus mundi minoris, propter quẽ facta sunt oia, concordẽ in debitũ finem, progressum, & statũ. Quod eo gratius Principi summo existimamus, quo ipsum hominem cæteris rebus, de quibus iam pertractauimus, accuratius effinxerit, De quo cantico (ni fallor) Propheta, pleno lumine ad omnia intelligenda perfusus, præcinebat, dum diceret. Deus, canticum nouum cantabo tibi. Cantabo utiq; de homine, qui est nouissimum Dei opus, cum opifice cõcordandũ, per legis, & decem præceptorũ obseruationem, quę per psalterium decachordum, in quo psallebat Propheta, indicantur. Quorũ præceptorũ sacramentũ, cũ totum includatur in cithara euangelica, & amborũ laus psoluatur, corpore bene chordato, & spiritu cõcino, atq; animo bene psallenti, ideo in alio hymno decãtat. Exultate o bene chordati uiri Deo adiutori nostro, a quo omnis pfecta symphonia, & laus. Iubilate Deo Iahacob, uos qui suppeditastis, & conculcastis omnia impedimenta debitę laudis. Sumite psalmũ, quo mẽte & aio, Deũ laudetis, & date i ipsius laudẽ, tympanũ corporis bene cõpositũ, & tunc assumetis psalteriũ iucundũ cũ cithara. Psalteriũ. n. legis iucundissimũ sumitur, q̃do pficitur in cithara euãgelica, in qua (ut bene intelligenti patet) cõpletur etiã minimũ iod, & minutissimus apex ipsius legis. Illa. n. oia, sua sacramẽta cõtinent. Et tũc cõcinna psoluunt̃ cantica, quãdo bene chordatis istrumẽtis corporis, spũs & animi, reddimus Deo pro uitili nostra debitas laudes, & cõcinna opera. Sed pleniora psoluimus cantica, q̃do supatis, & suppeditatis inimicis deuenimus in ueras laudes n̄ iah sicuti propheta prẽmissis primo centum & tribus psalmis, docet, dum ait. Deficiant peccatores a terra & iniqui, ita, ut nõ sint, benedic aia mea dño, Alleluia. i. laudate iah. Quod nemo facere põt, nisi fugatis inimicis, ut in prẽmissis psalmis docemur. Perfectissima autẽ & plenissima cantica (Deo fauente) psoluemus, qñ laudabimus cũ in excelsis simul cũ Angelis, in illo beatorũ choro resonantibus, nõ solũ lingua, Sed spũ, aia, corpore, & oibus mẽbris, in laudem opificis, cui oia debent gloriã, & honorẽ in sæcula. Et hoc persoluemus diapasonica cõsonantia octo Tonorum, sicut in duobus prẽmissis canticis perfecimus.

Dauid.

Idem.

Idem.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

TONI CANTICI TERTII.

DE aię/& corporis/atq; uirtutū cōcordia multiplici. Tonus.I.
De animæ consonantia,p reg; intelligentias. Tonus.II.
De hoīs cōueniētia cū intelligētiis cælis/& sacris.Tonus.III.
De cōueniētia oīum reg; cū homine bene chordato,ut possit in cunctis operari/& omnibus imperare. Tonus quartus.
De cōsonantia animę/cum proprio spiritu,& omnibus aliis spiritibus. Tonus.V.
De concentu suauissimo,quem faciunt homines bene chordati cum Deo. Tonus.VI.
De corporis/& animæ harmonia mutata in melius/per resurrectionem. Tonus.VII.
De suauissimis concentibus, & pausa illa æterna in adepta beatitudine. Tonus.VIII.

CAPITA PRIMI TONI.

DE ea q̄ est i corpe cōueniētia & symmetria. Caput.I.
De ea cōsonātia/q̄ est iter corpus & animā. Caput.II.
Vnde in corpore dissonantia oriatur. Caput.III.
Vnde,& quę inter corpus & aīam cōsonantia/uel dissonantia. Caput.IIII.
De temperādo corpore,& dispositione tentorii per naturales medelas. Caput.V.
Quantum in huiusmodi temperamentis conducendis,conferat prudētia/atq; debitum regimen. Caput.VI.
Quantum ad hęc conducenda ualeat unicuiq; sui uera cognitio. Caput.VII.
Quod temperetur corroboreturq; corpus,& consequēter totus homo cęlesti fauore. Caput.VIII.
Qua breui uia a cęlo/Angelis/& Deo fauorem haurire possimus. Caput.IX.
Quomodo ualeat homo paruus mundus ab omnibus mēbris maioris mundi,cui simillimus est,fomentū suscipere. Caput.X.
De consensu animæ cū seipsa. Caput.XI.
De uirtutum concentu conducendo,ut possit ex eis anima sanari, & oblectari. Caput.XII.
De consonantia uirtutum cum anima. Caput.XIII.

DE EA QVÆ EST IN CORPORE CONVENIENTIA ET SYMMETRIA. CAP. PRIMVM.



ANTA est corporis cōmensuratio,ut periti Architecti tēpla,ędes,domos,colūnas,episty/lia, bases,& oīa membra artificioꝝ quæcunq; sint, cū suis partibus etiā minutis/toris,uidelicet,quadris,trochilis,plinthis,supciliis, astragalis, modulis,spiris, stylobatis,& quicqd ad epistylia, bases, columnas,& ad antes ptinet, uel ad quodcunq; ędificii genus/ad metā corporis humani partitū sit:sicut huius doctrinę facile princeps Vitruuius longo sermone disserens, interserit. Non potest ædes/ulla symmetria atq; proportione rationem habere compositionis, nisi in se hoīs bene figurati mēbroꝝ habuerit exactā rationem. Proportio.n.architecturę(ut inqt)est ratę partis mēbroꝝ in omni opere/totiusq; modulatio/ex qua ratio efficitur symmetriaꝝ.Et ultra progressus/p̄bare nititur ex articulis corporis numeꝝ oēm/ atq; numeros, qui denarii/uel sextertii dicuntur,inuentos fuisse.Nā antiqui digitis numerabant/& numeros indicabant digitis ipsis:& ędes omnes ad corporis mēsurā partiebantur.Cui nimis fauet sūmus Architectus Deus/qui Noe docuit fabricare arcā ad mensurā humani corporis/ut supra explicauimus. Insuper & nauigioꝝ mensuras a peritis deducere uidi ex humano corpore:Immo ipse opifex summus totā mundi machinā/symmetrā corpori humano & totā ei symbolicā fabricauit: unde nō imerito ille magnus/hic aūt paruus mundus nuncupatur.Quoꝝ consonantiā/& symbolū pro parte demonstrauimus/dum elemēta/atq; elemētata oīa,cęlos,Angelos,& ipsum Deū (si licet) in homine cōclusum patefecimus. Explicauimus quoq; quanta proportione elementa,qualitates,atq; complexiones/in corpore humano cōueniant,& quanta cōsonantia membroꝝ circunferentia cōcinant. Sed alii addunt/etiā cōmensurationes ad longū membroꝝ corporis esse proportionatas. Os.n.capitis/a mēto ad frontē sūmā/& radices imas capilli/ est decimę partis.Itē manus palma ad extremū digitū mediū/tantundē. Caput,a mento ad summū uerticē,octauę.A summo pectore ad radices capilloꝝ/sextę.Ad summū uerticē,quartę.Ipsius aūt oris uel uultus altitudinis,tertia pars/ab imo mento ad imas nares.Nasus ab imis naribus, ad finē mediū supercilioꝝ/tantundē.Ab eo fine/ad imas radices capilli, ubi frons efficitur/item tertiæ partis. Pes uero, altitudinis corporis/sextę. Cubitus,quartę.Pectus item,quartę. Sic reliqua omnia mēbra suas ha/

Vitru.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

bent cõmẽsurationes proportionis,& has semp harmonicas: ut benepro/portionatus/mirabilẽ ex consonantia afferat iucunditatẽ aspicientibus. Sunt.n.omnes mensurę illę partitę per ꝓportiones multiplices, aut sup/particulares,aut mixtę: ex quibus semp resultat harmonia,aut simplex/aut cõposita.Decupla.n.proportio/facit tridiapason & diapẽte. Octupla tridiapason.Quadrupla/bis diapason.Sexcupla bis diapason/& diapẽte. Tripla,diapason/& diapente.Pariq; modo omnes aliorum membrorum cõmensurationes sunt proportionatę,& consonantes : & quod maius est, cõuenientissimę cũ mundi membris, cęlox articulis/atq; mẽsuris Archetypi,quod summũ est. Nã nullũ est mẽbrũ in homine/quod nõ respondeat alicui signo,alicui planetę,& alicui mensurę,quę sit in Archetypo/ ut docent Antiqui Theologi.Sunt insuper in eo(sicut superius explicaui An.Tho. mus)elementa/& humores/debitis & harmonicis,ꝓportionibus cõmixti: ex quox temperamento sanitas,& ex distẽperamento prouenit infirmitas.Et omnes,nõ dicam corporis partes/ sed hominis totius portiones,in una eadẽ anima oia uiuificante, tanq̃ instrumentox chordę,aut moduli uarii in una cõsonantia cõueniunt.Et q̃uis multigena uideatur hois uita, uegetatiua,animalis,spiritalis,intellectiua,siue quęcunq; alia sit,unica tñ est ratio uitę in omnibus.Hinc nõ sine mysterio dicit scriptura,ꝙ Deus, cũ uitã donaret homini, inspirauit in faciẽ eius spiraculũ/aut animam uitax,quã hebrei dicũt נִשְׁמַת חַיִּים nismat haiim:uitarũ dicit,ut innuatur, ꝙ in illo spirando/aut anima/quę infundebatur/omnimoda cõtinebatur uita,quę ad totum ipsum hominem spectat.

De ea cõsonantia quę est inter corpus & animã. Cap. .II.

QValis autem sit harmonia inter corpus & animam/quæ uidentur penitus diuersa, Pythagorei pręcipui consonantiarũ inuestigatores,ex ea, quæ ab omnibus conspicitur quietissima / & suaui unione , cõiectare conati sunt. Ex quibus, Timęus Locrus Pythagoricus insignis / solito more adumbrauit,dicens. Quo autem bene habeat anima, corpus expedit habere suas uires, sanitatem,sensus expeditos,robur,pulchritudinem/cuius pulchritudinis exterioris initium,est cõmensurabilitas/ quã symmetriam uocant. Ad mẽbra ipsa, atq; animã natura concinnat tentorium/ tanq̃ instrumentum: obtemperansq; est ueluti modulabile quoddã uiuendi & subiectionis rationibus:cui cõsentit Proculus in Timęũ Platonis dicens.Anima a principio/secũdũ harmonicas cõstituta est rationes:& corpus illi omne/secũdum proportiones dicitur esse cõiunctũ:uniuersum quoq; ipsum harmonice/cõcinneq; deuinctũ est. Et unde proueniant hę harmonicę compagines/prosequens ait.Harum principia sunt a natura,uel a summo opifice insita uis, ut sit homo bene chordatus cum corpore & anima. Quod & Plato satis clare explicat,dum de anima utriusq; mundi/ quox ratio est simillima,inquit.Postq̃ secundũ creatoris mentem/ tota animę cõstitutio absoluta fuit/quę prima est in intẽtione/& in idea/mox omne corporeum intra ipsam effinxit,mediũq; mediæ accõmodans apto modulamine copulauit.Medię nanq; animæ mediũ corpus conuenit/extremę extremũ/ & supremę supremũ:ut dispositio corporis dispositioni animę coaptetur, magis q̃ econuerso. Quod in utroq; mundo locũ habet, cum nobilior/& ignobilior anima,& media reperiatur:cui in hac mundi machina corpus pro tẽpore disponitur/pro cõditione ipsius animæ suscipiendę. In mũdo quoq; minori anima triplici differentia disposita est/sicut & corpus:Instar typicę arcæ,quã Noe non sine magno mysterio Deo iubente fabricauit. Est.n.uilior uirtus animæ in ea parte corporis inferiori / quæ est sub diafragmate,effigiata per tristegã illam inferiorẽ arcę.Est media & animalis uis/super ipsum diafragma,usq; ad caput/cuius simulachrum tenebat illa media statio arcę,in qua animalia residebãt.Est suprema atq; intellectiua uirtus in capite,denotata per supremã partem arcæ,in qua Noe cũ rationali familia morabatur.Quarũ quælibet anima/aut portio ipsius cum hospitio/in quo moratur,proportionatissima est.Nam nisi sit animæ atq; corporis proportio/facilis est ad dissolutionẽ/& casum humana uis:sicuti Chal. Chalcidius inquit.Maxima uitiorum citatio est in corporis,atq; humox, & spirituũ concretione/quox abundantia/aut indigentia/propensiores ad libidinem/uel iracundiã sumus.His accidunt uitæ ipsius agendæ sortisq; discrimen/Aegritudo conuitiũ/inopiaq; rerũ necessariarũ, quibus occupati a studiis honestis ad consentanea uitæ institutę deducimur / & absq; agnitione uocamur ueri boni.Quę autẽ sit hæc cõcnientia,reconditissimum quidẽ est,a sapientibus tamẽ aliqualiter adumbratũ. Qui animarũ uarias dispositiones inquirentes/pro mediorũ per quę ad nos transitũ habent,diuersitate,uarias sortiri sortes diiudicant:& has cũ corporibus ipsis proportionatis cõiungi.In corpore.n.Iouio temperamento cõducto/animam opinantur infundi contẽperatã a numine/& intelligẽtia/cui Iupiter respondet,& obsequitur.In corpus uero Martio impetu/& bili exęstuãs, animã a numine,& intelligentia perfusam opinantur infundi, cui Mars cõnexus præsto sit. Et sic de aliis diiudicandũ censent. Secundum quam CHRI/ dispositionem,si bene operatur anima purgata / & expiata/reuertitur ad STVS. numẽ,uel mansionem,a qua descendit.Et cum mansiones(teste Christo) in domo Patris multę sint/& hę quidem uariæ,alioqui non essent multę: uariq; sunt etiam animę,nõ modo in donis gratuitis,sed naturalibus,quę Greg. gratuita consequuntur/si bene sentit Gregorius/qui de Angelis/& consequenter de hominibus inquit. Qui donox distributione participant/sicut

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

& naturalium diſpoſitione cõueniunt. In quem ſenſum intelligenda ſunt CHRI
uerba ſaluatoris dicentis, ꝙ uni data ſunt quinq; talenta, alii duo, alii uero STVS
unũ: uel ꝙ datę ſunt (ut alius euangeliſta ait) decẽ mnę decem ſeruis, ut Lucas.
operaretur unuſquiſq; ſecundũ menſurã ipſi præſtitã. Secundũ quã uir/
tutẽ, qui operatur, reportat pręmiũ pro conditione nũmi, uel doni prę/
ſtiti. Si uero operari negligit, aufertur donatiuũ, & datur alii operanti, ut
cõpleat locũ pręparatũ pro influxu/& donatiuo cõceſſo. De qua reuerſio/
ne animaꝝ ad loca ipſis proportionata/& a qbus diſceſſerunt loquentes
Academici cũ ſuo Platone dicunt, ꝙ redeunt ad ſuos planetas, altius for/ Acad.
ſitã loquentes, quã multi lectores exiſtiment. Theologi aũt noſtri dicunt, Plat.
ꝙ reuertuntur ad illos choros Angelorꝝ/quibus cõformiter uixerũt. Sed Theolo.
(ni fallor) ad illa ſupramundana hoſpitia reuertuntur, ad quę uia/& ho/
ſtiũ eſt ille/qui dixit: Ego ſum uia/Ego ſum hoſtiũ, per me ſi quis introie/
rit, ſaluabitur. Nec.n. per Chriſtũ datur ingreſſus ad planetas, uel Ange/ CHRI/
los, ſed ad ipſum Deũ, & Patrẽ ęternũ: in cuius domo, & in cuius ampli/ STVS.
tudine diuinitatis ſunt manſiones illę multæ, & ęternæ.

Vnde in corpore diſſonantia oriatur. Caput. III.

CORpus autẽ, cũ temperatiſſimũ ſit/aliqñ diſſonantiã uehe/
mentiſſimã ſentit. Quod duplici ex cã pręcipue, fieri nõ am/
bigimus. Altera eſt diſtẽperamentũ humorꝝ/aut ex ſupflui/
tate, aut ex diminutione, aut alteramento intrinſeco uel ex/
trinſeco proueniẽs. Altera/qa a cęleſtibus diſſidet/ut influxus alias boni,
ipſi noceant. Diſſidet quidẽ/declinãte animo ab eo/quod exquirit cęleſtis
influxus. Quã deordinationẽ multę alię ſubſequuntur, qa ſtatim ſubiicit Proc.
diſſidens malo dęmoni (inquit Proculus) quouſq; debitis expiationibus
expurgetur. Quę aũt ſint humorꝝ diſtemperamenta, cũ hoc medicorꝝ ſit,
ipſis relinquentes/quod ſuũ eſt, percurremus ea quę ad rem noſtrã, & ad
meliorẽ hominẽ bene inſtituendũ ſpectant. Diſtemperantur.n. humores,
unde infirmitates ſuboriuntur, nõ tantũ ex ſupflua/diminuta/uel alterata
materia/ſed ſępius, quia ab aĩo male regitur corpus. Si.n. ſuperfluo cibo
paſcitur/unde ſupflui generantur humores, nõne hęc culpa eſt animi nõ
frenantis ingluuiẽ? Et ſi cibi nociui comedunt, non ne culpanda eſt animi
imprudentia? Et ſi labor ſupfluus, unde laſſitudo/& uaria humorꝝ altera/
tio, nõ ne inſcitia noſtra criminanda eſt? Et ſi homo aliqd ꝓpetrat, unde
oriatur triſtitia/& augeatur atra bilis, qua humores inficiũtur aut magis
doleat/& triſtetur de occurrentibus/q̃ deceat/ut bili exęſtuet/ſiue melan/
chonia cõprimatur, nõ ne hoc eſt ab aĩo male ſe habente/q triſtitia abſor/
betur Ariſtotelica, quæ corrũpit potẽtiã habentis? Si uero animus tãquã
dux in toto humano exercitu cũ impatore ſeu rege cõſentiens/oẽs inferio/

res appetitus, & uires bene moderaẽ, dirigens oẽs in debitos hoſtes: ſi aliqua
triſtitia ex pugna, aut labore reportaẽ/illa euãgelica eſt, nõ nocens, ſed quæ
Paul. ſtatim uertẽ in gaudiũ. Nã ſicut diligẽtibus Deũ (ut inqt Paulus) oia co/
opantur in bonũ/ita diſſidentibus a Deo oia nocent, oia uergunt in malũ: qa
cõtra huiuſcemodi diſcolos armat ſe creatura oĩs/i ultionẽ uidelicet inimicorꝝ
Aug. Dei: ut dicitur in libro Sapiẽtię. Hinc Auguſtinus ait. Omniũ malorꝝ cã eſt
peccatũ: quod eſt deordinatio & diſtemperamẽtum animi, & ducis humani.
Quo male regente/aut proſtrato/rebellant oia, & diſtemperantur, in ſui dñii
pniciẽ. Tunc.n. aiales ſpũs amiſſo freno in pugnã cõgrediũtur/inſurgunt hu/
mores mali/& etiã boni deordinati, uiciſſitudine quadã ſegregati ab inuicem
corpus uexant, & torquent. Tũc nocent influxus cęleſtes, ſicut lux ſolis oculis
male diſpoſitis. Tũc Dei lictores, & ipſi ĩ torquẽdos hoĩes ſeſe expediũt, iuxta
Dauid. illud Prophetę. Et ĩmiſſiones p angelos malos, uel (ut habet ueritas litterę) &
Iſaias. anguſtiã miſit p Angelos malos. Tũc (ut inqt Iſaias) pcutiet te Dñs aere cor/
Dauid. rupto. Quod cognoſcẽs regius Propheta dicebat. Miſerere mei dñe qm̃ infir/
mus ſum, ſana me, qm̃ cõturbata ſunt oia oſſa mea. i. uires/& uirtutes mę. Et
unde turbatæ ſint uires, & ex orta infirmitas/declarat ſubinferens. Et aia mea
turbata eſt ualde. Quę etiã aliqñ infirmatur, ut dicat. Sana animã meã/quia
peccaui tibi. Ex cuius ĩfirmitate/& rebellione, ſequtur rebellio/& diſtẽpamẽtũ
omniũ, quę ipſi obtẽpare debebant. Nec dicas. Vexãtur multoties boni, ma/
gis q̃ mali, qa nullus uexatur in eo quod bonus/ſed in eo qd malus. Nã tolle
malũ puniendũ, ceſſabit uexatio, qa miſericordia Dei ſup omnia opa eius.
Iuſtitia aũt Dei/ſup oia opa mala: quę non Dei, ſed hoĩs, aut diaboli ſunt, uel
utriuſq; ſimul. Et ſicut nõ eſt hõ, qui nõ peccet: ſic nõ eſt hõ, qui nõ indigeat
purgatione/& qui non ſubiiciatur iuſtitię punitiuę. Expurgatur itaq; hõ/hac
momẽtanea anguſtia/ut fugiat æternã: quę infligiẽ illis, q filii diaboli effecti
& a Dei familia penitus ſeparati, traduntur illi igni, & torméto, qd paratum
eſt diabolo/& Angelis eius. Nec dicat qſpiã, ꝙ infirmitates ꝓueniant ab illis
Auicẽ. naturalibus cauſis ſenariis/quas cõmemorat Auicẽna, uidelicet inanitione,
repletiõe cibi, uel aeris infecti, ſomno, uigilia, exercitio: ſed potiſſime ex acci/
dentibus aię. ſ. ira, triſtitia, gaudio, & ſimilibus: qa oia hęc (ſi qs bene aduer/
tat) dependent/& reguntur ab aĩo/cũ in eius ptãte ſit/dare/uel ſubtrahere cibũ
corpori, uigilare, & dormire, & ad libitũ exercere corpus. Nã bene cordatus
põt admittere, uel repellere irã, triſtitiã/& huiuſmodi accidẽtia animi/quę ſũt
(ut inqt) potiſſima cã tẽpamenti, & diſtẽpamenti corporis, nõ ſolũ in ſe/ſed
in aliis: aſſerens ꝙ aĩa fortiter eleuata, & uehemẽti imaginatione accẽſa, imu/
tat ſanitatẽ, uel ægritudinẽ etiã in corporibus alienis. Nec crimineẽ qs cõple/
xionẽ: qa (ut inqt Eccleſiaſtes) Deus fecit hominẽ rectũ, & tẽpatiſſimũ: quo
ad corpus uidelicet & animã. Ipſe aũt ſe ĩmiſcuit infinitis q̃ſtionibus, uel (ut
hẽt ueritas litteræ) Ipſe q̃ſiuit cogitationes multas. Vnde nõ cõtẽtus rectitu/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

dine,& ſtatu pfecto in quo ipm collocauerat opifex,uagatus eſt circa multa, unde ſubſequuta eſt pturbatio animę/& corporis,& oimoda deiectio a ſtatu/ & a rectitudine ſua. Quod in Protoplaſte pleniſſime indicat/qui nō cōtentus recta lege,quā ei conſtituerat Plaſmator ipſius/cæpit quęrere uetita/unde ea pturbatio animi ſequuta eſt. Et ſentiēs carnē rebellē,erubuit de nuditate ſua: & tandē eiectus de fęlici ſtatu,addictus eſt laboribus,ſudoribus,& pturbationibus multis,interdicta ei arbore uitæ,& ſanitatis: qua ſemp ſe illæſum cōſeruare potuiſſet. Deiecto itaq; hoīe a rectiſſimo/& fęlici ſtatu ipſius,ſubiicitur naſcens ignorātiæ/malę ualitudini,& pturbationibus multis,quo uſq; ratio recuperet & mens. Quę ſi corpus regat,oīa tempata erunt: quia aiæ uel menti tāq; nobiliori obediunt oīa,ut docet Ariſtoteles in primo uolumine de cœlo,ſicut fit in hoibus bene cordatis,& q aīam in ſuā ſedē alegerūt,& mētē adepti ſunt: A qua ſi nō deiicit hō,nec corp⁹ diſtēpat: nec infirmitati ſubiicit: ut de Moſe ſcriptura phibet,dicēs i fine Deuteronomii: q cū eēt cētū& uigiti ānoꝝ nō eſt ei caligat⁹ oculus,neq; demoliti dētes uel(ut hēt ueritas lr̄ę)neq; rugata maxilla. Quę reſeruamus cū Dei adiutorio,clari⁹ ſuo loco explicāda. Ariſt. Deut.

Vnde,& q̄ inter corpus & animā cōſonātia uel diſſonantia. Cap. IIII.

Per a. s. Cēr

EXtat quoq; inter corpus & animā cōuentio,tāto maiori admiratione dignior,quāto ea quę cōnectuntur uidentur magis diuerſa: adeo ut artificiū illud oēm captū humanū tranſcendat. Tanta eſt.n.eoꝝ colligatio,ut ipſoꝝ diſſolutionē hō,exiſtimans ultimū terribiliū,fugiat quoad poſſit,appetens potius,ut inquit Apoſtolus, ſupueſtiri q̄ expoliari. Et hac ſpe uiuimus lęti. Nec inter hæc duo aliquando indictū eſt bellū: ſed inter hominē ſpūalē& animalē: quę multa rōne differunt a corpore & aia: q̄uis aliquādo ſpūs accipiat pro aīa/& corpus uel caro pro aīali homine. De pace aūt,concordia,& unione illoꝝ dicit ſcriptura. Inſpirauit Deus in faciē hominis ſpiraculū uitaꝝ/& factus eſt homo unicū qd, uidelicet in animā uiuentē. De pugna aūt iſtoꝝ inqt Paulus. Caro cōcupiſcit aduerſus ſpūm/& ſpūs aduerſus carnē: hęc aūt ſibi inuicē aduerſant: & iteꝝ. Video aliā legē in mēbris meis, repugnantē legi mentis meę,& ducere me captiuatū in legē peccati: ita ut nō quod uolo bonū,hoc faciā,ſed quod nolo malū. Vnde nō eſt diſſidiū inter corpus & animā,quæ naturalia ſunt: & nullā pugnā,ſed pacē deſiderātia: ſicuti colligauit ea ſūmus opifex firmo,& cōtinuo fædere. Hinc errant q̄ plurimi,qui dū opinantur cū Paulo in ſeruitutē ſpūs redigere corpus,ideſt aīales appetitus: deſtruunt naturā,aut naturalia dona/quę in Dei laudē,propriū beneficiū,& cōmodū proximi,plenis & nō debilitatis uiribus exercēda ſunt. Nō itaq; pcurāda eſt diſcordia inter naturalia/nec deſtruenda ſunt/ſed potius cōſeruanda. Hinc idē Apoſtolus ſuum Timotheū docet,ut utat uino pro cōfortando ſtomacho: Et ſicut Paulo ante Paulus. Idem. Idem.

Hier. diximus/iubet omne obſequiū noſtrū rationabile eſſe. Cui cōſentiens Hieronymus/ pręcipit & ipſe/ut moderata ſint nobis ieiunia: cū Deus nō oblectet noſtri uentris uacuitate/uel ut uacillātes greſſus baculo/aut pariete ſuſtentemus. Sed ea ieiunia,& eę abſtinentiæ atq; macerationes aſſumēdę ſunt/qbus corpore nō deſtructo,ſed redacto in ſeruitutē,inualeſcat ſpūs/& fortior fiat, atq; agilior in Dei ſeruitio. Diſcrepātia aūt,& pugna cōtinua eſſe debet inter hominē cęleſtē/& ſenſualem: q̄uſq; ille hunc redegerit in perfectā ſeruitutē: ut ſimul cōſentientes/& pacifici,beari poſſint in ipſo regno pacis. Corporis uero & aię cōſeruāda eſt cōcordia: qua ipſas colligauit opifex/q̄uſq;(Illo iubente) ea fiat diſſolutio/qua expediti ab hoc corpore,in quo exiſtētes peregrinamur a Dño,aīa adipiſcat poſſeſſionē regni,pmiſſi. Quo adepto,iteꝝ reſumat corpus iā indutū incorruptionē,imortalitatē/& naturā ſpūs: ut ſimul uniti, nūq̄ inde diſſoluant: nec aliq̄n diſſonātia admittāt,un triſtitia aliqua gīari poſſit.

De tēpando corpore,& diſpoſitione tentorii p nāles medelas. Cap. V.

QVoniā uero cū humores diſſoni ſunt/diſſidēt & ſpūs aīales,q in humoribus ipſis reſident/pturbāturq; ſenſus/uirtus phātaſtica, & oīa organa melioris aię: quę cū ſequatur corporis paſſiones, diſtempat & ipſa. Hinc medelæ,atq; medici ſpernēdi nō ſunt/ dicēte ſcriptura. Honora medicū,ppter neceſſitatē.n.creauit illū Altiſſimus. Et iteꝝ. Altiſſimus de terra,pduxit medicinā/& uir prudēs nō abhorrebit eā. Et qa (ut ſub infert) a Deo eſt oīs medela: ideo inqt,ppheta. Sana me Dñe, & ſanabor. Nā ab ipſo cōfert ſanitas,& medicina,pro utroq; hoīe. Virtus.n. herbaꝝ,radicū,lapidū,uboꝝ,& omniū quę ad medicamenta utriuſq; hoīs ptinent,a Deo inſita eſt: q aliqn immediate ex ſe ipſo,aliqn p intelligentias, & cęlos opat ea,quę ad ſanitatē corporis,& nutrimētū ipſius ſpectant. Et hoc quidē potiſſime pp animā/quā maxime curat. Quę,ut ſit pfecte ſana,exqrit corpus ſanū: Idcirco orabat ille ſapiens/ut eſſet mens ſana in corpore ſano. Pro utroq; igit parauit Altiſſimus medicamēta/& medicos. Pro corpore.n. ſanando (diſponente Deo) multus fuit labor ſapientū/Apollinis/Eſculapii, Hippocratis,Pauli,Galeni,Iohannis Damaſceni,Dioſcoridis. Auicēnæ/& multoꝝ Arabū,Perſaꝝ,Gręcoꝝ,& diuerſaꝝ nationū: q̄rū aliq pro reꝝ naturis/& uirtutibus inueſtigādis,& alii pro ipſis cōponendis/& applicādis/pro qualitate corpoꝝ,& ægritudinū/diligētiſſimi fuere. De medicaminibus aūt aiæ (ultra ea quæ ampliſſime dicunt a Theologis noſtris in quarto uolumine ſententiaꝝ theologicaꝝ,de ſacramentis,& ſacrificiis/que in medelas animaꝝ inſtituta ſunt) inqt Iohānes, q in ſupcęleſti regione uidit Arborem uitę/cuius folia erant in ſanitatē gentium. Qua ſanitate recuperata,ſumerent gētes ipſæ iam in uiros effectę/de fructibus uitæ/q dicunt cibi fortiū,a nullo infirmo aſſumendi. De medico uero,canit Pſalmographus. Miſit uerbū ſuū,

Ecclē. Dauid. Apollo. Eſcula. Hippo. Paul⁹. Galen. Dama. Dioſco. Auicē. Theol. Iohā.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

& ſanauit eos. Hinc ipſum uerbū miſſum a Patre/& caro factum, de ſe ipſo dixit. Nō eſt opus ualētibus medico/ſed male habētibus. Et Origenes expo/nens illud ſacramentale canticū. In odorē curremus unguentoꝝ tuoꝝ/inqt. Variis qppe Deus Pater eū ungens unguentis/fecit illū Chriſtū, & medicū. Talē nāq; ſponſum ad infirmā ſponſam / Deū Patrē decebat deſtinare. Qui ſponſus, ut boni medici pficeret officiū/ſanans totū hominē/Apoſtolis quoq; dedit poteſtatē/& mandatū de utroq; homine ſanādo: ut habeē in Euāgelio, cui titulus eſt ſecūdū Matthęū. Qua poteſtate tradita, dixit. Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dęmones ciicite. Poſtea iubet, ut expediti ab auro, argento, pecunia omnigena, pera, tunicis ſupfluis, calciamentis uanaꝝ reꝝ/& uirga humanę, uel mundanę, poteſtatis, annuntiarent pacē, in quācūq; domū igrederenē. Obſerua(quęſo)ordinē ſūmi Medici: Mādat.n. his/quos mittit directores hominū in uiā ſalutis: ut primo ſanent corpora: & ſuſcitent eos, qui mortui ſunt: & curent obſeſſos a dęmonio: poſtea ut ab oīb⁹ terrenis expediti/annūtient/& tribuant pacē: quæ eſt ueꝝ tēpamētū, & uera ſanitas, immo trāquillitas animi. Quā nec pręſtare, nec hīe pōt, niſi bene cordatus: & a terrenis impedimētis, & pturbātib⁹ curis penitus expeditus: ideo iubet, ut ab huiuſmodi expediantē, qui ipſam denuntiaturi erāt. Curāda ſunt igitē primo corpora: ut ex harmonia corporis ſani, deueniamus ad harmoniā ſpūs, uirtutū, & reꝝ melioꝝ, tandēq; ad diuinā: ſicut Pythagoras docet. Quę ſicut in exterioribus cōducunē Phœbi fauore, q & ſanitati, & harmonię uim maximā pręſtat: ſic in meliori homine, immo in utroq; cōducit fauore ueri ſolis, uterq; effectus, ſanitatis uidelicet, & harmonię. Tempatis itaq; corporibus, temperant ſpūs, ſenſus, operationes omnes, & mens: ut guſtare poſſint cęleſtia, & diuina pabula. Quod ut perfecte fiat, in pfecto ſtatu beatitudinis perficitur, temperaturq; ipſum corpus, & mutat in naturā ſpiritus: ut nullo diſtēperamēto grauatū, ſemper pabula illa ſimul cū ſpiritu ſuſcipere ualeat. Nec perterreat quēpiam Apoſtolica illa ſententia. Cum infirmor, tunc fortior ſum: quia ibi diuinus homo nō de infirmitate, & diſtemperamento corporis loquitur: quod qdē multa mala conſequuntur: ſed de ea ceſſione, quā animalis homo ſpiritui facere debet in cōtinua pugna: in qua alterutri illorum ſuccumbendum eſt. Vbi nō corporis infirmitas, ſed animalis hominis ſubiectio exquiritur: quod fit nō qualitatum diſtemperamento, ſed concordi ceſſione, & mutatione quadam uirium animalium, in uires ſpirituales. Corporis autem diſſidium patientis, cura fit per medicamina, exercitia, purum, & parcum uictum, atq; cæleſtem fauorem. Medicamina autem multa ſunt: tum ex natura ſimpliciū a cælis, & intelligentiis, ſed in primis a Deo hauſta: tū ex harmonica cōpoſitione medicaminū inter ſe, & concinna corpori ſuſcipienti/ Quę multū operatur, q̄uis paꝝ cognita ſapiētibus noſtri tēporis: q ſuū Ariſtotelē ſequētes, omnia tribuunt primis, & ſecūdis qualita-

CHRISTVS. Orige. Math. CHRISTVS. Pythia. Paul.

tibus, cōtenti ſolū eaꝝ libramine, cū tñ uideamus aliqua ſimplicia magis opari, q̄ ignis, qui eſt nō ſolū in tertio, uel quarto gradu ſed ſūme calidus: & omniū elemētoꝝ actiuiſſimus. Vnde id a uirtute maiori, q̄ ſit illa qualitatū primaꝝ, procedere neceſſe eſt. Videmus quoq; ꝓportionata ualde prodeſſe, quę diſtēpata nocent: ut opinari cogamur harmonicā uim multū cōferre. Operat iſup uirtus, & efficax medici aius, qa(ut diximus) fortis imaginatio immutat qualitates etiā in corpore alieno. Id maxime, qñ infirmus medico adhibēs fidē, ſeſe diſponit ad medētis uirtutē ſuſcipiēdā. Quæ diſpoſitio q̄tum ualeat, ille omniū medicoꝝ magiſter Chriſtus Ieſus indicat, dum ſuſcepturis ab eo ſanitatē, tā melioris q̄ deterioris hominis, ipſam exquireret: aut in his qui ſuſceperant cōmendaret. Dixit.n. mulieri Cananeę. O mulier magna eſt fides tua: Fiat tibi, ſicut petiſti. Et hęmorrhoiſſæ inquit, Fides tua te ſaluā fecit. Et a cęcis petentibus lumē, fidē requiſiuit dicens, Creditis, ꝙ poſſim uos illuminare? Et eunucho Candacis reginę quęrenti medelā baptiſmi, ait Philippus. Si credis ex toto corde, licet mihi uidelicet dare tibi hoc baptiſmi medicamē. Et ſic ſemp cęleſtis medicus, & ab eo inſtructi diſcipuli fidē exqrebant ab his, q ſanari cupiebant, ſiue in altero, ſiue in utroq; hoīe. Proſunt etiā ad tēpamentū corpis, & cōſequēter aię, exercitia debita, & lętæ atq; honeſtæ occupationes. Ad ſunt quoq; iuuamēta q̄ plurima, pro recuperandis & cōſeruandis uiribus. Inter quę eſt electio ciboꝝ cōuenientiū, & ſalubriū, de qbus oībus authores medicinæ, plenis uoluminibus conſcribunt. Quibus de more, cōmittimus, eos q ipſorum auxilio indigent: ut cōſcendamus ad ea pertractāda, quæ potiſſime hominē melioꝝ tēperant, ſed de inferiori, quantū ad ipſius ſuperioris temperamentū ſpectat. Et cum inter alia ad id conducat prudentia, de ipſa etiā aliquid percurrendum eſt.

Quantum in huiuſmodi temperamentis conducendis conferat Prudentia, atq; debitum regimē. Caput. VI.

Salo. NEc adeo expectanda eſt ſanitas, & temperamentū corporis ab extraneis, ut cōtēnatur propriū regimē, quod nō minus eſſe debet q̄ in aiantibus ratione carentibus ad quæ mittit Salomon rōnalē creaturā, dū ait: Si ignoras te o pulcherrima: mulieꝝ, egredere, & abi poſt ueſtigia gregū tuoꝝ. In qbus, uidemus prudentiā in malis pręcauendis, & in bonis procurandis. Cauent.n. equi, & aſini nos portantes, atq; cætera aialia a præcipitiis: & duabus obiectis uiis, melioꝝ eligunt. In paſcuis herbas ꝓficuas ſumunt, nociuas renuunt. Vulneratæ caprę cretenſes ditamū in medelā quęrunt, & ſanantē. Quā cū guſtant, ſagittas dicūtur excutere de corpore. Ceruę paulo ante partū purgant ſe quadam herbula, quæ ſeſelis dicit. Corui cū uenenatos ſe ſen-

Feria quarta Cinerū

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

tiunt toxico gallico, quercũ quę rũt (ut aliq̃ asserũt) sed Coruatiã (ut aliis placet) pro medela. Pantheræ barbaricæ (sicut Tullius refert) uenenata carne remediũ quoddã habent, quo usę nõ moriunt. Cerui q̃q; post actã pugnã cũ serpẽtibus, ad fontes aquarũ propant: ut extinguãt sitim. Venenoso flatu cõmotã. Mittit iterũ sapiens pigros ad formicã, quæ tãta solicitudine munit horreũ suũ, præsentiens subsequuturã hyemẽ, ut prudẽtia maxima uigere uideatur. Ciconia (ut fertur) rostro purgat intestina, Camęlus debite onerat̃ surgit, recusãs ulterius onerari qa cognoscit ferre illud nõ posse. Cũ aũt infinita sint hmõi i aialib⁹ exẽpla. multo magis i hoie mente donato id repiri debet. Sed adeo prudens regimẽ, aliqui diiudicarunt expediens: ut medicamẽta extrinseca renuerint: sicut de Asclepiade narrat Plinius: q̃ oibus medicamẽtis abiectis, & tota medicina ad casum reuocata: qnq; res maxime cõmuniũ auxiliorũ ꝓfessus ẽ. Abstinẽtiã cibi, alias uini, fricationẽ corporis, ambulatiões, gestationesq̃: quę unusquisq; sibi prębere põt: laudant alii sudores citatos exercitio a sanis, & multipli cibus uestibus ab ęgris. Et huiusmodi multa cõmendantur a nõnullis, quę prudentia quadã, simul cũ fauore naturę, conducere possumus. Quod & Plato in Timęo docet. Morbi, inquiens (nisi piculosissimi sint) pharmacis irritandi nõ sunt: sed diligentia corrigendi, & gubernandi: pro ut cuiq; datur otiũ. Motũ quoq; sũme laudat pro cõseruanda sanitate, & curando corpore ab ęgritudine. At (inqens) in sanãdo corpore illã imitẽt̃ naturã, quã altricẽ uniuersi uocamus: ita, ut nũq̃ torpe ꝓmittat: sed moueat semp, iugiq; agitatione, internis, externisq; motibus, secundũ naturã ubiq; resistens, moderata quadã cõmotione, oberrãtes passiones corporis, partesq; cognationis, ratiõe seruata, uicissim in ordinẽ redigat. Omniũ aũt motuũ optimũ opinatur, qui ex semetipso fit, qa menti cognatissimus. Qui uero ab alio fit, deterior est. Quapropter purgationũ, cõstitutionũq; oium corporis, quę gymnastica fit, saluberrima est. Proxima ad hãc accedit uectio facilis, siue naui, siue quouis alio uehiculo pagatur. Prudentia igit̃ exqrit̃ nõ solũ in huiusmodi adminiculis utillimis, facile a prudente cõparandis: sed etiã ut frenet igluuiẽ & a supfluis, & nociuis esculẽtis caueat. Optimũ foret (q̃uis difficillimũ sit) ut unusquisq; cognosceret, q̃tũ escę sibi sufficeret, nec plus sumeret, ut supfluos uitaret humores: sicuti de Christo asserũt nõ nulli: q̃ ea meta cibũ sumebat: ut nõ generaret supfluũ q̃rtę digestiõis: Multi quoq; alii parcitate cibi, simul & sanitate atq; agilitate quadã corporis gauisi sunt. Moses, & Elias usq; ad quadragesimũ diẽ, ieiuniũ ꝓtraxerũt: uñ ille splẽdebat facie, purificato iã corpe: & iste leui, & igneo curru subuectus est: & corpus suũ ueluti spiritũ quendã facile ducebat ad nutũ. Hieronymus gloriabat̃ / didicisse hebdomadas sufferre inediã, robustus tñ, mẽte & corpe. Multiq; alii maximas abstinẽtias obseruãtes / cõtẽti erãt

Tullius.

CHRISTVS.

Moses.
Elias.
Hie.

solo naturę sustentamento / omnẽ cibi delectationẽ a se penitus abdicantes sicut Illarion, Macharius, Franciscus, & alii q̃ plurimi, nullã inde mẽtis, aut corporis sentientes iacturã, imo uim, & robur maximũ. Quod fit, & diuino fauore, & pspicaci prudẽtia / qua homo appetitus corporis moderatur / & ipsum corpus ad spiritus symbolũ educans, cibat quodãmodo ipsum meliori cibo, spiritus uidelicet, & delectatione debiti tẽperamenti, & cõcordiæ, cũ prędente ipsius: ut inde cibus sit ad sustẽtationem, & nõ ad oblectamentũ. Quod cum difficillimũ sit noscere, nõnulli maiori inedia, q̃ debeant, corpora affligentes, manifesta / & uaria inde nocumenta passi sunt. Magna. n. hic prudentię indago exigitur / ut ueluti bonus musicus, trahat, & aptet chordas oẽs iusto modulamine / ne plus, aut minus q̃ deceat tensis, cõsonantias potius abducat, q̃ adducat. Nec. n. minor solertia, & acumẽ exquiritur in diiudicando consonantiã artuum corporis / & in moderandis ipsis, ut omnia contemperata sint cum spiritu, & anima, quã exquirat musicus in temperandis instrumentis suis. Sed cũ pfecta de huiusmodi re notitia haberi nequeat, nisi a perfectissimis: ideo unusq̃sq; consulere debet peritiores. Qui, si non oia, tñ aliqua pręcauenda docent, quousq; adepta mente, perueniat ad perfectã cognitionẽ proprii tentorii / hospitantis animę / intelligentiæ custodiẽtis, & omniũ quę ad ipsam animam perficiendã attinent, & ad perfectũ temperamentũ corporis, & cõsummatã concordiã ipsius cum anima.

Illarió Mac. Frãci.

Quãtũ ad hęc cõducẽda ualeat unicuiq; uera sui cognitio. Cap. VII.

EXtat monumentũ a sapientibus celebratissimũ, quo ualeat homo corpus proprium / & omnia quę intra corpus sunt / & quę circa ipsum adiacent / moderari. Id autem est propria sui cognitio / non quidem, q̃ terra sis, aut ex uili materia ortus, aut breui in terram resoluendus, ac uiuens innumerabilibus quęstionibus immixtus, ut nonnulli monumentum illud interpretantur: Sed exquiritur, ut cognoscatur, quæ sit anima propria, unde progrediatur, quãtis / & quot gradibus perfectionis referta, qua intelligentia cõmunita, quibus mediis in corpus diffusa, qua harmonia cum ipso compacta, quam affinitatem cum Deo / intelligentiis / cœlis / elementis / & rebus omnibus habeat, quorum imaginem & simulachrum tenet: Quibus ue influxibus compaginatum sit corpus, & quo uitæ curriculo terminandũ, ultra quod non detur progressus. Hęc. n. & huiusmodi / exquirit monumentum, quod Græcia iactat se ab oraculo Delphico in uetustissimo tripode ante omnes accepisse. Nec tamen loquẽti in oraculo detur laus, tanq̃ illius documenti inuentori, cum ante Apollinis oraculũ / illud tradiderint qui a Spiritu Sancto edocti fuerãt: ait. n. Iob, uisitans speciem tuã

Oracu.

Iob.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

non peccabis. Visitat nãq; speciem suam / qui aliquando mente formam
propriam, atq; se ipsum contemplatur. Quod necesse est, si partes omnes
suiipsius/tanq̃ totius instrumenti chordas suo loco disponere uelit, & in
dignitatem suam restituere seipsum. De quo diuus Citharista clara uo/ Dauid.
ce intonat, dicens. Homo cum in honore esset/ non intellexit / compara/
tus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Dolet nãq; / q; non
cognoscat homo dignitatem/& excellentiam, in qua constitutus est / om/
nibus præstans / & ab omnibus fomentum dignitatis suæ suscipere ua/
lens, cum non tantum omnium partium suarum concordia / sed omniũ
rerum harmonia / & subiectione gaudere possit, nisi se ipsum deiiciens,
iumentis insipientibus assimiletur. Et hęc (ni fallor) sunt illa mirabilia, Idem.
de quorum cognitione alibi exultat Propheta, dum ait. Mirabilia opera
tua, & anima mea cognoscet nimis. Et quę, & circa quos sint hæc mira/
bilia, explicans, subinfert. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui
Deus, nimis confortatus est principatus eor: cognoscens uidelicet quãta
naturę/& donorum excellentia eos decoraueris, quantoue dominio prę/
feceris, eos. s. qui cognouerunt/& conseruare studuerunt pretium, & di/
gnitatem/in qua cõstituti sunt. Et ne glorietur quispiam de exteriori ap/
parentia, sed semper timeat, & reuereatur Dei iudicium, ad cuius metã
homo est uere magnus, uel paruus, estq; bonus, uel malus, inquit. Non
est occultatum os meum a te, quod fecisti in occulto: & substãtia, uel cõ/
pactio mea in inferioribus terrę. Imperfectum meum uiderũt oculi tui.
Mercurius quoq; Trismegistus idem, ante oraculum docuit dicens. Vos, Mer.
quibus mentis portio concessa est, genus recognoscite uestrum / uestrãq;
naturam immortalem considerate. Non igitur mortalem/aut deteriorẽ
conditionem, iubet iste sapiens contemplãdam / sed meliorem: Quod ex/
plicans Macrobius in de somnio Scipionis, ait. Animas dicimus de cęlo Macro.
lapsas in corpora, & hanc esse perfectam animi sapiẽtiam / dum corpore
utitur, ut unde orta sit, recognoscat. Sic. n. omnes recte sentientes uolũt,
ut cognitio illa exigatur/ p quã, exclusis impedimentis, rectum in Deum
capiarur iter. Hinc diiudicarunt oraculũ potius a cęlo, q̃ a dęmone ema/
nasse, ut Satyricus canit. E cęlo descendit γνῶθι σεαυτὸν A cęlo quippe, & a Iuuen.
spiritu sancto prosiliit documentũ, ut diximus: q̃uis a dęmone per oracu/
lum gręcis prolatum fuerit. Hac igitur cognitione de nobis ipsis habita/
cognoscimus Deũ, ad cuius imaginẽ facti sumus: cognoscimus mundũ/
cuius simulachrũ portamus: cognoscimus creaturas omnes, quas com/
plectimur, & cũ quibus habemus symbolũ, & harmonicã proportionẽ:
cognoscimus qd foměti a lapidibus, quid ab herbis, quid a cælis, qd tan/
dem ab una quaq; re haurire possimus. Cognoscimus insuper, quomodo
unãquãq; chordã nostri corporei instrumenti suo loco aptare ualeamus.

Quod temperetur/corroboreturq; corpus / & consequenter totus homo cęlesti fauore. Caput. VIII.

ET qa fatales sunt aliquãdo morbi (ut in Timeo asseuerat Plato) ab ipso generationis exordio/certis tẽpor; curriculis terminãtes, atq; magni aialis sequentes motus: ideo contẽperandus est mor/bus/& corroborãda uirtus cęlesti fauore, ab his tñ, q̃ in harmo/niã inferiorẽ lapsi/ serui miserrimi cęlor;, & aliarum rerũ inferiorum (ut
Mercu. Trismegistus ait) effecti sunt. Aliqui enim fuere, & reperiuntur, qbus per
Ieremi. Ieremiam dicitur. A signis cæli, ne timueritis/sicut gentes timent/ quia nõ cœlum, non terra, non corporea quęq;, sed ipse Dñs immediate est pars & funiculus hęreditatis illorũ, quibus iter; idem Propheta ait. Nolite timere hęc, quia nec male possunt facere, nec bene. Cum qbus erit suo loco no/bis sermo: sed pro nunc, cum his qui cęlis subiiciuntur: quibus dicimus, ut quousq; ab eor; præsidentia absoluãtur, curent ueluti sapientes Astro/nomi/præcauere non solum mala multa, quæ cęli minantur (sicuti docet
Ptole. Ptolemæus) sed continue fauorem/& prędiũ hauriant, quousq; a cęlor;
Ploti. prędidentia absoluantur. Qui haustus fit (docente Plotino) mediante aia mundi, quę tot rõnes seminales cõtinens/quot sunt ideæ in mente diuina/ prędtat unicuiq; suã particularem uim/iuxta uirtures idearum susceptas/ sicut & uitam tribuit. Non. n. est in mundano hoc animali membrũ tam
Plato. deforme, cui (ut Platonici asseuerant) non insit, & animę, & uitę munus.
Zoro. Quas uite cõnexiones, Zoroastres diuinas illices uocat: & Synesius sym/
Syne. bolicas illecebras: Secundũ quas, nõ omnia bona simul oriuntur a cælo: sed pro tempor; curriculis, & opportunitate, & pro uniuscuiusq; aptitu/dine, & dispositione. Hac igitur inducta/stellę, & intelligẽtię præsidentis, fauorem suscipit dispositus ipsi conuenientẽ, sicut corpus organizatum, & ultima dispositione conductum/suscipit uitam, & animã. Videmus. n. successione temporis, & multis atq; uariis cęlorũ reuolutionibus, homi/nes ualde proficere, in uitæ/animę/rationis/ & multor; munez; augmẽtis, & dilatationibus: quę artis, & industrię adminiculis cõduci nequeũt: adeo ut cęlestem fauorem confiteri cogamur. Quod sępius diligenti obserua/tione comprobatũ est: q̃uis aliquando fallantur prognosticantes: aut quia nõ plene cognoscunt influxus omnes, & unde proueniant: aut quia homo arbitrio suo & animi libertate alió tendit, q̃ dictet ipse cęlestis influxus.
Ptol. Nã (ut ipse Astronomor; princeps Ptolemęus in principio Apotelesmatũ docet) nõ sufficit alicui, ut castus, & iustus sit/hẽre Iouẽ in suo horoscopo fauentẽ: nisi cauerit a lenonibus, & meretricibus, quor; cõuersatio obstat influxui. Obstant. n. cõsuetudines, mores, sanguis, locus genitura/libertas animi, & occasiones q̃ plurimę/cũ influxus illi nõ cogant, sed disponant,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

& faueant. Et hoc (ut diximus) per mundi animã, particulari tamen uirtute imaginum, & intelligentiarũ præsidentium/& concursu radiorum/& aspectuum, conuenientibus stellis & imaginibus illis, peculiari quodam, & harmonico conuentu. Et horum omniũ uirtus, per solem tanq̃ pucrũ cęli gallum confouetur, qui & cõmunem uitę uim, & particularium uirtutũ semina fundit. Cuius seminis uirtute grauidata sidera/maxime Luna, tempore suo in nos fœtum diffundit, tanq̃ matrix/nõ tantũ solis, sed aliorũ planetarũ. A quibus omnibus semẽ, & influxus a superioribus susceptos: ueluti domestica mater nobis tribuit. Hinc diligentiora cura ipsa ferme ab omnibus obseruatur. Quod in minori mundo, & in nobismetipsis discere, & comprobare possumus. In corde.n. hominis, quod solis imaginẽ, & uirtutẽ tenet, est cõmunis uitæ fons: & omniũ membrorũ totius corporis uirtus. Nam omnia quæ in corpore sunt/a corde fomentũ suscipiunt, & uitę/atq; motionis uim: quæ a corde trãsit ad cerebrũ/quod lunare est: & inde ad omnia membra corporis diffunditur per uenas, & neruos ab ipso descendentes. Platonicos igitur sequentes/qui cõmuni sententia conueniunt/mundũ esse animal, magis unũ, q̃ quodlibet aliud quodcũq; sit, dicimus uniuersalis, & particularis membra, eodẽ modo colligata/& paria esse, atq; simillima/in influxu/& cõmunicatione mutua/in motu/qualitate, & omnimoda correspondentia. Influit.n. utrobiq;, præcipue membrum principale/quod est sol in mundano animali: & cor in particulari. Cæteraq; membra superiora utriusq;, in inferiora influunt, pro suscipiẽtiũ dispositione. Quę & a natura insita est, & prudentiæ, atq; artis adminiculis coadiuuatur. Sed hęc, quæ industria cõparatur uel exigua, sufficit ad cæli munera capescenda, ideo non aspernenda/cũ multũ conferat, & naturali dispositioni, ut plena sit, & animę disponenti, cum disponendo faueat & ipsa, sicuti cęli influentes. Et q̃is homo a toto cęlo fauorem suscipiat, potissime tamen haurit a corde cęli/quod est sol, cũ solaris sit hõ, (ut Arabes astronomi dicũt) & peculiari quodã munere utriusq; solis, cęlestis uidelicet, & supra mundani decoratus/ut ex theologia hebreorum decerpim⁹. Quod & docet eius pulchra & erecta, statura, humor subtilis, spiritus clarus, imaginatio perspicua, ueritatis & glorię studiũ/& multa, in quibus homo habet, utriusq; solis symbolũ, & peculiarẽ eius imaginẽ, & tanto expressiorẽ quanto perfectior est. Hinc hominũ princeps/& caput Christus Iesus plærisq; locis sol dictus est: a cuius luminis/uitæ/& omniũ bonorum plenitudine (inquit Iohãnes) omnes accepimus. Hauri/mus quoq; ab aliis planetis, & stellis: sed uirtute solis illas suo ipsius semine, uel uirtute confouentis. Sicut in mystico corpore (q̃uis præcipue suscipiamus a corde uel capite Christo) accipimus: tamẽ etiam illius uirtute, ab aliis membris: quæ ueluti stellæ sunt in magno corpore mystico: ut

Plato.

Arabes.

Theolo.

Iohã.

Daniel. Paulus. Daniel, & Paulus perhibent. In sole itaq;, mundi præcipua lampade, tanq̃ in corde est potissime mundani animalis uita: cuius & ipse inter cælica membra est præcipuus dator/per spiritũ quẽdã uitalem: quo (ut Timęus Pythagoricus inquit) uiuit totus mundus/ipsum cõtinue hauriens/simul cum spiritu, & uirtute aliarũ stellarũ: præsertim homo per ipsius spiritum illis suapte natura cõformẽ: & arte/atq; proudentia, cognatiorẽ effectum, multis regulis & adminiculis/de quibus ueri sapientes potius ore/q̃ uolumine pertractant. Et tanto celebriorẽ uim suscipit homo/nõ solum a sideribus/& intelligentiis, sed ab ipso omniũ bonorũ fonte: quanto magis cęlestis/Angelicus/& diuinus efficitur. Cęlestis aũt euadit, quando corruptibilia suppeditans/& spernens/incorruptibilia amplectitur: & animũ, atq; opera, ueluti cælum quoddã/cõducit in orbẽ/reflectens iter, & opus, in cęlum/a quo processit. Quod fieri nequit/nisi præmissa segregatione ab obnubilantibus uaporibus: & ab omnibus his, quæ hominẽ dissimilẽ cælo reddunt. Efficitur quoq; Angelicus, dum Deo munda, & pura mẽte ministrat/& semp mundis oblectatur/in uisceribus/in cute/in uestibus/in habitaculis, & in utẽsilibus: quorũ omniũ imũditia, aerẽ frequenter inficit: influxumq; illũ mundissimũ cælestium/& diuinorũ disturbat/& mundos Dei ministros fugat. Verũ aliquãdo immundi Angeli/tanq̃ Dei, & ministrorũ eius simię/uel ut adorentur/uel ut decipiant/huiusmodi munditiam exquirunt. Ideo super omnia, diligenti cura obseruandum est: ut habeat unusquisq; animũ, & cor puru̇m, atq; mũdũ/quod immundas pãres fugat,

CHRISTVS. & ad Dei consuetudinem, & contuitũ disponit: dicente summa ueritate. Beati mundo corde, quoniã ipsi Deũ uidebunt. Hac igitur mundicia in primis comparata, etiã illa corporis & eorũ omniũ, quibus utimur spernenda nõ est: cum utrãq; exquirat omniũ limpidorũ, fons, & origo Deus, in quem tendimus. Illã.n. in primis exquirit, dicens per Isaiã: Lauamini, & mundi estote, auferte malũ cogitationũ uestrarũ. Hanc quoq; exquirit cum semp in sacris omnia munda efflagitet & uasa: & munera: & hostias/

Hebr. & sacrificia: Et, ut breuiter concludamus, est doctrina apud Hebreos in huiusmodi re peritissimos, omnibus cõmunis: q̃ cuncta quę Dei sunt/tenentur ex parte munditię quã תהרה thaorah dicunt, Et omnia quæ spirituũ immundorũ sunt, & ad ipsos/uel mẽbra eorũ pertinent, טומאה tumah. i. immundũ/uel immunda uocat: sicut & ipsi dicuntur immundi spiritus. Econuerso aũt, illi dicuntur Angeli lucis/& mundi. Hinc qui ipsorũ con-

Fracisc. suetudine delectantur, munditiã omnigenã quęrũt. Inter quos Fracisc⁹, noster auriga, docta quadã practica: & diuini spiritus collustratione perfusus, mirũ immodum munditiam cõmendabat. Mundus itaq; quisquis effectus est, & Angelis simillimus/alios mũdo itinere, & uita pura/in Deũ dirigere studet. Hic & cęlos quodãmodo trãscendens, nõ iam ab ipsis/sed

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ab Angelis incrementa uitæ/profectus/& fomentũ ſuſcipit/conſuetudine quadam familiari cum ipſis fruens:ſicut de Patribus utriuſq; teſtamenti plæriſq; legimus.Habuit.n.Abrahã Angelos optatę ꝓlis/& multaꝝ reꝝ nuntios.Iahacob Angeloꝝ familiaritate,in tota ſua peregrinatione ſępius uſus eſt.Elias nõ minus mente/q̃ corpore,manu Angelica paſtus eſt.Petrus quoq; liberatorẽ a carcere Angelũ ſenſit/& comitẽ:quouſq; ciuitatẽ egrederetur/& pericula euaderet.Iohãnes pluries gauiſus eſt cõſortio Angeli/a quo & celeberrimã uiſionẽ edoctus eſt. Et alios q̃plurimos omittens/breuiter me expediã/Moſi (inqt Paulus) lex data eſt ꝓ Angelos/ cũ ipſo nimis familiariter agentes.Nec tamẽ eoꝝ tantũmodo contentus fauore,patrocinio,& cõſuetudine/ad diuinitatẽ aſpirãs/Deũ quæſiuit ſui itineris ducẽ/magna confidentia ipſi proteſtans & dicens:Niſi tu ueneris nobiſcũ,nõ uadã.Deus itaq; Clientulos ſuos tãto numine munire ſtuduit: ut cęloꝝ influxus minime timerent:ſicuti in Deuteronomio inqt.Gentes audiunt diuinos & מְעוֹנְנִים mehonenim/qđ noſtri habent augures:ſed ſuputatores, ut Achinas dicit.Tu aũt aliter inſtitutus es a Deo tuo.Satiſq; exiſtimauit pro eis obtinuiſſe oraculũ/& Deũ domeſticũ, a quo,debito/ & ſacratiſſimo cultu omnia opportune haurire poſſent.Quod melius ad huc ꝓfecit legis uerus reſerator Chriſtus Ieſus/docens, qũo nõ in tabernaculũ manu factũ/ſed in nos metipſos tẽplũ Dei uiui effectos & palatia cælestis regni/Deũ poſſemus trahere,& ia iis hoſpitari,dicens:Ad eũ ueniemus/& manſionẽ apud eũ faciemus. Docuit inſuper/& facultatem dedit,qua poſſimus Deũ,qui intra nos eſt,excitare in fauorẽ noſtrũ:imo nos in ipſum mutare,dicente Iohãne.Dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri. Quod nec faciunt,nec cognoſcunt Chriſtiani noſtri temporis:qa adeo oblitterata ſunt,& Poſtergata monumẽta euãgelica:ut uix eoꝝ ueſtigia, & lineamẽta uideantur.Ecce igitur,quomodo a Deo/ab Angelis eius miniſtris/& a cælis inſtrumentis eiuſdẽ/queas fauorẽ ſuſcipere.nũc qualiter id breui,& facili itinere facias,accipe.

Abrahã. Iahacob. Elias. Petrus. Iohã. Moſes. Paulus. Deut. Achinas. CHRISTVS. Iohã.

Qua breui uia a cęlo/Angelis/& Deo fauorẽ haurire poſſimus. Cap.IX.

ESſet ſanè longũ, arduũ, dubiũq; nimis iter, ſi oĩa ſidera, & influxus,aſpectuſq; fauentes uenari uoluerimus,& ꝑ ea qs, aut qualis ſit cuſtos,aut genius noſter,cognoſcere:cũ ꝓfeſſores iſtius doctrinę,longa,difficillima,dubia,& aliquando inter ſe diſſidẽtia inſtituta,tradiderint.Porphyrius.n.ex planeta dño geniturę,geniũ quęrit.Firmicus quoq; uel inde,uel ex eo,q plures ibi habet dignitates:uel ex eo,cuius domiciliũ ſtatim ingreſſura eſt luna.poſt ſignũ,quod homine naſcẽte,detinet Chaldei a ſole potius,aut a luna geniũ auſpicantur.Alii,ab aliquo cæli cardine id exqrere docent.Et ſic per

Porphyr. Iul.Firm. Chald.

multa uagãtur profeſſores huius doctrinę:aut qa nõ plene nouerũt cęloꝝ ſacramenta/& ordinẽ:aut quia pandere noluerunt,& cõia facere ea/quæ inter paucos ſapientes cõicãda ſunt. Cũ igitur illa ſemita/longa/& occultiſſima ſit, breue arripiendum eſt iter/ percontando a nobis ipſis/quod a cęlis facere nequimus.Quod quidẽ faciemus/ſi ammotis impedimentis, ſubmittamus nos ſpiritui/noſtro duci/qui nobis nõ reſiſtentibus demonſtrabit iter,quo cęlũ,quo genius/ immo quo ſũmus Moderator cõducit. Et hoc,ſi attendamus ad ea/quę a primęua ętate nullis cõtagiis diſtracta/ nobis ſuggerit/aut quod expurgata mente ab inani cura/& obliq̃ affectu/ natura ipſa uel ſpiritu dictante ſentimus/ fingimus, imitamur, & tentamus frequẽtius. Sentit.n.natura:& ſpũs noſter cęli inſtinctũ,atq; fauorẽ: ſentit & genii ꝓprii ſuadelas:quod unicuiq; datũ eſt,a principio ſuę natiuitatis:ut nõ modo Platonici ſimul cũ doctoribus noſtris aſſerunt,ſed infallibilis Veritas ſermone ꝓfitetur apto,dum ait.Angeli eoꝝ ſemp uident facię Patris.Hi.n.ſuis clientulis fauent,illò ducentes/ quo & cius ſidus inclinat/ſemp utiq; ad bonũ:niſi hõ ab his illecebris,aut mali dęmonis ſuadelis deceptus,ſuũ obliquet iter.Nõ.n.ducẽ re uera itineris hẽt,q ꝓ deuia ambulat:qm̃ ſtellaꝝ,atq; cuſtodũ noſtroꝝ officiũ eſt, ſemper recta agere: atq; ad recta,& excellentiora diſponere.Cęli igię,& genii,uel Angeli prii (ut catholice loquamur) ſuaſionibus aſſentiens,ager ꝓſpere/& uiuet fęlix.Alioqui,cęlũ ſentiet,& ſuperos inimicos:& aduerſam fortunã (quę diuinoꝝ ducatus eſt)in omnibus peragendis/alienus effectus a patronis cæleſtibus.Quo forſitã tendit adagiũ illud: Nihil agas in uita Minerua.

Platoni. Doc.no. CHRISTVS.

Et ſi (ut Zoroaſtres docet) fatũ nõ eſt augendũ,minus immutandũ.Nã ſi ingenio tuo,cõtra geniũ,& cęleſtiũ uocẽ cõtinue inuitantẽ,aliqd ꝓfeſſus fueris:fruſtra laborabis,dicente propheta. Niſi Dñs cuſtodierit ciuitatẽ/ fruſtra uigilat,q cuſtodit eã.Et niſi Dñs ędificauerit domũ,inuanũ laborauerũt,qui ędificant eã.Vanũ eſt.n.nobiſipſis ſurgere,uel ante,ſiue cõtra lucẽ quę a cælo ſplendet:& ducit,atq; cõducit hominẽ, quo pergere debet.Quęrentibus igitur reꝝ agendaꝝ fauſtũ omen/omni diligentia obſeruandũ eſt:ut audiamus,qd in nobis loquaẽ Deus:aut in ſcriptura ſuæ ſancta/& lege:qd ſuadeat bonus cuſtos,qd ſuggerat ſpũs,& ad quid ſidus faueat.Attendendũ quoq; eſt,quo te ducant.Locus.n.multũ cõfert,qa nõ ab re dixit Deus,uel bonus cuſtos/eius uice/& nomine ad Abrahã:Veni in terrã quã monſtrauero tibi,& faciã te in gẽtẽ magnã:& benedicã tibi/ & magnificabo nomẽ tuũ:ubi clare deprehenditur,quantũ locus cõferat ad fauorẽ.Et Paulopoſt ſequitur. Perrexit Abrahã uadens, & ultra prograediens/aut ꝓficiens ad meridiẽ.Ibi fauorẽ ſupcœleſtiũ ampliſſimũ ſenſit:ſicut Izahac in aqlone,de q̃ dicit.Venit Izahac in Gerarah, ubi ſeminauit,& collegit centuplum : aut centũ hordeos : ut habet ueritas litteræ.

Zoroa. Dauid. DEVS Izah.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Et locupletatus est hō:& effectus est diues ualde. Sacramētū huius nego/
cii quęrit Hieronymus/nec soluit: nolens forsitā pandere indigno uulgo, Hiero.
qd locus operetur, qd hordeū significet, quo adeo ꝓfecit, & creuit Izahac,
ut efficeret diues ualde. Dauid q̄q; sion elegit in peculiare habitaculū di/ Dauid
cens. Hæc requies mea in sęculū sæculi, hic habitabo, qm̄ elegi eā. Nec qdē
hoc aliqd, absq; mysterio scriptū est. Quis autē sit locus tuus, si ratione/
aut doctrina inuenire neqs/obserua ubi potissime tuus spūs recreetur: ubi
sensus uegetior fiat, ubi corporis ualitudo, & agilitas proficiat, ubi uota
succedant, ubi plęriq; faueant, ubi infensi succumbant. Hanc regionem
scito tibi a Deo, superisq; paratā. Hanc citra omnē superstitionē cole/hēns Chri
huius obseruantię pręstātissimos duces, Christū maxime, q̄ frequentabat STVS
montē oliuaꝝ. Colebat ēt Hieronymus Bethleemiticū præsepe. Diligebat Hiero
Frācisc̄us locū sanctæ Mariæ de Angelis: Multiq; alii uiri Deo pleni, loca Fráci
particularia sibi deligebant. Nec aliquādo uno tantūmodo contenti/sed
alia, uel pro tpe, uel pro negocio, occurrente procurabant. Sic & tu, locū/
uel regionē muta: & quācunq; tibi, & operi quod moliris, fauere senseris,
elige: infaustā autē fugito. Opera pariter uirtutis aggredere/in qbus ob/
lectaris, & utriusq; hoīs profectū sentis. Horas insup elige pro oratioⁿi/
bus, cōtēplationibus, & aliis opibus spūs cōducendis/a patribus non sine
ratione traditas, & eas quas spūs ipse suggesserit. Qui aliq̄n adeo cōplet,
quos tangit/ut suggerat oīa, quæ ad eoꝝ profectū spectant. Et de hoc (ni
fallor) inquit Apostolus, ubi spūs, ibi libertas, animi uidelicet a solo spū
deducti: ut alio duce, aut pręside nō indigeat. Vel (ut inqt Hieronymus)
Qui spūm Dei habent, oīa illi nuda sunt, & aperta: ideo nō indiget alio
ductore deductus a spiritu, qui oīa scrutatur. Nec fixus in eodē loco/aut
opere/semp pmaneas: sed uariis te motibus exerce: gyros quosdā circun/
duces instar cælestiū, a quibus fauorē quęris. Nec cōtemnenda est pro/
fessionis mutatio: cū nō modo catholici cōsuetudine approbēt: sed astro/ Astro
nomi, & Platonici geminos doceant esse genios: alteros quidē natiuitatis: Plato.
alteros aūt professionis. Et hos quippe, aliq̄n cōcordes: Aliq̄n uero ad di/
uersa deducētes. Si igit̄ cōcordes habueris/geminū senties profectum/&
augmentū/naturę uidelicet, & professionis. Si uero dispares fuerint/me/
lius aliq̄n fomentū ꝓcipies professionis, q̄ natiuitatis. Quē fauorē, ut ma/
gis prosequaris, prodest miꝝ immodum mutatio nominis, habitus, loci/
uictus, & cōsuetudinis. Nā in mutatione professionis/mutatur uis naturę/
immo superari penitus, & uinci debet/sicuti infallibilis Veritas docet/suis CHR
nouis professoribus loquens. Regnū cœloꝝ uim patitur, & uiolēti rapiūt STVS
illud, qui. s. professione naturā supare studeⁿt. Quantū aūt prosit mutatio
nominis/a scriptura, quę nō fallit, nec aliquid sine causa admittit, discere
possumus. In qua habetur, q̄ dum summus moderator uellet magnifi/

Abra. care amicū suū Abram, immutauit nomē, & iussit eū uocari Abrahā/non
Iaha. sine magno mysterio, ut alibi diximus. Sic dum uellet cōstituere nepotē
eius Iahacob principē totius electę familię, iussit eū uocari Israel. i. Prin/
cipantē Dei/aut Principatū Dei ducens. Quantū etiā ualeat uestimentoꝝ
mutatio/ab eadem scriptura discere possumus/quę iubet, ut sacerdotes, &
ministri Dei sacra pacturi, uestirentur apta quędā, & ibi determinata ue/
stimēta. Parimodo, q̄tū ualeant assumendi cibi/ab eadem instruimur: quę
maxima diligentia docet suos initiatos/a qbus cibis abstineant, & q̄s ad/
mittant. Sic & eos abstinere iubet a cōsuetudine diuersaꝝ gentiū/quarū
mores, & ritus, etiam adiecta cōminatione, interdicit. Mutandi itaq; sunt
mores, uestimenta, cōuersationes, exercitia, & nomina, mutata ꝓfessione,
& gradu: qa tūc ēt nobiliorē custodē, & directorē assumim⁹. Hic. n. nobis
datus est progressus, ut cōscēdere possimus de gradu in gradū, & de uir/
tute in uirtutē: q̄usq; uideamus Deū Deoꝝ in sion. Qui igitur locū, opus,
ꝓfessionē, Sidus/genium, & spiritū suum cognouerit, pignus sui ꝓfectus,
& fœlicitatis, certissimum habet.

Quomodo ualeat Homo paruus Mūdus ab omnibus mēbris maioris Mundi/(cui simillimus est) fomentū susc̄ipere. Cap. X.

NEc solū a cęlo/Angelis/& intelligentiis/sed a q̄cunq; mēbro
mundani corporis/fauorē, & munimētū susc̄ipimus nō mo/
dicū. In qnq; n. partes a nōnullis sapiētibus partitur homo:
In intellectualē, rationalē, irascentiā, cupidinē, & sensus, cū
omnibus eoꝝ instrumētis. Intellectus in sūma arce collocatus/solus sūmo
Principi domesticus, ab eo haurit/quę nec ratio, nec sensus haurire pōt: cū
ipse Deus, & ministri eius/nō subiiciant̄ iudicio sensuū nostroꝝ, nisi qua/
tenus ipsi uelint/ꝑ sensibiles imagines, suo arbitrio ostendendas. Nec rōne
Arist. percipiunt̄/nisi orbiū motores ꝑ eoꝝ motū: ut uenatur Aristoteles, & alii
naturales. Multo minus Deus ꝓcipitur a sensu, uel ratione/nisi tm̄modo,
quod est. Si autē aliqua arcana de Deo, deq; ministris eius ꝓcipimus/id
Plato. facimus portione illa suprema, quā platonici intellectū uocant, a ratione
distinctū. Et hoc, mediante lumine quodā diuino/q̄ perfundit̄ ipse intel/
Dauid lectus, uel portio illa supior. De q̄ lumine inqt Propheta. In lumine tuo,
uidebimus lumē. Rationalis uero, & ipsa in supiori solio collocata, media
inter intellectū/& phantasiā/ab omnibus, circa quę discurrit, incrementū
susc̄ipit: a cęlestibus, terrenis, & humanis/& hoīs potissime pręsentia dila/
tatur, & acuit̄ ueluti ferrū ferro, sicuti est cōmune adagiū. Irascētia in do/
micilio cordis habitans/nō multū/extrinseco fauore indiget, ipso corde,
& bili satis inflāmata, nisi quatenus obiectum, in quod irascitur exterius
susc̄ipit. Cupido aūt, atq; appetitus bifarius est: alter i corde, q̄ rōne sufful/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

tus/in omnia fertur/in quę ratio discurrit: & ab ipsis,unde dilatet/& augeatur,suscipit.Sed potissime a sūmo obiecto dilectionis Deo: dūmodo in ipsum ducat per intellectū/eius lumine collustratū. Alter religatus in infernis sedibus,longeq; a sapiētia,& ratione cōstitutus est:ne importuna uicinitas rationē,& supna cūcta disturbaret.Qui trī a rebus suscipit ueri hois incrementū/q̄tū est supioribus obtēpans ipsis deuictus.Media uero, quibus supior appetitus fouetur,sunt īstituta,& documēta:quę in rectis legibus/& doctrinis cōtinent,maxime in sacris ęloquiis:ubi cōtinent oia, quę ad ipsum dirigēdū,& coalendū spectāt.Sunt etiā sacra/qbus expurgat,ut fortius crescat. Sensus deniq; ueluti rōnis/& uoluntatis ministri, ab oibus sensibilibus suscipiunt unde condelectentur:& ipsoꝝ prędidibus faueant.Auditus.n.aeris particeps/& eoꝝ,quę aliis sensibus apprehendi nequeunt,organū accuratissimū/& supioꝝ minister magnificus/pro sapientia cōpanda,prę omnibus aliis sensibus seruit.Numeros nāq; orationis,& totius cōsonantiæ metitur,ac modos reꝝ,& totius discursus: unde fieri pōt & ipse modulator, & Musicus/& semirationalis/cum solus inter sensus ꝑcipiat rationis discursus.A cōpositis q̄q;,& artificialibus instrumētis,& ab harmonia mundi/quā sentit meliori auditu/miranda suscipit oblectamēta,& īstituta:unde hō seipsum cōponat, ut Platonici,& Pythagorici asserunt.Oculis q̄q; metitur cœlū,sideꝝ,& astroꝝ circuitus cōsonātissimos/obitus, atq; ortus/picturā terrę pulcherrimā,aquaꝝ fęcunditatē, atq; rerū omniū uisibiliū cōpositionē: unde philosophiæ fons uberrimus imbibit,ex q̄,ad superiorē sapientiā pueniet. Nec minus inde pabulum utriusq; hois,q̄ doctrina decerpitur.Inter oculos aūt,& aures, oris media regione nares natura cōstituit:quaꝝ symphonia,odor cū spiritu cōmeat. Qui solamē a rebus bene olentibus,& bene cōpositis suscipiētes/& ipsi nō modicū quæstū homini præstāt.Os q̄q; in meditullio faciei,dentibus,palato,& lingua munitū/multigenū homini tribuit lucrū.Suscipit.n.omnia corporis nutrimēta/uētri tāq̄ promptuario cuidā,& toti corpori inferēda. Sed prius palati iudicio cōmittunt/ut nociua respuat,& ꝓficua admittat. Et hæc dentes mandūt/ut cibus iam tritus prębeat lebeti stomachi facile decoquendus.Ad cuius cibi reuolutionē data est lingua, quæ etiā nō minus spiritui,& animę,q̄ corpori inseruit/promens oratione,quę prudētia, & corde cōcipit:ut & proximo beneficiū præster,& ab eodē, imo a supis, & ab ipso Deo cōmoda reporter/atq; collatione plurimā sapientiā cōparet.Quid igitur restat in tota machina,a qbus homo auribus oculis,naribus,ore,lingua,uel mēte beneficiū nō suscipiat? Nihil.n.fugit/qn alicuius illoꝝ subiiciat iudicio. Nā quæ tactū,uisum,odoratū,& gustū respuunt, auribus saltē ꝑcipiūtur,& lingua pertractātur: cū hęc de omnibus loqui, & illę de omnibus, siue sensibilibus, siue intellectualibus audire possint.

Platō. Pyth.

Vnde auditus est sensus prę omnibus aliis seruiēs intellectui, & eius peculiaris minister.Post quē sunt tres alii sensus,in regia aula capitis cōstituti/ in rationis conspectu:ut eius trutina/omne ipsoꝝ libretur iudiciū.Tactus uero,ad partes aiales relictus est:ut & ipso solidiora hęc,& magis materialia capiente,nihil relinquat/quod hois iudiciū fugiat, & a q̄ ipse hō fomentū nō accipiat.Et si qd est,quod sensus nō ꝑcipiat/mente saltē cōtemplat.Hęc.n. Mercurius filio Tatio ꝓponebat cōsideranda,dicens.Illud animaduertas fili mi,ꝙ unūquodq; genus uiuentiū propriā mūdi ꝑtiā inhabitat.Humida qdē,aquā:terrestria terrā:aerē uolatilia:hō autē his omnibus utit,terra,aqua,aere,igne,& qbuslibet in eis cōtētis.Cęlū insuꝑ suspicit,sensuq; illud attingit:sed ipsum Deū,mēte,& intellectu. Et qa cū omnibus ꝓportionē,& symbolū hēt:ideo oia intelligit, & ab oibus symbolica ui trahit,unde alat,& crescat. Bifaria aūt sumit incremēta: A Deo quidē opifice,& genitore,tāq̄ a pre oia prębēte nutrimēta, alit:a rebus āt cęteris,tāq̄ pabulo a patre præparato in eius subsidiū, & nutrimentū. In quod cōsentit Peripateticoꝝ Dux,dum ait.Nos sumus quodāmodo finis omniū.Nec placet Simplicii,& Thomę sentētia,qd de artificialibus trī modo itelligat sermo,& nos fecerit artificialiū solūmodo,& nō alioꝝ finē. Nā ipsemet in fronte Politicoꝝ se exponēs, inqt:Existimādū est,ut plārę aialiū causa sint,ipsa aūt aialia hois gratia.Cicures.n.ideſt māsuera aialia, quę hebrei בְּהֵמוֹת behemot dicunt/ad usum,uictūq;:ferę aūt,& si nō oēs, trī plurimę uictus/cōmodiq; nri cā hēnt: q̄ uestes,& plæraq; ex his alia subministrent.Quod si natura nihil uel imperfectū,uel frustra facit,hęc hois cā facta esse,nemo est/q nesciat.Et q̄uis ipse Aristoteles nō admitteret cęlos ꝓp hominē factos/cū ipsos in Ethicis præferat homini: trī quātū ex scriptura sacra,& ex his,q recte sentiunt, discere possumus/ & ipsi in hois seruitiū cōditi sunt:esto q; imediatius Dei influxū suscipiant. Nā in inferiora influunt,ut faueāt homini absq; alio medio:aut plātis,& aialibus,q̄ ordinata esse in hois seruitiū,iam concessum est.Suscipit igit hō ab oibus sui ꝓfectus incrementa,dūmodo oibus uti sciat,& dnari omnibus: sicuti ab opifice inditū est ei,ut suo loco (fauente ipso Deo) disseremus.

Idem.

De Consensu Animę cum seipsa. Cap. XI.

Orig.

NE aūt ab aliq̄ dissentiat anima, sed ab omnibus fomentum accipiat,necessarius est cū seipsa cōsensus.Quia sicut sentimus (inqt Origenes) imm̄si doloris cruciatū,quādo sunt dissoluta corporis mēbra/atq; a suis inuicē diuulsa cōpagibus:its cū aia extra ordinē,atq; cōpaginē/qua ad harmoniā/ad bene agēdū/& utiliter sentiendū,a Deo creata est, fuerit inuēta. Vnde sibimetipsi, rationabiliū motuū cōpagine soluta/pēnā/cruciatūq; iſert. Et huius deor-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

dinationis ſuppliciũ, oẽs ſenſus, omniaq; mẽbra deſtituta, uel deordinata ſentiunt, quæ ab ipſa regi debebant. Curanda eſt igit᷑ aïa p uerã philoſo/
phiã, ueritatiſq; ſtudia, uulgo quidẽ occulta: p ſacrificia, & oẽs cõueniẽ/
tes expiationes: ut ſanitati reſtituta, ueritate firmata, & talibus præſidiis munita/nihil timeat (ut Chalcidius longo ſermone diſſerit) concuſſiones Chal.
ſuborientes: ſed ſibiipſi cõueniens, cũ cęteris inde conſentiat: & amica ab
oibus ſumat ſui augmenti præſidia: Nec qdẽ põt ſibiipſi diſſidens, cũ aliis
cõuenire: nec alioq; ſentire harmonicũ ſymbolũ. Qui.n. (inqt Proculus) Proc.
ipſe ſecũ pugnat, nimiq; cũ aliis cõſentire neqt: nec in aliis uere oblectari,
aut ab eis fomentũ ſumere. Immo ex diſſidio hẽt, unde ſemp luat ſui er/
roris pœnã, dicẽte Auguſtino. Iuſtiſti Dñe, & ita eſt, ut omnis inordinatus Aug.
animus ſibi pœna ſit. Cui adſtipulantur: diuerſis uerbis, ſed eadẽ ſentẽtia,
Ambroſius, Hieronymus: Gregorius, Seneca, Cicero, & oẽs recte ſentiẽ/ Ambr.
tes cõfirmant. Quod etiã ex ſacris eloquiis diſcere poſſumus. Impii (inqt Hiero.
Iſaias) quaſi mare feruescunt, nullibi quiescẽtes: ſed redundant fluctus Greg.
coq; in cõculcationẽ, & luctũ: qa nõ eſt pax impiis, dicit Dñs. Adeſt & rõ. Sene.
Nã fugata, pbitate/ diſturbat᷑ ordo/exulatq; uera pax/quæ eſt req; trãql/ Cicero.
litas ordinis. Hinc inſurgit diſtempamentũ/pturbatio, inquietudo, incõ/ Iſaias.
ſtantia/afflictio, & uaria tormentoq; genera. Quoq; multa cõnumerant᷑ a
Dauide, in Pſalmo trigeſimoſeptimo, ubi ab infirmitate aïæ, & eius diſſi/ Dauid.
dio incipiẽs, multa mala, quę inde cõſequunt᷑ cõmemorat. Nõ eſt (inqt)
ſanitas in carne mea, & nõ eſt pax in oſſibus meis, a facie peccati mei. Nec
enim de oſſibus materialibus loqt᷑ Propheta: ſed de uirtutibus, & uiribus
aïæ, ſignificatis p oſſa: Sequit᷑: Quoniã iniqtates meę ſicut onus graue, Ident.
grauatę ſunt ſup me. Poſtea putredinẽ adducit, miſeriã, curuamẽta, illuſi/
ones, afflictiones, uſq; ad rugientẽ cordis gemitũ. Hinc bene diiudicarũt
Platonici, animi tẽpãriã, eſſe omniũ uirtutũ optimã harmoniã: quã cęterę Pla.
ſequũt᷑, & imitant᷑. Vñ añ oia, animi cõſenſus cũ ſeipſo, pcurãdus eſt, ſi qs
alioq; harmonia oblectari, & ab eis uim, unde ꝓficiat, cõpare deſiderat,
& liberari ab oibus calamitatibus: quę ipſo pturbato ꝓficiſcuntur.

De Virtutũ Concentu Conducendo, ut poſſit ex eis Anima ſanari, & oblectari.

Cap. XII.

(Ps. 8. 8. 2.

ET qa uirtutes: ſunt aię oblectamẽta: & medelę, ut cõcinnæ ſint, neceſſe eſt: cum & ſanitas, & oblectatio a cõſonantibus ꝓficiſcant᷑, & cõſonantię quædã ſint. Eſt.n. ſanitas corporis, tẽpamentũ (ut diximus) humoq;, & eoq;, quę ad corporis ſubſtantiã ptinent. Eſt quoq; aïæ ſanitas, concentus uirtutũ, & opationũ. Eſtq; oblectatio, ex ꝓportione potentię cũ obiecto. Et quãto maior ꝓpor/
tio, tãto maior delectatio. Et etiã efficitur idẽ oblectans, & ſanans, utrãq;

uim trahens ab Apolline, qui citharę, & medicinæ inuentor decãtatur, nõ
mõ corpis, ueq; animi ꝗq;. Sed multo melius id efficit uerior, & ſupramũ/
danus Apollo, meliori reſonãs harmonia/qua artificialis hęc, aut nãlis, eſt
longe inferior/& imago etiã obſcura. Ipſe.n. pſtitit, & dare docuit, pfectã
utriuſq; hoïs ſanitatẽ/& tẽperamẽtũ, p ea, quæ diiudicauit expertus, & ſa/
pientiſſimus medicus/cõuenire infirmitati noſtrę: & partibus oibus tem/
perãdis: adeo/ut uana exiſtimari poſſit omnis induſtria/qua decernit᷑, aut
excogitat᷑/ alia doctrina, aut uia, uel regula, ad iſtruendũ, & perficiendũ
humanũ genus/q̃ illa, quæ a Chriſto pfectiſſima tradita eſt. Sed ſicut in
Demo. corporibus ſanandis, adeo cõfert harmonia/ut nõ modo naturalis, ſed etiã
Theo. uocalis medelã attulerit/ut Democritus, & Theophraſtus affirmare ui/
Pytha. dent᷑: & Pythagoras, atq; Empedocles ſimul cũ Aſclepiade, uerbis demõ/
Empe. ſtrant: quod Dauid, & alii, factis cõprobarũt. Ille.n. Saulem malo ſpiritu
Aſcle. furẽtem cantu, & lyra curauit. Et, Boetio referẽte, Terpander, atq; Arion
Dauid Methimneus, Leſbios, atq; Iones grauiſſimis morbis uexatos cantus eri/
Boeti?. puere præſidio. Hiſmenias Theban? Bœotioq; q̃ plurimis, q̃s ſciatici dolo/
Terpã. ris tormenta uexabant, modulamine cunctas fertur abſterſiſſe moleſtias.
Hiſme. Multi quoq; alii harmonia ſenſibili, & ab ipſo Boetio, & ab aliis/recitant᷑
Boeti?. ſanati, Iure igit᷑ id facere debet harmonia naturalis, utiq; fortior/& excel/
lentior, q̃ artificialis. Illa aũt cõſiſtit in ꝓportione, & tẽpamẽto medicinaq;
ad inuicẽ, & cũ qualitatibus corporis, cui tribuunt᷑. Tempatę itaq; medi/
cinę eſſe debẽt ad inuicẽ, & cũ corpore, ſi lenimẽtũ, & ſanitatis tẽpamẽta
Dama. afferre debeant. Hinc Damaſceni, & alioq; antiquorũ, qui de huiuſmodi
Antiq. tractant, diligentiſſima cura fuit/ in ꝓportionandis, & cõtẽperandis me/
dicinis, aſſignãdo in cõmixtione earũ, iuſta, & harmonica pondera, relin/
quentes medicis eas tribuentibus, curã proportionãdi ipſas corporibus,
quibus mederi prætendunt. Quod multi hac tẽpeſtate ignari cõtemnen/
tes, ſæpius eã diſſonantiã inteſtinis inferunt: ut horreſcant/doleant/& cru/
cientur ex diſſonantia pharmaci/cũ cõſonans temperamentũ, & ſanitatẽ
afferre debuiſſet. Nec ſecus uirtutes, quæ ſunt animæ medicamina tem/
peratæ eſſe debent inter ſe/& cum anima/ſi ſanitatẽ, & oblectamentũ ipſi
Theo. animæ afferre ualeant. Diſputant noſtri Theologi longis ſermonibus de
Tho. cõnexiõe, & cõpagine uirtutũ: Thomas uidelicet/Henricus, Iohãnes Sco/
Henri. tus, & alii. Quę cõnexio, cũ ſine harmonica cõuenięntia/fieri nequeat/qcqd
Scotus ſenſerit de illaq; omniũ, aut aliquaq; particulariũ cõnexiõe, poſt hãtes, lo/
Boe. q̃mur de nra cõueniẽtia harmonica. Sicut.n. harmonia uocalis (ut Boetius
diffinit) eſt pariũ, diſpariũq; uocũ/in unũ redacta cõcordia: ſic harmonia
pficiẽs aïam, eſt pariũ/diſpariũq; uirtutũ/i unũ redact᷑ cõcẽt᷑. Diſpares.n.
uirtutes ſũt Liberalitas/& fides, Parſimonia, & ſpes, Cõtẽplatio, & ſollicitũ
opus charitatis i frequẽti miniſterio, & hmõi multę. Quę nihilominus oẽs

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

cõueniunt in unũ cõcordes: alioqn non uirtutes, sed uitia censeri possunt. Illud autẽ, in qd cõuenire oẽs debent, charitas est/& dilectio Dei/& ꝓximi: in qua, tãq in radice/fundamẽto/uita/& aĩa omniũ uirtutũ, fundanẽ/& pendẽt oĩa, quæ cõtinent in lege/& Prophetis: ut sũma Veritas docet. Quod etiã exerta uoce admonet Paulus, dicẽs. Si linguis hominũ loquar, & Angelorꝫ/& si habuero fidẽ, ut montes trãsferã/& ꝓphetiã/& pietatẽ in erogãdis facultatibus / & cęteras oẽs uirtutes: charitatẽ aũt nõ habuero, (in quã uidelicet cõuenire oẽs alię debẽt) nihil sum, nisi cymbalũ tinniẽs, in utilitatẽ. ſ. & oblectamentũ aliorꝫ. Nihil aũt mihi ꝓdest, ueluti cymbalũ, quod nullũ ex sonitu cõmodũ sibi cõparat: sed potius cõsumit, & extenuat, licet audientiũ demulceat aures. Non est utiqꝫ profectus aliqs in uirtutibus/nisi in radice & fundamẽto charitatis firmet. Nec est delectatio/nisi cõueniant oẽs in unũ/qd Plato in Epinomide pietatẽ, sed Paul⁹ noster, & eius doctor Christus charitatem nuncupant. Et q̃is illud cõe, in qd cõuenire debent uirtutes oẽs/ipse Plato in Republica (quẽ Macrobius sequtur, Ambrosius q̃q, & Lactantius) asserere uideat, ꝙ sit iustitia/& (ut alii dicunt) tẽpantia/quę modũ oĩbus uirtutibus imponit: nõ tñ aduersant iis, quę de charitate dicta sunt. Nã sicut in sono cõcentus est duplex: alter fibrarꝫ, modulorꝫ, aut fistularꝫ seorsum: Alter aũt cũ aliis fibris, modulis, uel fistulis: ut ex toto instrumẽto, & etiã ex pluribus instrumentis una reboet cõsonantia. Sic in cõcentu uirtutũ bifaria est modulatio: Altera quidẽ cuiuslibet uirtutis in scipsa, & hęc est iustitia: quę (ut inqt Ambrosius) cõis est uirtus: qua unãquãq; uirtutẽ metimur/ne excedat, aut deficiat: sed extendat, quãtũ cõueniens est: qd libramẽ, alii dixere tẽpantiã. Altera uero modulatio est omniũ uirtutũ ad inuicẽ cõueniẽtiũ, in eodẽ concentu charitatis/& dilectionis Dei, uel proximi/aut utriusq; simul: ut nõ tñ audientes oblectent uirtutes: sed utilitatẽ afferãt pulsanti. Hac. n. charitate tempamus, & moderamur oẽs uirtutes: necnon dirigitur omne opus bonũ in Deũ/a quo est oĩs uera symphonia, ut nõ mõ nostri catholici docent concordes: sed etiã gentiliũ sapientes q̃ plurimi/ex qbus, Hierocles ait. Rõnale genus, si splendorẽ suũ sortiri cupit/illa eadẽ uelit, quę diuina lex determinat. Nec. n. aliter, nisi secũdũ Deũ, est bene dispositus animus. Et a Deo decidens, ab intellectu quoq; cadit: & a bonorꝫ regula in obscurꝫ relegat. Et iterꝫ clarius: Mens ex diuino spiritu ducta/adiungitur Deo: qa simile ad eius simile accedere necesse est. Nec bonus Dei sacerdos esse põt/nisi se ipsum hostiã producens/propriã animã quasi simulachrũ quoddam ædificet/& mentẽ, ac intellectum/in templũ construat, in quo, diuinam lucẽ suscipere possit. Hæc autẽ unio cũ Deo/& dispositio templi/fit per ueram dilectionem/quæ est plenitudo legis, & totius mẽtis profectus, pręuia tamẽ debita cognitione. Cuius sententia,

CHRISTVS. Paulus. Plato. Paul⁹. CHRISTVS. Plato. Macro. Ambro. Lactã. Hiero. Idem.

Paul⁹. q̃tũ cõueniat cũ doctrina Pauli/in cuius pectore Christus resonat, audiamus, qd ipse cũ Ephesiis dicat: Corroboramini (inqt) per spiritũ Christi radicati, & fundati/ut possitis cõprehẽdere cũ oĩbus sãctis latitudinẽ/longitudinẽ/sublimitatẽ/& profundũ, uitę uidelicet ꝓfectę: ad quã tendimus/ut tandẽ impleamini in omni plenitudine Dei: quæ est scientia supeminẽtis charitatis, aut charitas supeminentis intelligẽtię. Hac igitur habita, ad ipsam cõducuntur uirtutes oẽs: tanq̃ ad uitã, & harmonicã uim ipsarum.

CHRISTVS. Iohã. Hinc Saluator toties repetens, illã pręcipue cõmendauit, quã etiã reliqt nobis hęreditario iure/atq; in signũ suę institutionis tradidit. A q̃ edoctus Dilectus ipsius discipulus Iohãnes, q semp a secretis ipsius erat, hanc miꝛ immodũ extollit/& tot ꝓsequitur laudibus/ut omniũ aliarꝫ uirtutũ oblitus, hanc solã obseruãdã pręferre uideatur. Nec ab re, cũ sit radix/fundamentũ, uita, uigor, spũs, & cõcentus omniũ aliarum.

De Consonantia Virtutum cum Anima. Cap. XIII.

ET quia (ut diximus) nõ tm̃ exquiritur pro corporibus sanandis ꝓportio antidotorꝫ adinuicẽ: sed cũ corpore/& qualitatibus q̃q; corporis ipsi⁹ tẽpandi. Nobis. n. ultra ꝓportionẽ uirtutũ adinuicẽ, exqrenda est etiã ꝓportio uirtutũ cũ aĩa. Et q̃is uirtus oĩs cuilibet aĩę cõferat, alii tamẽ aĩę melius cõfert alia uirtus/q̃ alia/in q̃cunq; genere sit. Canere. n. alicui adeo proportionatũ est, & propriũ/ut (ita dicã) sine doctore, & errore cantet, & omnẽ musicę uim facillime penetret / ad quod alius etiã diligentissima industria, longo tpe, puenire non põt: & suapte natura adeo dissonus est: ut si etiã arte polleat, uoce cõuenire non possit. Picturã, uel cęlaturã aliqs breui arte/sed multa naturę ui, ꝓfectã cõducet/quę alius multa diligentia facere nequit. Alius gẽmas, genio, uel ingenio facillime nouit, alius uero nequaq̃. Proficit aliqs in scientiis exiguo tpe/& labore exiguo/& alius multo sudore, & studio frustra laborat. Est alius contemplationi deditissimus/exercitio minime. Alius uero magna delectatione, & facilitate frequẽtat ministeria. Ex qbus facile dignoscit, ꝙ q̃is unus sit Deus, & Spũs artifex/opans oĩa in oĩbus, nõ tm̃ oĩa in unũ eundẽ immittit, sed distribuit singulis, pro ut uult. Quæ etiã uaria ministeria, & uirtutes sequuntur sidera, & genios, & Deũ ipsum distribuentẽ, ut pauloante diximus. Hinc/q̃is nulla sit cõtẽnenda uirtus, unusq̃sq; tm̃ eã sibi ascisce re studeat, ad quã sidus, genius, natura, imo ipse Sũmus Distributor inducit. Qui Petrũ fide, Iohãnẽ charitate, Iacobũ deuotione, Thomã prudẽtia, Abrahã pietate, Mosem mãsuetudine, Phinẽe, & Eliam Zelo/& Dauidẽ religione/& robore ditauit. Vide igitur in qua uirtute facilius ꝓficias, & in illa uersare/& ad eius apicẽ cures cõscendere: ut in una pręstes/qui in oĩbus pręstare non potes. In aliis aũt ꝓficere, q̃tũ

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

ualeas,non cõtemnas.In quibus nulla dari põt regula,qua unuſqſq; me/
tiatur/ubi ſenſerit faciliorẽ animæ ꝓfectũ. Ad quẽ deuenitur,ꝓ illud tri/
plex genus uirtutũ/a Plotino primo deſcriptũ,& ab omnibus ſapiẽtibus Ploti.
celebratiſſimũ/Politicũ uidelicet,Purgatoriũ/& Heroicũ. Quib⁹ adiũgiẽ
Exẽplare/ſed hoc nõ eſt ꝓprie in nobis,ueꝝ ueluti regula dirigens/& mẽ/
ſurans uirtutes/quę in nobis ſunt.Illud igitẽ triplex genus cõducit in no/
bis pfectiſſimã uirtutũ harmoniã.Eſt.n. Politicũ,tãq; hypate/aut ꝓſlam/
banomenos in inſtrumento/aut grauior, & depreſſior uox in cantu. Eſt
Heroicũ ueluti nete/hyperboleum,uel eleuata & acutiſſima uox.Eſtq; Pur/
gatoriũ genus ſicuti meſe.i.medii nerui in inſtrumẽto, uel mediæ uoces
in cantu.Et (ut Muſici tradunt) a proſlambanomenos ad meſe,eſt dia/
paſon/& inde ad nete hyperboleũ,aliud diapaſon:& utrobiq; pfecta har/
monia.Sic a uirtutibus ciuilibus cõſcendens hõ ad purgatorias eleuaẽ/
quaſi prima diapaſonica harmonia,ſed a purgatoriis,ad heroicas uirtu/
tes ſubuectus/aliud diapaſon cõducit/harmoniã qdẽ cõſummatiſſimã.Et
qũo uirtutes harmonicã faciant animã,Plotin⁹huius doctrinę inter Phi/ Idem.
loſophos merito princeps,ſatis clare explicat, dicens. In hoie duę occur/
runt motiones/animã diſturbãtes:Alteræ qppe ſunt nõnulli aialis impe/
tus incõſulti/ſiue ſint incitantes,ſiue terrentes. Alterę aũt ſunt dũ proſe/
quimur dedita opa, & cõſulto motiones illas.Ciuiles itaq; uirtutes tẽpant
hos ſecundos motus/prudẽtia atq; cõſultatione:ut nõ admittat illud qd
ratio diiudicat malũ.Quod tẽpamentũ inducentes/incipiunt harmoni/
zare animã.Veꝝ purgatorię,nõ modo frenant motiones illas, ſed extir/
pant/& eradicant:atq; primas motiones adeo cõprimũt/ut ſufficiat prę/
ſentia rationis,dñę uidelicet appetituũ ad ipos cõprimẽdos.Quę Purga/
tiuę uirtutes,cũ animũ ab illis ꝓturbationibus penitus liberauerint,red/
dunt inſtrumẽtũ animę tẽpatiſſimũ,ut nihil reſtet niſi aggredi cantũ, &
opus harmonicũ,atq; egregiũ.Quod cũ efficit animus,maximis ꝓfecti/
bus incũbens,heros euadit.Sunt iteꝝ Politicę uirtutes cõponẽtes animal
noſtrũ/uel exteriorẽ hoiem.Purgatorię,quaſi ꝓ primũ diapaſon expurgãt
ſpũm/& cõcinnũ reddũt/ut hõ dicaẽ ſpũalis,& ſit.Heroicę aũt mẽtẽ ele/
uant ad ſupremũ cõcentũ:unientes hominẽ cũ intelligentiis, imo cũ ipſo
Deo.Cui cõſentit Ariſtoteles,dicens,q; hoies efficiunẽ Dii/ꝓ uirtutis ex/ Ariſt.
cellentiã.Sed noſter Plotinus proſequiẽ dicẽs/q; Heroici ſtudiũ eſt,atq; Ploti.
uotũ,nõ tm̃ extra peccatũ eſſe,ſed eſſe Deũ, reuertiq;,unde ꝓceſſit: ſicut
& ille,q dixit.Exiui a Patre,& ueni in mundũ:iteꝝ relinq̃ mũdũ,& uado CHRI/
ad Patrẽ.Et cũ nos illius fratres ſimus ab eodẽ Pre ꝓgreſſi, ad eũdẽ no/ STVS
bis repetẽdũ eſt:depreſſiori tamẽ gradu. Cum aũt repetimus,unde ueni/
mus,cõſummamus perfectũ diapaſon: in quo tonus redit in eundem,a
quo diſceſſerat:q̃is diuerſa clauí, ut aiunt Muſici. Sic & nos emanaui/

mus a Deo, tanq̃ a principio productiuo:& reuertimur in eundẽ,ſub alia
tamen ratione,finis uidelicet beatificantis. Eſt itaq; homo (ut ſequamur
Ploti. propoſitũ de mente Plotini) ſi aliquid,incõſulto tm̃modo,admittit erro/
neũ/ſequens primas motiones illas, Deus,atq; dęmon,geminus exiſtens
Plato. cũ & dęmones,ideſt ſapiẽtes intelligentię (ut dicunt Platonici) nõ nullis
Chry. tangantur affectibus.Et hi ſunt/de quibus Chryſoſtomus ait. Et ſi ſancti
ſunt,tm̃ hoies ſunt:& ſi uinci a malo nõ poſſunt,tm̃ peuti poſſunt.Si uero
nihil primoꝝ motuũ ſentit hõ,dũ ſic eſt,Deus ſolũmodo eſt.Deus inquã,
Iohã. ex eoꝝ numero,q primũ ſequuntur,filii Dei uidelicet/de qbus Iohãnes:
Ploti. Dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri.Sed ultra progrediens Plotinus, euehit
hoies,uſq; ad exẽplares uirtutes/quas duplices eſſe dicit. Alteras qdẽ,in
Idem. intellectu:Alteras uero in aia.In intellectu aũt,nõ ſunt ꝓprie uirtutes/ſed
uirtutũ exẽplaria.In aia uero/quę eſt (ut alibi docet) propria hois forma/
ſunt ꝓprie uirtutes.In intellectu.n.ſunt quaſi in Deo,& idcirco exẽplaria
dicunt.Nã in Deo, & in intellectu/q diuinũ quoddã eſt nobis infuſum,
ſunt actiones illius,qd eſt.In aia uero,ſunt uirtutes ꝓficientes.Ibi nãq; iu/
ſtitia,tẽpantia,& ſimiles nõ ſunt proprie uirtutes/ſed regulę dirigentes:q̃
dum in aia ſunt/proprie uirtutes ſunt.Illic.n.iuſtitia eſt unius ad ſeipſum,
cõuerſio uidelicet/& nihil diuerſum ab eo in q̃ eſt.In aia uero eſt dirigens
ipſam in Deũ.Tempantia q̃q; eſt ibi intima ad ſeipſum intellectus cõuer/
ſio/quãtũ deceẽs eſt.Sed in aia eſt tẽpans paſſiones eius.Fortitudo eſt illic
extra paſſionẽ penitus cõſtituta/in oĩa prẽualens/In aia aũt paſſionis par/
ticeps/ꝓ ſimilitudinẽ eius a q̃ ſuſcepit.Prudẽtia eſt ibi plenus cõtuitus/oĩa
moderans/Hic aũt habitus ex multis expimẽtis acqſitus. Eſt ibi charitas
(ut etiã de noſtris uirtutibus theologicis ꝓtractemus) dilectio,& amor
oĩa cõplectens/& cuncta ſuis cõuenientibus gradibus ꝓfundens:In aia eſt
donũ diſtributũ,ꝓ partes,& partes.Et quę in aia eſt fides inſtruens,& ali/
quoꝝ cognitio diuino lumine donata,ex qua fit ſolidũ argumẽtũ ueroꝝ
nõ apparẽtiũ,In intellectu eſt diuinaꝝ,& omniũ reꝝ certiſſima cognitio.
Idem. Et ea,quę aia tenet ꝓ ſpem,intellectus firma appręhẽſione poſſidet. Ten/
dit q̃q; aia in illud/quod intellectus ꝓ cõtactũ attingit.Intellectus.n.(inqt
Iohã. ipſe Plotinus) tactu quodã hẽt illud,quod aia cõcupiſcit,& ſperat.Tt ne
uideaẽ hic ſomniaſſe Plotinus,audiamus,qd deponat Iohãnes noſter,qui
gradũ illũ cõſcenderat.Quod audiuimus (inqt) & uidimus,& cõtrecta/
Ploti. uimus de uerbo uitę/hoc annunciamus uobis.Cõtrectat aũt diuina, qui
ipſa/expientia quadã cõprobat,aut ſupiori portione (quã Plotinus intel/
Proc. lectũ uocat) Deo adhęret,ipſi innixus & cõtiguitate quadã unitus.Tan/
Paul⁹. gimus (inqt Proculus) diuinã eſſentiã,& ad illã inclinati innitimur ſu/
premo animi capite.Et Paulus.Qui adhęret Deo/unus ſpũs efficiẽ cũ eo.
Quę ſpũs unitas ſeqtur ipſius intellectus unionem.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

DE animæ consonantia p rez intelligentias. Tonus. II.
Quid sit anima. Cap. I.
An oēs aias æquales creauerit opifex. Cap. II.
Cur in primæua distributione / hac inæqualitate usus sit æquissimus iudex. Caput III.
An ex hoc q, inęqualibus gradibus distribuerit a pricipio / & uariis donis / & pręmiis prosequatur mortales / censeatur opifex acceptator personarum. Cap. IIII.
Solutio aliquaz difficultatum. Cap. V.
Quomodo aia a principio nuda sit / aut appareat. Cap. VI.
Ad quē gradū intelligentię pertingere possit anima. Cap. VII.
An semp intellectus ad id pueniat, ad qd puenire posset. Cap. VIII.
Quibus mediis / cognitionis gradum nobis præparatum attingere possimus. Cap. IX.
An per sensus exteriores procedendum sit, ut ad ipsum deueniamus terminum. Cap. X.
Quod ueri & necessarii sint sensus interiores, qbus plura, & certius pcipi possunt q̄ per exteriores. Cap. XI.
An semp homo usurus sit his sensibus interioribus. Cap. XII.

QVID SIT ANIMA. CAP. PRIMVM.

DOstq̄ animæ cōsonantiā cū corpore, cuius est forma / & cū uirtutibus / quaz est subiectum, perscrutati fuimus / uidendū nobis est, quā cōuenientiā habeat cum omnibus rebus, quas intelligit. Pro quo opportunū uidere diiudico, quid sit anima / quę cū tot rebus eam habet proportionē: ut ipsas oēs intelligere possit. Et omissis multis, quas de ipsa in primo uolumine adduximus, opinionibus, uidebimus, qd ea sit, quātū ad hanc rationē intelligendi spectat. Vbi mihi
Aristo. qdē minime satisfacit illa, quę ab Aristotele data est iā uulgatissima diffinitio, q, anima est actus corporis physici / organici / potētia uitā habentis. Quia hęc tantūmodo explicat, q, aia est ipsius corporis motrix / nec inde habemus, quomodo possit oia intelligere. Neq; alia diffinitio est sufficiēs, quā ipse tradidit, dicens / Anima est principiū sentiēdi, intelligendi, & secundū locū mouendi. Quia ex hac tantū habemus, q, sit principiū intelligendi, nō aūt qūo omnia intelligat. Nec miz si defecerit, cū notitia de aia
Idem. (ipso eodē teste) penitus difficillimoz sit. Quod a Platone extractū non
Plato. ambigimus: q in decimo de legibus ait. Qualis anima sit, & quā uim habeat / omnes ferme ignorasse uidētur. Nihilominus hic, eā doctrinā de ipsa aia tradidit / ex qua facilius eius symbolū, & proportionē cū rebus oībus indagare possumus. Sed qa nec ipse apto sermone loq uoluit de aię negocio / q̄d difficillimū / & penè oībus occultū existiabat: hic ei⁹
Proc. discipuli uariis sermōib⁹ eā diffinierūt, ut ibidē adduxim⁹. Et q̄uis Procul⁹ multos respuat / q mētē Platonis de aia explicare conati sunt, nec ipse tū, qd Plato senserit, apire uoluit. Sed (ni fallor) id reliqt legētibus ex multis coniiciēdū / sicut
Theo. facere solent secretiores Theologi, in qbuscūq; arduis negociis: q̄z uestigia,
Plato. & doctrinam, nulli dubiū, Plato secutus est. Ab ipso itaq; id de aia uenari possumus: q, ea sit diuina q̄dā substātia / a diuinis fontibus emanans / ducēs secū numez / nō qppe illū diuinū / quo opifex oia dispposuit / sed rationalē numez: quo cū oībus, pportionē habens, oia intelligere possit. Nec quēpiā cōturbet, qa diximus animā esse q̄ddā diuinū / & a diuinis fontibus ema-
Pytha. nare: cum & Pythagoras philosophoz parer id asscueret, dicens in Aureis
Paulus uerbis. Cōfide qa diuinū genus hoibus inest. Et quod plus est, Paulus in Actibus Apostolicis Arati sniam adducit, & approbat, qua inqt. Ipsius. n. genus sumus. Genus ergo cū simus Dei / nō debemus estimare auro, & argento, aut lapidi / sculpturę, artis / & industrię humanæ, diuinū esse simile.
Aristo. Ecce q̄ clare cōcedit genus humanū diuinū esse. Et hoc ex parte portionis
Xeno. illius supioris, quā semp / ut diuinā, uenerantur Platonici. Numerū autē illū / q̄ aia est Aristoxenus, & Xenocrates dixerunt esse seipsum mouētē:

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Et hoc/quia ipſa anima eſt principiũ motus corporis(ut probat Ariſtote/ Ariſto.
les)& etiã ſui ipſius:q̃uis hic,impugnare uideatur & ſententiã hanc,pari/
ter & omnes/qui dicunt animã eſſe numerũ. Et id exiſtimo Ariſtotelem
feciſſe,potius ut aſſumeret diſputandi materiã/ q̃ ut deſtrueret ueritatẽ.Id
maxime,cum illi loquantur de numero rationali/& formali:hic autem de
materiali,& uocali numero mercatorũ:Et loquantur illi de motione/quæ
cõpetit animę,hic autẽ de motu corporis/acquirentis locũ per ſucceſſionẽ
partis,& partis. Vnde tota diſputatio Ariſtotelis,utrobiq; eſt in ęquoco.
Ex doctrina.n. Auguſtini / quã omnes Theologi uenerantẽ / anima,liberũ Aug.
arbitriũ,aut uoluntas,quę eſt uis ipſius animæ , mouet ſeipſam ad quod/ Theo.
cunq;.Nihil eſt (inquit) tã in poteſtate uoluntatis,q̃ ipſa uoluntas.Quę
etiam ex cõmuni iſtorũ ſententia/prȩcipere põt intellectui,ut intelligat:&
ſibi ipſi,ut uelit,uel nolit/ferens ſeipſam in quodcunq;. Quæ motio, q̃uis
non ſit ſecundũ diuiſionẽ partibilis(ut prȩſupponit Ariſtoteles)eſt tamen
uera mutatio,& motus , de quo loquũtur/qui dicunt eã ſeipſam mouere.
Et hic motus eſt etiã Angelorũ,& intelligentiarũ:de quibus ait Iob.Ecce Iob.
qui ſeruiunt ei,nõ ſunt ſtabiles/uel nõ ſunt fideles: & in Angelis ſuis po/
ſuit mutationẽ:ut habet ueritas litterę / pro quo nos mendoſe habemus,
reperit prauitatẽ.Quę mutatio,q̃uis nõ fiat per ſucceſſionẽ partis,& par/
tis/tamẽ motus quidã eſt. Mouetur q̃q; anima dum mouet corpus,quod Ariſt.
ni faceret/non poſſet Ariſtoteles tãq̃ phyſicus de ipſa pertractare per id,
quod in phyſicis præſupponit,dicens.Quęcunq; mouẽtur dum mouent/
ſub phyſica cõſideratione collocantur:quę autẽ non mouentur dum mo/
uent,nõ pertinent ad phyſicam ſpeculationẽ.Cum autẽ ipſe tanq̃ phyſi/
cus tractet de anima mouẽte corpus,igitur ex doctrina eius/anima mo/
uendo mouetur.Qui motus & ſi per accidens dicitur,tamẽ eſt uerus mo/
tus:cũ habeat principiũ motus in ſe/& ab alio nõ moueatur.Nec angu/
ſtant rationes,quibus probare nititur/animã non eſſe numerũ/neq; har/
monicam:cum fundatę ſint in numeris materialibus,proculdubio,& ſen/
ſibilibus:& anima ſit ex numeris, & harmonia formali , extracta a ſenſi/
bus/a quibus nolens diſcere Ariſtoteles , eam admittere non uult in ſua
doctrina ſenſibili.Nec eſt (inquit) in anima harmonica ratio ad inuicẽ
compoſitorũ:quia anima ipſa non habet partes,ex quibus componatur. Idem.
Hoc damus:Sed dicimus,quod eſt harmonia ſuperior,& rationalis,ha/
bens ſpecies reꝝ in ſe,quibus eas intelligit,& numeros reꝝ,quibus ipſas
numerat.Qui quidẽ numeri,& ſpecies, non ſunt tantũmodo aduentitii/
& de nouo acquiſiti:ſed cõgenii ipſi animę,in ea exiſtentes/meliori qua/
dam nota/q̃ in ſeipſis:ſicut de exemplaribus,uel ideis omnes cõueniunt:
q̃ perfectius eſſe habent in Deo producente, & intelligente , q̃ in genere
proprio:dicente Iohãne. Quod factũ eſt,in ipſo uita erat. Vita utiq; crea/ Ioã.
trix,&

trix,& diuina:quia nihil põt eſſe in Deo niſi diuinũ.Et idẽ iudicat Augu/ Augu.
ſtinus de exemplaribus reꝝ artificialiũ exiſtentibus in mente artificis, q̃
uidelicet pfectius ibi eſſe habeant,q̃ formę artificialiũ:quia hic formę illæ
ſunt accidentia/& artificiũ quoddã, Ibi autẽ uiuunt, & de ratione animæ
intelligentis participant.Quia obiectũ,ut cognitũ (dicunt nõnulli Theo/ Theo.
logi) habet illud eſſe, quod habet ipſa cognitio. Habet quoq; illud eſſe,
quod habet ipſa uirtus,uel potentia cognitiua:ſi ipſi cõproductæ ſint ſpe/ Acade.
cies,ſicut Academici aſſerunt:quia nõ uident quomodo anima poſſit me/
tiri ea,quę intelligit:niſi habeat in ſe menſuras,quibus illa metiatur. Nec
uideo,quomodo intellectus poſſit pcipere,ſe intelligere ueritatẽ:niſi in ſe
aliquid habeat,cui cõformet quod intelligit.Nec ſufficit uirtus illa intel/
lectiua:ſed particulare quoddã exquiritur,cui ęquetur illud,quod pcipit.
Hęc aũt ſunt ſpecies ibi exiſtentes actu,ſed impeditę,ut Platoni/& anti/ Plato.
qs placuit.Cui & Ariſtoteles conſentit,dum ait.Anima eſt q̃dãmodo oia. Antiq.
Nec aliter intelligo,niſi qa cõtinet omnia in ratione intelligendi, aut ha/ Ariſt.
bet ꝓportionẽ cũ omnibus: Et illa eſt harmonia rationalis, de qua,ſimul Pytha.
cũ Pythagoreis/ & Platonicis loquimur.Deficit tñ ualde anima a primo/ Plato.
& ſupremo intellectu,qa omnia ſimul intelligit.Nã hæc,& ſi pariter uir/
tute quadã/aut actu/uel potẽtia (ut dicũt Peripatetici) cõtinet formas, Peripa.
& ſimulachra reꝝ omniũ intelligendaꝝ,& ab ipſa faciendaꝝ per artẽ, nõ
tñ ſimul oia intelligit actu,& unica intellectiõe,ueluti primus intellectus:
ſed multis & ſucceſſiuis actibus.Eſt itaq; aia intellectiuũ q̃ddã,oia conti/ Idem.
nens cõcinnio quodã:ut cuncta intelligenda ab ea:intelligere poſſit.

An oẽs Animas ęquales creauerit opifex. Cap. II.

DIxerunt Peripatetici, omnes animas productas fuiſſe ęquis Ariſt.
gradibus, & produci:ducti ſententia ipſoꝝ prȩceptoris,qui
in ſuperiori philoſophia inquit. Speties ſe habent ſicut nu/
meri,in quibus uno uariato mutatur ſpeties.Nam ſi terna/
rio addatur unus,fit quaternarius,& ſic de aliis.Nouitiores tamen pari/ Theo.
ſienſes Theologi,in articulis ipſoꝝ decreuerunt,animas differre,nõ tan/
tum accidentibus,ſed gradibus quibuſdã intrinſecis,radicatis in eſſentia
ipſaꝝ/quibus unaquæq; res eſt hęc, differens ab alia,per illud q̃d eſt ipſi
propriũ,hoc decernentes,q̃ qui dixerit animã Petri,nõ eſſe perfectiorem Io.Sco.
gradu illo ſuo intrinſeco q̃ anima Iudę/ſit in errore.Quod ex ſuo Iohãne
Scoto nõ inſulſe decerpunt.Qui in ſecundo uolumine theologicaꝝ quę/
ſtionũ dicit,q̃ unũquodq; diſtinguitur,primo p̃ naturã ſuã,quæ eſt hæc,
anteq̃ diſtinguatur per principiũ opandi,aut p̃ opus,ſiue p̃ aliquod acci/ Sapiẽ.
dens aduenies.Cui ualde adſtipulatur illud ſapientię:Puer erã ingenio/
ſus,& ſortitus ſum animã bonã, meliorẽ uidelicet q̃ multi alii. Tanta eſt

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

quidē distantia unius animæ ab altera, in sapientia, bonitate, robore, uiri/
bus & dispositione ad diuersa, ut nō uideam, quomodo possint sortitę esse
ęqualem gradū. Nec dicant aliqui, q; differant donis, qa obstat Summa
ueritas dicens. Vni dedit qnq; talenta, alii duo, alii uero unū, unicuiq; se/
cundū propriā uirtutē. Cum igitur talenta sint dona accepta ab unoq;q; CHRI
secundū propriā uirtutē, quid (quæso) est illa propria uirtus uniuscu/ STVS.
iusq; Nō quippe est donū gratuitū/quia illud distribuitur unicuiq; se/
cundū ꝓpriā uirtutē. Hæc itaq; uirtus est naturalis quędā uis, certo gra/
du determinata, secundū quam est capax sui muneris, & ipsum suscipit.
Nec obuiet quispiā dicens/q; iuxta Apostoli sententiā/ Deus munera di/ Paulus.
stribuit singulis, prout uult. Nōne (quæso) seruatur iustitia in distribu/
tione donoꝝ/ut correspondeant dona uirtuti uniuscuiusq; Alioquin nec
ordo, nec pulchritudo, nec cōdecentia seruaretur ab eo, qui est summa iu/
stitia, ipsa pulchritudo/& ipse omniū cōcentus. Obserua precor Apostoli Idem.
uerba. Dedit (inquit) aliquos fieri Apostolos, alios ꝓphetas, alios euan/
gelistas, & doctores ad cōsummationē sanctoꝝ, in opus ministerii, in ędi/
ficationē corporis Christi. Si.n. dedit aliquos fieri Apostolos, nōne distin/
guit Apostolicatus donū, a dispositione intrinseca, qua dedit eos cōuenię/
ter assumi ad apostolatū? Quod nisi dedisset, ad ipsum gradū minus cō/
uenienter fuissent assumpti. Quā optime in hoc negotio loquitur Grego/ Greg.
rius. Cōueniūt (inquit) Angeli, similiter & homines in muneribus: sicut
& in donis, aut gradibus natura tributis. Consentit Origenes dicens. Sūt Orige.
quædā inuisibiles uirtutes/quibus ea, quæ sunt super terrā dispensanda,
credita sunt: in quibus nō parua differentia credenda est, sicut & in ho/
minibus reperitur. Et sicut magna distantia differunt membra humani
corporis, q̄uis omnia unica uita uiuant, nō secus mystici corporis mēbra
differunt, q̄ oculus/& tibia, uel genu in humano corpore. Nec obstat fun/
damentū, & similitudo de numeris: cū nō mentiat infallibile euangeliū, &
infallibilis ueritas. Sed ne tātū uiꝝ uideamur cōtemnere, dicemus, q; ctiā
in unitate musica, uel formali sunt quidā occulti gradus, ut possit diuidi
in partes inęquales. Exemplū præbeamus in unitate musica tanq̄ magis
manifesta. Est quidē tonus in ꝓportione sexquioctaua/sicuti. 9. ad. 8. ubi. 9.
excedit. 8. per unitatē, quæ facit ipsum tonū. Tonus aūt diuiditur in semi/
tonia lēmata, & dieses, ideſt in mediū tonū, & quartā partem, & in plures
si opus fuerit. Ad cuius diuisionē necesse est, ut diuidat unitas, nō quippe
illa materialis, sed musica. Ponātur. n. in loco nouenarii. 18. & in loco octo/
narii, 16. & a. 18. ad. 16. est eadem proportio sexquioctaua: in qua iam sunt
duo numeri, & duæ distantię facientes duo semitonia. Est. n. distantia a. 18.
ad. 17. & hinc, ad. 16. Et iterū diuiditur semitoniū in quatuor partes toni,
quę dicunt dieses: Et hoc accipiendo maiores numeros uidelicet. 36. loco

nouenarii, &. 32. loco octonarii: Et a. 32. ad. 36. sunt quatuor numeri faciē/
tes quatuor dieses. Et sic multiplicādo numeros, illa unitas musica diuidi
potest, usq; ad nō diuisibile. Eadem ratio est in numero naturali/qui est
proportio naturalis terū: ubi diuidi pōt unitas eodē ordine. Sit ergo uni/
tas, toni ratio specifica, & semitonii, & lēmatis aut diesis, ratio & gradus
indiuidualis. Quę rationes cōueniunt in specie, sicut illę partes toni cōue/
Hiero. niunt in unitate. Quos gradus indiuiduantes Hieronymus uires nuncu/
pat, dicens super illud de quinq; talentis datis unicuiq; secundū propriā
uirtutem: Non pro largitate, & parcitate alteri plus, & alteri minus tri/
buit: sed pro accipientium uiribus.

Cur in primæua distributione/hac inęqualitate usus sit æquissimus Iudex. Cap. III.

ET quia (ut scio) non desunt Martiones/Valentii/Basilides, atq; hoꝝ similes, qui scisciteńtur, cur tanta inęqualitate di/
stributę sint animę, ut alius summū apicem sapientię attin/
gat/Alius uero paꝝ distet a bestiis, Alius sit uirtutibus ple/
nus, alius uel nullā, uel pauluscula habeat, Alius ad regnū, & impiū assu/
matur, & tot ipsi tradantur/ut ebrius sit, & superabundans: ab alio etiam
modicū quod habet, auferatur, & detur habenti. Alius ad Apostolatū &
apicem summū deducitur, & alius bestias pascit semibestia effectus. Quis
hæc sine admiratione cōsideret? Quis hanc Dei distributionē/qua trutina
librata sit, intelligere nō desideret? Veꝝ id quærere nihil aliud est/nisi sci/
scitari cur ipe Opifex nō fecerit omnia animalia Angelos: aut omnes pla/
netas solē: siue omnia membra, oculos. Si. n. omnes artus essent oculi: ubi
manus, ubi pedes, ubi os, stomachus, & alia mēbra corpori necessaria?
Et si omnes planetę sol, ubi Luna, suscipiens fideꝝ genituram/ut nobis par/
tum ędat? ubi Mars roborans, Iupiter ęquans, Mercurius acuens, Sa/
turnus cōsolidans, & Venus amore cōnectens? Et si omnia animalia An/
geli, ubi homo peculiaris imago Dei? ubi equi ipsum portantes? ubi bo/
ues ministri humani uictus? ubi alia animalia, quæ ad mundi ornatū &
hominis seruitiū producta sunt? Sicut. n. nō est cōsonantia, si qlibet neruus
instrumenti esset nete, uel paranete, aut mese, uel quoduis huiusmodi uni/
forme/cū ex paribus, disparibusq; chordis, aut uocibus consonantia gene/
retur (Harmonia. n. & pulchritudo uniuersi est ex rebus paribus, dispari/
busq; gradibus resultans) nō secus pulchritudo totius humani generis est
in uarietate indiuiduoꝝ, quæ diuersissima summus Moderator (ut inquit
Orige. Origenes) in unius corporis mystici sub capite Christo consonantiam
traxit. Quę cōsonantia & mundi, & mystici corporis huius/q̄uis pauciss/
mis cognita, tāta nihilominus elegantia, & suauitate cōducta est/ut nulla

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported.License

perfectior inueniri queat. Vnde est accómodata Chrysippi sentẽtia. Do- Chry.
ceat aliquis res melius fieri potuisse. Nemo utiq; docebit. Et si quis aliqd
corrigere ueller, aut deterius faciet, aut id, quod fieri non potuit, aut non
congruit, desiderabit. Omnes itaq; mundi partes ita cõstituꝝ sunt, ut neq;
ad usum, meliores fieri potuerint: neq; ad species, pulchriores. Sic & indi-
uidua in suarũ specierũ latitudine distributa sunt quadã inęquali equa-
litate, & cõsonanti uarietate, maxime humana: quorũ quodliber, & omnia
simul, mundani corporis imaginẽ gerũt. His igitur natura differentibus,
assignata sunt dona uaria, unicuiq; secundũ propriã uirtutẽ, & dispositio-
nem: Quibus etiã prędmia redduntur secundũ opera ipsorũ, proportione
tamẽ geometrica, quę nõ est penes numerũ, sed penes proportionẽ pro-
portionũ: ut quę sit proportio munerꝫ ad munera, & meritorꝫ ad merita,
eadẽ sit proportio prędmiorꝫ ad prędmia. Et hac proportione nõ tm̃ Deus
omnibus reddet prędmia, sed etiam ciuilis Respub. gubernatur: ut Plato, Plato.
Iamblicus, & Proculus scribunt. Addunt aũt ad Remp. bene regendam, Iambli.
necessariã quoq; proportionẽ arithmeticã: qua, tãq̃ iustitia quadã mode- Procl.
ratis rebus, saluet pax. Nec deest Musica proportio, quę est iustitia maio-
ribus maiorẽ tribuens rationẽ, minoribus aũt minorem, ut Proculus ait. Idem.
Et hęc fundata est in utraq;, ab arithmetica sumens, unde equet numerũ
ad numerꝫ: a geometrica, unde cõparet proportionẽ ad proportionẽ. Ex
quibus omnibus proportionibus (ut in primo uoluminc diximus) cõ-
ducta est hęc harmonica mundi machina. Ideo eisdẽ regitur, & disponit,
nõ modo ab iis, qui imaginẽ summi Principis tenent, sed ab ipso sũmo
Moderatore: Qui eisdẽ proportionibus fabricauit humanũ genus: quod
ipsius Dei, & magnę huius machinę simulachrũ tenet. Sicut igit̃ in toto
hoc ingenti opificio sunt disparcs, atq; pares rerꝫ gradus, ex quibus illę
proportiones omnes resultãt, sic in Rep. humana sunt pares, atq; disparcs
gradus, & rationes indiuiduorꝫ, ex quibus, & pariter ex eorꝫ muneribus
& operationibus resultant omnes illę proportiones: ut utraq; resp. mun-
dana, & humana sit harmonica, & conformis.

An ex hoc q; inęq̃libus gradibꝰ distribuerit a principio, & uariis donis
& p̃miis, psequat̃ mortales, cẽseat̃ Opifex acceptator psonarꝫ. Cap. IIII.

ET cũ ex ea: quæ uidetur inæqualis distributio, soleant (ma-
xime scioli) dubitare, an inde distributor censeat̃ personarꝫ
acceptator/maiora dona uni, q̃ alteri tribuens. Hinc primo
patrũ sententiis, postea rationibus, dubiis oibus obuiandũ
duximus. Paulus.n. ueritatis præco/cũ Romanis/Ephesiis/& Colossen- Paulus
sibus agens repetit. Deus non est acceptator personarꝫ. Hoc idem Petrus Petrus
asserit, scribens suis Pontícis, Galatis, Cappadocibus & Bithyniis. Et ite- Actũ

rum in Apostolicis actibus gratias agit Deo, cum certissime compro-
baret, nõ esse acceptationem personarũ apud ipsum. Acceptator enim
Theol. personarum (ut nostri Theologi docent) est is qui aliqua ratione, aliis
debet, & paribus existẽtibus meritis, & delictis, nõ reddit paria prędmia,
aut equas pœnas. Nam iudex iustitiæ administrandæ præfectus, duos
nactus in homicidio pares, quorũ alterũ si luere iubeat pœnam sui rea-
tus, alterꝫ aũt uel penitus, uel aliquãtũ a debita pœna absoluat, hic me-
rito personarꝫ acceptator dicitur, & est. Nõ secus si duos habet æque de
Rep. benemeritos, & alteri prædmia reddit iuxta opera ipsius, alteri uero
nequaq̃. Si autem quis liberalitate sua alicui donat, quod alteri dare nõ
uult, nõ inde personã acceptat, quia nulli est debitor. Hinc in primæua
distributione, nullo merito prævisо, nullaq; intercedẽte obligatione, aut
naturali, siue ex lege, uel ex pacto, si Deus dat alicui, ut fiat Apostolus:
alii autem, ut fiat doctor, uel propheta: aliis autẽ, ut sint rustici, uel ma-
cellarii: quis eũ accusabit de iniustitia, aut de acceptatione personarum?
Paulus. Nunquid dicit figmẽtũ (inquit Apostolus) ei, qui ipsum finxit, quid
me fecisti sic? An non habet potestatem figulus, luti ex eadem massa fa-
cere aliud quidem uas in honorẽ, aliud autẽ in cõtumeliam? Potest ne
dicere formica, aut pulex opifici suo, cur nõ me equum, aut elephantẽ
fabricasti? Voluit quippe summus Moderator in sua mundana domo
oues, boues, asinos, capras, camelos, & huiusmodi multa genera ani-
malium, non solum terrestrium, sed eorum, quæ in aquis, uel aere sunt,
esse diuersissimas species. Sic & in humana Repu, quæ typum supra-
cœlestis curię gerit, uoluit esse Reges, & consiliarios, qui assistant: mili-
tes autem, artifices, lictores, rusticos, & huiusmodi/qui ministren. Iussit
& in spiritualibus esse Pontifices/Præsules diuersos, prædicatores/&
doctores/qui sint aliorum duces. Quibus subiecit regendos/& qui audi-
turi essent prædicantiũ uerba. Sunt enim (inquit Apostolus) in ma-
gna domo Dei uasa aurea, Argentea, & lignea, atq; fictilia: ut ordo, &
pulchritudo uniuersi exquirit. Varia igitur hominum genera esse uo-
luit summus Moderator, diuersaq; concessit dona/redditurus diuersa
præmia pro diuersis mansionibus, quæ in domo eius sunt. Et aliquãdo
CHRI- (ut ipse remunerator inquit) reddet præmiũ ultra omnẽ correspon-
STVS. dentiam ad opus, nulla tamẽ uiolata iustitia. Ait enim in euangelio, cui
titulus est secundũ Matthęum, q; Paterfamilias remunerauit ex dena-
rio diurno, tam eum, qui ad uesperam uineã intrauerat, q̃ illos, qui por-
tauerant pondus totius diei, & æstus. Et cum hi cõquererentur de mer-
cede, non æqua tributa portione, cum eo qui nouissime uenerat, respon-
dit iustus remunerator, Nonne ex denario diurno cõueniśti mecum?

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

Tolle quod tuũ est, & uade. Volo & huic nouissimo dare, sicut & tibi. An non licet mihi facere quod uolo, cum sim liber conductor? An oculus tuus neq̃ est, quia ego bonus sum? Quæ uel de iudaico populo, & gentili dicta sint, quoꝝ ille uenerat primo mane ad uineam Domini/ hic autem uesperi. Vnde inter eos altercatio, sicuti per totam epistolam ad Romanos (teste Hieronymo in proœmio) percurrit Paulus. Siue intelligatur de particularibus hominibus, hoc unũ habemus/ q̃ præmium promissum est ad libitum promittentis, citra omnem iniustitiã, cum nulla intercedat obligatio. Vbi autem ratio aliqua interuenit, aut pactum/æqua semper portione agit nobiscum Deus. Est enim in ipso quædam obligatio, aut naturæ dictantis, ut de omnibus filiis curã habens, salutem & regnum pro ipsis procuret/ in quibus etiam sui imaginem conspiciens multũ eos diligat, tanq̃ opus suum, & super ipsos tam bonos/ q̃ malos pluat/ & solem suum oriri faciat. Aut est obligatio sponte inducta ex pacto inito de uita/ & regno æterno tribuendo seruantibus eius præcepta. Quæ iniunxit, ut haberet (iuxta Hieronymi sententiam) remunerandi causam: uel ut hominem ipsis præceptis, & sacrificiis expiaret, & pficeret. Vnde nec his cõtentus, ut magis adhuc perficeret filios, dedit pfectionis consilia, cũ expresso pacto remunerationis dicens. Omnis, qui reliquerit domũ, fratres, uel sorores, siue patrem aut matrem, siue filios, uel agros propter nomen meũ, centuplum accipiet, & uitam æternã possidebit. Et quia omnium est Pater/ omnes tanq̃ filios uocat ad regnũ. Hinc cũ uidisset Petrus/ q̃ curam haberet de Cornelio gentili saluando sicut de iudeis/ dixit. Nunc cognoui, q̃ non est acceptatio personaꝝ apud Deum. Facto aũt pacto de remunerando unoquoq; / secundũ opera ipsoꝝ si in aliquo deficeret, de acceptatione personaꝝ posset accusari. Si autem ultra promissa aliquid ex sua liberalitate largitur, nullam acceptationis notam incurrit.

Paulus. Hiero. CHRISTVS. Petrus

Solutio aliquarum difficultatum. Cap. V.

NVnc uero anteq̃ pcedamus, explicãda sũt pro uirili nostra aliqua quæ nos supramodũ angustare uidẽtur, quæ præcipua sunt. Cur de duobus fratribus ex eisdem parẽtibus natis, cũ nihil boni aut mali egissent, per Malachiã dictũ sit: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Nec minus nos angit id, quod de Pharaone dicit scriptura. In hoc ipsum excitaui te, ut ostẽdere in te uirtutem meã, & ut annuntietur nomẽ meũ in uniuersa terra. Quæ cõmorans Paulus subinfert. Ergo cui uult miseretur, & quẽ uult indurat. Durus quippe sermo, & ab eo, quem Deus protulit ualde discrepans.

Malac. Exo. Paulus

DEVS Ait.n. in Exodo, miserebor cui uoluero, & clemens ero in quẽ mihi placuerit. Vel (ut habetur in ueritate litterę) gratum habebo, cui prętabo

Paulus gratiã, & clementiã habebo, in quẽ ero clemens. Sed Paulus cũ de Pharaone loqueretur, cuius cor a Dño dicitur induratũ, inquit. Quem uult indurat. Si igitur Deus indurat, quis emolliri poterit? Et si Deus odit, quis gratiã inueniet? Et si Deus repulit quẽpiã, quis faciet ipsum electũ? Quomodo igit̃ uult omnes saluos fieri, & diligit omnia quæ fecit nihil odiens, si aliquos odit, & reprobat/ anteq̃ aliqd boni aut mali faciãt? Sed absit a Deo cõtradictio, cuius uerba sũt regulę æternę ueritatis. Et quã-

Idem uis obiurget Paulus eos, qui hæc inuestigare pręsumũt. Quis es tu o homo (inquit) qui respõdeas Deo? Nũquid potest dicere figmentũ ei, qui ipsum finxit, quid me sic fecisti? An non habet potestatẽ figulus, luti ex eadem massa facere quidem aliud uas in honorẽ/ & aliud in contumeliam? Nihilominus pro huius difficultatis resolutione aliquid percurremus, ut satisfaciamus aliqualiter legentibus, nõ tm̃ de aliquibus, sed de

Idem omnibus, quos indurare uidetur. Cõclusit.n. Deus (inquit ipse Paulus) omnia in incredulitate, ut omnium misereatur. Infideles.n. erant gentiles, inuisi idumæi, indurati ægyptii, multi effecti uasa cõtumeliç, immo omnes nati filii irę. Hæc adeo Apostolum angustant, ut exclamare cogatur. O altitudo sapientię, & scientiæ Dei, q̃ incõprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Quis cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Quid igitur ad hæc dicemus nos tantilli, cũ uas electionis conticescat, & quasi de resolutione desperans dicat iudi-

Origẽ. cia Dei a nobis incomprehensibilia? Verum (ut Origenes ait) specialem, & singuloꝝ rationem & quærere imperiti est, & reddere uelle dementis. Aliquam autem (saltem in genere) assignare rationem/ & pro quanto Dominus concesserit, soluere hos, qui uidentur inexplicabiles, duri, & contradictorii nodi, non temerariũ iudicamus. Quod ut melius faciamus/ illud quidẽ præmittendũ est, q̃ Deus omnes diligit, & omnes

Sapiẽ. uult saluos fieri. Bonus est (inquit sapiens) & suauis Domine spiritus tuus in omnibus, & diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ

Paulus fecisti. Et adeo dilexit, ut dicat ipse Paulus. Proprio filio suo non peper-

Augu. cit/ sed pro omnibus nobis tradidit illum. Nec est (inquit Augustinus) Deus prius ultor, q̃ homo fuerit peccator. Non igitur quempiam reprobat, antequã ipsemet prauis operibus citet Dei iudicium contra se. Non igitur odio habuit Esau in suam damnationem, ipsum penitus

Paulus reprobãs: sed fratris dominio ad tempus subiecit, sicut egregie ait Apostolus. Vt secundum electionem/ propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex uocatione dictum est ei: Maior seruiet minori. Nec enim

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

de persona particulari erat sermo, cū Esau nunq̄ seruierit Iahacob, esto
q̄ hic primogenita ipsius abstulerit, sed de populo dictum est, ut ipse/
met Dominus explanauit, dicens ad Rebeccā. Duę gentes sunt in utero
tuo, & duo populi ex uentre tuo diuidentur / populusq̄ populum supe/
rabit, & maior seruiet minori. Nec tamen perpetuo seruiuit, sed ad tem/
pus: ut pater Isahac spiritu sancto edoctus, ipsi promiserat dicens: Su/
per gladium tuum uiues, & fratri tuo seruies: tempusq̄ ueniet/cū excu/
tias, & soluas iugum eius / de ceruicibus tuis. Seruiuit enim Esau, qui
& Edom dictus est, regibus Israel, ut Dauid bis repetens dicit. In idu/ Dauid
mæam extendam calciamentum meum, eam mihi uidelicet subiicien/
do, ut exponit Hieronymus. Mihi alienigenæ. i. Allophyli, uel Philistei Hiero.
subditi sunt. Sed excussum est iugum, quādo uenit Messiah, qui omnes
a seruitute liberauit, uocans ad fidem: ut Paulus subinfert. Vocauit non Paulus
solum ex iudeis, sed ex gentibus sicut in Osee dictum est. Vocabo non Osee
plebem meam, plebem meam: & non dilectam/dilectam: & non mise/
ricordiam consequutam, misericordiam consequutam. Positus enim est
in Sion lapis uiuus: Omnis qui credit in illum, non confundetur / nec
seruus erit / sed liber: qua libertate ipse Christus nos liberauit. Voluit
quoq̄ indurare cor Pharaonis, & Aegyptios: ut ostenderet in eis uirtu/
tem ipsius: sed uenīēte Messiah, adeo emolliuit ægyptios illos, ut omnia
eorum deserta complerentur monachis inseruientibus ipsi Christo. Vel
dicamus, q̄ non aliter indurat, nisi quemadmodum induratur lutum Augu.
ex sui dispositione ab eo sole, qui ceram liquefacit. Nam idem Deus
(ut longa serie disputat Augustinus) radios iustitiæ suæ diffudit in
duos reges / & populos / Chaldeum, & Aegyptium. Cor autem Baby/
lonii, ab eodem sole emollitum est, Aegyptii uero induratum. Emollit
quotidie Deus cor exaudientis uocem eius: obaudientis uero indurat,
& exiccat, ut ipse Apostolus alibi testatur. Tu autem secundum duri/ Paulus
tiam tuam, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reue/
lationis iusti iudicii Dei. Si quis igitur induratur, id absq̄ propria cul/
pa non fit. Mittit enim Deus radios suos in nos, ut calefaciendo emol/
liat, si quis uero induratus resistit, induratur adhuc. Vult itaq̄ calefa/
cere, si autem duricies sequitur, id fit, quia recipiens ipsum calorem, eo
abutitur, sicuti aliqui abusi sunt redemptionis beneficio, & cessit eis
in ruinam: quæ aliis bene dispositis fuit, & est in resurrectionis benefi/
cium. Sic enim contingit infirmis Pharmacum suscipere recusanti/
bus, aut suscipientibus absq̄ regimine: ut aggrauetur infirmitas, non
quidem ex medici uitio, sed ipsius infirmi causa: sic abutentibus Dei
beneficio fit. Sed adhuc nos premimur considerantes, qua pia, & pa/

terna cura factum sit, ut aliqui nati sint inter hebreos, apud quos erat
diuinæ legis eruditio, uel nascātur inter Christianos euangelica doctri/
na instructos. Alii uero inter Aethiopas, uel insulas canarias: in quibus
uesci humanis carnibus, usus est: aut apud Scythas / quibus patricidiū,
quasi pietate quadam perpetrabatur, uel apud Tauros, ubi immolabā
tur hospites: siue inter Indos, ubi diabolus, tanq̄ numē quoddam adhuc
ueneratur. Quod non contra pietatē paternam effectum est: cū idem sit
Paulus (inquit Paulus) Dominus omniū, & diues in oēs, qui inuocant illum.
Omnis enim quicūq̄ inuocauerit nomen Dñi, saluus erit. Et pro alter/
cante subinfert Apostolus. Et quomodo inuocabūt, in quē non credide/
runt? Et quomodo credent ei, quē non audierūt? Cui respondet. Nunqd
non audierunt? Et quidem in omnē terram exiuit sonus eoȝ, & in fines
orbis terræ uerba eoȝ. i. prædicantiū nomen Dñi: qui contentus est ha/
bere uarios cultores, & diuersos in moribus ad pulchritudinē uniuersi.
Si autē noluerūt pseuerare in cultu ab Apostolis tradito, eoȝ sit culpa,
& nō Dei / qui eos uocauit. Sed qd dicemus de gentilibus ante Christū,
aut de habitatoribus insulaȝ orientalium nuper repertaȝ: ad quos non
uidetur pueniſſe nomen Dñi? De his dicamus, q̄ qui fuerūt ante Chri
stum lege Mosi nō ligabātur, sed tm̄ domus Israel & aduentitii quidā,
qui sponte illis addicti erant. Aliis autem sufficiebat lex naturalis, cū
essent sibiipsis lex, ostendentes opus legis scriptum in cordibus suis, te/
Greg. stimoniū reddēte illis cōscientia ipsoȝ. De quibus est Gregorii sentētia,
a nouitioribus theologis celebrata. Quod apud nos ualet aqua baptis/
matis, hoc egit apud ueteres, uel pro paruulis sola fides, uel pro adul/
tis uirtus sacrificii, & pro eis qui erant de stirpe Abrahæ mysteriū cir/
cunciſionis. Sed post Messię aduentum, de his, qui nati sunt extra fi/
Paulus dem, possemus dicere cū Apostolo. Quid ad nos de his, qui foris sunt,
iudicare? De his v3, qui non sunt christianę militiæ publice asscripti, &
sub sensibilibus signis stigmatizati, de quibus tantūmodo iudicat eccle
sia. Nam Deus, cuius iudiciū non subiicitur sensibus, eos, qui foris sunt,
Idem iudicabit, inquit apostolus. Nostrum autem iudiciū sit de publice con/
signatis. Sed dicent aliqui. Cur Deus reliquit eos foris? Respondeant
principes mundi, qui adeo expressam Dei gerunt imaginē, ut Dii nun/
cupentur, cur ipsi in ipsorum curias non omnes admittant: sed eos tan/
tūmodo, quos uolunt: cæteros autem extra relinquunt. Ipsoȝ quoq̄ cu/
ram gerentes / ipsos diiudicāt / remunerantes fideles / & punientes inhidos,
CHRI/ quāuis sint extra curiam. Caue (inquies) quia summus Imperator ait.
STVS. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non credide/
rit, condemnabitur. Dicere possemus. Credunt forsitan multi, quāuis

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

de persona particulari erat sermo, cũ Esau nunq̃ seruierit Iahacob, esto q̃ hic primogenita ipsius abstulerit, sed de populo dictum est, ut ipse met Dominus explanauit, dicens ad Rebeccã. Duę gentes sunt in utero tuo, & duo populi ex uentre tuo diuidentur / populusq; populum superabit, & maior seruiet minori. Nec tamen perpetuo seruiuit, sed ad tempus: ut pater Isahac spiritu sancto edoctus, ipsi promiserat dicens: Super gladium tuum uiues, & fratri tuo seruies: tempusq; ueniet / cũ excutias, & soluas iugum eius / de ceruicibus tuis. Seruiuit enim Esau, qui & Edom dictus est, regibus Israel, ut Dauid bis repetens dicit. In idumæam extendam calciamentum meum, eam mihi uidelicet subiiciendo, ut exponit Hieronymus. Mihi alienigenæ. i. Allophyli, uel Philistei subditi sunt. Sed excussum est iugum, quãdo uenit Messiah, qui omnes a seruitute liberauit, uocans ad fidem: ut Paulus subinfert. Vocauit non solum ex iudeis, sed ex gentibus sicut in Osee dictum est. Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam / dilectam: & non misericordiam consequutam, misericordiam consequutam. Positus enim est in Sion lapis uiuus: Omnis qui credit in illum, non confundetur / nec seruus erit / sed liber: qua libertate ipse Christus nos liberauit. Voluit quoq; indurare cor Pharaonis, & Aegyptios: ut ostenderet in eis uirtutem ipsius: sed ueniẽte Messiah, adeo emolliuit ægyptios illos, ut omnia eorum deserta complerentur monachis inseruientibus ipsi Christo. Vel dicamus, q̃ non aliter indurat, nisi quemadmodum induratur lutum ex sui dispositione ab eo sole, qui ceram liquefacit. Nam idem Deus (ut longa serie disputat Augustinus) radios iustitiæ suæ diffudit in duos reges / & populos / Chaldeum, & Aegyptium. Cor autem Babylonii, ab eodem sole emollitum est, Aegyptii uero induratum. Emollit quotidie Deus cor exaudientis uocem eius: obaudientis uero indurat, & exiccat, ut ipse Apostolus alibi testatur. Tu autem secundum duritiam tuam, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicii Dei. Si quis igitur induratur, id absq; propria culpa non fit. Mittit enim Deus radios suos in nos, ut calefaciendo emolliat, si quis uero induratus resistit, induratur adhuc. Vult itaq; calefacere, si autem durities sequitur, id fit, quia recipiens ipsum calorem, eo abutitur, sicuti aliqui abusi sunt redemptionis beneficio, & cessit eis in ruinam: quæ aliis bene dispositis fuit, & est in resurrectionis beneficium. Sic enim contingit infirmis Pharmacum suscipere recusantibus, aut suscipientibus absq; regimine: ut aggrauetur infirmitas, non quidem ex medici uitio, sed ipsius infirmi causa: sic abutentibus Dei beneficio fit. Sed adhuc nos premimur considerantes, qua pia, & pa-

Dauid. Hiero. Paulus Osee Augu. Paulus

terna cura factum sit, ut aliqui nati sint inter hebreos, apud quos erat diuinæ legis eruditio, uel nascãtur inter Christianos euangelica doctrina instructos. Alii uero inter Aethiopas, uel insulas canarias: in quibus uesci humanis carnibus, usus est: aut apud Scythas / quibus patricidiũ, quasi pietate quadam perpetrabatur, uel apud Tauros, ubi immolabantur hospites: siue inter Indos, ubi diabolus, tanq̃ numẽ quoddam adhuc ueneratur. Quod non contra pietatẽ paternam effectum est: cũ idem sit

Paulus (inquit Paulus) Dominus omniũ, & diues in oẽs, qui inuocant illum. Omnis enim quicũq; inuocauerit nomen Dñi, saluus erit. Et pro alterca subinfert Apostolus. Et quomodo inuocabũt, in quẽ non crediderunt? Et quomodo credent ei, quẽ non audierũt? Cui respondet. Nunqd non audierunt? Et quidem in omnẽ terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ uerba eorũ. s. prædicantiũ nomen Dñi: qui contentus est habere uarios cultores, & diuersos in moribus ad pulchritudinẽ uniuersi. Si autẽ noluerũt pseuerare in cultu ab Apostolis tradito, eorũ sit culpa, & nõ Dei / qui eos uocauit. Sed qd dicemus de gentilibus ante Christũ, aut de habitatoribus insulaꝝ orientalium nuper repertaꝝ: ad quos non uidetur pueniſſe nomen Dñi? De his dicamus, q̃ qui fuerũt ante Christum lege Mosi nõ ligabãtur, sed tm̃ domus Israel & aduentitii quidã, qui sponte illis addicti erant. Aliis autem sufficiebat lex naturalis, cũ essent sibiipsis lex, ostendentes opus legis scriptum in cordibus suis, te-

Greg. stimoniũ reddẽte illis cõscientia ipsoꝝ. De quibus est Gregorii sentẽtia, a nouitioribus theologis celebrata. Quod apud nos ualet aqua baptismatis, hoc egit apud ueteres, uel pro paruulis sola fides, uel pro adultis uirtus sacrificii, & pro eis qui erant de stirpe Abrahæ mysteriũ circuncisionis. Sed post Messię aduentum, de his, qui nati sunt extra fi-

Paulus dem, possemus dicere cũ Apostolo. Quid ad nos de his, qui foris sunt, iudicare? De his v3, qui non sunt christianę militiæ publice asscripti, & sub sensibilibus signis stigmatizati, de quibus tantũmodo iudicat ecclesia. Nam Deus, cuius iudiciũ non subiicitur sensibus, eos, qui foris sunt,

Idem iudicabit, inquit apostolus. Nostrum autem iudiciũ sit de publice consignatis. Sed dicent aliqui. Cur Deus reliquit eos foris? Respondeant principes mundi, qui adeo expressam Dei gerunt imaginẽ, ut Dii nuncupentur, cur ipsi in ipsorum curias non omnes admittant: sed eos tantũmodo, quos uolunt: cæteros autem extra relinquunt. Ipsoꝝ quoq; curam gerentes / ipsos diiudicãt / remunerantes fideles / & punientes infidos,

CHRI- quãuis sint extra curiam. Caue (inquies) quia summus Imperator ait.
STVS. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur. Dicere possemus. Credunt forsitan multi, quãuis

© The Warburg Institute. This material is licensed under a C

symbolum fidei manifestum non habeant. Ait enim ipse Imperator. Alias oues habeo, quæ nō sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet unum ouile, & unus pastor. Nec.n. intelligitur aliud ouile, nisi gremiū ecclesię: ad quod deducenē illi, qui in ipso nō erant. De quo sub nomine regni cœlorȝ itęȝ ait. Multi uenient ab oriente & occidente, & recumbēt cū Abraham, Isahac, & Iahacob, in regno cœlorȝ: Filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Multi enim regni cœlorȝ expertes iudicantur ab his, qui tantūmodo secundū ea quæ foris sunt, diiudicāt: amici tamē sunt Deo gratissimi. Aestimabatur Cēturio exterus, nihilominus de fide cōmendatur sup oēs Israelitas. In huiusmodi.n. homines & si nō habent sensibile signum, transire tamē potest uirtus Christi, sicuti pluries Paulus repetit. Si unius (inquit) delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abūdauit. Et itęȝ. Si.n. unius delicto mors regnauit, per unum, multo magis abūdantiam gratię, & donationis/& iustitię accipientes in uita regnabūt per unū Iesum Christum. Et rursus. Igitur sicut per unius delictū in oēs homines in cōdemnationē, & per unius iustitiā in oēs homines in iustificationē uitę. Et si per inobedientiā unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obedientiā iusti cōstituuntur multi. Sępius repetit, ut nos attentos reddat/q̄ nō minor sit uirtus Christi iustificans, & expurgans/q̄ fuerit peccatū Adę coinquinās. In Christo.n. & per Christum qui est uera aqua diluens (cuius hæc elementaris est signum) regeneramur, & expiamur. Et quāuis signum nunq̄ sit absq; signato (dūmodo suscipiens nō obstet) res tamē sacramenti quæ signatur bene potest esse sine signo. Est (inquiūt Theologi) triplex baptisma/fluminis/flaminis/& sanguinis. Sufficitq; (ut aiunt) baptisma flaminis, sine baptismate fluminis, nō autem hoc sine illo. Potens est aūt Deus ex lapidibus istis, qui scilicet uidebantur reprobati, suscitare filios Abrahæ. Et potēs est Deus (ait Paulus) inserere illos, qui propter incredulitatē excisi sunt, nisi pmaneant in ipsa incredulitate. Et per insitionē, tā surculus oleastri, q̄ bonæ oliuæ arbor fructifera fit. Vterq;.n. hic inseritur fructificās. Insitū quoq; est (ut ait Iacobus) diuinū uerbū i nobis: Noscq; in ipso inserimur, quādo adhęremus ei p tidem: & in ipso iacimus fundamētū operȝ nostrorȝ: & tunc uasa quæ formata erāt in cōtumeliā, efficiunē uasa honoris, & digna mensa regia. Nec aliqua tūmodo uasa erāt i cōtumeliā (ut alicubi tāgit Aplus) sed omnia, ut ipsemet alibi ait. Oēs nascimur filii iræ, subiecti vȝ peccato, & uasa cōtumelię: q̄uis aliqui ordinati sint in honorē. Et quis Dicat ipse Paulus cū Timotheo disserēs. Si quis (inquit) emundauerit se, ex uase contumelię fiet uas in honorē

CHRISTVS.
IDEM
Centurio
Paulus
Paulus
Iacobus
Paulus
Theo.

sanctificatū, & utile in omne opus Dño, paratum ad omne opus bonū. Ecce quod prius tribuebat diuinæ electioni / nunc tribuit operibus, & dispositioni nostrę. Id tamen citra omnē controuersiam: Interuenit nāq; electio Dei, & gratia pręueniens/ cooperans/ & iustificans. Adest quoq; consensus noster, & nostra uoluntas cooperans. Cooperatores.n. sumus Dei, sed ad animā harmonizandā, de qua erat sermo, reuertamur.

Quomodo anima in principio nuda sit, aut appareat. Cap. VI.

DEVS

LET si diuersis gradibus animæ ab opifice distinctæ sunt, una tamen est cōmunis omnium eaȝ origo/& idem ortus. Omnes animę (inquit cœlestis Pater & formaȝ omnium dator) meę sunt, & a me uidelicet progenitę/& in corpora diffusę. Quantū autem ad ortum, sum quidē (ait sapiens) homo mortalis, similis omnibus, ex semine hominis, & delectamēto carnis cōueniēte cōceptus. Et nascens accepi cōmunem aerem/ & in similiter factam decidi terrā/& primā uocem similem omnibus emisi plorans. Nec ex rebus habuit quis aliud natiuitatis initiū. Vnus est ergo introitus omnibus ad uitā, & similis exitus/absq; uidelicet cognitione & uirtute aliqua.

Sapiēs

Peripa. Hinc apud Peripateticos est illa iam omnibus triuialis sentētia, q̄ anima a principio est tanq̄ tabula rasa, in qua nihil sit depictum. Cui adstipulari uidetur id, quod infert ille sapiēs quisquis fuerit. Propter hoc (qa uidelicet nudus/& ignorans egressus sum de utero matris) optaui, & datus est mihi sensus, inuocaui, & uenit in me spiritus sapiētiæ. Sed Plato, quē multi ex eius academia sequūtur, cū uidisset multos sine difficultate discere/ immo multoties scire/quæ non didicerant, opinatus est species & formas reȝ, & cōsequenter doctrinas animę concreatas/sed impeditas sensibus, & ligaminibus corporeis, adeo ut studio, tēpore, & exercitio excutiantur species, quæ inerāt. Hinc dixere antiqui nōnulli, q̄ anima intrans corpus bibit de gurgite lethęo dicto ἀπὸ τῆσ λήθησ. i. ab oblitione. Quāuis alii dicant hunc esse fluuium inferni, ad quē descēdentes de ipso bibūt, qa obliuiscūtur omniū uoluptatū/ quibus in mūdo oblectati sunt. Vnde Seneca/ Intus imenso sinu/placido quieta labitur lethes uado: Demitq; curas, ne ue remeādi amplius pareat facultas. Flexibus multis grauē inuoluit amnē. Et uere utrobiq; lethargum maximū patitur anima, & quādo corpore immergitur, & ligatur: & quando luce diuina destituta, traditur barathri obscuris tenebris. Nec fuit hęc sentētia primo a Platone ędita/sed ab antiquis Theologis accepta: qui opinā:ur. omnes animas a Progenitore suo productas, omnibus suis formis perfectas: sicut producta fuerat anima protoplastis. Quā ipse transgressio/

Plato
Plato
Seneca
Plato
Theo.
antiq.

© The Warburg Institute. This material is licensed und

ne obſcurauit, ex cuius peccati contagione, noſtræ quoq; animæ cor/
pus intrantes obſcurantur:& penitus ſopiuntur. Et ſicut ipſi primo pa/
renti de corporali cibo,& forſitan de utroque, dictū eſt:In ſudore uul/
tus tui,aut narium tuarū.i.ſpiritus tui/ ueſceris pane tuo:ſic illa uox,&
dura ſententia/omnibus nobis intonare mihi uidetur: In ſudore & la/
bore tuo ueſceris pane,& corporis,& animę tuę,qui eſt doctrina,& co/
gnitio rerum. Nam nobis algendū,ſudādumq; eſt, & multa ſufferenda/
ſi uolumus aut de nouo addiſcere(ut dicūt Peripatetici) aut extrahere
eam doctrinam,quā animę noſtrę perſpicacem a principio infudit lar/
giſſimus diſtributor: ſed mox parentū primorum culpa offuſcatam te/
tro uelamine. Quod Deus ſua benignitate,a quorundā oculis dignatus
eſt auferre. Dauid enim litteras non didicit,& ex paſtore effectus eſt ua/ Dauid.
tes,& diuinaꝝ rerum doctor præcipuus. Quibus adeo ſuos compleuit
hymnos,ut omnes q̄is exquiſitiſſimi poetę,ipſi longo cedāt interuallo.
Sic Iſaias,Ezechiel,Daniel,cęteriq; Prophetæ/ & etiam Apoſtoli,qui/ Iſaias.
bus dixit: Ego dabo uobis os,& ſapientiam. Salomonē quoq; in unius Ezechiel.
noctis ſomnio Deus tanta ſapientia rerum gerendaꝝ & inferiorū com/ Daniel.
pleuit/ut ne unus quidem ex cunctis priſcis Regibus ſimilis ei (longo CHRI/
etiam interuallo) extiterit. In ſapientia autem rerum diuinarum, nulli STVS.
dubium magis excelluit,Dauid pater eius,unctione facta ex Dei pręce/
pto a Samuele. Hinc ipſo uncto(ut habeť in primo uolumine Regū)
ſtatim directus eſt ſpiritus Domini in eum. Spiritus quippe qui ſug/
gerit,& docet omnia, ſiue ipſius proprio chriſmate,uel unctione,& uir/
tute ſacri nominis/ de quo in Canticis dicitur , Oleum effuſum nomen Cantica.
tuum. Quam unctionem habentibus inquit Iohannes, Vnctionem ha/ Iohā.
betis a ſancto,& noſtis omnia. Cuius nominis chriſma,& uirtutem,cū
tradidiſſet Chriſtus iis, quos nouerat idoneos,& electos a Patre dixit. CHRI/
Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus , quos dediſti mihi. Aliqui STVS.
etiam hoc chriſmate præuenti fuere in materno utero:ut de Iohāne,& Iohā.
Ieremia legimus. Quod an fuerit per infuſionem nouę ſapientię, an per Iere.
ammotionē uelaminis,ut intellectus expeditus,& reuelata facie poſſet
tranſcendere a claritate in claritatem,Deus nouit: Ego enim ueritati ce/
do,& ſacris ſcripturis in ipſa ueritate firmatis. A quibus habemus,q;
Deus fecerat omnia ualde bona , in ſua uidelicet completa perfectione.
Nam ſicut uegetatiuas arbores cōpleuit fructibus , quorū uſum proto/
plaſti cōceſſit:ſic reor feciſſe arbores rationales formis/& cognitionibus
fęcundas: ſed ex tranſgreſſione primi parentis, utrarūq; contracti ſunt
fructus:& indictus earum cultus/cum labore/& ſudore ſpiritus & om/
nium uirium exercitio.

Ad quem gradum intelligentię pertingere poſſit anima. Cap. VII.

QVāplurima intelligibilia ſunt,quæ q̄dē omnia ſolus diuinus intellectus percipit/cæteri autem , quantū ipſis præſtatur. Nec cōueniens eſt/ut omnes ęquentur primo,quia nihil in/ ter Deū/creaturamq; diſtaret,ſi omnia quę Deus nouit,cę/ teroꝝ cogitatio aſſequeretur. Sunt item multa,quę Angeli (maxime ſu/ periores) intelligunt (unde intelligentię,aut intelligentes dicuntur) quę nos intelligere nequimus corporeis ligaminibus prępediti. In hominibus quoq;/apertiſſime dignoſcuntur diſtincti cognitionū gradus. Multa enim Adam. cognouit Adam,Abrahā,Moſes. Salomon,cæteriq; prophetæ/quæ uul/ Abra. gares,& etiā multi,qui doctoris/& ſapientis ſibi nomē uendicant/minime Moſes norunt. Reperi in celeberrima Theologia antiqua / Abrahæ patriarchæ Salo. aſſcripta/triginta duas eſſe ſemitas ſapientię,aut triginta duos gradus in/ tellectus/iuxta triginta duos numeros , qui cōtinentur in dictione cordis hebraicę cōſcripta/quę ſic exarať לב. Quaꝝ litteraꝝ/ל/dat.30.& ב.2:qui ſimul iuncti reddunt.32.numerū quippe iuſtitiæ /quia ſemp diuiſibilis in partes æquales/uſq; ad unitatē. Qui itē numerus coaceruatur nō ſine ma/ gno ſacramento ex.22.litteris alphabeti/&.10.annumerationibus/uel mē/ ſuris diuinis,quibus Deus omnia metitur:Ex quibus cōſtituuntur illi tri/ ginta duo gradus intellectus,ad quos cordi bene diſpoſito & mundo,da/ Dauid. tum eſt cōſcendere,iuxta illud quod dicit in Dauitico carmine. Aſcēſio/ nes in corde ſuo diſpoſuit. Ibunt de uirtute in uirtutē,uel de fortitudine in fortitudinē,aut de gradu in gradum,& uidebitur Deus Deoꝝ in ſion. Cuius uiſio datur per diſpoſitionē & munditiā cordis,iuxta illud ſummę CHRI/ Veritatis. Beati mundo corde,quoniā ipſi Deū uidebunt. Graduum autē STVS. iſtorum primus eſt. Intellectus antiquus abſq; principio , & gloria prima omnium intelligentiarū,ad cuius entitatem nulla creatura peruenire pōt. Secundus eſt intellectus colluſtrans , gloria quidem rerū creatarum , & ſplendor unicus,poſitus in capite,atq; omniū lux exiſtens,& omnes illu/ minans. Tertius eſt intellectus ſanctus,fundamētum exiſtens ſapientiæ antiquę,uocatus magiſter uerus & fidelis , radix eius fidelis , ſuggerens nobis omnem ueritatem. Quartus eſt intellectus profundus,ideo ſic di/ ctus,quia ab eo egrediuntur omnes uirtutes , uel uires ſpirituales , quæ producunt in uirtute productionis antiquę. Quintus eſt intellectus ra/ dicatus , adæquans , & uniens in proprietate intelligentiæ , productus uel ſeparatus a ſepe,uel termino ſapientiæ antiquæ. Sextus uocatur in/ fluentia magnificata, uel ampliata:qa in eo augetur influentia producta: & ipſe eſt influens & ſuper omnes benedictiones aut piſcinas unientes.

© The Warburg Institute. This material is licensed under

Et ęteri gradus q̄ sequunt̄:quoꝝ ꝑfunditas aliquē nō patitur explicatū. Sunt.n.gradus sapientię occultissimę/de qbus innuitur tm̄modo inter ꝑfectos,absq; pleno explicatu.Cū igitur tot sint gradus,nulli dubiū,inferior intellectus attingere nequit ea quę supioribus patent/sed unusquisq; intellectus pro captu suo ordinatus est ad gradū ipsi cōuenientē.Verum obuiabunt Peripatetici cū suo Aristotele dicētes.Intellectus possibilis est, quo oia fieri,& intellectus agens q̄ oia facere,potens uidelicet in omne intelligibile.Quibus dicemus/quod loquit̄ Aristoteles de intellectu agente, & possibili/in cōmuni/quē aliq eoꝝ existimarūt unicū esse in omnibus,nō aūt de intellectu hoc,uel illo particulari/quē negarūt nōnulli eoꝝ/maxime Auerois,iudicās satis esse ad cōstituēdū hominē/intellectū illū uniuersalē,cū aīali hoc,uel illo particulari/In hoc deprauans sentētiā antiq̄ꝝ,q̄ locuti sunt de ītellectu illo unico/& uniuersali.Et fixit,atq; figit eū errorē/q subuertit philosophiā nāle antiquoꝝ,& ucrā:destruit philosophiā moralē/& theologiā:aufert iustitiā,& oēm uirtutē:& adeo ab omni rōne elongat̄/ut neq; cōputatione/neq; memoratu dignus sit:sed omnimoda obliuione in ꝑpetuū silentium deportandus.Possemus etiā dicere/q; intellectus & si omnia apprehendit/nō tn̄ cōprehendit(ut aiūt nōnulli Theologi) aut nō plene apprehendit.De Deo.n.oēs apprehēdūt/q; ipse est:qd aūt sit,nemo. Patrē etiā simplicissimi cōfitent̄/qs autē sit,nemo nouit/nisi filius/& cui uoluerit filius reuelare.De filio quoq; plęriq; multa loquuntur, tn̄ ipsum nemo nouit.De his igitur,& de Arcanis,& de mysteriis,quæ circa ipsam sanctissimā trinitatē,& ipsum Deū sunt, dicere possumus illud Ecclesiastici.Glorificate ipsum quātū potueritis/supualebit adhuc,& admirabilis magnificentia eius:Exaltate illū q̄tum potestis,maior est.n.omni laude. Exaltantes eū replemini uirtute:Nec laboretis,quia nō comprehendetis. Multa.n.sunt abscōdita maiora his, & pauca uident̄ ex plurimis opibus eius.Consentit & Aristoteles,dum ait.Sermo noster de diuina substantia perpaucus est,& debilis:Laudatq; illā Simonidis sententiā/q; solus Deus habet hūc honorē,ut sit metaphysicus,intelligens uidelicet seipsum/diuina oia/substantias separatas/quidditates/ꝑprietates,numeꝝ/ꝑportionē/ac omnimodā reꝝ omniū ꝑportionē.Ecce igitur q̄ multa sunt quæ intellectus noster attingere nequit.Nec solutus a corpore intelliget pfecte oia, quę intellectus ille diuinus & infinitus cōprehendit. Nec obstat q; dixit summa Veritas de spiritu quē accepturi erant credentes: ille suggeret uobis oia,& docebit uos omnia:Nā hoc intelligit̄,nō de omnibus absolute, sed de iis, quę ab eis erant intelligenda,& prętertim de iis,quę discipulis manifestare cupiebat/dum uiueret,dicens.Multa habeo uobis dicere/ sed nō potestis portare modo. Sic etiā intelligit̄ illud Iohānis. Vnctionē habetis a sancto, & nostis omnia,oia uidelicet a uobis intelligenda.

Peripa. Arist.
Auer. Antiq.
Theo.
CHRISTVS
IDEM Iohā.

An semp intellectus ad id pueniat ad qđ puenire posset. Cap. VIII.

Nec parua hinc difficultas insurgit,an intellectus semp attingat omne intelligibile/ad quod suapte nā cōscendere posset. Hic breuiter dicimus q; (ni fallor) eodē passu currūt intelligere,& uiuere. Est.n.unicuiq; terminus uitę ꝑfixus, quē prętcrire nō potest,ad quē tn̄ uel pauci deueniunt,morte multis de causis pręueniente.Aliqn̄,qa uiolentia infertur/aut malo regimine citatur infirmitas,& ipsa mors.Aut(ut cū sapiēte loquar) qa cōsūmatus in breui/expleuit tpa multa:Placita.n.erat Deo aīa ipsius/ꝓp hoc ꝑperauit educere eā de medio iniquitatis. Nō secus cōtingit destinato ad aliquē gradum doctrinę,& alicuius gratię.Nā illuc pergere,aliqn̄ & sępius negligit, aut aliis implicatus curis/siue laborē timens,siue propria offuscatus malitia, unde Sapientia,& cognitio reꝝ diuinaꝝ,& humanaꝝ in maliuolā illā/& torpentē animā intrare cōtēnit:sicut ab ipsa cōtēnitur,ut in Osee ꝑpheta dicit̄.Tu aūt scientiā repulisti.Et in Dauitico hymno.Noluit intelligere, ut bene ageret.Et multoties deficit hō a gradu cognitionis ipsi ꝑparato, qa spernit totius sciētię,& luminis fontē:ut Ieremias ait.Dn̄m nō quęsierunt,ꝑpterea nō intellexerunt.Quia sicut nō uidet̄ sol,nisi in lumine solis:ita nō uidetur Deus nisi in lumine illo,de q̄ Psalmographus ait.In lumine tuo uidebimus lumē.Lumen inq̄,nō tn̄ reꝝ diuinaꝝ/sed etiā nāliū. Quo illustrati,multo clarius ꝑspexerūt naturas/& ꝑprietates reꝝ sapiētes,q̄ illi,q; solū lumini nāli innixi sunt. Hinc Eusebius Cęsarien. optimū profert de utroq; lumine iudiciū,dicens. Cū philosophos inter se/aut cū aliis cōparo,nō facile negauerim illos/claros fuisse uiros. Quādo aūt hebreoꝝ Theologis,atq; Philosophis cōparo/& doctrinā doctrinę illoꝝ cōfero/caduca/& friuola mihi uident̄ omnia/quę Philosophi excogitarunt. Nec miꝝ:Illa diuinitus ędita sunt/hęc humanitus.Illa inq̄,uisa sunt (ut cū Platone loquar) lunari lumine,hęc aūt solari.Solare nāq; lumē uocat Plato illud,qđ a Deo ꝑfundit̄:lunare aūt, quod naturę uiribus cōparat̄. Sed ꝑsequamur negotiū. Multi in euāgelio inuitati dicunt̄ ad nuptias/ sed qa uenire cōtēpserunt,alii surrogati sunt. Multi uocati sunt ad regnū cęleste,qbus etiā dictū est:Auferet̄ a uobis regnū Dei/& dabit̄ genti facienti fructū. Duodecim electi sunt in Apostolos qbus crederent̄ arcana Dei recōditissima/unus tn̄ illoꝝ diabolus effectus est,& tenebraꝝ horrēdū antrū.Plures iteꝝ ad discipulatū Christi uocati sunt, qbus gratiā,regnū,& reꝝ uerā doctrinā daturus erat,si steterissent. Nā discipulis,qui eū sequebātur,q̄tidie suo lumine multa suggerebat,sed aliq obscurati & obuoluti in tenebris suę obstinationis/aut maloꝝ opeꝝ/lucē illā sufferre non ualētes,abierūt retro (inqt Iohānes) & abeūt in dies. Quibus miseratus clemētissimus Pī & Doctor,ait.Tene qđ hēs,ne alius accipiat coronā tuā.

Sapia. Osee. Dauid. Iere. Dauid. Euse. Plato. CHRISTVS.

© The Warburg Institute. This material is licensed

Quibus mediis, cognitionis gradum nobis prę parat um attingere possimus. Cap. IX.

NE frustra laboret quispiã circa multa, ut ad ipsum cognitionis gradũ deueniat, ad quẽ pro ipsius dispositione ptingere põt, adibimus summũ totius sapientiæ, & doctrinæ magistrũ Christũ IESVM, & uidebimus unde suam hauserit doctrinã. Mea (inqt) doctrina nõ est mea, sed eius qui misit me Patris: Et discipulos huius instructionis participes reddens, ait. Omnia quęcũq; audiui a Patre meo, nota feci uobis/pro uestra. s. capacitate. Nã mũlta reseruauit, quæ, q̃uis baptizati, & abluti essent aqua sapiẽtię salutaris, tamẽ nec capere, nec portare tunc poterant: qa nõ adhuc bene exersi, & corroborati, offendebãtur superiori luce. Ideo inquit: Cum aũt uenerit ille spũs ueritatis, quẽ mittet Pater in nomine meo, ille, tanq̃ uidelicet uobis magis domesticus, ui sua ignea excitabit/& acuet mentes uestras: & uobiscũ habitans, atq; in uobis pfusus/suggeret uobis omnia: & docebit uos omnia, quęcunq; dixero uobis. Nec tantũ hoc de duodecim Apostolis dictum sit. Nam ille spũs pfudit omnes, qui erant pariter in eodẽ loco/quoꝝ summa (ut Lucas paulo ante dixerat) erat hominũ ferẽ centum uiginti. Alios quoq; multos pfuderat iste spũs, ut de Samaritis, psequitur Lucas. Cum audissent (inquit) Apostoli, qui erant Ierosolimis, qa recepit Samaria uerbũ Dei, miserunt ad eos Petrũ, & Iohãnem. Qui cũ uenissent orauerũt pro ipsis, ut acciperent spiritũ sanctũ. Et tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritũ sanctũ: Qui dabatur p impositionẽ manuum Apostoloꝝ, & aliquãdo per eoꝝ sermones, ut infra dicitur. Loquẽte Petro cũ Centurione, cecidit spiritus sanctus sup oẽs, qui audierant uerbũ Dei. Vnde obstupuerunt multi: q; etiã in gẽtes gratia spũs sancti diffunderet. Et Paulus cũ baptizasset q̃sdã Ephesios/& imposuisset manus super illos, uenit in eos spiritus sanctus. Et quid opabatur hic spiritus, statim declaratur, dum dicitur. Et ipsi loquebãtur linguis, & pphetabant. Consequebantur. n. ex illo sacro chrismate immediate donũ scientię/& genera linguaꝝ/ut oibus exprimere possent, quę nouerant. Et hoc est uerũ chrisma, quo antiquitus ungebantur illi/qui statim prophetæ euadebant, & ungebantur primi parres euangelici: ut omnia noscerent, & linguis loquerent. Cuius chrismatis (heu infęlicia tempora) nunc habemus trĩmodo extrinsecũ signũ/aut nomẽ, ut dicamur Christiani, & uncti. Hęc. n. (inquit summa ueritas) erunt signa coꝝ, qui in me crediderint, & meo uidelicet chrismate uncti fuerint. In nomine meo dęmonia eiicient, linguis loquentẽ nouis: & cætera quæ sequuntur. Cuius nominis uirtutẽ, & spiritus sancti donũ obliti/qui dicuntur sapientes hac nostra tempestate laborant, ut a perfido Arabe, aut a greco dæmone, discant ea, quæ a cælo & a spiritu sancto

Lucas.

Idem.

Paulus

CHRISTVS.

sancto susciperе deberent. Possent quidẽ multi (si uellent) Christi uestigia in ueritate sequi, & eius luce perfundi. Sed q̃plurimi adeo obtenebrescunt, ut capere nequeant lucem illam/quæ omnes illuminat. Quid igitur faciendum? Quærendũ est inq̃ donum Dei, & Sancti spiritus, qui omnia suggerit pro capacitate nostra: Quærendaq; est mens, quã consecuti (inquit Trismegistus) pro mortalibus immortales habentur, intelligẽtia suæ cuncta complexi, quæ in terra sunt, quæ in mari, & si quid est præter ea super cœlum. Atq; adeo seipsos erigũt, ut ipsum quoq; bonũ intueantur. Quod sane cũ prospiciunt, eã, qua hic uescimur, aurã, miseriã quandam arbitrãtur: neglectuiq; habentes corporsa omnia, ad unũ solum feruntur. Hęc enim scientia mentis est: diuinoꝝ scilicet contemplatio, & Dei intelligentia, diuino existente cratere, intellectuq; uidelicet/& illo diuino nobis cõmunicato. Quod cũ sapientia implesset, pręconẽ misit/bonam utiq; synderesim, aut bonũ geniũ iubens talia annuntiare animis hominum. Mergat seipsum in hanc paterã quicũq; potest/credens craterem, animã ad Deum qui demiserat redituram/quęue finẽ noscens cuius gratia nata fuerit. Quicunq; igitur pręconem exaudiunt, sese mergentes in mentẽ, hi cognitionis participes effecti, mentẽq; suscipientes, in homines perfectos euadunt. Et quęrenti filio quo pacto huius crateris latice ablueretur, inquit. Nisi ó fili tuũ corpus oderis, teipsum amare non poteris. Quãprimũ non te, sed Deum dilexeris, mentẽ protinus consequeris: Hanc deniq; nactus, scientiã e uestigio nanciscеris. Nec credas simul utrisq; intendere, mortalibus atq; diuinis. Duo nãq; habemus corruptibile, & incorrupti/bile, electione unius amittimus alteꝝ. Et quotienscunq; unius cura remittitur, alterius intenditur. Et ut ipse Mercurius animũ sapientię applicaret, remissa omni cura rerum inferioꝝ, laborauit (ut bono authore didicimus) anteq̃ mentem consequeretur, uiginti & sex annis, pro ipsa consequenda. Quam statim ueri Christi discipuli consequebantur, quãuis pro ipsa cõsequenda/paria utercq; pręcepta tradiderit. Non ne & Christus docuit odisse corpus, & animã hanc uidelicet inferiorem & animalem? Non ne ore rotundo protestatus est nos minime posse duobus dominis seruire, Deo, & Mãmonę: spiritui, & carni: diuinis, & terrenis? quę omnia eodem passu currunt. Non ne docuit primum quęrere regnum Dei, quo adepto omnia alia cõsequũtur? Sed non possum (inquies) nec mentẽ hanc adipisci, nec Christi, aut Sancti spiritus lumine perfundi, cũ iam hac nostra infœlici tempestate, nõ uideantur amplius numina uersari nobiscũ, forsitan (sed utinam falsò) nostris fugata flagitiis. Reuocanda sunt igitur pro uiribus. Quod si fieri nequit, audi quid dicat Hieronymus contra Ruffinũ. Quod Apostolis spiritus sanctus suggessit, mihi studio litteraꝝ cõparandum est. Litteraꝝ quidem, quæ exarant ea, quæ diuinis oraculis

Mer.

Idem

© The Warburg Institute. This material is licensed

ſuſcepta ſunt, non quæ humanis ingeniis excogitata: quia hæc non illu/
ſtrant, ſed obtenebreſcere faciunt ingenia. Quem enim docent & inſtruũt
(inquit Firmianus) qui ſeipſos nondum inſtruxerunt? Quem ſanare Lactã.
ægroti, aut regere cęci poſſunt? Huc ergo nos omnes, quibus uitæ cura
eſt, conferamus. An expectabimus donec Socrates aliquid ſciat? aut Socra.
Anaxagoras in tenebris lumen uideat? aut Democritus uirtutem de Naxa.
puteo extrahat? aut Empedocles dilatet animi ſui ſemitam? aut Arche/ Demo.
ſilas & Carneades uideant, ſentiant, & percipiant? Vox ecce de cœlo do/ Empe.
cens, & nobis ſole clarius lumen oſtendens: Quid nobis iniqui ſumus, & Arche.
ſapientiam ſuſcipere cunctamur, quam docti homines contritis in inqui/ Carne.
rendo ætatibus ſuis nunq̃ reperire potuerunt? Qui uult igitur ſapiens, ac
beatus eſſe, audiat uocem Dei, qui in ſcripturis ſanctis omnibus loquitur
eam ueritatem, quam ſolus cognouit, iter præbens, quod ſolus docuit: lu/
men oſtendens, in quod excellentiſſimum acies humanæ mentis non figi/
tur, niſi ab eo, qui lucem diffundit, expurgetur & excitetur. Omnia enim
naturæ, & Dei ſecreta in ſacris eloquiis traduntur: ea tamen lege, ut non
percipiant, niſi uere ſapientes, & colluſtrati: cæteri autem in ueſtibulo pa/
rabolis paſcuntur, & ænigmatibus. Hic erat enim mos (ut Origenes ait) Origę.
non modo chriſtianæ, & propheticæ doctrinę, ſed & philoſophię ſtuden/
tium: ut aliqua in apertum æderentur, nonnulla uero minus uulgata,
premerentur ſilentio. Erant enim qui Pythagoram publice audirent do/
centem: & qui ſeorſum inſtruerentur in his, quę (ut dicere ſolebat) digna
nequaq̃ erant, ut ad prophanas, & non dum expiatas aures peruenirent.
Erant quoq; Apoſtolo Paulo perfecti diſcipuli, inter quos ſapientiam lo/ Paulus
quebatur: & erãt communes, & nondum initiati, quibus cõciones publi/
cas, & epiſtolas exponebat. Erant inſuper Chriſto ſecretiores amici, qui/
bus ſacra, & margaritas tradebat precioſiſſimas: Et erat diſcipulorũ tur/
ba, quibus in parabolis loquebatur. Ammoueat igitur uelamen ab ocu/
lis, & ad penetralia ſcripturæ ingrediatur, qui naturę, & Dei arcana di/
ſcere cupit: & ad eum terminum perfectionis deuenire, ad quem ſuapte
natura: aut diuino munere deſtinatus eſt.

An per ſenſus exteriores procedendum ſit, ut ad ipſum deueniamus terminum. Cap. X.

ET quia multi addicti ſunt corporeis ſenſibus, his naturæ ar/
cana, & Dei ſacramenta, ſub uelaminibus, & ſenſibilibus ſi/
gnis data ſunt. Eis autem, qui pro conſuetudine (ut inquit
Apoſtolus) exercitatos ſenſus, interiores uidelicet, ad diſcre/
tionem boni & mali, atq; ueri & falſi datur ſolidus cibus: & communica/
tur ſapientia, quæ perfectorum eſt: & eorum, qui uſum ſenſuum exterio/

Origę. rum, in meliorem commutarunt: utentes ſcilicet interioribus, ut Origenes
contra Cęlſum optime diſſerit. Sed durum hoc, & extraneum nimis ui/
Peripa. deretur Peripateticis: qui plęriſq; locis habent a ſuo Ariſtotele repetitum:
Ariſt. Nihil eſt in intellectu: quin prius fuerit in ſenſu. Quod damus his, qui ſo/
lam cognitionem deductam a ſenſibus deguſtarunt: & contenti ſunt ſuo
triplici modo cognoſcendi, per diffinitionem, diuiſionem, & compoſitio/
nem. Sed nobis cõſtat duos alios eſſe modos intelligendi, nõ tactos a prę/
ceptore doctrinæ ſenſibilis. Quorum alter eſt uiſio, & clara rerum diui/
narum/ & naturalium non dicam ſpeculatio, ſed contuitus, & contactus:
Alter eſt ęquatio ipſius ueritatis/ ab aliis expoſitę cum intellectu noſtro.
Moſes Ad primum deuenerat Moſes circa naturalia, iuxta id, quod ipſi promi/
ſerat Dominus dicens. Videbis poſteriora mea, creaturas uidelicet: quæ
Peripa. reſpectu opificis, ſunt poſteriora, & effectus eius. Hinc eſt apud Peripa/
teticos conſuetus loquendi modus: q; arguentes ab effectu dicuntur ar/
guere a poſteriori. Secundum quem modum cognoſcendi rerum opificẽ/
Sapiẽ. docemur procedere in libro ſapientię, ubi dicitur. A magnitudine ſpeciei/
Moſes & creaturę, poterit cognoſci horum creator. Et niſi Moſes rerum naturã,
& conuenientiam cognouiſſet, neq; ſcite ordinaſſet arcam, & tabernacu/
lum Domini: in quo triplicis mundi perfecta continebatur imago. Neq;
rite applicaſſet ſacrificia: quæ exquiruntur ad Deum, & uirtutes cœleſtes
placandas, & ad expiandum hominem, qui & ipſe Dei, & mundi gerit
Rabi imaginem. De quorum ſacrificiorum ſacramentis Rabi Simeon Ben Io/
Simeõ chai ſuper Leuiticum/ celeberrimum, & ampliſſimum uolumen ędidit. In
quo penẽ omniũ rerũ naturas diſcutit. Diuina quoq; ipſi Moſi patefecit
DEVS ille, qui ait: Oſtendam tibi omne bonum. Nec eſt aliud omne bonum, niſi
illud, a quo omnia bona. Et quamuis aliquando faciem ſuam negauerit,
ulteriuſq; ſit proteſtatus, q; nullus uidebit faciem ſuam uiuens nihilomi/
nus paulo ſuperius dicitur. Loquebatur Dominus ad Moſem facie ad fa/
ciem: ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuũ. Quę collocutio faciei ad fa/
Hebrei ciem, uidetur pręſupponere ipſius faciei uiſionem. Et (ut Hebrei dicunt)
Angelus, qui loquebatur ſecum, nũcupabatur Mitatron princeps facie/
rum, quia eius officium eſt introducere alios ad faciem principis. Quam
Iahac. etiã Iahacob ſe uidiſſe teſtatur, dum ait. Vidi Dominũ facie ad faciẽ. Nec
Dauid ignorabat diuus Citharista Spiritu ſancto plenus, an poſſet uideri hęc
Dei facies, qui toties in ſuis hymnis, de ipſa oſtendenda repetit: Oſtende
inquit faciem tuam, & ſalui erimus. Et iterum: Quęrite faciem eius ſem/
per/ & rurſum: Illumina ideſt illuceſcere fac faciẽ tuam ſuper ſeruos tuos.
Iſaias. Iſaias quoq; ait: Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & ele/
uatum. Et ne ſit contradictio in ſacris eloquiis, breuiter dico, q; Deum nõ
uidebit homo, niſi moriatur precioſa morte iuſtorum: de qua ſumma Ve/

© The Warburg Institute. This material is licensed

ritas consueto sermone mysterioso / & parabolico ait. Nisi granum fru/ CHRI/
menti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet / sine fructu STVS.
uidelicet melioris hominis: Si autem mortuum fuerit / & cesserit homini
spirituali/& interiori multum fructum affert, operando/uidendo / & de/
gustando diuina. Quod aliqualiter explicans Apostolus inquit. Mortui Paulus
estis/& uita uestra abscondita est cum Christo. Hac igitur morte morie/
bantur propheтę, & amici Dei omnes/quando ingrediebantur ad illa Dei
penetralia. Hac quoq; morte arreptus est Iohannes / quando in principio Iohā.
sacratissimæ uisionis ait. Fui in spiritu in dominica die/ quo subuectus/
uidit thronum Dei, & agnum, & septem spiritus astantes, & omnia quæ
decernebantur fieri uariis retroactis temporibus. Audiuit quoq; cantica
Sanctorum, & Angelorum ad multaq; reconditissima sacramenta pene/
trauit. De hac morte etiam meminit Paulus dicēs: Scio hominem, in cor/ Paulus
pore siue extra corpus nescio/ Deus scit/raptum huiusmodi, usq; ad ter/
tium cœlum/& audiuit arcana Dei/quæ non licet homini loqui. Fit enim
tunc seperatio animæ a corpore, & non corporis ab anima: quia illud ui/
uificatur ipsa anima, quæ nec operatur in corpore, nec uiuit in eo, nisi
quatenus ipsum uiuificat. Ad hunc quoq; modū sciendi deuenerant Apo/
stoli: & quotquot diuina illa luce, & spiritu omnia suggerēte perfusi sunt,
qui & ipsi hac pretiosa morte emigrabāt. Cuius rei signum erat, quia nec
mortem, nec passionem, nec contumeliam illatam corpori, & animali iam
mortuo pertimescebant. Verum illa mysteria aliquibus minus/ aliquibus
magis/pro illorum capacitate ostendebantur: esto q; eadem morte arrepti
fuissent. Aliter autem modus sciendi est per æquatam ueritatem cum in/
tellectu nostro: sicuti æquatur clauis seręs suę. Quo & si non pleno lumine
percipimus ea, quę deponunt hi, qui ipsa sacramenta conspexerunt, ape/
ritur tamen nobis porta, ut ex conformitate ueritatis percepтę, & ex lu/
mine quod ab ipsis penetralibus apertis nos illustrat, certiores reddamur,
q̄ ex apparentibus philosophorum demonstrationibus. Apparentes dixe/
rim, quia aut nullam, aut paucissimas ueras fecerunt demonstrationes in
naturalibus: sed deducuntur ex prędacceptis ab Aristotele, aut a quocunq;
fit/qui illa ante prędixerat. Hunc igitur modum intelligendi a Philoso/ Philo.
phis assignatum: infimum omnium, & minus certum diiudico. Summū,
qui habetur in illo claro contuitu. Medium uero/quando datur nobis, ut
non modo legamus, & intelligamus auribus exterioribus, sed percipia/
mus melioribus sensibus ea, quę recondita sunt in his, quę sub uelamini/
bus tradunt hi, qui uero intuitu eadem conspexerunt. Multi enim sunt,
de quibus summa Veritas inquit, q; audientes non audiunt, & intelligē/ CHRI/
tes non intelligunt. Nobis enim aliquando datur, ut clare percipiamus STVS.
ueritatem e medulla sacrarum litterarum emanantem, & ut ablato uela/

mine, & reuelata facie inspiciamus ea, quæ uulgo, & sapientibus mundi
abscondita sunt: & tanta certitudine, ut omnis ammoueatur perplexitas,
cum ipsa percipiamus melioribus sensibus q̄ exterioribus.

Quod ueri & necessarii sint sensus interiores, quibus plura & certiora
percipi possunt q̄ per exteriores. Cap. XI.

Peripa. DE istis igitur interioribus sensibus tanquā melioribus, nobis
differendum est: Id maxime, cum Peripatetici, qui potissime
sunt hac tēpestate prę manibus / de exterioribus plenissime
& minutim scripserint, de interioribus autem nihil/nisi q; est
Algazel sensus quidam communis, & phantasia / aut imaginatio / quam locarunt
in anteriori concauitate cerebri: ut sensatas species recipiens / diiudicaret
inter ipsas, atq; expoliatas a materialibus conditionibus/eas iam depura/
tas intellectui repręsentaret: Et (ut Algazel ait) omnes sensus in eo con/
iungerentur / & emanarent / & penderent ab ipso ueluti partes a suo toto.
Vel (ut alii dicunt) ipse resultaret ex partibus, quasi quoddā totum in/
tegrale. Aut est (ut ab aliis habetur) uirtus aut potentia magis spiritua/
lis / q̄ sensus particulares: nihilq; ulterius de ipsis sensibus interioribus
Plato processerunt. Verum Plato cum Mercurio, & Mose conueniens/ hominē
Mer. bifarium asserit in conuiuio, & utrūq; cum suis sensibus: ut habeat qua/
Moses tuor oculos, duos ad exteriorem, alteros ad interiorem hominem perti/
nentes, & totidem aures/atq; nares/manus quoq;/& pedes totidem. Duo
item ora/& duplicem gustum/& omnia deniq; geminata: Quæ in Homi/
Hiero. lia prima super Canticis canticorum a Hieronymo, uel ab Origene, uel
Orige. ab eo (quicunq; fuerit) qui eam ędidit (incertus enim est illius author)
& prępponūtur, & pertractātur. Vbi per multas scripturæ sacrę sentē/
Moses tias commonemur hominem esse geminum. Sic enim Moses in princi/
pio geneseos scripsit: masculum & fœminam creauit eos. Nec tamen tunc
fœmina producta fuit, sed postea, aliis multis interstitio illo productis.
ideo exaratio illa est de bifario homine, quorum exterior & animalis, fœ/
mineus & deterior dicitur: interior autem & melior, masculus nūcupa/
Paulus tur. De quibus Paulus sæpius repetens, multa docet de interiori homine
ab exteriore qui corrumpitur segregando. De illo quoq; est tota decanta/
tio diuini epithalamii. Non enim de oculis, naribus, ore, dentibus, mam/
mis, pectore, uentre, cruribus, & cæteris membris animalis hominis con/
cinitur: sed de meliori & archetypo, ut alibi diffusius disseruimus. De sen/
sibus autem prosequentes dicimus, q; eos non cognoscunt: nec per ipsos
Idem sensata aliqua meliora: nisi qui habent eos (ut ait Apostolus) exercitatos
ad discretionem boni & mali. Quæ discretio nequaq̄ fit per sensus exte/
riores. Nam tactus confinia sunt, calidum & frigidum, durum & molle,

© The Warburg Institute. This material is licensed

aſperum & lene. Viſus uero uſq; ad colorem & lucem, & tenebras exten/
ditur. Odoratus inter odores, & fœtores diſcrimen habet. Guſtus inter
dulce & amarum: acutum & pingue: ſalſum & acre: auſterum & ſuaue:
acerbum & acidum: auditus uero ſonum tantũmodo apprehẽdit. Nullus
igitur illorum inter bonum & malum diſcretionem facit, ſed ſenſus me/
liores, quibus non tm̃ moralia/ſed ipſum Deũ percipere poſſumus, iuxta
illud Dauitici carminis, Guſtate & uidete quoniã ſuauis eſt Dominus. Et Dauid
iterum. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: cuius odorẽ quoq;
perſentiens interior homo, clamat in Canticis: In odorẽ unguentoꝝ tuoꝝ Canti.
currimus, exſibilabũt forſitan Peripatetici & dicẽt. Omni ſtudio, omniq; Peripa.
diligentia, naturæ humanæ ſortẽ inueſtigauimus/nec tamẽ, an ſenſus iſti
interiores ſint, percepimus, immo nec audiuimus. Non equidẽ miror, cũ
diuina & ſpiritualia huiuſmodi ſint, ut ſuperbos, & de ſeipſis præſumen/
tes irrideant: & ab ipſis penitus abſcondãtur. De quibus Plato in epiſtola Plato
ad Dionyſiũ. Quicunq; enim hęc audiunt, primo aſpectu renuunt: Poſtq̃
uero hæc bene diſcuſſa fuerint & comprobata/ conſentientes nobiſcũ ad/
inuenimus. Nulla enim ſunt quę populo, & ſolis ſenſibus exterioribus ad/
dictis, magis ridicula uideantur, nec quæ apud ingenuos, & exercitatos
magis ſuſpicienda & diuina. Quãplurimi enim fuerunt & quidem acu/
mine ingenii præclari, & optimo prædíti iudicio, qui hæc prima fronte
nęnias (ut ita dicam) prorſus diiudicarent: poſtea uero ne dum aſſenti/
rent ſed ad hæc mirũ immodum anhelarent, & quæ tunc penitus pro/
babilia, ea nunc ſibi contraria uiderentur. Inter quæ illud eſt potiſſimum,
q̃ per ſenſus exteriores totius ueritatis principium oriatur. Immo omnes
iſti ſpernẽdi ſunt, cum deuenerimus (ut docet Origenes contra Cęlſum)
ad exercitium ſenſuum interiorum quibus utimur, quando agimus cum
Deo, qui omnem captum ſenſuum exteriorũ aufugit. Nec enim (ut reor)
ſufficit ad completam beatitudinem, ut anima intelligat, & diligat Deũ:
quãuis intellectus & ratio dicantur ſecundum Ariſtotelem totus homo. Ariſto.
Nam homo completus, eſt ex anima & corpore quoddam totum reſul/
tans, omnes operationes utrorũq; ſenſuũ habens, etiam in corpore exi/
ſtens: Sed ſenſuum exteriorum in corpore, & per corpus corruptioni ob/
noxium: Interiorum autem in meliori corpore, in quod hoc corpus ani/
male mutabitur, dicẽte Apoſtolo. Seminatur quod animale, ſurget quod Paulus
ſpirituale: Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione: Seminatur
in ignobilitate, ſurget in gloria. Seminatur in infirmitate, ſurget in uir/
tute. At (inquies) cum ſimus in hac miſerię ualle, corpore hoc corrupti/
bili induti, non poſſumus uti ſenſibus interioribus. Audias (precor) quid Idem
Paulus ſubinferat. Si eſt (inquit) corpus animale, eſt & ſpirituale: ſicut
ſcriptũ eſt. Factus eſt primus homo, uel Adam in animam uiuentem no/

uiſſimus, uel poſterior Adam in ſpiritũ uiuificantem. Primus homo de
terra terrenus: ſecũdus homo de cœlo cœleſtis. Loquitur (inquies) de Chri/
ſto. Audi quod ſequitur. Qualis terrenus, tales terreni: & qualis cœleſtis,
tales cœleſtes: Igitur ſi portauimus imaginem terreni, portemus & cœle/
Paulus ſtis. Vtrũq; igitur ex Pauli ſententia eſſe uidetur in nobis quod, dicere mi/
nime auderem, niſi doctus ab Apoſtolo. Vnum (inquies) tantũmodo
habemus corpus, quod nunc eſt corruptibile: & fiet incorruptibile per re/
Idem ſurrectionem: iuxta illud ipſius Apoſtoli. Saluatorem expectamus Do/
minum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis no/
ſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ. Eſt ne inq̃ granum aliquando
futurum herba, niſi corpus herbæ uiuẽs habeat ſaltem in potentia, ut Pe/
ripatetici omnes conueniunt? Hoc enim ſurgit ex grano mortificato, &
corpus noſtrum ſpirituale, in quo portamus imaginem cœleſtis, ſurgit ex
corpore animali & corruptibili mortificato: uel hac communi morte, quã
Idem omnes ſuſcipiunt & comprobant: uel illa morte, de qua idem Apoſtolus:
Pſal. Mortificate membra ueſtra. Et iterum: Scriptum eſt, Propter te mortifi/
Paulus camur tota die. Et cum Corinthiis apertius ait. Semper mortificationem
Ieſu Chriſti in corpore noſtro circũferentes, ut uita Ieſu manifeſtetur in
corporibus noſtris. Semper enim nos qui uiuimus, in mortem tradimur
propter Ieſum: ut & uita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali, de
Idem qua latius pauloante diſſeruimus. Non delirat hic Paulus, quãuis hęc de/
liramenta uideantur his, qui nec Chriſtum, nec uitam meliorem, nec cor/
pus ſpirituale comprobarunt. Ecce q̃ clare loquitur, ut manifeſtetur in/
quiens uita Ieſu in noſtro mortali corpore. Et ne cauillentur, q̃ hæc ma/
Idem niſeſtatio fiet poſt reſurrectionem, audi quid dicat cum Romanis diſſe/
rens. Conſepulti ſumus Chriſto per baptiſmũ in mortem. Et ſi complan/
tati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus:
Hoc ſciẽtes q̃ uetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, ut deſtruatur cor/
pus peccati: & ultra non ſeruiamus peccato. Ecce q̃ Apoſtolus aſſerit
utrũq; hominem, & ueterem qui crucifigi, & nouum qui cum Chriſto ui/
uere debet. Aſſerit enim corpus peccati & mortis, & ſtatim ſubinfert de
Idem corpore uitæ & gratiæ. Non regnet (inquit) peccatum in ueſtro mortali
corpore: ut obediatis concupiſcentiis eius. Sed neq; exhibeatis mẽbra ue/
ſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibete uos Deo, tanq̃ ex mortuis ui/
uentes, & membra ueſtra arma iuſtitiæ Deo. Quod fieri nequit, niſi mẽ/
bra ipſa carnalia mortificata cedant membris melioris hominis. Ad quod
Idem noſter Paulus in hac uita degens, & peregrinus in hoc corpore deuenerat,
dum ait. Nunc autem ſoluti ſumus a lege mortis, in qua detinebamur, ita
ut ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non in uetuſtate litterę. Legem mor/
tis uocabat legem ſcriptam, quę expiabat hominem animalem, & mori/

© The Warburg Institute. This material is licensed

turum, sed lex Christi, immo ipse Christus sanctificat hominem spiritualē
semper uicturum. Qui Christus (ut non multo interuallo subnectit) si in
uobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus uero
uiuit propter iustificationem: a mortuis enim uiuificabit uos, & mortalia
corpora uestra/propter inhabitātē spiritū eius in uobis. Mortalia quippe
corpora in melius renascētia ueluti grana pullulant, ut superius explica/
uimus, quod in resurrectione fiet. Hic autem existentes/præuiam quan/
dam mortificationem habere possumus: ut cum Christo uiuamus in inte/
riori homine/ immo ipse uiuat in eo/ut dicebat Paulus cum Galatis. Viuo
ego iam non ego, uiuit uero in me Christus. Quod & nos omnes facere
docuit, in Corinthiis dicens. Qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei, qui
pro ipsis mortuus est & resurrexit. Qui ergo uiuit Christo, aut is in quo
uiuit Christus, assumet illos meliores sensus/ quibus pcipere possit omnia,
quæ Dei/& Christi sunt. Nam tunc reuelata facie in eandem imaginem
transformamur a claritate in claritatem/ semper uidelicet proficientes/a
Domini spiritu deducti. Ad quod deuenerant, nō modo prophetæ/& pri/
mi Patres nostri/sed & multi posteri: ut de Benedicto, Francisco, & aliis Bndi.
legimus/qui meliori uisu contuebantur absentia/& prospiciebant ea, quæ Fráci.
latebant corporeos oculos, atq; in meliorem sortem mutati præsentes crāt
absentibus. Sic Ambrosius Mediolani existens, exequiis beati Martini Ambr.
affuit quę tamen Turonis fiebant. Sic Franciscus in Arelatensi capitulo Fráci.
Antonio prędicanti astitit, quāuis in remotis moraretur. Et aliquando sta/
tim corpus ueluti spiritus ad longinquas partes deducebatur, ut de Phi/ Philip.
lippo legimus i actibus Apostolicis quādo baptizato Eunucho in Iudea: Actus
statim inuentus est in Azoto. Vel fractis aut penetratis portis & muni/
mentis custodiæ liberi euadebāt, ut de Petro Exorcista legitur, qui iubēte Petrus
Arthemio/duplicatis cathenis/& munitis claustris/ex infima custodia af/ Exor.
fuit Arthemio, & Vxori suæ Candidæ/albis indutus uestibus. Vnde harū
rerum ignari, & his non assueti, coacti fuerunt proni in terra exclamantes
magnificare Christi, & Dei uirtutem: qui suos asseclas ad tam excellētem
sortem deduxerat. Alios q̄plurimos omitto / ad eandem sortem deductos,
ne tam multos memorando/longius progrediar/q̄ deceat.

An semper Homo utatur his sensibus interioribus Cap. XII.

DEueniētes quidē eò, nūq̄ dimittent sensus, & organa homi/
nis illius, qui beatificatur. Beatitudo.n. cōsistit in uisione / &
fruitione. Sed uisio, est operatio illius uisus/& sensus interio/
ris. Fruitio autē oblectamentum uoluntatis, & omnium ip/
sorum sensuum interiorum. Tunc enim audiemus laudes/cantus/& sonos
eorum/de quibus dicitur. Qui habitant in domo tua in sæcula sęculorum

laudabunt te. Qui cantabūt plenis faucibus sonantes in tympano, & cho/
ro, in chordis & organo, & cęteris instrumentis, quę commemorantur in
Dauid Dauiticis hymnis. Tunc etiam gustabimus saporem uerum illius panis
Sapiē. Angelorū, uel fortium, de quo dicitur. Panem de cœlo pręstitisti eis, omne
delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Et tantum
comedent, ut erutent memoriam abundantię suauitatis illius. Tunc sen/
tiemus in toto cœlo perfusum odorem sanctissimi nominis, de quo dici/
Canti. tur. Oleum effusum nomen tuum, & chrisma uidelicet omni suauitate re/
dolens: tunc tactus & amplexus ibi dabuntur, de quibus iterum dicitur.
Eadē. Lęua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Vt igitur
plena sit hominis oblectatio, uigebunt semper sensus illi omnes, quibus
Deum quęsiuimus: ut in lege iubetur, quando pręcipitur, ut Deū ipsum
diligamus, & quęramus, non modo anima, corde, & mente, sed omnibus
uiribus, si quę sunt in homine, quibus ipsum Deum prosequi possimus:
ut sicut his Deo seruiuimus, sic eisdem in ipso Deo oblectemur. Nec qui/
dem corruptibilibus sensibus illic utemur: quia nihil corruptibile erit in
illis ęternis, & incorruptibilibus mansionibus. Sensibus igitur meliori/
bus in ipso Deo, perpetuo oblectabimur.

© The Warburg Institute. This material is licensed

CANTICI TERTII.

De Hominis conuenientia cum Intelligentiis, Cœlis, & Sacris. Tonus. Tertius.

QVod ſymbolum, & quam conuenientiam habeat homo cũ Angelis. Cap. I
An homo ſit excelſior Angelis, uel ecõtrario. Cap. II.
Quę inuidia fuerit, & ſit iter Angelos & hoies. Cap. III.
An homines cum Angelis conueniant in numero. Cap. IIII.
Qua æquiſſima lance eos, qui ex ipſis præuaricati ſunt, dimiſerit in nos hoſtes. Cap. V.
Quid poſſit Homo a cœlis ſuſcipere, ut melior fiat. Cap. VI.
Vnde Cœli ſuſcipiãt fauorẽ: quẽ harmonicũ influũt. Cap. VII.
Quid habeat Homo cum ſacramentis. Cap. VIII
Quid habeat Homo cum ſacrificiis. Cap. IX.
Quid habeat Homo cum uerbis, & orationibus: quæ ipſi ſuffraganꝛ tur. Cap. X.

QVOD SYMBOLVM, ET QVAM CONVENIENTIAM HABEAT HOMO CVM ANGELIS. CAP. PRIMVM.

DIſpoſito, & temperato homine, ac aſſignato modo ſuĩ profectus, & ratione, quãtum ad gradus, & dona ipſi diſtributa, nũc percurrendum eſt, quã conuenientiam habeat cum creatis: & maxime cũ Angelis, a quibus tanꝙ ab indiuiduis totius ſui itineris comitibus, ſuſcipere ualeat profectus incrementa. Primo itaq; conueniunt diſpoſitione naturali, cũ utriq; rationis ſint participes, intelligentiæ capaces, & in eundem finem tendant, eiuſdem Domini immediati ſerui. Vtriq; item incorruptibiles & perpetui ſint, ſed Angeli æquali & continua ſucceſſione, homo autem ſecundum meliorem partem eodem modo:

Paulus ſecundũ alteram uero tranſmutatione quadam, de qua dicitur. Corruptibile hoc induet incorruptionem. Potantur quoq; utriq; ex eodem Fonte, & Petra/de qua iteꝝ dicitur. Bibebant autem de ſpiritali conſequenti eos Petra, Petra autem erat Chriſtus: ipſis quidem præuiſa, nobis autem ſculpta, erecta, & immenſa aqua completa, ut de plenitudine eius omnes plene ſuſcipere poſſimus. Quia ne dum homines, ſed etiam Angeli ab ipſa

Augu. hauriunt, dicente Auguſtino. Ipſum conſulunt Angeli/tanꝙ uitæ fontem.

Petrus In eum quoq; (ut inquit Petrus) deſiderant Angeli proſpicere: ut uidelicet ſemper hauriant pro ſe, & pro nobis, quoꝝ curam habent/quouſq; ſumus, hoc corporeo carcere detruſi. Et quãuis ſpecie dicantur differre ab hominibus, non minus tamen ipſis conueniunt, qꝙ ii cũ equis, quibus inſident, & paruo freno eos deducunt ad libitum/atq; modico calcarium tactu/uel corporis geſtu impellunt: & inſtruũt, prudẽtiã quandã ad pagendum iter eis ingerentes. Neq; minorẽ cõuenientiã habent cũ hominibus, qꝙ ipſi cũ auibus/quas inſtruũt, uel ad uenationem, uel ad cantũ, & ad ſermones humanos effingendos. Sic ipſi nobis pręſidentes regũt, impellunt,

Adam & inſtruũt, ut capiamus prędã cœleſtiũ, & ut diuina eloquia reportemus

Sem plus minus ue pro noſtra capacitate, & pro diligentia quã exhibemus, ut

Abra. ipſos audiamus/& nobis reddamus domeſticos. Hinc ãtiqui patres omni

Iſahac diligentia ſtuduerũt ipſis adhęrere/& domeſticũ cũ eis habere cõſortium.

Iaha. Sic.n. (ut in antiqſſimis hebreoꝝ monumẽtis reperi) Adam familiarẽ cõ

Ioſeph ſuetudinẽ habuit cũ Angelo Raziele: Sem filius Noe/cũ Iophiele: Abra-

Moſes ham aũt habuit domeſticũ Zadchiel: Iſahac, & Iahacob Pelic: Ioſeph Ga

Elias briel: Moſes Mitatron: Elias Malchiel. Et in euãgelica familia Petrus habe

Petrus bat Angelũ nõ tm̃ ſibi, ſed aliis amicis domeſticũ, Adeo ut quũ Petrus de

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre

carcere uenisset ad domũ Marię eius hospitis pulsans/ipsa cũ cęteris amicis cõsciis eius cõsuetudinis, quã habebat Petrus cũ Angelo, dixerint: Angelus ipsius est. Sic Ioãnes Angelũ habuit, qui ostenderet, & doceret eũ sacramenta celeberrimę uisionis. Sic Cecilia Angelũ habuit, quẽ marito, & Leuiro ostenderet. Sic Agnes eũ sensibilem habuit Angelũ, ut etiã in lupanari ipsam custodiret. Et multi alii Angelos habuerũt familiares custodes, quos cõmemorare non patitur hæc breuis rerũ perstrictio. Ex sacris quoq; litteris habemus, unũquẽq; suũ Angelũ habere custodẽ, q̃uis eius domestica consuetudine non perfruatur, quia hoc paucis & mundissimis datũ est. Ii autem symbolũ & cõuenientiã, quã habemus cũ ipsis, & q̃ sit iucũda, & proficua nobis eoꝝ consuetudo, cognoscentes, semper eoꝝ procurarũt fauorem, eos sibi pro uirili sua ascisscentes amicos, ut iam nobis Franciscus positus sit in exemplar. Hic.n. quadragesimã beati Michaelis Archangeli arcto ieiunio, & accurata diligentia celebrabat: loca quoq; eligebat, in quibus eos magis propitios existimabat, locũ uidelicet Sanctæ Marię de Angelis, Aluernę montẽ Angelis (ut fertur) peculiariter dedicatũ. Quod obseruant, & procurant qui spiritualia sapiunt, & quibus aliqualiter notus est ordo reꝝ in Deum/a quo processerunt. Is.n. est, ut quæ inferiorẽ locũ possident/per intermedia in supremũ deducantur.

Iohan. Cecilia Agnes

Franci.

An homo sit excelsior Angelis, uel econtrario. Cap. II.

ET quia diximus hominẽ tanq̃ inferiorem deduci in Deum per Angelum/prętermittendã hic minime censeo discussionem, an nobilior sit Angelus nobis prędens, seu ministrãs, an homo ab ipso custoditus, & ministeriũ suscipiẽs. Videtur enim angustare illa omnibus nota sentẽtia in Dauitico carmine/quã, cũ de homine agitur, prędicit uates. Minuisti eũ paulominus ab Angelis. Necnon ea, quę dicuntur ab Augustino/q̃ Angelum fecit prope se, tanq̃ digniorem, & excellentiorẽ cęteris rebus ab ipso perpetratis. Nam quę magis appropinquant primę causę & perfectissimæ, perfectiora esse uidentur. Et cum iterum Angeli sint supra tempus, & q̃ eternitate quadam producti, atq; semoti ab aggrauante materia, uidentur nobiliores. Addunt aliqui, q̃ Angelus, quia intellectualis, censeatur dignior homine qui rationalis est. Et comprobare conantur Ezechielis oraculo, quo dicitur: Tu signaculum similitudinis. Quibus uerbis (ut aliqui exponunt) uidetur aliquid magis tribui Angelo q̃ homini, qui ad imaginem Dei factus est. Ii enim iudicant aliquid perfectius innui per signaculum similitudinis, q̃ per imaginem. Quibus ex aduerso stãtes/ab infallibili Veritate sumimus maiorem esse qui recumbit, q̃ qui ministrat. Sed de Angelis inquit Paulus: Omnes sunt administratorii Spiritus, non tm̃ quidem Dei,

Dauid

Augu.

Ezechi.

CHRISTVS

Paulus

sed etiam hominũ: unde sequitur. Missi propter eos, qui hęreditatem capiunt salutis. Dicunt aliqui, q̃ Angeli ministrant nobis, non tanq̃ nobilioribus, sed tanq̃ infirmis, & ipsoꝝ egentibus prędio. Quibus dicimus, q̃ Angeli deportauerunt in sinũ Abrahę animã Lazari, non infirmam, sed solutam a corpore & collustratam. Et quãuis puer indigeat aliquando ducatu pędagogi, tamen maior est pędagogo, breui possessiurus regnum. Nos autem, quibus seruiunt Angeli, possessuri sumus paratũ nobis, non Angelis regnũ a constitutione mundi. Vnde & nostra conditio, melior q̃ conditio Angelorum concluditur. Quod etiã declarat productionis ordo: Nam ultimũ Dei opus fuit homo: qui primus & excellentior erat in diuina mente, ex cõmuni Philosophoꝝ sententia, qua dicitur. Quod est primũ in intentione, est ultimũ in executione. Homo autem fuit extremum Dei opus, inductus in hunc mundũ, tanq̃ eius antistes, ueluti in domum iam fabricatam, & paratam. Cũ insuper Christus homo habeatur Angelis nobilior, concludere possumus naturam humanã nobiliorem, per illud Aristotelicũ ab omnibus admissum. Cum optimũ in hoc genere sit melius optimo illius generis, hoc genus est illo nobilius. Et nisi Christus, & Beata Virgo nobiliores essent q̃ Angeli, nunq̃ potuissent eorum choros, & gradus transcendere. Sed de Christo inquit Paulus. Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius prę illis nomen hęreditauit. Sed omissis q̃ pluribus, quę ad saluandam opinionem suam/de nobilitate Angeloꝝ aducuntur ab aliquibus, unũ soluam eoꝝ potissimũ robur, q̃ uidelicet anima Christi fuerit nobilior per gratiã, esto q̃ per naturam fuerit inferior. Quod quidem si bene perpendatur, multũ a ueritate distare uidebitur: cũ dona gratuita (ut supra explicauimus) dentur secundũ dispositiones naturæ. Et ponderetur (quæso) illud Apostoli, q̃ tanto melior sit Angelis, quanto dignius cõsequutus est nomen. Quod utiq; nomen, non a casu, & improprie impositũ fuit, sicut nostra quotidie imponũtur: sed conuenientissimũ nominato/atq; fabricatum in Sanctissimę Trinitatis collegio: ubi & gradus reꝝ, & proprietates omnes, etiã indiuiduales cognoscũtur. Et si Adam paruo lumine impartito, nouit imponere nomina rebus secundũ illaꝝ proprietatem: non ne melius nouit Sanctissima trinitas, & origo totius luminis? Ab hac enim destinatus fuit Gabriel nũtiaturus uirgini partum, cũ mandato de nomine imponendo Filio, cuius cõceptũ denuntiabat. Curauit quoq; Deus addere nomini Abrahę characterem unũ, ut nominato accõmodatius foret. Quid credimus de nomine impositio filio, & Christo homini, quẽ prę omnibus dilexit & honorauit? Si igit̃ huic dedit nomẽ honoratius q̃ Angelis: fecit & ipsum nominatũ honorabiliorẽ. Nõ quidẽ dicã secũdũ diuinitatẽ, quia nõ digne ipsi cõpararentur Angeli, cũ infinitate, & imenso interuallo eos excedat. Adeo ut secundũ illam nulla

© The Warburg Institute. This material is licensed under a C

possit esse comparatio. Reliquum igitur est, ut Christus homo honoratior sit, sicut & nomen differentius hæreditauit. Addam & unũ, quod uallde explicat hominis nobilitatẽ: quia continet in se mũdi machinã, Angelos, & Archetypum, ut supra explicauimus, ideo habet expressiorẽ imaginem Dei, in quo sua pulcherrima nota relucent omnia. Nec urget sententia illa prophetica, qua dicitur, hominẽ paulominus ab Angelis minoratũ cũ in ueritate litterę hẽatur וַתְּחַסְּרֵהוּ מְעַט מֵאֱלֹהִים uate chasrehu mehat meelohim. Quod ad uerbum si traducatur, habet: Minuisti eum aliquantulũ, uel paulominus a Deo: Elohim enim Deũ significat, quãuis aliquando Angelos, & aliquando iudices: sed in hoc loco (ut cõmuniter sentiunt sapientes hebrei) significat Deũ. Quod innuitur ex uerbis, quæ immediate sequuntur: Et constituisti eum super opera manuũ tuarum. Non igitur homo est inferior Angelis, quia & ipsi sunt opera manuum Dei: Et quanti ipse Deus fecerit hominẽ, Paulus innuit, dum ait: Nusq̃ Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ, tanq̃ uidelicet magis unibile, q̃ Angeli. Vlterius procedunt secretiores Theologi, explanantes illud מְעַט per numeros: Nam litterę illę reddunt, ק:100. ט:9. ע:70: qui numeri simul iuncti reddunt. 119. Vbi habetur unum centenarium, unum denarium, & totus numerus / usq; ad ipsum denarium exclusiue. Quod magnum mysterium est, reconditurq; apud eos, qui sciunt artem numerorum diuinorum, & naturalium, de quibus fari in præsenti non licet. Ad Augustinum autem dicentem, ꝙ Deus fecit Angelum prope se digniorem, & perfectiorem. Verum est quo ad actum immediatum, cũ quo tamen potest stare, ꝙ homo sit factus potentia nobilior, aliquando reducendus ad actum: & tunc homo suo completo curriculo apparebit nobilior, qui dum sub pędagogo erat, ignobilior uidebatur. Idem dicemus ad id, quod dictum fuit de Angelis existentibus supra tempus, quia & homines erunt supra tempus, quando æterna beatitudine perfruentur. Quod autem quarto loco adducitur, Angelum esse intellectiuum, & hominem rationalem, nihil est: cũ & homo sit intellectualis, ut consentit Aristoteles dicens. Homo est potissime intellectus, & ratio. Nec Regius Vates, nisi sensisset se capacem intellectus, toties repeteret. Da mihi intellectum. Et summa Veritas quasi exprobrans discipulos inquit. Adhuc & uos sine intellectu estis. Est enim triplex intellectus, diuinus & purus: item seperatus, & Angelicus: insuper mixtus, & humanus. Cum autem hic solutus erit a corporeis ligaminibus, non solum attinget ad intellectum Angelicum, sed ipsum transcendens ad diuinum applicabit, cum ipso uniendus / fœlicius q̃ Angelus: ut multæ sententiæ sacræ scripturæ resonant. In quibus habemus, ꝙ homo efficitur filius Dei: transformaturq; in eandem imaginem, quæ est Deus, & cum ipso

Paulus

Aristo. Dauid CHRISTVS.

unitur: quæ de Angelis, nusquã leguntur. Illud quoq; de signaculo, uel sigillo ex seipso corruit. In hebreo enim habetur אַתָּה חוֹתֵם תַּבְנִית atah chotem tabnit, ideſt, tu sigillum similitudinis. Nec aliquando reperi, ꝙ sigillum aut signaculum, dicat aliquid maius, q̃ imago. Bene dicit Augustinus, imaginem Dei esse in homine tanq̃ in sigillo, in Christo uero / tanquã in filio. In quã imaginem datur nobis aliquando transformari, remanentibus Angelis cũ imagine sigilli / quæ inferior est. Vel si dicatur, ꝙ Angelus est sigillum imaginis, hoc nihil ad rem / cũ semper sigillatum sit nobilius q̃ sigillum: Nihil igitur nobilitatis arguit sigillum in Angelo. Homo itaq; restat nobilior, cui Angelus seruit, & de eius profectu lętat: ut ex Euangelio didicimus: & aliqd utilitatis reportat, cũ omne agens agat propter finem, utilem utiq; & delectabilem, nisi sit error in operante. Sed cum Angelus non decipiatur, habet illum finem utilem, quẽ Deus nouit, & cui uoluerit Deus reuelare.

Augu.

Quæ inuidia fuerit & sit inter Angelos / & homines. Cap. III.

CVm aũt uiderit Angelus expressiorem imaginẽ, & maiorẽ perfectionem in homine, q̃ in seipso, hinc forsitan sumpsit, unde ei inuideret. Nam inuidia est tristitia de bono alieno, cũ desiderio aut priuandi habentem illud bonũ / aut superexcedendi ipsum. Hac igitur inuidia (ut inquit sapiens) mors introiuit in orbem terrarũ: quia Angelus mortis seduxit, & subiecit hominẽ / inferens ei mortẽ, ne perueniret ad eam sortem / a qua ipse expulsus erat. Nec opinandũ est Angelum inuidisse Deo / qui adeo eleuatus est in immensum / ut nullus sit homini, aut Angelo locus æmulandi ipsum. Verũ cognouit gradũ hominis, perfectissimũq; finem ipsi constitutum, & imperium quod unus homo cõsequuturus erat. Et id, quando (ut inquit Paulus) Deus Pater introduxit eum, primogenitum in orbem terræ, dicens. Et adorent eũ omnes Angeli eius. Vidit insuper unde hic originem traheret, & futurum ortum eius, ut Iohãnes in Apocalypsi perhibet, dicens. Signum magnũ apparuit in cœlo. Mulier amicta sole diuinitatis, & superioris pulchritudinis / & luna luminis / & decoris naturalis sub pedibus eius. Et in capite eius corona duodecim stellarum, ideſt omniũ gratiarum, & munerum, cum cœlestia omnia diuidantur per duodenarium. Et in utero habens, clamabat parturiens, non quidẽ uoce doloris / sed exultationis, aut terroris, quẽ incutere debebat nascitaurus omnibus potestatibus, & uirtutibus mũdi: unde sequit. Et hęc peperit filiũ, qui recturus erat gentes in uirga ferrea: iuxta illud psalmi. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu / ego hodie genui te. Postula a me, & dabo tibi gẽtes in hęreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Et reges eos in uirga

Sapiẽ.

Paulus

Iohã.

Psal.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr

ferrea. Hinc timens/& inuidens draco magnus, ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura, ut deuoraret filiũ eius. Et hinc ortũ eſt prœlium magnũ in cœlo: Michael, & Angeli eius prœliabantur cũ dracone & angelis eius: ſed iſti non prꝙualuerunt, neq; locus eoꝝ inuentus eſt amplius in cœlo. Et ne quis dubitaret, qs eſſet hic draco, ſubinfert. Et proiectus eſt draco ille magnus, qui eſt diabolus: & ſathanas. Et cũ hic filius non ſolum recturus eſſet mundum in uirga ferrea, ſed exaltatus trahere deberet ad ſe omnia, maxime fratres ſuos, & electos: ideo inuidia agitatus omnibus nobis inſidiabatur. Aegre enim tulit, & erubuit, ꝙ homo terreno corpore prꝙpeditus, obtineret quod ipſe pdidit, & uinceret pugnã, in qua ipſe ſuccubuit. Vtriſq; enim data fuit pugna: quia non debet coronari, qui nõ certat legitime. Vtriſq; quoq; indictũ eſt prꝙceptũ, cuius tranſgreſſio peccatũ eſt: ut Paulus pluries cũ Romanis repetit dicens. Sublata lege, tollitur pec- Paulus catũ. Et ſi lex non eſſet, peccatũ nõ imputaretur. Lex itaq; data fuit Angelis: ut adorarent Dei primogenitum: Lex data fuit homini, ne comederet. i. ne ꝛmularetur lignũ ſcientiꝙ boni & mali, quod Chriſtus eſt, ut ſupra explicauimus. Sed uterꝙ tranſgreſſus eſt prꝙceptũ: ille nõ reuerendo Dei prꝙcipuũ filium: hic ꝛmulando eius gradum, ipſi particulariter interdictum. Huc conueniũt nonnulli ſapientes, Bernardus prꝙcipue, qui Dei Bernar. contemplatione edoctus, dum exponit illud Ionꝙ, propter me uenit hæc tempeſtas, inquit. Verbũ eſt filii dicẽtis. Propter me uenit tempeſtas hæc, in Angelis, & primis parentibus: In illis, quia nolebant eum in Dominũ ſuſcipere: In iſtis, quia ꝛmulabantur ſapientiam, uel gradum ipſius Chriſti: Quod iſti fecerunt ſuaſu illius, qui primo prævaricatus eſt. Qui caſum hominis procurauit, ut ſocios haberet contumeliꝙ, & pœnaꝝ: & ut hominem abduceret ab illa fœlicitate, quã ipſe adipiſci nõ poterat.

An homines cũ Angelis conueniant in numero. Cap. IIII.

NEc tantũ multa natura conueniunt Angeli, & homines: ſed etiã numero, ut aliqui autumant dicentes, ꝙ tot ſaluabũtur homines/ quot ruerunt Angeli, ut impleant illas euacuatas ſedes: & tot damnabuntur/ quot cũ Michaele prꝙualuerunt contra ſerpentẽ, & rebellantes, ut omniũ ſumma ſit ꝙualis. Hoc nõ admitterent Peripatetici, qui tot tantũmodo rentur intelligẽtias quot orbes, exiſtimantes ociari intellectuales illas uirtutes, & deficere a ſua perfectione, ſi non habeant ſuum, quẽ moueant, orbem. Et quia ueteres Aſtronomi quinq; ſupra quinquaginta aſſerebãt motus, hinc totidem admittebant intelligentias. Sed dicant (quæſo) iſti ſapientes. Cur Deo non eſt tanta cura de rationali, ſicut de ætherea, creatura. Si. n. unicuiq; ꝙlo, aut orbi particulari, ſuam aſſignauit intelligentiam mouentẽ, & moderãtem, Peripa. Aſtro.

cur homines

cur homines ſine auriga reliquit? Nec enim iſti minus indigent ductore ꝙ orbes/ tam in infantilibus annis, in quibus nec prudẽtia, nec ſolertia, nec ingenium adeſt: ꝙ in prouecta ꝙtate/ in qua nauigant hoc tenebroſum/ &
Auero. periculoſiſſimũ mare/ caſibus innumerabilibus expoſitũ. Et ſi aliqui Arabo adhꝙrentes dicant, ſufficit ille unicus intellectus omnia colluſtrans/ & dirigens/ dicemus. Cur ſaltem hominum cõgeriei, quam uult ueluti organi fiſtulas unico flatu perflatas repleri, eius gubernatricem intelligentiam non aſſignauit? Forte enim uult eundem eſſe intellectum illuſtrantem/ dirigentem/ atq; mouentem. Sed adducta exempla de fiſtula/ & organo/ obuiant, ubi aliunde flatus perſonans/ aliunde manus mouens accedit. Et ne uideamur faceto exemplo/ ſolidum (ut aiunt) philoſophum uelle concutere, adducamus & inuictiſſimas rationes paucas tamen de multis. Placet quod aliqui adducunt, ad probandam intelligentiarum numeroſitatem. Ii enim ordinem prꝙſupponunt, ſine quo uniuerſum ſtare nequit: & hunc triplicem, ad eſſe uidelicet, ad operationem, & ad finem. Vel ad ſuperiora, inferiora, & æqualia, maxime quando intermedia ordinata ſunt. Quꝙ enim gloria Ducis ſi oblito Imperatore ſeu Rege, tantũmodo reſpiciat ad milites? Quid Epiſcopus agit cum clero, poſthabito ſummo Pontifice, aut Chriſto, quẽ repꝙſentat? Et quis ſapiens excogitabit aliquãdo mentes illas cœleſtes, in cœlorum reuolutione adeo occupatas, ut ad nihil aliud aſpiciant? Aut etiam (ut aliqui uolunt) in influentia, & genera-
Ariſto. tione inferiorum beentur, & non potius in Opifice, a quo ſuſcipiũt: unde influant? Id maxime cum ipſe Ariſtoteles doceat, ꝙ ſi anima moueretur continue, nunq; beatam uitam conſequeretur: quia ipſa beata uita eſt potius in quiete, ꝙ in motu actiuo, uel paſſiuo. Eſt igitur ordo intelligentiarum non ſolum ad cœlos, quos mouent, & ad ſeipſas mouentes ad inuicem, ſed ad Deum a quo ſuſcipiunt, unde moueant, & in quo beentur. Hinc earum numerus non eſt ſupputandus a ſphꝙris, quas mouent, ſed a miniſterio, quod Deo exhibẽt, in ampliſſima curia, & in tota machina:
Daniel prout magnificentia illa Dei immenſa exquirit: ut Daniel, non ſecundũ quod imaginabatur, ſed pro ut uiderat, aſſerit dicens. Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebãt ei. Quem numerum maximum omnium ſumit propheta, potius ad innuendam, ꝙ ad determinãdam eorum multitudinem: quꝙ nobis inexplicabilis eſt, quãuis Deo per-
Peripa. fectiſſime cognita. Hinc melius, ꝙ Peripatetici docent Pythagorei, maxi-
Pytha. me Hierocles, cuilibet ſphꝙrꝙ, & ſigno, tanq; in ſubſelliis & corticibus, aut
Hiero. ueſtibulis ſummi Principis inſidere multos Angelicos miniſtros. Conſen-
Arabes tiunt Arabes, qui in eorum Theologia habent ad uerbum: Tot in uno quoq; cœlorũ habentur Angeli, quot numerare poteſt nullus, niſi ſolus
Aegyp. Deus. Aegyptii autem (ut Iamblicus ſcribit) cum Dionyſio noſtro cõ-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr

sentiunt,distinguentes Angelorum ordines, & cuilibet ordini q̃plurimos assignantes,numero quidem(ut Augustinus ait) omnem nostrum com/ putum transcendente. Nec aliter exquirebat tam ampla,& immensa cu/ ria/& summa Dei magnificẽtia. Sicut igitur numerus Angelorum,sic & hominũ est nobis incognitus:& is quem supputare nemo potest/nisi qui numerat multitudinem stellarum,& omnibus eis nomina uocat. Sed ge/ nerali comparatione Augustinus in Enchiridio uidetur prẽferre numerũ electorum hominum, numero eorum qui ceciderunt/ quãuis dubius lo/ quatur dicens.Superna Ierusalem mater nostra/ciuitas Dei nulla ciuium suorum numerositate fraudabitur/aut uberiori etiã copia fortasse regna/ bit.Neq; enim numerum aut sanctoꝝ hominum/aut immundorum dæ/ monum nouimus/in quorum locum succedẽtes filii catholicę matris/ sine ullo termino permanebunt. Moses autem utriusq; familiæ/ Angelicæ,& humanæ numerum coęquare uidetur dicens.Constituisti terminos popu/ lorum/iuxta numerum filiorum israel idest principantium , aut recte in/ cedentium sub Deo:Populos enim homines/ & filios Israel, Angelos (ut non nullis placet) rite interpretari possumus:Qui & pro Angelis assumũ tur/& pro electis,qui erũt sicut Angeli Dei/de quibus dicitur.Non ueni, nisi ad oues quæ perierant domus Israel/idest ad omnes saluandos,qui ex quacunq; familia sint / dicuntur filii Israel rationibus suis pro tempore prætermittendis.

Iambli. Diony. Augu. Moses

Qua ęquissima lance eos/qui ex ipsis prẽuaricati sunt/dimiserit in nos hostes.

Cap. V.

ET sicut ex eis,qui fideles sunt , unicuiq; proprius deputatus est custos/ita ex rebellibus aliquis dimittitur hostis/ut inde, non ignominiam & damnum/sed lucrum & gloriam repor temus. Vnde iniuste conqueritur de his assignatis hostibus humanũ genus:id maxime,cũ ęqua lance, & cõpensato nobiscum agone colluctent.Non enim (inquit Paulus) permittit uos Deus tentari super id,quod potestis,sed facit cũ tentatione prouentum. Vbi Origenes: Nisi ęqualis fuerit concertantiũ uirtus/non erit iusta palma uincentis.Ideo ii, qui in Agonibus prẽsunt,eos,qui ad certamen ueniunt,non utcunq; for/ tuito inter se sinunt inire certamina/sed diligenti examinatione, prout uel corpora uiderint,uel ętatem,ęquissima comparatione iungentes hunc cũ illo,hac lege,& edicto,ut uincens sit dominus,uictus autem seruus,iuxta illud Petri.A quo qui superatus est,eius seruus est.Et uictus diabolus/atq; subiectus, ueluti uespa fracto aculeo(ut a fide dignis habui) alium ultra molestare nequit.Fauet Origenes dicens.Puto sane,quia sancti repugnan tes aduersus istos hostes , & uincentes, minuant exercitum dęmonum,ne ultra fas sit illi,qui ab aliquo superatus est , alterum impugnare. Pugnat

Paulus Orige. Petrus Orige

itaq; contra nos hostis, pugnatq; nobiscũ genius / & custos noster contra ipsum hostem:ut eadem sit pugna carnis,& spiritus:& ea quæ est diaboli prẽsidentis carni,& pruritui eius/cum Angelo corroborãte spiritũ.Vnde in certamine illo magno,Michael pugnabat pro Principe,& Angeli eius pro militibus ipsius.Draco autem pugnabat cõtra ipsum Principem ge/ neris humani,& Principem Angelorum pro eodem pugnantem. Satelli/ tes autem eius cõtra milites Principis/ & Angelos eorum:ut semper ęqua sit pugna Principis contra Principem , & militum contra milites.Homo igitur inter istos concertantes medius cui uult uictoriã prẽstat/ atq; ipsam consequitur: ut bene dicat Hieronymus. Debilis est hostis/qui non uincit nisi uolentem.Quic quid enim magni prędicatur de hoste,q; astutissimus sit/& ueluti serpens insidians/aut furiat tanq̃ leo rugiens/& sint ipsi nomi/ na mille,quia mille nocendi artes/ tamen hęc omnia ęquilibrata sunt cum uirtute/prudentia/& sagacitate custodis nostri , atq; diuini splendoris nos confouentis/& auxiliantis contra hospitem tenebrarum . Et nisi sponte se dedat homo/prẽualent Angeli uitę/& lucis/ contra Angelos mortis/& te/ nebrarum.Duę nãq; sunt uię (inquit Barnabas apud Origenem in peria chon) nobis propositę,altera lucis,& altera tenebraꝝ : per illã autem nos conducere studet Angelus lucis / per hanc autem Angelus obscuritatis/ & Sathanas. Quę uię in Ecclesiastico dicuntur uita,& mors:malum,& bo/ num . Hominem uero reliquit in manu consilii sui /licet ad utrunq; ha/ beat ductores,& suggestores. Sed audiendus est lucis Angelus/ cum quo habemus symbolum/& amicitiam:& refellẽdus est ille, inter quem & nos ab initio positę sunt inimicitię implacabiles,& acerrimę:ut animus & spi ritus noster semper horrescat / & conturbentur omnia quę in nobis sunt/ quando ipsum sentimus/maxime in tenebris/in quibus uires assumit non modicas.

Daniel

Hicro. Barna. Orige. Eccles.

CHRI/ STVS.

Quid possit Homo a cœlis suscipere,ut melior fiat. Cap. VI.

NOn ea tantum,quæ de conuenientia hominis cum cœlis,& de suscipienda ab eis sanitate,dicta sint,sed etiã quid utilita/ tis ab eis hauriat,ut melior fiat, percurrendum est. Haurit enim primo lucem,quæ tenebras,& male operantes fugat: ut in Prophetico carmine dicitur . Ortus est sol,& congregati sunt , & in cubiculis suis collocabuntur.Habet enim hęc lux simulachrum quoddã, & uehiculum numinis,& lucis illius,qui ait . Ego sum lux mundi . Dum lucem habetis,ambulate in luce,ne tenebræ uos comprehendant. Et sicut principes tenebrarum in tenebris ipsis robustiores fiunt:sic & Angeli lu/ cis nobis fauentes,uirium incremẽta suscipiunt a luce, non modo diuina, sed solari,& cœlesti:per quam etiam illa diuina,& suprema lux splende/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre

Annũtiauerunt cœli iuſtitiam eius, & uiderunt omnes populi gloriã eius. Dauid
Ecce igitur quomodo utriq; cœli, & machinę huius, & ſpiritualis ædificii tantum influunt, quanto imbuuntur, & replentur a ſupercœleſti uirtute: ut de utriſq; cœlis decantari poſſit illud eiuſdem diuini Vatis. Etenim cœli diſtillauerunt a facie Dei ſinai, a facie Domini Dei Iſrael: Diſtillauerunt utiq; pluuiam, ideſt quemcunq; influxum, uoluntariam uel ſpontaneam, quia nõ neceſſitate aliqua naturali, ſed Dei benignitate diffunditur in hęreditatẽ eius peculiarem, cũ ipſius influxus capax fuerit. Non enim charismata ſpiritualia a Deo per cœlos, & Angelos, oẽs ſuſcipiunt: q̃uis gaudeant omnes cõmuni beneficio pluuiarum, quas æternus Pater deſcendere iubet ſuper iuſtos & iniuſtos: potianturq; corporea luce ſolis, quem oriri facit ſuper bonos, & malos.

Quid habeat Homo cum ſacramentis Cap. VIII.

QVamuis Summus Moderator ſimpliciſſimus, unicuſq; ſit, & omnipotens: multoties tamen agit nobiſcũ, Angelis, cœlis, & aliis conuenientibus mediis intercedentibus, quę cum utroq; ſymbolum habent. Cœli enim qui duodenario, & ſeptenario diſtribuuntur, ex ternario quaternarioq; deductis, per ternariũ de diuinitate: per quaternarium uero de inferiorum rerum natura participant. Angeli quoq; multa cum Deo, multaq; cum homine peregrinante habent communia: ideo ſunt mediantes miniſtri, quouſq; dabitur ipſi homini ea melior ſors, quæ Angelico fauore non indigeat. His tamen non contentus pientiſſimus Pater, alia conſtituit media, quibus nobiſcum familiarius ageret. Et hæc ſunt ſacramenta, & ſacrificia, quæ utriuſq; naturam ſapiunt, aut diuina illa analogice repręſentãt. Humanę.n. ſordes diluuntur aqua illa ſupramundana, quæ Dei filius eſt, & Dei ſapientia, & Dei uerbum, quod ſuſtentat, & ſanat omnia: & ille quoq; qui ſolus tulit peccata mundi, purgationem peccatorum faciens. Hinc in huius ablutionis ſignum ordinata eſt aqua hæc elementaris, cuius eſt abluere corporum inquinamenta, & reſignare aquam illam, quę lauat omnes maculas animę, & ſpiritus. Nec.n. poterãt fœdamenta hęc dilui, niſi aqua illa, quę Dei pietas, clementia, gratia, & miſericordia eſt: adeo ut etiam Hebreorũ Theologi confiteri cogantur Meſſiam expurgare hominem debere per aquam, qui in lege ignea expurgabatur per ſanguinem, ſic exquirẽte iuſtitia, quam non omittens, ſed perficiens Chriſtus, uenit (ut inquit Iohãnes) non in aqua ſolum, ſed in aqua & ſanguine. Et cum ultra ablutionẽ, indigeamus quoq; corroborari, ordinatum eſt oleum liniens, & corroborans: Quod eam conuenientiam habet cum diuino nomine, a quo eſt omnis uirtus oblectans, & corroborans, ut nomen ipſum dicatur in Canticis Cãtici

Theo. Hebr. Iohã.

oleum effuſum: Habetq; cõuenientiam cum Sancto ſpiritu, qui omnia ſolidat, nectit, & linit, ut dicatur chriſma, unctio, & nexus. Et ſicut olei ſimul & carnis pinguedo, fercula omnia condit, & in nutrimẽtum noſtrum roborat, ſic huius Sancti ſpiritus pinguedo & chriſma, condit omnia opera noſtra: ut tanq̃ bene cõdita fercula, poſſint in mẽſa ſummi Regis apponi. Sine enim gratia ipſius diffuſa in cordibus noſtris, & conſpergente nos, omnia opera noſtra inſipida ſunt, & nullius nutrimẽti. Ideo hoc oleo corroborantur infantes, & a nobis recedentes, & quando quis aliis pręficitur rex ſeu ſacerdos, aut epiſcopus conſtituitur. Et quia natura omnis creata, continue deficit, continuo indiget cibo, & alimento, hinc aliud ſacramentum inſtituit, panis uidelicet & uini: quę ſymbolum habent maximũ cum illo, qui panis uiuus, & uitis uera nũcupatur, datus utiq; in cibum, & potum noſtri melioris hominis nutriendi. Habent quoq; panis & uinum eã conuenientiam, & ſymbolum nobiſcum: ut nullum ſit nobis accommodatius nutrimentũ. Reſtat ſacramentum pœnitentię, quod exhibetur per uerbum repręſentans uerbũ illud, cuius uirtute omnia portantur, & purgatio peccatorum efficitur. Quod uerbum exquiritur etiam in primo ſacrameẽto confecto, & uerbo, & elemento: Et ſi matrimonium eſt ſacramẽtum, illud quoq; uerbo conficitur. Habet igitur Homo ſymbolum maximum cum ſacramentis: quę media ſunt inter Deum temperantẽ animas, & hanc temperãdam, & cum ipſo tandem uniendã. Habet inſuper homo cum eiſdem conuentũ ex diuina inſtitutione, cum Dei uoluntas non habeat minorem uirtutem, & efficaciam in inſtituendo de nouo, q̃ habuerit a principio, quando legem, & ordinem ſimul & eſſe indidit rebus. Ea tamen inſtituit ſacramẽtalia ſigna, quę rebus ſignatis, & ſuſcipientibus cõueuirent. Quod uel leuiter adumbrauimus, ſuo loco reſeruãtes declarare, quomodo Homo per hęc ſacramenta melior fiat.

Quid habeat Homo cum ſacrificiis. Cap. IX.

NOn ſolum autẽ ſacramenta, ſed ſacrificia quoq; tanq̃ media utriſq; ſymbolica ordinata ſunt. Habent.n. cum eo cui offeruntur, & cum his qui expiantur ſymbolũ quoddã: ſed adeo occultũ, ut ipſum capere nequeãt humana ingenia: q̃uis oẽs conteantur ſacrificia neceſſaria: & ipſa eſſe intermedia quędã quaſi naturalia inter Deum & Hominẽ. Sacrificare.n. Deo (inquit Ariſtoteles) eſt a natura: huius autẽ, uel illius ſacrificii oblatio, pro hac uel illa expiatione, q̃uis ordine naturali conuenientiſſima ſit, tamen a lege inſtituta eſt: cũ humana ingenia nequeãt adinuenire, aut excogitare ea, quę Deus in particulari exquirat pro noſtra expiatione ſecundum ordinem rerum cœleſtium cum ipſis expiandis, & ſacrificiis expiantibus, ut placatæ reddan-

Ariſto.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr

tut uirtutes cœlestes:& sese contineant ab executione punitionis,quã me/rebantur delicta illa perpetrata. Sanguis.n.animalium expurgare uide/tur peccatum contractum in carne,& sanguine animalis nostri: iuxta il/lud Apostoli. Omnia penè mundantur in sanguine. Penè (inquit) quia Paulus uasa terrea,& ęnea mundabãtur aqua.Nec.n.ab re,homo qui est omniũ uinculum,& omnia continet,& symbolum maximum habet in parte in/feriori,in qua & per quam contrahitur initium peccati, cum animalibus expurgabatur per sanguinem animalium immaculatorũ: quousq; offer/retur agnus immaculatus,supplens uices omnium,quæ offerebãtur. Hic enim tanto perfectius omnium peccata tulit, & expurgauit,quanto ipse est celebrius uinculum omnium creaturarũ rationabilium, & irrationa/bilium,atq; insensibilium,& cœlestium. Fusus itaq; animalium sanguis, susciebatur in sancta,simul cum peccatis eorum, pro quibus fundeba/tur:quousq; ueniret ille, qui per proprium sanguinem introiuit semel in sancta,æterna redemptione inuenta.

Quid habeat Homo cum uerbis, & orationibus, quæ ipsi suffra/gantur. Cap. X.

ET quia Homo expurgatur,& perficitur, non tantum uerbis expressis in sacramentis, sed etiam in hymnis, orationibus, & quomodocunq; debite exprimantur: ideo quid etiam ha/beat homo cum ipsis uerbis,percurrendum est. Sunt.n.uer/ba media inter loquentem, & audientem, deferentia non tantum conce/ptum,sed uirtutem loquentis,energia quadam in audientes,& susciplen/tes. Vnde immutant ne dum audiẽtes,sed multoties alia quęq;. Nec enim dixisset Christus,in nomine meo dęmonia eiicient, nisi uirtus quędã esset CHRI/ in nomine illo expresso,super dęmones,& infirmos & huiusmodi. Mouẽt STVS quoq; uerba incantantium sapienter,& modis suis.Et hoc,aut ex ui insita uerbis,aut uirtute rerum explicatarũ per uerba, quæ tanq̃ uehicula sunt uirtutis rei expressę.Sunt insuper uerba, (maxime hebrea) signa quędã, & sacramenta rerum cœlestium:unde habent uim quasi sacramentorum: & hoc,aut ex uirtute instituentis,aut ex repręsentatione illa sacrorum, si/cut de celebrioribus sacramentis dicitur.Et quia hebraica uerba,tam di/uina,q̃ cœlestia, & etiam naturalia:expressius, & mysteriosius repręsen/tant:ideo iubet Orpheus non mutanda esse nomina barbara.i.hebraica in Orpheus sacris,si efficaciter operari uolumus.Et ultra efficaciam quam habẽt uer/ba,siue ex ui quadam ipsis insita,siue ex diuinis,& sacris, quæ repręsen/tant,aut undecũq; sit,alia quoq; reperitur uirtus in orationibus cõplexis, ex ueritate in eis contenta,quæ maximam uim imprimendi,immutandi, ac stabiliendi habet,adeo ut exagitata magis splendeat, impugnata ma/gis firmetur, & consolidetur. Quæ ueritas non est in uerbis simplicibus,

& incomplexis,sed in enuntiationibus:in quibus aliquid affirmatur, uel negatur.Ex istis igitur orationibus ueris, & sacris, quas mente,sensu uel interiori proferimus,magnam uim comparamus. Id potissime, quando sunt directę in Deum,ad quem applicantes,mouent ipsum, ut in nos di/
Diony. rigat uerba eius fauente numine plena,per radiũ diuinũ, quo (teste Dio/nysio) loquitur nobis:sed adeo occulte,ut pauci percipiant. Percipiebat
Dauid autem ille qui dixit.Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Nun/quam igitur redeunt uacuę orationes Deo oblatę, & decantati hymni: dũmodo non emittamus uerba illa sensu uacua ore tantũmodo, & non corde prolata, in aerem cito resoluenda: sed si dirigamus ea pleno sensu, & efficaci mente in ipsum Deum, sicut dirigitur sagitta extento arcu, a potenti manu.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre

De conuenientia omniũ rerꝝ cũ homine bene cordato, ut possit in cunctis operari, & omnibus iubere. Tonus Quartus.

DE conuenientia quadã occulta rerum inter se, unde altera in alteram mirabiliter operatur. Caput. I.
Quæ conueniunt inter se multo fœlicius congrediuntur in homine, qui est perfectissimum omnium uinculum, & prę omnibus diuinitate suffultus. Cap. II.
Quod Vates efficiatur homo bene cordatus, aliquando multiplici suffragio inferiorum. Cap. III.
Quis & unde efficiatur uerus Vates. Cap. IIII.
Apologeticum pro uaticinio. Cap. V.
Omnia ad se deducunt homines bene cordati. Cap. VI.
Homines suo loco positi & concinni, facile rebus omnibus dominantur. Cap. VII.
Vnde sit hæc uis dominandi, quomodo perdita, & quomodo restituta. Cap. VIII.
Varia & mira operandi, atq; dominandi conditio. Cap. IX.
Quæ sint naturalia opera, quæ falsa, & quæ uera miracula, & quæ legitima dominandi uis. Cap. X.
Hõ bñ cordatus exaudit ad uota de q̃cũq; re petierit. Cap. XI.
Solus Homo bene cordatus cũ Deo uiuit lætus. Cap. XII.

DE CONVENIENTIA QVADAM OCCVLTA RERVM INTER SE, VNDE ALTERA IN ALTERAM MIRABILITER OPERATVR. CAPVT PRIMVM.

Trisme. TExperãtissimus opifex Deus finxit (ut Trismegistus ait) duas sui imagines, mundũ uidelicet atq; hominẽ, in quoꝝ altero luderet, in altero uero delitiis frueret. In mũdo nãq; ludit miris quibusdã opationibus, non qualitatiua tantũ, aut elemẽtari, uel syderea uirtute: sed ui quadã ingeniis hominũ occulta, nisi quatenus ipse amicis suis manifestare dignatur. Omnibus etenim notũ est, uirtutem quandã magneti inesse, qua ferrũ attrahat: & electro atq; balagio, ut cõfricatione calefacta paleã deducãt. Sed unde, aut quę sit, adhuc nemo exhis ꝓdidit, q de rerꝝ ꝓprietate ingẽtia uolumina cõplẽt. Sic nec unde habeat Aetites, ut fœtũ mulierꝝ, & plãtarꝝ supposita corroboret, & suppositatrahat. Nec unde iaspis sanguinẽ cõprimat, & Echneis quæ (& remora dicit) nauẽ sistat. Nec unde corallus appẽsus aliqd letitię opet in hoie, & uim cõferat hiacynthus optimus comes ꝑgrantiũ. Nec unde Rheu barbarꝝ (qd Arabes Rauẽd uocãt) colerã ab humano corpore expellat: & medicinalia multa humores diuersissimos detrahãt, & depellãt: atq; huiusmodi multa, de qbus lõgũ esset ꝓ singula discutere. Aialia q̃q; multa uidemus ex ui q̃dã ipsis insita, prestigiosa, atq; fatidica. Gallus cãtu horas solertissime indicat, & alis aptis leonẽ fugat. Aues etiã cõplures cantu, & garritu, & musęq; acri pũctura pluuiã futurã denũtiãt: & Delphies tẽpestatẽ crebris saltibus supaquã pręcurrũt. Et (ut particularia ꝓstringamus) galli gallinacei (ut Cicero scribit) apud Thebaidã canẽdo totis noctibus Bœotiis illã aduersus
Cicero
Augu. Lacedęmonios pręsagiere uictoriã. Vnde Augures interpretati sunt auẽ illã uictã silere, canere aũt si uicerit. Maximũ q̃q; portẽtũ Spartiatis ostẽdit simia, quã Rex Molossorꝝ in delitiis hẽbat. Hæc.n. cũ illi a Ioue Doodoneo petiissent de uictoria scisscitãtes, legatiq; id in quo inierãt sortes collocassent, sortes ipsas, & cętera, quę ad sortẽ parata erãt, disturbauit aliud ab alio dissipãs. Tũ ea, quę prępositaerat oraculo, sacerdos dixisse fertur: De salute esse Lacedęmoniis nõ de uictoria cogitãdũ. Chamęleontis iecur
Demo. (ut Democritus attestatur) summis tegulis exustum imbres & tonitrua excitat. Ligurus (ut cõprobatũ est) præstigiosa uelamina ab oculis aufert. Longũ esset retexere omnia præsagia, quæ ex auibus didicere Phrygii, Pysidę, Cilices, Arabes, Vmbri, Tusci, & alii populi, q auguria secuti

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creati

sunt. Et q̃uis eos Panętius & Carneades irrideãt, cum sępenumero fallant hęc auspicia: quos sequitur Cicero post multa exẽpla adducta de diuinatione p aues, & aĩaliũ exta. Id tamen sępius cõprobatũ fuit: Et quod plus est, aliquas aues a dextera uaticinari, ut coruus: aliquas a sinistra, ut cornix. Insup & inanimata aliqua prognosticari uisa sunt. Nõ ne obscurata astra, & aer, atq; terra mota & lapides scissi, tristitiã quandã prętulere in morte Christi omniũ reg; Domini? Quod etiã alias factũ legimus i morte quorundã Regũ. Sol.n. multimode pręsagit: aliquãdo.n. luxisse uisus est, utpote Cæsaris casum, ut Poeta scribit Sol tibi signa dabit, solẽ qs dicere falsum Audeat? ille ẽt cęcos istare tumultus Sępe monet, fraudẽ & opta tumescere bella. Ille ẽt extincto miseratus Cęsare Romã, Cũ caput obscura nitidũ ferrugine texit. Et de inferioribus elemẽtis alius Vates decãtat dicẽs. Atq; ẽt uẽtos pręmõstrat sępe futuros Inflatũ mare, cũ subito, pẽitusq; tumescit, Saxaq; curua salis niueo spumata liquore. &c. quæ ibi dicũtur. Strages quoq; multas Romanoq; pręnũtiauit fluuius tictus sanguine, imberq; lapidũ, sanguinis, interdũ etiã lactis, ut Cicero testat. Bellaq; & pnitiosas seditiões pręcessit maxima terrę motuũ cõflictatio. Et his tẽporibus expugnationẽ Bizãtii terrę motus indicauit: nouissime aũt Venetis bellũ, Bononiẽsibus stragẽ, multisq; regionibus horrẽdos casus. Sũma quoq; Veritas terrificũ diẽ uniuersalis examinis pręnũtiandũ testatur a terrę motibus magnis, qui erũt p loca, simul & ab aliis insuetis, mirisq; portentis: unde cõprobatur terræ motus educi, sicut & uenti de thesauris Dei. Sed isti sępius ad utilitatẽ hominũ, illi aũt ad eos cõmonẽdos de malis euentibus, ut recte sentit Pythagoras: q̃uis plęriq; Philosophãtes dicant eos procedere a causa naturali. Sed cum hæc nõ sit, ipsam adinuenire nequeũt. Vnde per multa uagati sunt. Anaxagoras.n. terrę motus causam ætherẽ dixit: Empedocles ignẽ: Democritus & Thales Milesius aquã: Aristoteles, Theophrastus, & Albertus uentũ, uel uaporẽ subterraneũ: Asclepiades casum, uel ruinã: Sic Possidonius, Metrodorus, Callisthenes, Parcas, Seneca, & alii in diuersa distracti, nũq̃ adinuenerũt causam illius effectus: qui est a summo Moderatore, aut immediato iussu, uel p iussos ministros, siue ui quadam rebus infusa, & in effectum pro libito explicanda, ad strages prenũtiandas, quæ cõmuniter terrę motum subsequuntur: ut etiam Aristoteles fatetur in Methauris. Est etiam uis ista pręsaga aliis rebus insita. Nam bellum Marsicum pręuentum fuit sudore, & sanguine simulachrorum, & uocibus. Agri autem Priuernatis labes, pręcessit fremitus auditus de cœlo, & animaduersi globi, lunæ tres, & faces in nocte uisæ. Ierosolimæ cladem præiuere gladii furentes in cœlo, strepitus portarum templi nullo uiso mouente, & multa alia prodigia. Et nostra hac tempestate in agro Mutinẽsi ante ciuitatis ipsius nouissimam deditionem

Panæ. Carne. Virg. Cicero CHRISTVS. Pyth. Quæst. cã terrę motus. Arist.

& ante bella in regione illa peracta uisi fuerunt a q̃plurimis fide dignis globi inter se certantes. Non equidẽ uolumine immenso exẽpla cõplecterer si omnia adducãtur, quæ pręsensione quadã multos euentus pręuenerunt: sed hæc pauca dicta sint: ut intelligatur rerũ conuẽtus: & mutua in alterutrũ dispositio, & operatio per rerũ concentũ, quẽ Græci sympathiã uocant: & inde discantur hæc omnia perfectiore modo esse in homine, qui est omnium uinculum, & omnia complectitur.

Quę cõueniunt inter se, multo fœlicius cõgrediũtur in homine, qui est pfectissimũ omniũ uinculũ, & prę oibus diuinitate suffultus. Cap. II.

EX mutua correspõdentia rerũ (ut explicauimus) altera in alterã mirabili quadã, & occulta uirtute opatur. Ideo nõ mirum si homo cũ habeat omniũ & simulachrũ, & symbolũ, in omnibus operari possit. Quod quidẽ efficit, dũmodo suo debito tẽperamẽto gaudeat: & sibiipsi pręsideat: ut merito dominari inter cętera possit. Nã homini sibiipsi bene pręsidẽti adest, & inest Deus omnia operãs: ut nõ modo Paulus, & nostræ litterę, sed externi sapiẽtes asserũt. Id.n. docet Plato in Ione: & in Parmẽide: Mercurius in Pymãdro, & Xistus Pythagoricus, qui dicit hominẽ Dei templũ, Deũ aũt hospitẽ. Quod & Poeta his decãtat carminibus. Est Deus in nobis, sunt & cõmercia cœli: Sedibus ęthereis spiritus ille uenit. Ipse nanq; Deus in animas sanctas se trãsfert: prophetas, & amicos suos constituit potẽtes in opere, & sermone. Quod psentiẽs Paulus aiebat. Omnia possum in eo, q me cõfortat. Deus .n. est animus nobis, tota uirtus, sine qua (ut ipsemet phibet) nihil facere possumus. Quod & Aristoteles fatetur in Methauris: & in fine Ethicorũ, dicẽs nullã esse uirtutẽ, siue naturalẽ, siue moralẽ, nisi per Deũ. Et in secretioribus dogmatibus astruit intellectũ bonũ, & sanũ posse in naturæ secreta: dũmodo adsit diuinę uirtutis influẽtia, aliàs nequaq̃. Quã influẽtiã tãto copiosius suscipimus, quãto magis absoluimur ab impedimẽtis aggrauãtis carnis, & terrenaq; occupationũ, atq; ãbitionis, & animi in proximũ, uel in quãcũq; rem indebite agitati: ut nõ modo habemus ex nostris dogmatibus, sed ẽt Mercurius & Cicero attestãtur. Hic.n. in suo de Diuinatiõe ait. Nec aliquãdo animus hoĩs diuinat, nisi cũ ita solutus est, ut ei plane nihil sit cũ corpore, aut parũ. Ille aũt ad Tatiũ iquit: Despiciãt utiq;, cum corpora, tum etiã corporea omnia: & ad unum solũ ferantur: si mentẽ, atq; Deum cõsequi uoluerint. Impossibile est.n. o fili utrisq; simul intendere, mortalibus, atq; diuinis. Quanto nãq; magis animalẽ uitã relinquimus & humanã: tanto magis uiuimus Angelos, aut Deũ: Quibus cõiuncti, & in propriã atq; meliorem sortem restituti, in omnia possumus, omnibus dominãtes. Et hic est honor, in quo cum esset homo ante pecca-

Paulus Plato Merc. Xistus Paulus Arist. Merc. Cicero

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creati

tum,non intellexit:sed cõcupiscentię obsequens,similis effectus est iumẽ/
tis insipientibus: & ex Domino (ut Trismegistus ait) seruus miserrimus Trisme.
euasit. Iterũ itaq; subuectus per uirtutẽ, & per sui ipsius uictoriã ad pri/
stinam dignitatẽ restitutus,illud sibi dominiũ cõparat,de quo scriptũ est. Psalmus
Omnia subiecisti sub pedibus eius. Hoc autem dominiũ acquirendũ est Genesis.
eo ordine,quo ab initio statuit summus Moderator dicens. Fructificate,
& multiplicate,& replete terrã,& smumittite eã,& dominamini. Fructi/
ficate uidelicet in operibus bonis, multoq; fructu abundetis: ut replere
possitis etiam terreum corpus,per redundantiã quandã,deducendo uide/
licet hominẽ animalẽ in seruitutem,& quoad possit in naturã spiritus: &
tunc dominabimini piscibus maris,uolucribus cœli,& bestiis terræ: quæ
quidem cum tria elementa inhabitent,cætera quoq; hominis ditioni su/
biecta testantur.Sed ut altius cõscendamus,per uolucres cœlorũ, omnes
hospites cœlestes intelligi possunt:per pisces,& bestias terrę,omnes aquę
& terreę uirtutes:sub quibus etiam infernę cõtinẽtur.Retento itaq; Deo,
& eius gratia in nobis seruata,& bonis operibus replẽdo totũ hominẽ di/
uinitate, restitutiq; in pristinũ,& in nobis cõstitutũ gradũ, omniũ rerum
facile adipiscemur dominiũ;Sed ad particularia deueniamus.

Quod Vates efficiatur Homo bene cordatus aliquando multiplici suf/
fragio inferiorum. Cap. III.

EFficitur multoties homo sibi ipsi præsidens, consors diuinæ
mentis,ut futura prognosticetur: quod propriũ Dei est iu/
xta illud Isaię:Annũtiate nobis quæ uentura sunt, & dice/ Isaias
mus,quia dii estis uos.Cui Petrus adstipulat dicẽs. Non.n. Petrus
uolũtate humana allata est aliquãdo prophetia:sed spiritu sancto inspirati
locuti sunt Sancti Dei homines.Fatẽtur hoc & Stoici,quos sequitur Ci/ Stoici
cero primo de Diuinatione dicẽs. Præsensionẽ futurorũ tantũmodo Diis Cicero
cõpetere:quia nõ est de futuris cõtingẽtibus aliqua determinata ueritas,
puro uidelicet mortalium iudicio:quibus cõsentiens Ptolemęus inquit in Ptole.
Fructu.Soli numine afflati prędicũt particularia.Fuisse ãt multos uates,
& multas ueras præsensiones (ut nostros omittamus)testatur Cratippus,
qui summis Peripateticis Cicerone teste par habitus est.Testat & Zeno, Zeno
& multi qui ab eo profecti sunt cũ ueteri academia. Sed ante eos Pytha/ Pytha.
goras,hos etiã secuti Stoici itidẽ asserũt. Calanus.n.Indus Alexãdri mor Quorũ/
tem,& Magi Asiatici ipsum Alexandrum natum Asię pernitiem prædi/ dã Præ/
xerunt. Socrates diuinatus est mortem imminere Critoni in tertiam lu/ sagia.
cem, Sacerdos Diotima,fatidica mulier pestem prędixit.Anaximander
Lacedęmoniis terræ motum annuntiauit instantem: & ut urbem & te/
cta relinquerẽt admonuit.Quę tota corruit,& e monte Taygeto extrema

Epime. pars quasi puppis euulsa est.Epimenides Cretẽsis uir diuinus, decem an/
nos ante bellum Persicũ oraculo monitus peruenit Athenas: & sacrificia
Vates di quædam oraculo ædita fecit:Atheniẽsibusq; formidãtibus Persicam clas/
uersi. sem,prædixit decennio Persas non uenturos, & postq̃ uenerint infecta re
discessuros.Quid referã uaticinia Cassandrę,Heleni,Chalcãtis,Amphia/
rai,Tiresiæ,Mopsi,Amphilochi,Polybii corinthi Druidũ Gallorũ,Ma/
gorum Persarũ,Chaldeorũ,atq; Mẽphiticorũ uates,Sybillarũ, & aliorũ
oracula repetere uolumen nequaq̃ posset quorũ aliquos audiui,& cõpro/
baui uera prædixisse.Sed ab innumerabiliũ memoria abstinentes, unde
ueniat hæc præsensio,uideamus.Est.n.quoddã diuinãdi genus, quod arte
& experientia fit in uariis rebus agendis. In Republica Atheniẽsi orientẽ
Solon tyrãnidem Solon multo ante prospexit,& de Cęsare Cato præsaga mente
Cato dicebat:Cauete a puero male præcincto.Et huiusmodi inumerabilia pos/
sent adduci exempla.In domesticis quoq; rebus, & naturales euentus sa/
Phere. pientes multi uaticinati sunt.Pherecides Pythagorę magister cum uidisset
Thales hausta aquam de iugi puteo,terrę motum uenturũ prædixit. Thales mi/
lesius,ut obiurgatores cõuinceret,& qd Philosophus facere posset ostẽde/
ret,omnẽ oleã,anteq̃ floresceret,in agro milesio coemit, animaduertẽs do
cta naturæ coniectura olei ubertatem fore.Quod euenit,reportauitq; cõ/
modum pecunię,nõ pecunię gratia, sed in obiurgatorũ inuidiam. Multa
medici,agricolę & nautę,unusquisq; sua arte,& probabilibus signis præ/
sentiũt,quæ tanq̃ omnibus notissima posthabemus. Et quia præsentienda
non modica ueniunt ab his,qui præsunt: quę prudentia,& arte præuideri
nequeunt:ideo uates, aut Deum consulere antiquis q̃plurimis gentilibus,
Barbaris,Græcis & Romanis, sed potissime Hebreis cura diligentissima
Athen. fuit.Atheniẽses semper publicis consiliis diuinos quosdã sacerdotes (quos
Laced. Mantes appellabãt) adhibuerũt.Lacedęmonii regibus suis augurẽ assi/
sorem dederunt,& publico interesse consilio uoluere. Iidem de rebus ma/
ioribus semper aut Delphicũ oraculũ,aut Ammonẽ,aut Dodonam con/
Roma. sulebant.Romani in arduis rebus senatus, decem uiros ad libros sybilli/
Hebrei nos ire iubebant. Hebreorũ reges,uates ipsorum,qui uigebant q̃plurimi
semper adhibere consueuerant:& si ipsi uates erant,Deum ipsum imme/
Dauid diate consulebant: ut de Dauid sępius legimus. Sed ii diuini multigeni
fuere.Erant.n.Astronomi,qui diuinabant per cœlorũ aspectus:Augures,
qui aues influxu aut cœlorum, aut eorum, qui ipsis præsident deductas
Aruſp. obseruabant.Aruspices uel extipices,qui perspectis extis futura prædice/
Pyrom. bant.Pyromantici qui per ignem,Hydromantici per aquam. Geoman/
Hydro. tici punctis, uel casu primo proiectis, uel ui quadam brachio, aut manu
Geomã. deducta, ut antiqui facere consueuerant,ex quibus figuras cœlestes arte
Necro. componebant,p quas diuinarẽt.Necromantici uero (qui & Magi uulgo

© The Warburg Institute. This material is licensed under a C

dicuntur) immundas intelligentias aduocabant, a quibus rerum euentus sciscitarentur. Sed ii bifariam processerunt. Alii enim nefandissimi (& hac tempestate) immundis intelligentiis se summittentes sacrificant, duplicis immanissimi sceleris rei: quoniam idolatriam committunt: & quia uilissimis se uiliores exhibent: nobilem, & excellentẽ naturam ipsorum pessundantes. Alii autem uirtute quadam, maxime diuinorũ nominum, ipsos aduocãt, & cogũt, ut indicent quæ a secretis superiorũ moderatorum susceperint. Sed utriq; pluries falluntur, quia nihil sciunt dæmones de futuris euentibus, quæ a summo Moderatore disponũtur: nisi quatenus proclamatum, & diuulgatũ est in cœlesti, immo extra cœlestem curiam, anteq̃ res effectui demandentur. Et ab his quoq; aliquando mouentur aues, & exta animalium, aqua, ignis, manus ad puncta conducenda, & huiusmodi. Aliquando etiam spiritus humanus ab ipsis malis spiritibus exagitatur. Et ii omnes, aut per astra ab Angelis circũuoluta, aut per inferiora instrumenta ab immundis deducta spiritibus diuinãt. Sunt etiam qui naturam ducem sequentes, ex hominũ lineamentis prognosticentur. Qui.n. ex signis, quæ Deus (authore Iob) posuit in manibus hominum, ut inde noscat unusquisq; opera sua, auspicãtur, Chiromãtici dicuntur. Qui autem ex faciei filo, & colore diiudicant Physiognomi nũcupantur. In manibus.n. & facie hominũ quasi in libro quodam legunt nõnulli, sagacissimo ingenio, & docta experiẽtia prædíti euentus, mores, & gesta ipsorũ. Sed in fronte secretiores Theologi legere profitentur omnia hominũ initia, progressus, & fines. Quod & si est, paucissimis tamẽ inuenitur cõcessum. Ideo multitudini, & plebi dixit Christus. Nolite iudicare secundũ faciem. Multi sunt alii diuinãdi modi, per inferiores causas, uel signa: sed omnes reducũtur ad descripta primaria genera. His autẽ omissis: qui sint ueri Vates uideamus.

Iob
Chiro.
Physio.

CHRISTVS.

Quis & unde efficiatur uerus Vates. Cap. IIII.

ESt uaticiniũ profectò legitimũ & uerũ semp (ut diximus) a Deo, & superorum fauore procedens, & hoc multigenũ: Aliquando.n. efficitur per somniũ: Aliquoties per eam uisionem, quæ est inter somnũ & uigiliã: Et aliquando furore, & spiritus agitatione. Qui omnes modi cõueniũt in uno genere diuinãdi, quod Hebrei בת קול batchol. i. filiam uocis nuncupant, quam nos echo dicimus. i. reflexionẽ uocis. Sunt.n. hęc quędã reflexiones diuinę, & prophetícæ uocis. Diuinãt autem alii per claram uisionẽ, quam habet deputata mens. Alii uero quatenus suscipiunt a uiua, & uera uoce. Quę omnia genera in sacris eloquiis expressa cõspicimus. De somnio.n. inquit Matthęus. Apparuit Angelus Domini in somnis Ioseph, ĩdicãs uidelicet quid de coniuge,

Hebrei

Matth. Ioseph

Pharao Nabuc. de coniuge, & de puero sibi faciendum erat. Somniũ quoq; uidit Pharao, & Nabucdonosor: Ille autem de ciborũ opulentia, & penuria imminenti: hic uero de mysteriosissima regnorum successione: Et ille Ioseph, hic autẽ Danielem habuit suarum uisionum ueridicum interpretem, nequaquã digni, ut cognoscerent mysteria, quæ ipsis regio stemmate decoratis ostensa

Iob erant. De quo etiã somno Iob loquitur dicens. In horrore uisionis noctur-

Ambr. nę, aut uisionum noctis, quando cadit sopor super homines, terror uocauit me: & cætera quæ sequuntur, quibus docet qualis sit uisio somni. De ea autem quę inter somnum & uigiliã occurrit uisione, nec sopitis nec ocAmbr. cupatis sensibus loquitur Ambrosius, dicẽs de seipso. Cum Dominus dedisset mihi, ut ieiunãtium & orantium participem me faceret, ita me somnus aggressus est: ut nec uigilans aperte, nec dormiẽs integre uiderer: aptis tamen oculis uidi duos iuuenes ephebos, uestibus candidissimis. i. colLucia. lobio, & pallio indutos. Hi enim Geruasius & Prothasius erant, passi pro Christi nomine, ut longa serie prosequitur. Idem cõtigit Luciano presbytero quãdo apparuit ei Gamaliel indicans de corpore suo, filioq;, & Beati Stephani protomartyris. Et quãuis legatur in hac, quã habemus præ manibus exaratione, ipsum plene tunc uigilasse, id uitio scriptorum euenisse opinor: cum ordo uisionis sic exquirat, ut existenti in lecto uisio occurrat, aut dormienti, aut non plene uigilanti. Si autẽ id alicui contingit in plena uigilia existẽti, hoc fit aut in oratione, aut aliqua meliori dispositione, quã quiescenti in lecto, soporiq; statim cessuro. Vaticiniũ autem per furorem,

Demo. & gentilibus, & diuinis nostris uatibus contigisse legimus. Democritus asserit nõnullos furore decantasse ea, quæ nec eorum natura, nec ars docuerat. Nec quidem aliquos magno opinabatur ingenio prędítos, nisi qui

Plato Tymui. furore quodam perciti erant. Meminit Plato de Tymnico Chalcidio, qui nullum poema memoria dignum composuerat: sed aliquando furore quodam arreptus, hymnum quendam in Apollinem omnium pulcherrimũ cõfinxit: ut diuinum, potius q̃ humanũ opus fuisse coniiciatur. Et in Phędro docet, poeticas fores frustra absq; furore pulsari. Quem furorẽ Græci Mantiã uocant a Mantone Mantuæ conditrice: q̃uis Mantia pro omni genere inferioris diuinationis sæpius accipiatur. Ipsum autem furorem diffiniens ait. Furor est abstractio, alienatio, & nexus: Abstractio quippe, & alienatio ab umbris istis, & imaginibus: quibus corporei excitantur, & sępius decipiuntur sensus. Nexus quoniam ab animali homine alieni, numinibusq; adhęrentes, multa ab eis suscipiunt, quæ ingenio & uiribus uenari nequeunt. Vnde Dicearchus Peripateticus cum de diuinatione tra-

Dicear. Aristo. ctaret, somnium & furorem comprobat. Nec Aristoteles dissentit, ut ex problematibus colligimus. Omittã plęrosq; philosophos, & poetas, qui de huiusmodi multoties docuerunt: & ueniemus ad sacra eloquia, quę etiam,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a C

de furore ſub nomine ſpiritus pertractant:ut illud,de quo in primo uolu/
mine Regũ legitur. Et inſiluit ſpiritus Domini in Saul, & prophetauit in Primus
medio eorũ,& mutatus in uirum alterũ annumeratus eſt inter prophetas, Regum
mirante & acclamante populo. Num & Saul inter prophetas? Hæc au/ Saul
tem mutatio a ſpiritu Domini fuit eũ arripiente,qui eſt uerus furor atri/
piens aliquãdo hominem,etiã peccatis obnoxium,legitima intercedente
cauſa:ut de Caipha inquit Euãgeliſta:Et prophetauit,cum eſſet pontifex Iohãnes
anni illius.Sic multi poctę,aut ſtudii amore,aut uirtute aliqua referti,uel
bona aliqua ratione Deo cognita,furore repleti aliquãdo occulta prodi/
derũt,& aliquãdo uaticinati ſunt.De quo furore,& ſomno meminit Cice/ Cicero
ro in libro de diuinatione dicens. Eſt aliud diuinandi genus in his,qui nõ
ratione,aut coniectura aliqua obſeruatis ac notatis ſignis: ſed cõcitatione
quadam animi,aut ſoluto liberoq; motu futura prȩſentiũt.Quod & ſom/
niantibus ſȩpius contingit,& nõnunq; uaticinãtibus p furorẽ:ut Bacchus Bacchus
Bœotiis, & Epimenides Cois, & ſibylla Erythrea Troianis. Sed fallitur Epime.
Cicero de Sybilla,quia ipſius diuinandi genus:nec cum ſomnio,nec cum Sybilla
furore cõuenit.Eſt enim influxus quidã particularis in eis:de quo in prę/ Cicero
ſenti fari non licet.Sequitur Cicero:Ineſt nanq; animi prȩſagatio extrin/
ſecus iniecta,atq; incluſa diuinitus. Ea ſi exarſit acrius, furor appellatur,
cũ a corpore abſtractus animus,diuino furore concitatur,ut Democritus Democ.
& Plato aſſerunt.Quẽ furorem ſequitur exceſſus quidam mentis,& exta/ Plato
ſis,ut de Plotino ſcribit Porphyrius:Qui ſȩpe ſoluebat a corpore,uultũq; Plotinus
mutabat,unde tũc mira quędã iueniebat,quę ſcriberet:quibus miraculis Porphy.
ſe quater interfuiſſe aſſerit Porphyrius.Seipſum uero,cũ ageret octauũ &
ſexageſimũ ætatis annũ a numine correptũ ſemel inter contemplandum
affirmat.Sed ante hos multis annis idẽ feciſſe Heraclitũ,& Democritũ le Heracli.
gimus:qui eã ob cauſam ſolitudine delectabãtur. Quorũ alter uehemen/ Democ.
tia ſtudii ſubtriſtis: Alter uero ſuper omnia inferiora euectus, ridebat de
ſingulis: unde ab Abderitis(ut Hippocrates ſcribit)fatuus iudicabatur. Hippo.
Qua extatica delectatiõe correpti Pythagoras,& Zoroaſtres,prior decẽ, Pythag.
alter autem uiginti annis latuit.Harmonii Clazomenii anima cuagari ſo/ Zoroa.
lita erat relicto corpore(ut aiebat) non tamẽ relicta a corpore,ut rei ueri/ Harmo.
tas eſt.Meminit etiam Rabi Semtoph benfalchiera Ariſtotelem teſtari in Semtoph
libro de Bdelio,ſuam propriam animam ſenſibilibus excuſſis ſubuectam Ariſto.
ad contemplationẽ rerum altiſſimarum.Legimus etiam Diomedem Si/ Diome.
racuſanum geometricis figuris intẽtum,tumultuoſum excidium pereun/
tis patrię,& imminentem ſuper caput hoſtem non ſenſiſſe.Quod contin/
git aut nimia intentione Speculantis,aut ob ſtrenuas hominis uirtutes,ut Cornel.
de Cornelio ſacerdote caſtiſſimo ſcripſit Aulus Gelius,qui Patauii,eo tem Aul.Ge.
pore quo Cæſar & Pompeius in Theſſalia cõflictabant mente ſubuectus,

Socra. tempus,ordinem,& exitum pugnę proſpexit. Socrates(ut Plato ſcribit)
Plato a ſolis ortu uſq; ad ſolem alterum oriẽtẽ,ſine cibo,ſineq; ſenſu, & corporis
motu,ore & oculis in eundem locum directis,cogitabundus,abſtractus,a
Idem. corpore ſtabat. Plato cum frequenter contemplationis intentione longe
ſeceſſiſſet a corpore,tandem in eadem ipſa abſtractione, a corporeis uin/
Xeno. culis omnino diſceſſit.Eius diſcipulus Xenocrates ſingulis diebus p inte/
gram horam abſtrahebatur a corpore. Et quod philoſophis contingebat
ui intenſiſſimæ ſpeculationis, multo fœlicius effecerunt uiri & mulieres
euangelici uirtute Sancti ſpiritus,in eorum multis copioſiſſime diffuſi,&
Franc. eo amplius,quo magis expiati adinueniebantur. Franciſcus(ut a noſtris
exordiar) ſuſpendebatur multoties tanto mentis exceſſu,ut extra ſemet/
ipſum raptus,& ultra humanũ ſenſum aliquid ſentiens, quid circa ſe age
retur exterius,omnino neſciret.Per burgum enim Sancti ſepulchri tran/
Augu. ſiens,adeo in ſeipſum erat collectus,immo Deo cõiũctus, ut nec locũ ui/
derit,nec multa quę circa eum exhibuere Burgẽſes illi,cognouerit. Augu
ſtinus cum meditationi intenderet,mulierem quę ipſum adierat cõſultu/
ra dum loqueretur,non ſenſit.Vnde inconſulta abiit,antiſtiti aliquantulũ
indignata,credens ſe a tanto uiro contempta. Sed poſtera die ſuſcipiens
benignum reſponſum, nõ neglectam ſed non animaduerſam ſe fuiſſe co/
Thom. gnouit. Thomas aquinàs(ut fertur)ſublimioribus intentus, mente ſimul
Maria. cum corpore a terra per cubitũ eleuari uiſus eſt.Maria Magdalena a bo/
Magd. no magiſtro inſtructa & ſuffulta,in ſolitudine Maſiliẽſi degẽs,ſtatis horis
Maria. Angelorum miniſterio in ſublime attolli ſolebat.Quam ſecuta illa Maria
Aegy. Aegyptiaca,a priſtina mollitie eremi aſperitate expurgata,inter precãdũ
Clara. cubitali altitudine ſublimis a terra pẽdere uiſa eſt. Clara Aſſiſiàs a Cœna
Domini iacens uſq; ad reſurrectionis diem,crucis trophęũ altius cõtem/
plans,dum reuerſa eſt,uiſa ſibi fuit nec horam quidem acquieuiſſe.Quod
comprobaui in altera,nomine & uita conſimili,quæ aſſumpto ſacramẽto
in crepuſculo eiuſdem quintæ ferię, genibus innixa ſtetit immobilis uſq;
ad diem Dominicũ:quo ueluti cum Chriſto reſurgens multa,mihi enar/
rauit, quæ uiderat. Innumera huiuſmodi adducere poſſemus exempla,
Paulus & Pauli & poſterorum uſq; ad hæc noſtra tempora, quos aut uidi, aut
digna relatione cognoui,a furore,immo a ſancto numine arreptos, eò de
ductos,quo mens humana ſuis innixa uiribus pertingere nequit. Sed ad
aliud diuinandi genus ueniamus,quod fit per claram uiſionem. Vbi ho/
Procu. mo (ut Proculus ait) ueritatem epulatus,in puro uiuit ſplendore, ſecũ/
dum perfecta undiq;,ſtabiliaq; & ſincera initiatus Phãtaſmata,non utiq;
hæc extracta a ſenſibus, ſed meliora illa ſacramenta,quę prophetę in ar/
chetypo proſpiciebãt, prius tamen expurgati per ſacrificia,& aliquo pe/
Plotin. culiari Dei munere,interuenientibus etiam uirtutibus, quas Plotinus ac/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a C

commodato nomine purgatorias uocat. Quibus docet, ut noſipſos ra/
damus,perpoliamus,& abſtergamus,quouſq; unuſquiſq; ſcipſum in ſta/
tuã ſpecioſam formauerit. Statuã (inq̃) & imaginem,qua perfecte per/
fectiſſimũ Opificem referamus. Efficiatur enim (inquit) unuſquiſq; pul/
cher atq; Deiformis, ſi modo ſit diuinam pulchritudinem inſpecturus.
Oportet nanq; uidentem uiſo ſimilem fieri. Et multa proſequitur, quæ
omnia unico uerbo Summa Veritas complectitur dicens. Beati mundo CHRI/
corde,quoniam ipſi Deum uidebunt. In quo Deo omnia uidentur, om/ STVS
nia cognoſcuntur, plus minuſue, prout uiſio illa idoneam uidentis di/
ſpoſitionem exquirit. Et iſti ſunt ueri uates, qui ea quæ prędicunt in ſpe/
culo illius ęternæ lucis uidentes addiſcunt. Hinc ſcriptura de more, ora/
cula a prophetis ædita uiſiones uocat, dum ait. Viſio Iſaiæ, Ieremię, Eze/
chielis,uel cęterorũ uatum,& ipſi prophetę uidentes dicebantur. Sed cum
Moſi præ cęteris expoſitum fuerit lucis pleniſſimum ſpeculum, adeo ut Moſes
facie ad faciem cum Deo loqui diceretur,ideo ſcriptura ſacra ipſum cæ/
teris prophetis anteponit: ut habemus in uerbis illis, quę Ioſue (iu/ Ioſue
bente Domino) addidit in calce Deuteronomii dicens: Et non ſurrexit
propheta in Iſrael ſicut Moſes, quem noſceret Dominus facie ad faciem
in omnibus ſignis, atq; portentis, quæ miſit per eum facienda in terra
Aegypti, Pharaoni, & omnibus ſeruis eius, & coram uniuerſo Iſrael.
Eſt ultimum uaticinii genus, quod per articulatam uocem & expreſſam
efficitur,omnium excellentiſſimum. Hinc Iohannes,qui uox dictus fuit Iohan.
etiam pluſquã propheta a Summa Veritate eſſe perhibetur. Hæc enim
uox primo legitur delata fuiſſe Abrahę ab Angelo de cœlo clamante, Abrahã
Abrahã Abrahã: Qua uoce,& filii liberatio,& benedictio,quæ per ſemẽ
eius effuſa fuit in totum genus humanum, denuntiata eſt. Ad Moſem Moſes
quoq; paſcentẽ gregem in monte Sinã, uox illa diuina intonuit dicens:
Moſe Moſe: cui uocato ſtatim credidit negotium liberandi populum de
Aegypto: & legis publicandæ, & ſcripturæ committendę. Vox inſu/ Samuel
per ad Samuelem facta eſt bis uocans, & dicens: Samuel Samuel,
conſtituens eum ſacerdotem, atq; directorem & ducem Iſraelitici po/
puli. Nec prętereundum cenſeo ſacramentum, cur ſemper uox bis no/
minatim quoſpiam inclamauerit. Id enim factum fuiſſe ſapientes autu/
mant,quia uox ſemper ad ſublimiorem gradum euehit eum, qui uoca/
tur: Innuit igitur bina uox, & gradum in quo erat, & gradum ad quem
uocatus conſcendit. Ad hoc itaq; deueniunt expurgati, & bene cordati
uiri, ut ſpiritus Dei & ſancti numinis ſæpius participes effecti uatici/
nentur, occulta dignoſcant, & futura prędicant,quod ſolius Dei eſt, &
eorum,quibus Deus ſe cõmunicare,ac familiarem prębere ſtatuit. Quod
minime præſtat,niſi bene expiatis & compoſitis uiris.

Apologeticum pro Vaticinio. Cap. V.

ET quis omnibus pateat fuiſſe uates,& uaticinia multa:nihi/
lominus non deſunt,qui ea impugnare conentur:hinc ratio/
nes eorum breuiter diſſoluẽdas opportunum diiudico. Di/
Cicero cunt enim (ut colligit Cicero ſecũdo de Diuinatione)Cuius
eſt diuinatio fortuitarum,an fatalium rerum: Fortuitarum non,quia ea/
rum rerũ quæ nihil habent rationis,quare futurę ſint,non poteſt eſſe prę/
ſenſio.Sed quid eſt caſus,quid fortuitus euẽtus, niſi cum ſic aliquid ceci/
dit,ſic euenit,ut uel non cadere uel aliter cadere potuerit. Quomodo igi/
tur quod temere fit,cæco caſu,& uolubilitate fortunę euenit, pręſentiri &
prędici poteſt? Nec rerum fatalium eſt diuinatio:quia cum neceſſario eue
niãt,nihil prodeſt immo cruciat earũ pręſenſio, ſi malus euentus futurus
ſit.Nec pręcaueri poſſunt ea,quę fatalia ſunt. Nec dicatur quidẽ, omnia
leuius caſura rebus diuinis procuratis,quia (ut dicũt) cum nihil ſit extra
fatum, nihil re diuina leuari poteſt. Concludunt itaq;. Si pręuideri nihil
poteſt futurum eſſe eorum quę caſu fiunt,quia eſſe certa non poſſunt,di/
uinatio nulla erit. Si autem idcireo poſſunt pręuideri, quia certa ſunt,&
Chryſi. fatalia:diuinatio nihil proderit. Addũt Chryſippus/Diogenes,& Antipa/
Dioge. ter:Si Dii ſunt quoꝝ auſpicio(ut dicitur)ſit diuinatio, cur ipſi aperte nõ
Antipa. explicant,quę futura ſunt pręcauenda, aut amplexãda? id maxime cum
dicantur generi hominum benefici,& amici:niſi exiſtiment nihil intereſſe
hominum ſcire,aut ignorare quod futurũ ſit. Et cur tot & tanta homini/
bus occultant,ut ea quę ſciunt,aut pręuident, nihil ſint in comparatione
eorum quę latent? Hinc concludere uidentur,q; Dii nihil reuelant, ſed ſi
aliqua pręſentiuntur,id fit ingenio,arte, uel caſu. Inuehunt quoq; aliqui
in ſigna,quę a cœlo dari uidentur,hac potiſſime fręti ratione,q; uenti/tul/
mina,tonitrua, ſtellę comatę,terrę motus, uapores uiſi decertare in aere,
& huiuſmodi,naturalia ſunt,& non prognoſticationes. Cuius rei ſignum
comprobatiuum eſt fulmen in medium mare proiectum,aut aliò truſtra
demiſſum, & quoniã nõ ſemper comatas ſtellas,& terrę motus ſequũtur
hi,qui dicuntur eoꝝ euentus,& multa proſequentes contra diuinationem
maiorẽ in modũ machinãtur, quę quidẽ ex ſe funditus corruũt. Nihilo/
Cicero minus ad ea quæ adducta ſunt, reſpondebimus. Eſt enim (ut ad Cicero/
nem,& eos qui ipſum ſequuntur, me uertam) rerum fortuitarum & fa/
talium diuinatio.Et quãuis fortuita nihil uideantur habere rationis,id ta/
men eſt in his,quibus hęc eueniunt. Nam in ſummo Moderatore a quo
eueniunt,abſq; ratione non ſunt. Omnia enim fortuita a Deo ſua diſpo/
Ariſto. nuntur ratione. Nos autem (ut bene ſentit Ariſtoteles in de bona & mala
fortuna) cum non uideamus earum rerum cauſam, quę eſt Deus,attri/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre

buimus fortunæ, ideſt cauſæ ignotæ. Non igitur eueniunt hæc præter intentionem ſummi moderantis, ueluti ferrum ſecuris in aquam cadit præter intentionem ligna incidentis. Viſa enim fuit a caſu ſors cecidiſſe ſuper Saul, quando electus fuit in regem, is tamen a Domino fuerat Samueli indicatus rex: & ab eo qui indicauerat diſpoſitę fuere ſortes, ut caderent ſuper Saul, quę non intelligentibus ipſius Dei diſpoſitionem, a caſu cecidiſſe uiſæ ſunt. Sic in multis contingit, ut iudicentur fortuita, quę a diuino decreto ſumma ratione procedunt. Et hęc in Deo prouiſiones diuinæ dicuntur: quæ ſi per cœlos diſponuntur, fatalium nomen aſſumunt: in his autem quibus occurrunt fortuiti iudicantur euentus. Et horum uaticinia ſæpius præmittuntur, ut cognoſcant mortales quoniam huiuſmodi a Deo præuidentur & deſtinantur: unde teſe diſponant ad ipſos influxus bene ſuſcipiendos, & grati ſint tribuenti. Aliquando uero ea ſerie diſponuntur res, ut euentus illarum ſint in diſpoſitione recipientis, ſicuti eſt gratia bene operantis, & fauor multiplex. Quæ etiam ſub conditione promittuntur, ut ſępius in ſcriptura ſacra ſummus Moderator repetit dicens. Si audieritis me, ſi hęc, uel illa feceritis, munificus ero remunerator. Et quãuis cognoſcat ſummus Moderator quid homo facturus ſit, non tamen in præteritum tranſit uiſio: ut ex illa iam habita & decurſa, res infallibili euentu ſuccedat. Quomodo autem idem contingens euentus, in Deo ſit infallibilis prouidentia, & in cœlis fatum (ſicuti Plato bene ſentit) id penitus difficillimorum eſt. Et quãuis hæc uideamus, & comprobemus, quomodo tamen conueniant, adhuc declarauit nemo. Aliquod tamen exemplum præbere poſſumus, quo ad huiuſce rei explicatum perducamur. Currit fluuius Dei iuſſu ſempiterno, & indefectibili lapſu tranſit per uarias regiones in omnium incolarum beneficium: Suſcipere curat aliquis aquæ profluuium, admittendo quantum ei ſufficiat ad irrigandos agros. Alius munitis aggeribus nihil aquę admittit in beneficium, aut maleficium. Alius uero ſua ignauia nullis extructis aggeribus, tota permittit prædia ſuffocari, & ſata omnia opprimi. Eſt itaq; fluuii curſus a Dei prouidentia, & inuariabili iuſſu, uel a cœlorum ordine, ſiue fato: beneficium autem, uel maleficium eſt contingens, pro induſtria, uel ignauia ſuſcipientis. Si autem de inundatione illa uaticinaretur quiſpiam, forſitan incolarum aliquis melius muniſſet aggera ad maleficium euitandum, & alius ſe diſpoſuiſſet ad copioſius beneficium ſuſcipiendum. Ecce igitur quomodo releuantur ea quæ fatalia ſunt, ſed (ut more noſtro loquamur) ea quę ab infallibili Dei prouidentia deueniunt. Ad Chryſippum uero, & collegas dicemus, Deos ideſt Angelos ſummi Moderatoris iuſſu aliqua nobis reuelare, ut & Principis decus, & noſtra merita exigunt. Et ex his ora-

Saul

Plato

Chry-

culo declaratis, alia plæraq; conſimilia uenari poſſumus, quia ſemel (inquit Iob) loquitur Deus, in eadem cauſa uidelicet, ad cuius unici ſermonis metas, in conſimilibus noſtra opera dirigamus. Et hoc eſt quod in-
Amos quit uates Amos: Non faciet Dominus uerbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas, aut expreſſe uidelicet, aut per conſimile. Verum indignis multa occultantur, ſicut & multa cognitio rerum a nobis cognoſcendarum. Nec decens eſt, ut Princeps arcana ipſius uulgo reuelet, ſed paucis qui ſint a ſecretis, & his fideliſſimis: quorum tamen exequutio per tempus populo demandatur. Et tunc omnes cognoſcunt ea, quæ inter paucos recondita erant. Et hic eſt ordo rerum diſponendarum, non quidem in maleficium, ſed beneficium totius Reipu. Quod autem negant effectus aliquos cœleſtes ſigna eſſe futuri euentus, nihil eſt: cum aliqui effectus ſint naturales, aliqui immediato Dei iuſſu eueniant. Qui igitur naturales ſunt, ſigna non ſunt: ſed qui a Deo demandantur ad terrendos, uel puniendos populos: ut prodigia illa immiſſa per Moſem in Aegyptios, & ſimilia multa, ſigna merito dici poſſunt, & ſunt: ex quibus coniectare poteſt homo rerum exitum. Non itaq; adeo anguſtant adductæ rationes, ut angulus ueri ſubterfugii (ſicut opinabãtur arguentes) ſit nobis pręcluſus. Nec miretur quiſpiam, ſi obſcurę ſint prognoſticationes, & interpretibus indigeant, cum nihil quodammodo in rebus naturalibus efficiatur, quin hominis adiumento indigeat. Aurum enim & argentum, cæteraq; metalla fodiuntur, & excauantur ſcoria & luto plena, ſed induſtria humana expurgantur. Vua naturæ pręſidio naſcitur, & matureſcit: ſed eadem marceſcit niſi diligentia humana collecta, & calcata in uinum exprimatur. Grana quoq; multo labore demeſſa, triturantur, conteruntur, & ſæpius præ manibus habentur, anteq̃ panes in cibum conficiantur. Linum innumeras operas (ut ita dicam) exquirit, anteq̃ tela in hominum uſus texatur. Et ſicut naturę opera arte complentur, ſic & oracula diuina nobis explicanda offeruntur: ut naturę, & Dei coadiutores effecti, in utroq; habeamus unde exercitari poſſimus. Verum aliquando diuinandum eſt, ut intelligamus quid diuini uates pręſenſerint. Vnde ſępius error contingit, non quidem ex uitio ſeu defectu uaticinii, quia quę ex ore Dei procedunt non fiunt irrita: ſed id fit ex culpa male intelligentis. Nec uaticinium ideo negandum eſt, quia interpres ignorat, aut errat in interpretando: quia nec medicina neganda eſt, quãuis medici fallantur in multis. Falluntur & ruſtici, & nauium gubernatores, quãuis ex comprobatis ſignis boni habeantur Aruſpices. Nec deeſt prudentia, atq; ratio Reipublicę gubernandę, quãuis Gneus Pompeius, Marcus Cato, Hannibal, & plęriq; prudentiſſimi ſenatores, & pręclariſſimi duces aliquando decepti fuerint. Sic quoq; euenit in diuinandi arte, quę aut pru-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr

dentia,aut cõiectura,siue spũs agitatiõe aut uisione efficitur,ut aliqñ fallantur diuinantes: uel quia nõ bene percipitur quid suggerat spiritus,aut indicet uisio:uel quia aliqua fit mutatio in eo,de quo erat uaticiniũ: unde oraculi sentẽtia aut mutetur,si in maleficiũ erat delata:aut si in beneficiũ, differatur. Ionas etenim diuina uoce percitus Niniuitis cladem futurã in quadragesimũ diem nũtiauit,hæc tamẽ Niniuitarũ pœnitẽtia,& prophetæ oratione (ut supra diximus) dilata est.Prognosticatus est Isaias mortẽ Ezechię imminere in crastinũ:quę tamen regio fletu usq; ad annos quindecim prorogata est.Electus fuit Moses Dei oraculo,ut traduceret populum de Aegypto ad promissam terrã: De Aegypto quippe populũ eduxit:sed errans in petra, ad statutũ locũ minime perduxit. Solus Christus erroris expers uaticinium nequaq̃ irritandũ protulit,qui ideo dixit: Cœlum & terra transibunt,uerba autem mea non prẽteribunt. Ionas Isaias Moses CHRISTVS

Omnia ad se deducunt Homines bene cõpositi. Cap. VI.

NOn mediocri experiẽtia comprobatũ est, neruos bene compositos in fidibus, peulsis aliis alios resonare. Ostreis quoq; & conchyliis omnibus contingere, ut cum luna pariter crescant,pariterq; decrescant. Arbores quoq; hyemali tempore cũ Luna,& Sole simul senescere, & humores demittere,unde opportune cędi existimantur.Pullulant omnia,& floresciũt uere, ac lęta solis cursum prosequũtur.Multa quoq; huiusmodi fiunt:in quibus deprehẽditur rerũ cõnexio,atq; correspõdentia.Cum igitur homo sit omniũ rerũ uinculum, bene cõpositus facile omnia mouet,& ad se trahit,atq; deducit: non minus q̃ magnes ferrũ,aut electrũ confricatũ paleam.Hinc ille,qui est perfectissimũ omniũ uinculũ,& plena concinnitate gaudet,dixit:Cum exaltatus fuero a terra,perfectissime uidelicet in ligno crucis extensus,& congruens cũ omnibus, qui sunt in longitudine,latitudine,sublimi,atq; profundo machinę huius mũdanę,omnia traham ad meipsum,de cũctis dispositurus ad libitum.Huic qui magis cõsimilis efficitur,& unitur, tanto maiorem uim attrahendi consequitur, coq; magis corroboratur,eam cõmuniens uim,quæ a natura homini insita est trahendi ex symbolo,quod habet cum omnibus.Quod hinc coniicitur,quia cum habeat unũquodq; animal cibaria sua,alia fœnũ,uel hordeũ: alia herbas:alia legumina, uel semina:alia carnes,& id genus:homo solus omnibus cibis uescẽs,ab omnibus uitæ incrementa,& fulcimenta suscipit. Possident item ex animantibus aliqua terrã,aliqua mare,aliqua aerem,& digniora cœlum.Homo autem omni elemento in sui beneficium utens, uoluptatem & commodum undiq; trahit.Nec illis contentus,in cœlum, immo in ipsum Deum conscendere satagit,ut nullus sit locus,quem non ascisca in usum,& me- IDEM

Deute. rito,ut uera sit sententia summi Principis: Omnis locus,quem calcauerit pes uester, uester erit:quousq; uidelicet reuertemini ad me, omnia uobiscum deducentes. Et sicut omnia emolumentum afferunt homini bene

Paulus se habenti cum Deo,dicẽte Paulo:Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum:Sic dissonanti a Deo,omnia in pernitiem uergunt,iam uero filio effecto illius rebellis cui dicitur:Maledicta terra in opere tuo. Ad cuius terrę,quę est primarium elementum,& fundamentum omnium rerum corporalium, maledictionem, sequitur maledictio rerum omnium, quæ ex ipsa fabricatæ sunt, aut ipsi inhærent. Hinc & hos rebelles ab-

Porph. ducunt mali & dissoni dęmones, de quibus Porphyrius in de bonis & malis dęmonibus ait.Bonorum corpora in commensuratione consistunt: Sed maleficorum corpora inconcinna sunt: ac affectione passiua,locum incolunt terrę uicinum, immo intra ipsam terram. Nullum est malum, quod perpetrare non audeant. Habent omnino uiolentum,& male sanum morem,desertum uidelicet custodia dęmonum meliorum. Ideoq; uehementes,repentinasq; insidias plurimum machinantur & moliuntur. Ac dum agunt incursiones,partim latere solent, partim uero inferre uiolentiam. Quãobrem acutę,& ueloces sunt passiones ab eis illatę. Cura-

Idem tiones autem,emendationesq; dęmonibus melioribus tardiores fiunt.Et postq̃ multa mala quę perpetrant connumerauit,subinfert. Omnibus.n. rebus sic inique,discorditerq; factis admodũ delectantur.Qui igit̃ a Deo, a conscientia,& a bonis spiritibus dissoni uiuũt,cum dissonantibus spiritibus cõmercium habentes,dissona,inordinata,& horrentia omnia perpetrant:adeo ut dissonantes sibiipsis cum nullo conueniãt:sed omnia dissentientia,& inordinata comprobent.Qui autem sibiipsis conueniũt,& cum Deo,suo loco positi omnia sentiunt ipsis correspondentia,& facile conducẽda:quia (ut ibidẽ inquit Porphyrius) omne bonũ gubernatione facile, ęqualeq; est,qa progreditur ab ordine:ex quo sequitur cõuentio,trãquillitas,& facilis omniũ cõsensus.

Idem

Homines suo loco positi,& concinni facile rebus omnibus dominantur. Cap. VII.

CElebri fama diuulgatũ est,(ut sępe iam diximus) hominem sacrarũ litterarũ testimonio prælatũ,& cõstitutũ super omnia opera manuũ Dei.Quæ dogmata imitatus Sulmoñ.decantat: Sãctius his animal mẽtisq; capacius altę Deerat adhuc, & quod dominari in cętera posset Natus homo est.Nihilominus plęrosq; uidemus,& ferè omnem hominum turbam mãcipari, potius q̃ dominari. Quod eueniſſe nõ ambigimus, quia homo rebellis Deo (ut Trismegistus ait) a contẽplatione Patris,& ab eius cõsortio unde dominãdi uim susciebat,ad sphęrã generationis delapsus,seruus miserrimus omniũ effectus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre

est. Et (summa Veritate teste) peccãs homo seruus efficitur peccati, idest sathanæ deducentis ad peccatum, aut concupiscentiæ, quę est ipsius peccati parens. Concupiscẽtia enim (inquit Iacobus) cum conceperit, parit peccatum. Hinc homini a sua dignitate delapso repugnant omnia, neq; dignantur habere in dominum eum, qui tam uile mancipium iam effectus est. Atq; ipsi obtemperare recusant, quousq; in pristinum honorem, a quo deciderat, restituatur, & unanimis fiat cũ Deo, a quo dominandi uim resumat, sicuti a principio iam acceperat. Tunc uenena, & hostes nõ timebit, tunc feras non metuet: sed ipsas terrore concutiet, sicuti de Dauid in primo uolumine Regum legimus: qui Sauli regi perterrenti eum, & reuocanti a congressu gigantis dixit. Persequutus sum seruus tuus leonem, & ursum, & percutiebam eos eripiens prædam de ore ipsorum. Et cum insurgerent aduersum me, apprehendebam mentum ipsorum, & suffocabam eos. Daniel draconem interfecit, & inter leones famelicos stetit intrepidus. Paulus uiperam manui adhęrentem ueluti paleam excussit, nihil timẽs morsum, aut offendicula eius, cuius iam plenum obtinuerat dominium. Non enim defuit Paulo ille, qui cęteris Apostolis dixit. Ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpentes: & scorpiones, & super omnem uirtutem inimici, & nihil uobis nocebit. Bibit Iohannes uenenum lętus, & constans, & ex bullienti olleo illęsus euasit. Non enim (ut Augustinus (iudicio meo) recte decernit in tertio super Genesim ad litterã) animalia fuere a principio producta uenenosa, inimica, & molesta humano generi: sed post peccatum infesta, inimicaq; constituta sunt. Quod ex Domini sententia in pęnam iniustę rebellionis primorum parentum delata est. Ad serpentem enim omnium animalium homini infestissimũ (ut inde ad cętera animalia inimica dictum intelligamus) inquit. Ponam inimicitias inter te & mulierem, & inter semen tuum & semen illius. Et uix prolata sententia, de remedio quoq; prouidens dixit: Ipsum, semen uidelicet mulieris conteret caput tuum: ut nec ipsi, nec ueris eius assęclis nocere ualeas. Hinc non tantum Apostoli, sed etiam posteri pręualuerunt contra inimica animalia. Hieronymus enim leonem acerrimum hostem, in proprium obsequium conduxit. Et Anachoritę multi stabant in spęluncis & cauernis terrę, non timentes nec leones, nec ursos, nec serpentes, nec ualidissimos dęmones infestantes. Et quod plus est, pręualuerunt amici Dei contra acerrimam uim naturalem impetuosissimi ignis. Nam tres pueri in fornace Chaldaica, & Thomas in India impetum ignis, & Franciscus candentis ferri uigorem extinxit. Et ut cum Paulo concludam (deficeret enim tempus enarranti) Sancti per fidem, idest per fidelem & firmam adhęsionem cum Deo, uicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leo-

Iacobus

Primus Regum

CHRISTVS

Augustin.

Paulus

num, extinxerunt impetum ignis, fortes facti sunt in bello, castra uerterunt exterorum, & reddiderunt mulieribus mortuos suos, atq; ex multis infirmitatibus conualescere fecerunt. Quibus portentis uisi sunt obtinuisse iam omnium rerum dominium, sicut obtinuit pro antiquis prę-
uisus, & pro posteris iam existens ille, qui dixit. In nomine meo dæ-
CHRISTVS monia eiicient, & cætera quæ sequuntur. Ipse enim in uirtute nominis sui saluos nos fecit, in pristinam dignitatem restituit, & uniuit cum illo,
IDEM qui facit mirabilia magna solus: ut & nos eadem faciamus, sicut idem restitutor iterum ait. Qui crediderit in me, faciet opera quæ ego facio, & maiora horum faciet.

Vnde sit Vis dominãdi, quõ pdita, & quõ restituta. Cap. VIII.

Plinius

DIximus iãpridem ab Opifice summo insitã esse homini dominandi uim. Sed quę ipsa sit, & quomodo eandem habeamus, percurrendum censeo. Plinius id subtili indagatione percurrit dicens: Elephas homine obuio forte in solitudine, & simpliciter oberrante, clemens placidusq; etiam demonstrare uiam traditur: Idem uestigia hominis animaduertens priusq; hominem, intremiscere insidiarum metu, subsistere ab olfatu, circũspectare, iras perflare, his & aliis indiciis quæ ibidem subnectit naturalis historicus, hominem timeri hoc maxime, sed unde timeatur, haud facile possemus comprehendere. Verum ne uideamur, ex una tantũ rosa (ut aiunt) uer afferere, hoc eodem modo tigris expauet, quæ feris cęteris truculentior, atq; ipsa elephantis quoq; spernens uestigia homine uiso transferre dicitur protinus catulos. Quo nam modo agnito: ubi ante conspecto illo, quẽ timet? Etenim huiusmodi syluas minime frequentari certũ est, Sane mirãtur ipsam uestigii raritatem. Sed unde sciunt timendos esse? Immo uero cur sępius conspectum pauent tanto uiribus, magitudine, uelocitate pręstantiores? Nimirum hęc est natura rerum, hęc potentia eius, sęuissimas ferarum & maximas, quę nunq̃ uidissent, quod deberent timere, & statim intelligere cur timendum sit. Quę autem sit hęc hominis natura timorem feris incutiens, non declarat Plinius q̃uis inquirat & innuat. Apollonius uero, dum
Apollo. Pharaotis regis Bactrianorum elephantibus duceretur ad Brachmanas, cum uidisset paruulum unco quodam elephantis ceruici infixo, ducere ipsum ingens animal, tentauit Damum eius indiuiduum comitem, unde esset hęc tanta tam uasti animalis erga puerum obedientia, & ignoranti atq; doceri exoptanti Damo dixit. Id est ex terrore quodam actiuo, homini ab Opifice immisso, quem persentientes inferiores, & animalia omnia ipsum hominem timent, & reuerentur. Hunc autem terrorem He-
Hebrei brei פַּחַד pahad appellant. Et hic in alio magis, in alio minus uiget.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a C

Maximus uero fuit in Izahac: ideo Iahacob, cui iure hæreditario pater illum tribuerat dixit, ad Laban & Arameum patruum, & socerum eius. Nisi Dominus Deus patris mei Abraham, & timor Izahac affuisset mihi, forsitan me nudum dimisisses. Vbi in hebreo pro timore habetur illud pachad: Et ibidem iterum iurauit Iahacob per timorem, idest pachad patris sui Izahac. Hoc enim est tanquam signum terrificans quodcunq; subiicitur homini: sit uel seruus, uel animal: alioquin nec puer regeret boues, equos, & elephantes, nec rex perterreret populum totius regionis. Nec tantum habet homo signum quo timeatur, sed aliud quo diligatur: in hoc quoq; effectus simulachrum Dei: qui utroq; tribunali, amoris, & timoris uallatur. Efficitur etiam in huiusmodi imitator Christi, de quo dictū est. Regnabit in domo Iahacob, qui & de benignitate Abrahę, & de terrore Izahac participans, meditullium temperatum possidebat: Et utroq; hoc regio insigni protoplastes decoratus erat. Hinc adducta dicuntur animalia omnia ad ipsum ueluti ad dominum: ut eis omnibus nomina accommodata imponeret, quibus eadem uocaret ad libitum. Erant. n. ipsi & terrore subiecta, & a placida mãsuetudine attracta. Et id quousq; pręuaricatus pristinam dignitatem amisit, & ex domino miserrimus seruus effectus est. Et quanto magis aggrauatur peccatum in homine, tanto magis a dignitate illa terrorem incutiente, & benignitate attrahente decidit in timorem, & seruitutem aliorum. Inde primus fratricida, qui peccato parentis quod contraxerat addens homicidium, se a dignitate illa deiectum sensit, adeo ut timens dixerit ad Dominum. Omnis qui inuenerit me, occidet me. Bestias quippe, aut dęmones timebat, non homines, cum paruula esset generis humani familia: Pater eius, mater, uxor, & fratria, quam postea accepit Lamech in uxorem, qui solus dicitur habuisse duas uxores ex his, qui fuerunt ante diluuium. Et quia suscitauit semen pro Abel, quod tenebatur facere Caim, ideo dicitur interfecisse Caim contemptorem signi dati a Deo, ut uidelicet suscitaret semen fratris sui. Quod quia facere contempsit, iure a Lamech illud suscitante dicitur interfectus, tanq; legis datæ peculiariter, & postea populo diuulgandæ contemptor. Magnum latet hic sacramentum, sed prosequamur. Successit Noe, qui dictus est iustus in generationibus suis: ideo quanto fauore ad pristinam dignitatem restitutus sit, uideamus. Arcam fabricat, in quam introducuntur ab eo aduocatę omnes bestiarum, ferarum, & auium species, atq; sub eius imperio morantur quiete, donec cessent aquæ diluuii. Quibus decrescentibus, nulla adhuc arcam exire pręsumit, nisi coruus, & columba, non sine mysterio ab ipso dimissi. Sed coruus (ut habetur in ueritate litteræ) egrediens egrediebatur, & reuertebatur, quousq; siccarentur aquæ desuper terram. Et non (ut ha-

Izahac Iahacob

Adam

Cain

No

bent nostri mendosi codices) egrediebatur, & non reuertebatur. Coruus autem redibat uacuus, columba uero cum oliua, signo pacis. Sed unde tanta bestiarę erga hominem restituta obedientia? Obserua scripturæ uerba, & intelliges: Nato enim Noe uaticinatus est pater eius Lamech dicens. Iste consolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus: Purgauit enim eam aqua diluuii, tanquam signum & sacramentum illius aquę, per quam a Mesiah fieri debebat uera, & plena purgatio. Hunc sequutus est Moses qui ranas, cinifices, uel pediculos, & muscas, atq; alia quamplurima aduocauit in flagellum Aegyptiorum: Mana autem, aquam, coturnices, nubem obũbrantem, & columnam igneam in pabulum, & beneficium populi sibi crediti. Adueniente autem uero restitutore humani generis Christo, cuius Moses typum gessit, omnia plene subiecta homini iterum fuere: data discipulis potestate (ut nuper diximus) calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem uirtutem inimici. Quod dominium tamdiu durauit in credentibus, q̃diu perseuerauit fidelis, & perfecta seruitus in Christum. Adueniente autem tempore, quando successores Petri mentirentur dicentes: Argentum, & aurum non est nobis, perdiderunt quoq; ius dicendi surge, & ambula: uel surge, & ministra nobis: Siue pręcipio tibi in nomine Iesu Nazareni, exi ab eo: & omnem tandem uim, & dominium in uirtutem inimicam. Franciscus uero iterum uitam Apostolicam amplexus, a pecuniis penitus simul & uitiis denudatus, creaturis omnibus imperat, & obediunt ei: Aquam in uinum conuertit, siccis pedibus fluidum elementum pertransiit: Rabidum lupum mansuetissimum, & domesticum reddidit: hyrundinibus garrientibus solo iussu silentium imposuit: Falconi iubet, & ueluti gallus excitator efficitur: lepores, & cuniculos domesticos fecit: ignem urentem alloquitur, & uirtutis suæ oblitus uiro Dei fomẽtum sine horrida adustione præbet. Multa quoq; huiusce generis miranda peragit ad pristinam dignitatem restitutus. Nec est abbreuiata manus Domini, omnibus qui ipsi fidele exhibent obsequium. Nec quidem hoc exhibent omnes qui dicũt, Domine Domine, aut qui exterius insigne Christi, uel imitatorum eius deferunt, potius gestientes ueluti simię, q̃ Christi & Sanctorum ueram uitam deducentes.

Franc.

Vide ne dixerim nunc sapit.

Varia & mira operandi & dominãdi conditio. Cap. IX.

Zoroa.

ET q̃uis solius Dei sit miracula facere, nihilominus humanũ genus audacissimę (ut Zoroastres inquit) naturæ opus, & audax omnia perpetrare, fauente maxime antiquo & ualido serpente, qui se simiã summi Opificis semper conatus est ex-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creati

hibere,multa aggressum est,in quibus homo Dei,& naturæ ęmulator ap
paruit. Archyta Tarentinus (ut fertur) columbā igneā fecit uolitantem Archy.
per aerem. Quod & aliqui nostri temporis facere gloriātur. Aegyptii (ut Taren.
Mercurius tradit) Deoꝝ statuas construxere tales,ut loquerentur. Quod Aegyp.
& Albertus cognomēto magnus feciſſe traditur,caput uidelicet æneū lo/ Mercu.
quens. Et reperi qui se iactitarent facere corpora cuntia, & loquentia:nec Albert.
tamen habere uirtutes animales,neq; diu permanere. Ad quæ conducēda Magn.
dicunt ascisçere uirtutes cęloꝝ,obseruatis quibusdā aspectibus. Sed for/
sitā aliud est in causa. Dędalus artificiosis pennis uolasse fertur. Quod hac Dęda.
nostra tempestate quidā per modicū spatium fecit. Multa iactat Roge/ Roge.
rius Bachom se feciſſe magia pura,& naturali: tonitrua uidelicet in acre, Bach.
nubes & pluuias,atq; rerum transmutationes q̄plurimas. Nōnulli quoq;
per artem reperti sunt naturę sagaciſſimi ęmulatores: de qua Athenien. Athen.
apud Platonē in decimo de legibus:ars data est mortalibus, qua res poste Plato.
riores quasdā generarent,non quidem ueritatis & diuinitatis participes,
sed simulachra quædā sibiipsis cognita deducerēt. Aliqui nō cōtenti arte,
naturę accuratiſſimi indagatores effecti, studuerūt cōducere ea,quę a na
tura prępparata erant,applicātes actiua passiuis, ante tempus natura ipsa
ordinatum. Vnde uulgo uisi sunt facere miracula: quæ tamen naturalia
opera sunt, interueniente sola præuentione temporis. Ii autem qui hæc
perpetrare solebāt uocabulo persico Magi idest sapientes dicti sunt:quā/ Magi
uis nomen illud abusu quodam pro necromante a multis accipiatur. Erāt
enim sapientes & occultarum rerum gnari:ex quibus fuere illi, qui uidē/
tes stellam in natiuitate Redēptoris humani generis:ultra, & prętęr na/
turæ ordinem q̄ optime ipsis cognitum, & domesticum, auspicati sunt
(ut ęquum erat) natum aliquem fuiſſe, qui naturæ ordinem, & limites
transcenderet. Hinc moti a Perside & regionibus orientis (id tamen quo
ad ciuitatem Ieroſolimitanam Bethlehemiticam) uenerunt ad adorādum
puerum prodigio mirando, & supernaturali demonstratum. Ii enim qui
Magi dicuntur,primo medicinę studuerunt: ut scirent quid ad coleram,
quid ad flegma, quid ad atram bilem expellendam conueniret: quid ad
cor,epar,uel stomachum temperandum, & huiusmodi: Quod ut melius
facerent,astronomiam addiderunt,arbitrantes infirmitates,& herbarum,
radicumq; atq; aliarum rerum medicinalium naturas,ex planetis,& stel/
lis,quibus conueniunt facile diiudicari, ut Hermetem feciſſe comproba/
mus. Et cum eo Zoroastrem, Charundam,Ostanem, Zamolxen,Bra/
chmanas,Gymnosophistas,multosq; inter medios,& posteros, quoꝝ etiā
(licet excelluerint) fama obscura est. Verū multis de causis hic subticēdis
(ne magis digrediamur q̄ deceat) deperdita est naturalis ordinis illius,
& rerū applicationis cognitio. Vnde dęmones malos alii nominibus di/

uinis adiurare studucre. Alii obscęni & detestandi effecti,ipsos adorantes
cōsulere uoluerūt,scelus quidem omni mulcta plectendū. Malos autē &
immūdos consuluerūt,quia potestates mūdę,& superiores non faciles se
prębēt:sed cordis mūditiā,uitæ sanctimoniā,iussumq; Dei expectār. Ipsę
autē immūdę faciles se exhibēt,falsò fauētes hominibus,ut suo astu con/
ducentes ad id quod optāt eoꝝ cultores,obliuiscātur Dei,immo opinētur
dęmones illos malos diuinitate refertos. Ab huiusmodi itaq; docētur uer/
ba excantādi,& eosdē citandi pro libito ad conducēda opera,quibus ue/
luti Dii apparētes,adorētur a uulgo. Et quia mulieres maius habent cum
dęmonibus symbolū,& leuius illudūtur:ideo mulieribus faciliores se prę/
Virgil. bent:quę arte dęmonū uidētur facere ingētia, ut de Circe decātat Poeta.
Circe Carminibus Circe socios mutauit Vlixis,
Plinius Atq; satas aliò uidi traducere messes.
Seneca Quod & cōfirmant Cicero,Plinius,& Seneca. Elementa quoq; concussa,
& turbatas hominum mentes, atq; plęrosq; interemptos non succis, sed
uerbis uenenosis decantat alius Vates.
Mens hausti nulla sanie polluta ueneni
Lucañ. Incantata perit. Alius quoq; Poeta.
Ouid. Carmine lęsa Ceres sterilem uanescit in herbam,
Deficiunt lęsi carmine fontis aquæ.
Ilicibus glandes,cantataq; uitibus uua
Decidit:& nullo poma mouente fluunt.
Idem Et iterum inducit Medeam de seipsa dicentem.
Medea Cum uolui ripis ipsis mirantibus amnes
In fontes rediere suos:concussaq; sisto,
Stantia concutio cantu:freta nubila pello,
Nubilaq; induco:conuulsaq; robora terra,
Et syluas moueo,iubeoq; tremiscere montes:
Et mugire solum:manesq; exire sepulchris:
Te quoq; luna traho. Et de quadam incantatrice alius similia se
uidisse perhibet.
Tibull. Hanc ego de cœlo ducentem sydera uidi:
Fluminis hæc rapidi carmine uertit iter.
Hæc cantu finditq; solum:manesq; sepulchris
Elicit,& rapido deuocat ossa rogo.
Cum liber,hæc tristi depellit nubila cœlo,
Cum liber,ęstiuas euocat ore niues.
Augu. Augustinus q̄q; phibet se in Italia exītē adiuisse mulieres quasdā mali/
gnis artibus adeo imbutas,ut dato casu statim hoies cōuerterēt i iumēta,
Apule. quę necessaria portarēt,& hęc finito opere in hoies iteꝝ reducerēt. Quod

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre

cõprobat Apuleius,q lõga serie recitat se ueneficiis cuiusdã mulieris,dũ p magicã auis fieri conaretur,in Asinũ cõuersum fuisse. Quod & tẽporibus nostris multoꝝ testimonio cõtigit cuidã in Cherso Illirici insula,q p multos annos omnibus uisus est asinus: Tandẽ ad se reuersus,& ueneficia,& malefacta propter quæ id sibi cõtigerat, sacerdoti & publico cõcionatori enarrauit.Et ne quis opinetur fuisse deliramenta,sacræ litterę narrrant (ut habemus in Daniele) Nabucdonosor nõ mulieꝝ ueneficiis, sed iussu Dei ad eius elidendã superbiã mutatũ in bouem:& annis septẽ fœnũ comedisse. In primo quoq; uolumine Regũ legimus Phitonissam mulierẽ, quæ erat in Endor aduocasse Samuelẽ prophetã:quẽ intellexit Saul esse uere Samuelẽ,scisciatus ab eo rerum suaꝝ euentus. Qui cõfirmauit omnia quæ dixerat,anteq̃ ab humanis discederet. Et fuit uerus spiritus Samuelis, ante completũ annũ post discessum a corpore facile aduocãdus, ut Hebrei dicunt:q̃uis plęriq; in diuersos sensus litterã interpretentur. In Exodo quoq; perhibentur Magi Pharaonis uirgas in serpentes mutasse, ranaꝝ multitudinẽ adductã,aquam in sanguinem conuersam in interitũ piscium,& Aegyptioꝝ iacturã. Et nisi Magi,phitones,necromantes,malefici,& excantatores,atq; huiusmodi in rei ueritate fuissent : non iuberet in plęrisq; locis Dei uiui oraculũ eos exterminãdos de terra: Sed magna est magoꝝ,aut mirabiliter operantiũ differentia.Sunt.n.qui operãtur ingenio,arte,& doctrina:supplentes,aut accelerantes, uel augentes naturæ opus si licet.Si licet (inquio) quia Zoroastres magicę artis inuentor (ut attestãtur Gentiliũ litterę) in suis oraculis inquit. Ne augeas fatum.i.nõ magis te extendas q̃ datum sit desuper,aut series rerum exigat , ut interpres eius Gemistus Plethon exarat. Et isti Magi,sapientes , aut ueri philosophi dicũtur.Sunt etiam qui attentãt ea,quæ uires, & humanã cognitionem transcendũt.Et hi ea quæ nesciũt,& nequeũt,scisciantur : & fieri flagitant ab immũdis dęmonibus,aliquãdo se submittentes, & adorãtes, duplicis criminis rei,idolatrię.s.& uilissimę subiectiõis:his maxime, quibus ipsi longe superiores natura existũt. Alii autem uirtute nominũ diuinorum adiurãtes,ipsos dęmones coartãt.Et hi q̃uis idolatrię , & deiectionis scelus non perpetrẽt,tamen manifestis periculis se exponũt : quia & si coacti dęmones,tamẽ semper inuigilant,ut errantẽ decipiãt. Alii uero nõ contenti immũdis dęmonibus, meliores & mũdas intelligentias ascisciũt, uel ipsum Deũ immediate,quod paucis uel nulli datũ est . Nam & Mosi omniũ prophetaꝝ summo loquebatur Deus per Angelos,dicente Paulo. Lex data est per Angelos in manu mediatoris.Sed quia uicem Dei gerebat Angelus,ideo loquens dicebat.Ego Adonai,quod est nomen quadrilitterum,soli Deo cõperens.Abrahę quoq; (ut in Genesi legimus) loquebantur Angeli prędicentes Sarę conceptũ: & pentapolitanũ incendium, q̃uis Abraham

Daniel Nabu. Regũ Samuel Saul

Hebrei Exodus Magi

Zoroa.

Gemi.

Moses Paulus

Abrahã

q̃uis Abraham adorans mittentẽ,dixerit ad nuntios Adonai, quod nomẽ magis mittenti,q̃ missis competebat.Et quod patribus illis faciebant Angeli,nobis operatur uirtus Christi,qui omnia (ut diximus) ad se numina traxit:& qui habet nomen cui flectitur omne genu , & omne nomen cœlestium,terrestrium,& infernoꝝ.Hinc iussum est nobis, ut in nomine illo omnia faciamus.Nec.n.hoc nostro tẽpore alia uia faciendi miracula nobis relicta est.

Quæ sint naturalia opera,& quæ falsa, & quæ uera miracula , & quæ legitima dominãdi uis. Cap. X.

CVm igitur (ut diximus) cõtẽti sint aliqui q̃tũ ars,ingeniũ, & natura nostra patitur maritare mundũ,& applicare actiua passiuis,ii sapiẽtes,ueri philosophi,aut magi dicũtur,naturæ secreta & rerũ symbola rimantes. Nec isti animaduersione,uel iniuria aliqua,sed omni ueneratione digni habẽdi sunt:quos uniuersoꝝ Dominus testes & fautores habere uoluit suę fœlicissimę natiuitatis.Cum autẽ malos dęmones consulũt eoꝝ implorãtes auxiliũ, ut ea cõducant,quæ nec ars,nec humanũ ingeniũ patitur : tunc quęcũq; eoꝝ fauore perpetrãtur,illa non miracula,sed pręstigia sunt: quia aut secundum apparentiã tantũmodo fiunt,aut in maleficiũ eoꝝ qui suscipiunt, aut qui ipsa ppetrãt.Apparẽt.n.asini,uel equi, aut q̃uis alia animalia, uisi trãsmutati tantũmodo ab oculis fascinatis , & illusis . Hinc mulier illa , quæ equa iudicabatur a uulgo, Hilarioni mulier uidebat', ut erat.Multa quidem cõprobamus illata,aut remota impedimẽta a Deo,Angelis , & dæmonibus:aliquãdo.n.oculos aspiciẽtiũ perturbãt , & aliquãdo mediũ per quod aspiciũt.Astant.n.dęmones (ut clara experiẽtia didicimus) coram decẽ,uel uiginti,ab uno uel duobus tãtũ uisi,ab aliis autẽ nequaq̃.Et hoc quia ad libitum se occultãt,& ad libitũ se uisibiles prębẽt.Iudicabũt item multi astare asinũ,leonem,aut gallũ,hircum,uel hominẽ . Alii autem nihil penitus uident:& id fit arte, & illusione malorum dęmonum.Sed ueniamus ad superos. Obsesso Eliseo ab exercitu regis Syrię uallantis Dothaim, timuit minister eius uidens currus , & equites in circuitu ciuitatis: Cui Eliseus:Netimeas,plures sunt nobiscũ q̃ contra nos. Et orãte ipso ad Dominũ,ut aperiret oculos pueri sui,ecce uidit hic montẽ plenũ equorũ, & curruũ igneorum in circuitu Elisei. Orans itemq; contra hostes,ut auferret ab eis uidendi facultas,statim quoq; exauditus fuit.Vnde sicut ipso orãte aperti sunt oculi pueri,sic clausa fuere hostiũ lumina,ut nihil uidere possent:& eęci effecti,manuducerẽtur ab Eliseo dicente:Non est hęc uia, nec ciuitas:sequamini me,& ostendã uobis uirũ quẽ quęritis.Duxitq; eos in Samariã.Quã cũ ingressi essent,orauit iterũ Eliseus dicens:Aperi Domine oculos istoꝝ,ut uideãt.Ad cuius pręcationẽ aperuit Dominus ocu-

Eliseus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre

cõprobat Apuleius,q̃ lõga serie recitat se ueneficiis cuiusdã mulieris,dũ p magicã auis fieri conaretur,in Asinũ cõuersum fuisse. Quod & tẽporibus nostris multoꝝ testimonio cõtigit cuidã in Cherso Illirici insula,q̃ p multos annos omnibus uisus est asinus: Tandẽ ad se reuersus,& ueneficia,& malefacta propter quæ id sibi cõtigerat, sacerdoti & publico cõcionatori enarrauit. Et ne quis opinetur fuisse deliramenta,sacræ litterę narrant (ut habemus in Daniele) Nabucdonosor nõ mulieꝝ ueneficiis, sed iussu Dei ad eius elidendã superbiã mutatũ in bouem:& annis septẽ fœnũ comedisse. In primo quoq; uolumine Regũ,legimus Phitonissam mulierẽ, quæ erat in Endor aduocasse Samuelẽ prophetã:quẽ intellexit Saul esse uere Samuelẽ,scisciatus ab eo rerum suaꝝ euentus. Qui cõfirmauit omnia quæ dixerat,anteq̃ ab humanis discederet. Et fuit uerus spiritus Samuelis, ante completũ annũ post discessum a corpore facile aduocãdus, ut Hebrei dicunt:q̃uis plęriq; in diuersos sensus litterã interpretentur. In Exodo quoq; perhibentur Magi Pharaonis uirgas in serpentes mutasse, ranaꝝ multitudinẽ adductã,aquam in sanguinem conuersam in interitũ piscium,& Aegyptioꝝ iacturã. Et nisi Magi,phitones,necromantes,malefici,& excantatores,atq; huiusmodi in rei ueritate fuissent : non iuberet in plęrisq; locis Dei uiui oraculũ eos exterminãdos de terra: Sed magna est magoꝝ,aut mirabiliter operantiũ differentia. Sunt.n.qui operãtur ingenio,arte,& doctrina:supplentes,aut accelerantes, uel augentes naturæ opus si licet. Si licet (inquio) quia Zoroastres magicę artis inuentor (ut attestãtur Gentiliũ litterę) in suis oraculis inquit. Ne augeas fatum.i.nõ magis te extendas q̃ datum sit desuper,aut series rerum exigat, ut interpres eius Gemistus Plethon exarat. Et isti Magi,sapientes , aut ueri philosophi dicũtur. Sunt etiam qui attentãt ea,quæ uires, & humanã cognitionem transcendũt. Et hi ea quæ nesciũt,& nequeũt,scisciantur : & fieri flagitant ab immũdis dęmonibus,aliquãdo se submittentes, & adorãtes, duplicis criminis rei,idolatrię.s.& uilissimę subiectiõis:his maxime, quibus ipsi longe superiores natura existũt. Alii autem uirtute nominũ diuinorum adiurãtes,ipsos dęmones coartãt. Et hi q̃uis idolatrię , & deiectionis scelus non perpetrẽt,tamen manifestis periculis se exponũt : quia & si coacti dęmones,tamẽ semper inuigilant,ut errantẽ decipiãt. Alii uero nõ contenti immũdis dęmonibus, meliores & mũdas intelligentias ascisciũt, uel ipsum Deũ immediate,quod paucis uel nulli datũ est . Nam & Mosi omniũ prophetaꝝ summo loquebatur Deus per Angelos,dicente Paulo. Lex data est per Angelos in manu mediatoris. Sed quia uicem Dei gerebat Angelus,ideo loquens dicebat.Ego Adonai,quod est nomen quadrilitterum,soli Deo cõpetens. Abrahę quoq; (ut in Genesi legimus) loquebantur Angeli prędicentes Sarę conceptũ: & pentapolitanũ incendium, q̃uis Abraham

Daniel Nabu. Regũ Samuel Saul

Hebrei Exodus Magi

Zoroa.

Gemi.

Moses Paulus

Abrahã

q̃uis Abraham adorans mittentẽ,dixerit ad nuntios Adonai, quod nomẽ magis mittenti,q̃ missis competebat. Et quod patribus illis faciebant Angeli,nobis operatur uirtus Christi,qui omnia (ut diximus) ad se numina traxit:& qui habet nomen cui flectitur omne genu , & omne nomen cœlestium,terrestrium,& infernoꝝ. Hinc iussum est nobis, ut in nomine illo omnia faciamus. Nec.n.hoc nostro tẽpore alia uia faciendi miracula nobis relicta est.

Quæ sint naturalia opera,& quæ falsa, & quæ uera miracula , & quæ legitima dominãdi uis. Cap. X.

CVm igitur (ut diximus) cõtẽti sint aliqui q̃tũ ars,ingeniũ, & natura nostra patitur maritare mundũ,& applicare actiua passiuis,ii sapiẽtes,ueri philosophi,aut magi dicũtur,naturæ secreta & rerũ symbola rimantes. Nec isti animaduersione,uel iniuria aliqua,sed omni ueneratione digni habẽdi sunt:quos uniuersoꝝ Dominus testes & fautores habere uoluit suę fœlicissimę natiuitatis. Cum autẽ malos dęmones consulũt eoꝝ implorãtes auxiliũ, ut ea cõducant,quæ nec ars,nec humanũ ingeniũ patitur : tunc quęcũq; eoꝝ fauore perpetrãtur,illa non miracula,sed pręstigia sunt: quia aut secundum apparentiã tantũmodo fiunt,aut in maleficiũ eoꝝ qui suscipiunt, aut qui ipsa ppetrãt. Apparẽt.n.asini,uel equi, aut quęuis alia animalia, uisi trãsmutati tantũmodo ab oculis fascinatis , & illusis . Hinc mulier illa , quæ equa iudicabatur a uulgo, Hilarioni mulier uidebat, ut erat. Multa quidem cõprobamus illata,aut remota impedimẽta a Deo,Angelis , & dæmonibus:aliquãdo.n.oculos aspiciẽtiũ perturbãt , & aliquãdo mediũ per quod aspiciũt. Astant.n.dęmones (ut clara experiẽtia didicimus) coram decẽ,uel uiginti,ab uno uel duobus tãtũ uisi,ab aliis autẽ nequaq̃. Et hoc quia ad libitum se occultãt,& ad libitũ se uisibiles prębẽt. Iudicabũt item multi astare asinũ,leonem,aut gallũ,hircum,uel hominẽ . Alii autem nihil penitus uident:& id fit arte, & illusione malorum dęmonum. Sed ueniamus ad superos. Obsesso Eliseo ab exercitu regis Syrię uallantis Dothaim, timuit minister eius uidens currus , & equites in circuitu ciuitatis: Cui Eliseus: Netimeas,plures sunt nobiscũ q̃ contra nos. Et orãte ipso ad Dominũ,ut aperiret oculos pueri sui,ecce uidit hic montẽ plenũ equorũ, & curruũ igneorum in circuitu Elisei. Orans iteꝝ contra hostes,ut auferretur ab eis uidendi facultas,statim quoq; exauditus fuit. Vnde sicut ipso orãte aperti sunt oculi pueri,sic clausa fuere hostiũ lumina,ut nihil uidere possent:& ęci effecti,manuducerẽtur ab Eliseo dicente: Non est hęc uia, nec ciuitas:sequamini me,& ostendã uobis uirũ quẽ quęritis. Duxitq; eos in Samariã. Quã cũ ingressi essent,orauit iterũ Eliseus dicens: Aperi Domine oculos istoꝝ,ut uideãt. Ad cuius pręcationẽ aperuit Dominus ocu-

Eliseus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr

los eorũ,uiderũt se esse in Samaria.Quod nequaq̃ in damnũ Assyriorum petiit uir sanctus:sed in Dei sui gloriã.Nam cũ rex israel uellet eos percutere,dixit:Nequaq̃:non enim cępisti eos in gladio tuo: sed pone panẽ, & aquã corã eis,ut comedant & bibãt,& uadant ad dominum suum. Ecce quomodo ad orationẽ bene chordati uiri aucta est uisiua uirtus ultra naturales terminos in puero: & diminuta in Assyriis & iterũ restituta. Sed redeamus unde digressi sumus.Facta sunt itaq; a fatidicis,& prestigiosis, q̃cũq; uocabulo cẽsẽtur aliqua miracula, secundũ apparẽtiã,quę pstigia merito dicũtur.Aliqua q̃q; facta sunt arte dęmonũ,aut transferẽtiũ,ut de messibus ad alios agros traductis iã diximus:aut admouẽtiũ actiua passiuis,sicuti excãtãtibus Magis Pharaonis,eductę sunt ranæ,& muscę,facta a dæmonibus appropinquatiõe breui tẽpore, quæ lõgo spatio cõdu/cẽda erãt:uel trãsmutãtiũ: sicuti iidẽ fecere cõuertẽtes aquas in sanguinẽ. Et de fatidicis mulieribus multa trãsmutãtibus dictũ est.Sed ii nec beneficiũ aliquod cõferũt,nec possunt in his,quæ sunt supra naturã.Ranæ.n. muscę,& sanguis in maleficiũ suoꝝ ægyptioꝝ fuere.Quæ aũt supra naturã ppetrata sunt,& in beneficiũ,uera miracula dicũtur.Moses igit̃ Dei iussu educẽdo pediculos,quoꝝ nõ aderat materia appropinquãda, miraculũ fecit. Educẽdo insup aquã de petra, mãna de cœlo,prẽseruãdo populũ ab infirmitate,ut canit Psalmographus : Et nõ erat in tribubus eoꝝ infirmus. Conseruatio quoq; uestimẽtoꝝ,ne cõsumerẽtur, & huiusmodi multa fuere uera miracula: Quoꝝ aliqua,& si in maleficiũ,immo in pœnã icredulitatis Aegyptioꝝ,& proteruię ipsoꝝ ppetrata fuere,cesserũt tn in utilitatẽ populi liberati. Prẽstigia aũt Aegyptioꝝ in nullius utilitatem fuere. Miracula fecit Elias,& Eliseus mortuos suscitãtes,oleũ,& farinam multiplicãtes,infirmos sanãtes/& huiusmodi.Sed sup oẽs, miracula fecit Christus p̃cipiens tãq; uerus Dñs reꝝ:& semp in bñficiũ,in maleficiũ aũt nũq̃.Et in noie ipsius qd fecerit assecłę eiusdẽ,iã p uniuersum orbẽ celebri fama diuulgatũ est,& nos supra tetigimus.Inde qdẽ uidebat̃ in illis imediatis/aut ꝓpinqs discipulis ipsius esse ueꝝ regnũ Dei,qd se daturũ ꝓmiserat:imo qd dederat,dum ait:Regnũ Dei itra uos est:Et iteꝝ:Ecce dedi uobis potestatẽ sup omnẽ uirtutẽ inimicã,& resistentẽ yꝫ:Nã amicã uirtutẽ facile hẽbitis ad nutũ.Hic igit̃ nobis restituit pditũ regnũ:dũmodo bene chordati ipsius uestigia recto/& pfecto gressu prosequamur.

Dauid

CHRISTVS

Bene chordatus hõ exaudit̃ ad uota de quacũq; re petierit. Cap. XI.

IDEM

EXtat summę Veritatis sententia. Quicquid petieritis Patrẽ, fiet uobis.Sed quibus id fiet attendendũ est, ait.n.Vbi fuerint duo uel tres cõgregati in nomine meo,ibi sum in medio eoꝝ,postea subinfert:De quacũq; re consenserint,ii uidelicet

q̃ui cõgregati cõuenerint in nomine meo, fiet eis. Magnũ q̃ppe,& apertissimũ uerbũ.Collectio & cõsensio p̃mitti debent ab his q ipetraturi sunt.

Orige. Cõsensio qdẽ nõ tantũ duoꝝ uel triũ hominũ:Sed (ut recte sentit Origenes) cõcordia duoꝝ est animalis hominis cũ spirituali: cõcordia aũt triũ, est utriusq; illoꝝ cũ Deo.Et hoc est illud tẽperamẽtũ quod exq̃rimus,imo quod expectat ipse Deus ab omnibus:si gratas, & suaues oratiões suscepturus sit.Nã tũc homo quasi tẽperata cithara,omnẽ uocẽ, & sonũ operis reddit Deo iucundũ, & suauissimũ,adeo ut ipse in medio eoꝝ intersonans uim atq; energiã prẽstet:ut gratæ & efficaces sint orationes paterno fonti omniũ bonoꝝ,a quo hauriuntur omnia bona:& impetratur qcquid

Moses petitur. Hic adeo inualuit oratio Mosi,aut Moses orãs,ut diuinã sentẽtiã mutauerit. Et dicẽte Deo , dimitte me,ut irascat̃ furor meus cõtra eos,& deleã ipsos,faciãq; te in gẽtẽ magnã: non curauit Moses de promissa exaltatiõe,iã Deo cõcors & unitus,sed de ipsius gloria, unde orabat dicens. Ne irascat̃ (quęso)furor tuus cõtra populũ istũ,ne dicãt Agyptii: Callide eduxit eos,ut interficeret in mõtibus,& deleret eos in terra.Recordare Abrabã,Izahac,& Israel seruoꝝ tuoꝝ , qbus iurasti p temetipsum dicẽs: Multiplicabo semen uestrũ sicut stellas cœli , & uniuersam terram hãc,de qua locutus sum dabo semini uestro:& possidebitis eã . Hinc placatus est Dominus exaudiẽs precãtem Mosem,ueluti ueꝝ fidelẽ & bene cõsonum seruũ,qui zelans honorẽ Domini proposuit ea,quę gentes in iniuriã Domini adducere possent,obiecitq; iusiurãdũ iã prẽstitũ,ne maliuoli taxarẽt ipsum de infidelitate in promisso. Et tantã uim cum Deo habuit hic bene chordatus cũ eo ,ut ipsum deuinceret,ne cõtra Mosi sentẽtiã,& cõsensum punire posset rebelles.Hinc dicebat: Dimitte me . Et quod miꝝ est,uenit Deus in sentẽtiã Mosi,ne dissentiret ab eo, qui tã bene chordatus erat cũ

Isaias Ezechi. DEVS ipso.Per Isaiã quoq; intimauit Ezechiæ sentẽtiã iã latã, ut disponeret domui suæ cito moriturus.Orauit & fleuit Ezechias,ut Dominus illico sentẽtiã mutauerit,& p eũdẽ uatẽ significauerit dicẽs . Vidi lachrimas tuas, & exaudiui orationẽ tuã. Ecce ego adiiciã super dies tuos quindecim annos,& de manu regis Assyrioꝝ eruã te , & ciuitatem istam : & protegam eam . Pro se orat Ezechias,& nõ tantũ impetrat pro se , sed pro ciuitate, & populo liberãdo ab Assyriis.Et qua uirtute(quæso) frętus,quaue rõne munitus.Vtiq; quia bene se sensserat chordatũ cũ Deo. Hic dicebat:Memento(quęso) quomodo ambulauerim corã te in ueritate,& corde perfecto,& quod bonũ est in oculis tuis fecerim.Tradiderat Dominus Drusiana Ephesiam morti , & iam cadauer ipsius ad sepulchrum efferebatur. Ad instantiã supplicantis populi orat Iohãnes : & eam iterũ ad uitã reuocat differens sententiam iam exhibitã,ad aliud tempus,magistrum ęmulatus,qui Lazari iam fætentis lætalem sententiam reuocans, uitam inter/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr

ruptam in longius ſpatium prorogauit, effuſa oratione ad Patrem. Orat Paulus pro patientibus maris æſtuantis impetum, & ab imminenti naufragio liberat, Domino ipſi eos donãte. Orauit Clemẽs, & aperuit Dominus fontẽ aquæ uiuæ, omnibus exiſtentibus in inſula, in quã erãt cũ ipſo relegati. Chaterina uidẽs tormentũ rotæ ſibi paratum, erectis ad cœlum luminibus tacite orauit, & moles illa uehemẽti impetu concuſſa eſt. Hoc ideo, quia ille fidus Vicarius Chriſti, iſta autẽ unitiſſima ſpõſa. Innumera ſunt exẽpla, quę cõprobãt orationes fideliũ, & bene chordatorũ cum Deo exaudiri ad uota. Sed cum in ore duorũ uel trium ſtet omnis comprobatio, hæc pauca de multis ſufficiant.

Solus Homo, bene chordatus cum Deo uiuit lætus. Cap. XII.

ET mirũ quippe eſt, cũ omnes quærant uiuere læti, id tamen pauciſſimi aſſequãtur. Hoc ideo, quia extra ſe quærũt intra ſe poſitam fœlicitatẽ: Intra nos enim eſt regnũ Dei, intra nos eſt uera lætitia, & fœlicitas, dummodo ſuſcipiamus hoſpitẽ, a quo omnis fœlicitas, & beatitudo ſecũdũ id quod ait: Si quis aperuerit, intrabo, & cœnabo ſecum, cœna illa uidelicet fœliciſſima & æterna. Nec aliud oſtiũ eſt, per qđ intrare poſſimus niſi ipſemet, ad quem intramus, & quẽ ſuſcipimus in nos ueniẽtẽ per amorẽ reciprocũ, & bene chordantem hominem, quo nos ſecũ, & ipſe nobiſcũ nõ tantũ cõuerſamur, ſed unimur ea lętitia, qua maior expectari nõ poteſt. Et ſicut ſumma triſtitia eſt, & tartareæ arrha pœnæ diſſidere a ſeipſo, & cõſequẽter a Deo: ſic uera fœlicitas eſt cũ utroq; cõcordia. Quę aũt triſtitia ſit diſſidẽti, & impio, Triſme-
giſtus in claui ad Latiũ explicat dicẽs: Impietas eſt fili mi animę grauiſſimũ ſupplicium: Nec eſt enim ignis alicuius ardentior flãma, q̃ impietas: Nec aliqua fera mordacior ita corpus lacerat, ſicut impietas, quę eſt diſſidentia a Deo & ſeipſo, lacerat animam. Non ne uides quot malis animus impius prematur? Heu fili, ſic uociferat malus animus: Vror, abſumor, quid agã, quid dicã neſcio. Deuorant me miſerum mala undiq; cõfluentia. Rationem autem horũ tormentorũ aſſignat Proculus in de anima, & dęmone dicẽs: Improbus ſecũ conſentire non poteſt, & repugnãs ſibiipſi cum aliis conſentire nequit. Vnde ex perturbata imaginatione plurima ignorare cõſtat, ſecũq; diſſidẽs torqueri. Declarat hoc pœnitẽtia dimiſſis perturbationibus ueniens, in qua erubeſcit, & torquetur in his, quę delectatione obcęcatus dum perpetrat, cognoſcere nequit. Addam illud Hieroclis in carmina Pythagorica: Stulti undiq; ſuis uitiis, & aſpectus diuini priuatione affliguntur. Et quia bono adhęrere recuſant, hinc mentes ad malorũ affectiones ita ferũtur in hac uita, tanq̃ in procellas. In quibus cœleſte oraculum per Ieremiam, nos paterno amore cautos reddit, dum ait.

CHRI-
STVS

Triſme.

Procul.

Hiero.

Ieremi.

Duo mala fecit populus meus: Me dereliquerũt fontem aquę uiuæ: & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quę aquas cõtinere nõ ualẽt. Mutauerunt quoq; gloriã ſuam in idolum: Gloria enim hominis, bonũ, & fœlicitas, eſt adhęrere Deo. Idolũ autem facit, qui neglecto Deo ſeipſum, aut aliquid uilius, cũ magna diſſonãtia & diſſipato ordine adorat. Et cum ex ordine oriatur tranquillitas, carẽs ordine caret quoq; tranquillitate. Faciens itaq; idolũ de ſeipſo, aut de inferioribus rebus inuerſo ordine, fodit ſibi ciſternas diſſipatas, quę nullam aquam uerę delectationis continere poſſunt. Ad gloriam itaq;, & dignitatem ſuam reſtitutus homo, & ad fontem aquę uiuæ, & ueræ refrigerantis reuertens, a quo ſemper unde gaudere poſſit hauriat, tunc uiuit lætus & fœlix.

De conſonãtia Animę cum ſpiritu proprio, & aliis ſpiritibus Tonus. Quintus.

Quid ſit ſpiritus. Cap. I.
Quotuplex ſit ſpiritus. Cap. II.
Quid agat ſpiritus in homine ultra animã. Cap. III.
Quã cõuẽtionẽ habeat Homo cũ ſpũ Dei. Cap. IIII.
Quod cõmercium habeat Homo cũ ſpiritu Angelico. Cap. V.
Quid habeat homo cum ſpiritu diabolico. Cap. VI.
Quõ intelligat ſpũs unius intrare in corpus alterius. Cap. VII.
Quæ cõſonãtia deducatur inter ſpiritũ & animã. Cap. VIII.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a C

QVID SIT SPIRITVS CAP. PRIMVM.

VM tota lex euãgelica tractet de homine perficiendo ſecundũ ſpiritum, uerſans ſemp circa ſpiritualia, hinc ęquũ & opportunũ eſt, ut aliquid de ſpiritu percurramus: qui tam uarie accipitur in ſcriptura ſacra, ut cũ difficultate non modica intelligatur quid ſit. Eſt enim de reconditiſſimis naturę rebus, nec aliqd de ipſo pertractandũ/niſi quantũ ex ſcriptura ſacra a præcipuo & principali ſpiritu ędita coniicere poſſumus/aut excudere ex characteribus uocabuli linguę illius, in qua omnia nomina impoſita ſunt rebus, ſecundũ illaꝝ proprietates. Hebrei enim uocant ſpiritum רוּחַ Ruah. In qua dictione ſunt tres litteræ. Vna eſt ר quæ eſt littera diuinitatis, importans numerum ſenariũ, ſecundũ quẽ ipſe ſpiritus ſummus omniũ artifex primo incubans ſuper fœcundis aquis diſpoſuit (ut conueniens erat) totam hanc mundi machinam. Trinum eſt enim omniũ reꝝ principium, egrediens in opus, ornans, & cõfouens, & quodlibet illoꝝ per intermedium ſpiritũ, ex quibus ſenarius reſultat in maxima unitate. Hinc dixere reconditiſſimi Theologi hebreorum illam litteram diuinitatis, quæ eſt ר/ſignificans principium & finem, cum ſit finis numeroꝝ, & principium denarioꝝ, habere ſex ſpinulas: quoniã in ea ratione, qua principiũ eſt ipſe Deus ſignatus per litteram illam, ternarius eſt: a quo/in quo/ & per quẽ omnia. In ea autem ratione qua director, confouens, & reducens eſt, alio ternario, ſpiritali uidelicet gaudet: non quia tres ſint ſpiritus Dei (quãuis Abraham in libro de formatione dicat ſpiritũ de ſpiritu) ſed quia triplex eſt eius operatio, ſecundũ quã Regius Vates in Pſalmo quinquageſimo nuncupat eum ſpiritum principalem, ſpiritũ rectum, & ſpiritum ſanctum. Eſt igitur in uocabulo & nomine illo littera diuinitatis, quæ eſt ר/Eſt etiã alia littera uitæ/ quæ eſt ח. Nam uita dicitur/חַי/hai. Tertia eſt ר/quæ binos centenarios, & materiã, aut corporeitatẽ quandam ſignificat: Binarius enim materiã importat, hinc (teſte Hieronymo) ſemp infauſtus, niſi cũ alio nũero cõiũctus fœliciteꝫ: Nã materiale cũ uita & diuinitate aſſociatũ fœlix eſt. Ducẽti.n.p/ר/importati, illi ſunt de qbus in Canticis agitur. Vbi poſtq̃/ & aleph, & unũ, & mille attributa ſunt diuinitati ſubinfertur. Et ducenti his qui cuſtodiũt fructus eius: Cuſtodes.n. poſiti ſumus in uinea Dñi cũ binaria corporeitate. Vbi ſi cuſtodierimus fructifera Dñi pręcepta: tãdẽ uniemur cũ ipſo aleph pręparato omni uere pacifico, & illi qui habet pacẽ in ſeipſo. Spũs igitur quidã nexus eſt/ligans, & nectens duo extrema ſimul: ipſa uiuificans/& corroborãs/pro cõditione ſpũs unientis. Hinc ſapit naturã duoꝝ extremoꝝ, quę uniuntur, & ſui ipſius medii cõnectentis, ut in-

Hebrei

The.he.

Abrahã

Dauid

Hiero.

Cantica

nuitur per litteras nominis ipſius iam declaratas. Viuificat.n.cũ in ſe uitã cõtineat, unde dicitur aliqñ ſpũs uitę. Corroborat uero dans uim operãdi iuxta illud Apoſtoli: Corroborari per ſpiritũ eius. Et de Samſone legitur in libro Iudicũ: Irruit Spũs Dñi in Samſon, & lacerauit leonẽ. Et quod cũq; robur in uiuente procedit a ſpũ uitæ, qui eſt in eo: Spũs autẽ hominis nexus quidã eſt, & mediũ ſapiens naturã intellectiuam & corporeã/ligans & cõnectens animã animalẽ & craſſiorẽ cũ intellectiua uirtute, quæ dicitur portio ſupior. Corporeus quidẽ eſt ſpũs, non tamẽ habens corpus groſſum/tãgibile, aut uiſibile, iuxta illud ſummę Veritatis: Palpate, & uidete, quia ſpũs carnẽ, & oſſa non habet. Sed corpus illud ſubtiliſſimũ eſt, & facile unibile cũ mente ſuperiori, & diuino illo/quod eſt in nobis. Hinc qui diuini efficiuntur cõmuni, & uulgari uocabulo dicunt ſpũales, quia eoꝝ ſtudium eſt deducere corpus in naturã ſpũs uergentis ad diuinum. Aut quia ſtudent mediante Dei ſpiritu reduci in ipſum Deũ: Hinc clare coniicitur ſpiritus differre ab anima ſuprema, quę intellectus, mens, lux, & portio ſupior dicit: & etiã differre ab anima animali, a qua ſeparari docet Apoſtolus p uirtutẽ uerbi Dei dicens: Viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti/ptingens uſq; ad diuiſionẽ animæ, & ſpũs. Docet.n. uerbũ Dei, ut totũ affectum rationalẽ, qui ad ſpũm ptinet, remoueamus a cõcupiſcentia, & oblectamento aĩali: & reducamus in Deũ p illud ſupremũ, & diuinũ, qđ Dei gratia eſt in nobis: cũ q̃ uniri debet ſpũs nõ tm̃ affectu, ſed re ipſa. Nec põt cũ ſupiori uniri penitus, niſi q̃tenus ab inferiori ſeparaꝫ: ſicuti ignis procedens a ligno/ nõ unitur cũ ſuperiori, & ęthereo igne, niſi ſepareꝫ a groſſiori ſubiecto. Quod aũt ſeparatur, ẽt diſtinguiꝫ. Et ſi dicãt ſpũm eſſe animã rationalẽ, damus qdẽ: Nã eſt mediũ quoddã (ut Plotino & Academicis Placet) inter aĩale inferius, & diuinũ/qđ eſt ſupius, cõnectens utrũq;, & cũ utroq; unibile. Sed ne offendant legẽtes/dum audiũt animã eſſe aliqd corporeũ, dicimus ipſam hẽre/uel ſapere aliqd corporeitatis/dũ eſt in corpore, & corpore utiꝫ, tãq̃ inſtrumento ſibi neceſſario. Si aũt ſeparetur penitus a corpore, unitur cũ ſuperiori illo diuino, immo cũ ipſo Deo/ab omni corporeitate penitus ſemoto: trahẽs tãdẽ ſecũ corpus, qđ glorificaꝫ/cuius imediata forma extitit. & cũ mediũ ſit ipſa aĩa deducẽs corpus in meliorẽ ſortẽ, neceſſe eſt, ut utriuſq; naturã ſapiat. Et hoc eſt q̃tũ de ſpũ noſtro in p̃ſenti dicere poſſumus.

Paulus

Sãſon

CHRISTVS

Paulus

Plotin. Acade.

Quotuplex ſit ſpiritus. Cap. II.

ET qa nõ tm̃ in hoie, ſed in aliis quoq; rebus ſpũs reperiunt: ideo explicemus uarias naturas ſpirituũ. Eſt.n. ſpũs nãlis, cœleſtis, dæmoniacus, humanus, angelicus, & diuinus. Spiritus nãlis eſt tã in maiori, q̃ i minori mũdo mediũ illud, quo unũ mẽbrũ in aliud operaꝫ. Eſt in homine uirtus imaginatiua, uel phãraſtica

© The Warburg Institute. This material is licensed under

in capite,ut moueat manũ,uel pedẽ,& ſtatim mouet:quãuis ſatis diſtet a capite,ubi eſt uis illa cogitatiua. Vnde hoc fit mediãtibus ſpiritibus multiplicibus,qui ſunt inter caput & manũ uel pedẽ. De qbus ſpiritibus naturalibus,ſiue uitalibus multa ptractãt authores medicinę:quę in ſuis libris legẽda relinquimus. Per ipſos.n.unitur anima cũ carne/& corpore,unde uiuit:& per ipſum corpus mediãtibus illis ſpiritibus anima operatur. Eſt eodẽ modo ſpũs multiplex i mũdano hoc corpore inferiori:per quos una res operatur in alia:ſicuti magnes in ferrũ,attrahẽs ipſum:& lapides multiplices in homines, lętificantes, roborantes, & multiplices diſpoſitiones inducentes:& quodcunq; in alio operatur non tantũ qualitatibus primis interuenientibus/ſed ex uirtute (ut aiunt) occulta. Quæ cũ medium ſit, ut unum operetur in aliud, merito ſpiritus dici poteſt. Eſt quoq; ſpiritus cœleſtis / quo mediante inferiora ligantur cũ cœlis:ut ab ipſis per ipſum ſpiritum hauriant, & ſuſcipiant cœleſtes influxus. Eſt etiam ſpiritus dæmoniacus malus, & ſpiritus Angelicus bonus, uterq; datus cuilibet homini. Quoꝝ officiũ eſt quærere unionem cũ ſpiritu noſtro, ut unuſquiſq; euocet, & trahat ipſum ad ſe. Malus autem per mala opera conformes, & unitos ſibi reddere ſtudet: ut de proditore perhibet ſumma Veritas dicens: Ego uos elegi duodecim, & unus ex uobis diabolus eſt, in ſpiritum uidelicet diabolicum per ſuam iniquitatem cõuerſus,& ſecum unitus atq; idem effectus: Cõmiſcentur enim hi ſpiritus ſicut aqua & uinum,uel duo uina,aut duæ aquæ ſimul. Bonus uero per bona opera,& ipſi ſymbolicanos in Angelos deducere ſtudet:ut de Iohanne atteſtatur Deus in Malachia:Ecce (inquit) ego mitto Angelum meum ante faciem tuam. Eſt deniq; ſpiritus diuinus,qui a ſacris & ueris doctoribus dicitur nexus,ligans uidelicet animam noſtram cum ipſo Deo, unum primo effectam cũ ſpiritu illo, iuxta Apoſtolicam illam ſententiã: Qui adhæret Deo unus ſpiritus efficitur cũ eo. Et hæc eſt conſummata unio, quam deniq; conſequi ſperamus. Et quia omnia reducenda ſunt tandem ad ſuum principium/a quo proceſſerunt:quia omnia ſunt per ipſum,a quo omnia emanarunt (ut Apoſtolus docet) ideo ille ſpiritus, per quẽ incubantem ſuper aquas omnia in lucem deducta ſunt,exigitur,ut etiam per eundem reducantur ad id,a quo prodierunt. Hinc de ipſo dicitur: Spiritus Domini replcuit orbem terrarum: Et iterum: Et ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum: Ab ipſo enim ne dum cœli,ſed machina hæc uniuerſa ſuſtentatur,uiuit,corroboratur, nectitur, & tandem reducitur / quo tendunt omnia. Diuinus autem hic ſpiritus eſt ab omni corporeitate penitus abſolutus,& eſt tanq; ignis cõſumens,conflans,cõuertens,& deducẽs quos tãgit in naturã propriã,& diuinos faciẽs. Quouſq; autẽ eos penitus deificet, ſemper in ipſos illabitur,ipſoſq; perfundit,exiſtens ignis,& canalis per quẽ fluit.

CHRISTVS

Malach.

Paulus

Idem

Sapiẽ.

Quid agat ſpiritus in homine ultra animã. Cap. III.

VErum ſi Peripateticũ dogma ſequi uoluerimus,ex quo habemus hominẽ ex anima & corpore tantũmodo cõfectũ,difficile erit explicare quid ſit, & quid agat ſpiritus in homine ultra animã,cum uterq; ab eis idem eſſe cẽſeatur. Si autem Platonicos, & Hebreos audiemus,qui illa diſtingunt,& plura in homine collocãt,facile exarabimus quid ſit, & quid agat ſpiritus: Plotinus.n.tria ponit in homine,ſupremũ,infimum,& mediũ. Supremũ eſt illud diuinũ, quod noſtri portionẽ ſuperiorẽ uocãt. Infimum eſt,quod Paulus animalẽ hominẽ nũcupat. Medium eſt anima,uel ſpiritus utrũq; cõnectẽs. Quæ tria Hebrei omnes dicunt. נֶפֶשׁ רוּחַ נְשָׁמָא nephes ruah neſſamah. Quod nos interpretatũ dicimus,animã,ſpiritum, & diuinũ quoddã, cuius uocabulũ accõmodatius non habemus q̃ portionem ſuperiorẽ:uel ut traductum habemus in Geneſi ſpiraculum, a Deo uidelicet uel a ſpiritu cius in nos ſpiratũ. Quod unitũ cum anima inferiori mediãte ſpũ noſtro, totum cõmuni uocabulo dicitur, נֶפֶשׁ nephes.i.anima. Illud itaq; intermedium eſt,quod Plotinus rationale uocat, & Hebrei ſpiritũ,noſtri autẽ animã ex mixtione quã habet cũ ipſa. Supremũ quoq; illud ſemp deprecat ad optima nunq̃ peccãs,ſed peccato & errori remurmurat. Infimũ in malo & cõcupiſcẽtia ſemp immergit, iuxta id quod ait Apoſtolus: Video aliã legẽ in mẽbris meis repugnãtẽ legi mẽtis meæ,& ducere me captiuatũ in legẽ peccati:ita ut non quod uolo bonũ,hoc facio:ſed quod nolo malũ. Spiritus uero medius,qui & rationalis anima a Plotino dicitur, cũ utroq; adhærere poteſt ad libitũ. Meretur autẽ adhęrẽs ſuperiori,& inferiori cohęrens a Deo ſe auertit. Illud uero ſuperius cũ nunq̃ peccato aſſentiat, neq̃q̃ peccat,proinde nec damnatur,ſed puniendis ſociis illæſum abit,ueluti quando clauditur feneſtra,abit ſolaris lux, ſpatio remanẽte tenebroſo:ſic abeunte luce illa remanet anima,& ſpiritus detrudẽdus in tenebras interiores,cui addẽtur exteriores,iuxta illud ſummę Veritatis de damnãdis teſtimoniũ: Ite in tenebras exteriores. Et quia bifariũ opus peragit homo mediante illo ſuperiori: Deũ uidelicet intelligit, & meretur bene operans: hinc illo abſcedẽte,nec Deum intelligere, nec aliquid mereri poteſt. Itaq; impœnitẽs efficitur, nunq̃ ad Deum reuerſurus. Sed anima media, quã reor idem eſſe cum ſpiritu,aut conſentit illi ſuperiori,& meretur,cum ipſoq; tandẽ unitur,& fœlicitatur:aut conſentit inferiori trahenti ad malum,& a malo dæmone agitato,& tunc male meretur: & adeo depraua-tur, ut idem efficiatur cum ipſo malo dæmone. Differt igitur ſpiritus a ſorte animæ ſupioris,& inferioris,cum utraq; tamẽ ad libitũ unibilis: ſed debito calle incedẽs ſeparãda uenit ab inferiori,& cũ ſupiori uniẽda.

Platon. Hebrei Plotin. Paulus

Hebrei

Geneſis

Plotin.

Paulus

Plotin.

CHRISTVS

© The Warburg Institute. This material is licensed under a C

Quam conuentionem habeat homo cũ ſpiritu Dei. Cap. IIII.

SEd cũ dixerimus ſpiritũ eẽ mediũ cõnectẽs utrũq; extremũ, hinc ſapit naturam utriuſq;. Ideo Dei ſpiritus, quo mediante unitur homo cũ Deo, ſapit naturã diuinã: imo eſt ipſe Deus. Habet quoq; ſymbolũ maximũ cũ illo diuino, quod eſt in homine. Hinc diſcipuli melius ueniebãt docendi a ſpiritu Sancto, tanq̃ a proximiori pſona, & habẽte expreſſius ſymbolũ cũ homine, q̃ ab illo q di cebat: Multa habeo uobis dicere, ſed non poteſtis portare modo, me uidelicet docẽte. Sed cum uenerit ille ſpiritus ueritatis, ſuggeret uobis omnia, & docebit uos omnia, tanq̃ magis uobis domeſticus. Vnde non ſine cauſa Stephanus, Apoſtoli, & alii potius dicũt repleti ſpiritu ſancto, q̃ filio Dei. Hoc qa ſpũs eſt magis nobis unibilis q̃ uerbũ: unde nec iſtud ſine ſpũ unitũ fuit cũ hoĩe, dicẽte oraculo ad uirginẽ cõcipientẽ: Spũs ſanctus ſuperuiet in te, quo y3 medio & tu cõcipies, & fiet unio duaꝝ naturaꝝ. Dũ itaq; ſpũs noſter eſt in corpe hẽt aliqd corpeitatis: ſed unitus cũ Deo ſeparat a corpore, maxime hoc corruptibili, & graui. Nã ſecundũ Platonicos ducit ſecũ corpus æthereũ ex qnta (ut aiũt) eſſentia cõfectũ: quod animę uehiculũ nũcupãt: In quo poteſt aĩa pati tormẽtũ ignis, & cũ ipſo triſtari, & gaudere dę multis corporeis, & apparere uiſibilis ad libitũ. Sũt etiã ex eis q aſſerãt aĩam tãdẽ ab illo corpe ęthereo ſeparari: & uniri penitus cũ Deo. Et id, qñ non tm̃ in primo, ſed in ſecũdo purgatorio bene purificata erit. Duplex. n. purgatoriũ illi eſſe opinãtur: In quoꝝ altero expurgãtur aĩæ a ſordibus, ſi quæ ſunt: In altero autẽ melius purificãtur, ut diuiniores fiãt, & dicere poſſint cũ diuo Cithariſta: In pace in idipſum dormiã, & requieſcã. Sed cum ex ſacris eloqis habeamus corpora noſtra glorificãda ſimul cũ aĩa, id qdẽ fiet, cũ induerit ſecũdũ Apoſtolicũ documẽtũ naturã ſpũs, & relicto aĩali, & corruptibili ſurgẽt incorruptibilia & ſpiritualia.

CHRISTVS

Stepha. Apoſtoli

Platonici

Dauid

Quod cõmerciũ habeat Homo cum ſpiritu Angelico. Cap. V.

ET quia etiã Angeli dicũtur ſpiritus iuxta propheticũ illud: Qui facis Angelos tuos ſpiritus, pcurrẽdũ eſt quod particulare ſymbolũ, aut cõmerciũ habeat homo cum ſpiritu angelico. Miniſteriũ. n. ſuſcipimus ab eis, q (ut ait Apoſtolus) facti ſunt omnes adminiſtratorii ſpiritus. In quo miniſterio laborant, ut nos in Deũ deducãt tanq̃ medii & ueri ſpiritus: unde utriuſq;, & Dei, & noſtrã naturã ſapiunt. Et cum infimi deducãtur in ſupiores per medios, & medii in ſummũ per ſupiores, inter ſupremũ & infimos in illũ deducẽdos, ſunt innumerabiles intermedii ſpiritus: qui ſucceſſiue curãt hominẽ, qui alium & aliũ ſibi in dies cõparat cuſtodẽ, prout cõſcendit de uirtute in uirtutẽ,

Idem

Paulus

quouſq; perueniat ad clarã uiſionẽ Dei in ſpeculo ſupno. Et ut indicet non unũ, ſed multos eſſe hominis cuſtodes, inquit Prophera: Angelis ſuis Deus mãdauit de te, ut cuſtodiãt te in omnibus uiis tuis. Quod nõ tãtũ in Chriſto, ſed in quocũq; homine (ut recte ſentit Hieronymus) locũ habet. Nec tantũmodo ſunt ſpiritus intermedii, qui deducũt in ſupiores: ſed etiã ipſi ſupremi qui deducũt in Deũ. Hinc Iohãnes in celeberrima uiſione eas ſupremas intelligẽtias, quæ in diuino tribunali primariũ locũ tenẽt, ſpiritus nũcupat dicẽs: Et a ſeptẽ ſpiritibus, qui in cõſpectu Dei ſunt. Per quorum unum facta eſt denũtiatio uerbi diuini uniẽdi cum homine, ſicut & per illos immediate reducimur in Deum.

Dauid

Hiero.

Iohan.

Quid habeat Homo cum ſpiritu diabolico. Cap. VI.

OMo (Mercurio teſte) ex omnibus poteſtatibus conſtãs, cũ omnibus habet cõmerciũ: ex intellectu cũ ſupnis & bonis: ex materia cũ infernis & malis. Hinc Michael priceps bonoꝝ ſpirituũ, dicitur habere principatũ ſup oẽs animas iam expiatas, & a Deo ſuſcipiẽdas: & malus dęmõ, ſerpẽs antiquus, Azazel, uel Aſmodeus, uel qcũq; ſit, eſt dominus carnis, & ſanguinis, & totius hominis, ſi ſpiritus carni, & ſanguini adhæret. Ex mala itaq; diſpoſitione materiæ, & omniũ quæ ſup ipſam innituntur, habet Homo nexũ, ſeruitutẽ, & aliquãdo idẽtitatẽ (ut diximus) cũ malo dęmone: ſicut in qbuſdã cõprobaui, qui proprio ore faſſi ſunt ſentire in ſe, non animã, ſed malũ dęmonẽ, ſemp ad blaſphemias Dei, & ad quęcũq; ſcelera deducentẽ. Sunt & q cõmerciũ, & cõmixtionẽ cõiugalẽ habẽt cũ malis dæmonibus, & carnales: atq; terrei toti in cibũ illoꝝ effecti, ut itonat diuina ſẽtẽtia in pœnã primi pręuaricãtis, terrã comedes omnibus diebus uitæ tuæ. Ad prævaricatorẽ autem: Terra, uel puluis es, & in puluerẽ reuerteris. Vnde colligitur hominem malũ datum in cibum mali dæmonis.

Mere.

Mich.

Quõ intelligat ſpiritus unius intrare in corpus alterius. Cap. VII.

FActa itaq; mixtiõe duoꝝ ſpirituũ, humani & mali dęmonis, hoc ſubintrãte in corpus aliquod, ſubintrat & alter iam malus dęmon effectus. Intrãt autẽ ambo idẽ effecti, nõ ut cõnectãt animal cum portione ſuperiori, ſed ut & ſpiritum illius in quẽ intrãt, in ſuam ſortẽ (ſi poſſunt) deducãt. Sin autem, ut accepta a Deo, occulto nobis iudicio, poteſtate torqueãt: & ut oblectet malus dęmõ in ſede illa, quę ſupremo Domino erat pręparata. Delectatur quidẽ nimis habitare in domo ordinata pro ſummo hoſpite, qui & multa diligẽtia eã pręparãdã præcipit, & hortatur. Hinc præcurſor reſumens quod Iſaias antea pclamauerat, dicebat: Parate uiã Domini, rectas facite ſemitas eius.

Iohan.

Iſaias

© The Warburg Institute. This material is licensed under a C

Nec minus parandū est hospitiū q̄ uia,& utrūq; disponendum est rectitudine,cū habitaturus hospes sit,q̄ sūma Veritas est,& rectitudo.Malus aūt dęmō cū natura sit mēdax,& obliquus,pro se errore,& mendacio disponędū procurat. Nec aliquādo habitaculū cordis nostri uacuū relinq̄tur:nā uno hospite recedēte alius statim subintrat, sicut de Saule in p̄uolumine Regū dicit:Spiritus Dñi recesserat a Saul,& exagitabat eū spūs neq̄,a Dño v3 dimissus,ut rerū ordo exigebat: Sicuti ēt habet in Euāgelio,cui titulus est secūdū Lucā de illo obsesso a spū immūdo, quo expulso subintrauit mūdus.Huc reuertēs expulsus ut subintraret,neq̄ quousq; p immūditiā illatā a septē spiritibus nequioribus fugaretur bonus hospes: Quo fugato ingressi sunt mali.Nec.n.Deus, Angelus,uel dęmon in q̄piā habitat,aut aliqd secū agit,nisi mediāte uirtute spiritali.Hic Paulus post̄q̄ multa meminerat,quæ Deus largitur, & opatur nobiscū,subinfert:Hæc autē opatur unus atq; idē spiritus. Qui tamē aliquādo (ut supra tetigimus) dicit̄ spiritus Patris,iuxta illud Saluatoris: Sed spiritus Patris uestri q̄ loquitur in uobis.Aliquādo dicit̄ spiritus filii, de quo ait Apostolus cum Galatis agēs:Misit Deus spiritū filii sui in corda nostra.Aliquādo est spiritus de spiritu:ut in Actibus Apostolicis legimus:Repleti sunt omnes spiritu sancto:Qui tamē nō discessit a dignitate,& deitate sua: sed uirtute quadā spiritali sanctificauit,& deificauit spūm Ap̄lorū quos p̄fuderat.

Saul

Lucas

Paulus

CHRISTVS Paulus Act.2.

Quæ cōsonātia cōducatur inter spiritum & animā. Cap. VIII.

Philoso.

Chaldei

AT igitur introducatur in nos bonus spiritus,siue Angelicus, siue diuinus,conducēda est cōsonātia inter spiritū & animā, nō utiq; illā,quæ est idem quod spiritus,sed cum meliori.Ex qua cōsonātia deueniat tandē ad unionē cum ea, & tanq̄ me diū secū deducat inferius trāsmutatū in spiritū ad melioré sortē.Sicut.n. in arte transmutatoria (ut dicunt secretiores Philosophi) est mediū,tanq̄ spūs qdā indutus,& imbibēs primo naturā auri, postea deducit ui quadā ingēti,& uelocissima cętera metalla in aurū.Et quia trāsmutabilis est spiritus hoīs in diuersas naturas, hinc dixere Chaldei hominē esse dissoluto/riæ naturę animal,nullā habēs determinatā imaginē,sed aduētitias & extrarias q̄plurimas.Nā trāsmutat̄ spūs non solū in naturā supiorē, & inferiorē,quæ sunt in homine,sed in dęmonē,Angelū,& Deū,ut tetigimus. Et cum trāsmutatus in melioré sortē secū inferius deducit,hoc p seipsum subtiliat,sicut subtiliatur aurū deductum per angustissimū foramē:ut ueluti filū sericū,uel lineū deducat̄ ad libitū,& de animali fiat spūale. Hinc non sine mysterio רוּחַ quod est spūs inuersis litteris,p siruph more cabalistico reddit חוּר hur,quod foramē significat,p quod trāsiēs corpus aiale fit spūale,ut unitū cum supiori beatificet̄.Et hoc q̄ spūs primo unit̄ cū illo

diuino,& supiore.Si aūt decidēs cōglutinat̄ cū inferiore,tūc p ipsum tāq̄ per foramina cribri distillat,& depdit̄ qcqd ex supiore deteriorari potest. Si igit̄ homo cupit fieri diuinus, necesse est,ut eius spūs cōueniat cū illo diuino,qđ est in ipso,in quod tādē reducat animā inferiorē,primo spūalē effectā.Cōsonantē aūt facimus spiritū cū illo diuino, q̄n obediēs adhęret illi,quę synderesis dicitur,semp malo remurmurās,& ad bonū deprecās.

Dauid Cui cōsentiēs, & nullatenus discrepās sequtur in homine pax,& trāqllitas,

Idem & inde lętitia cordis,mētis iubilatio,& arrha beatitudinis:ut dicat cū Propheta:Mihi aūt adhęrere Deo bonū est.Subsequitur etiā dilatatio cordis, & auidus cursus,atq; uolatus uelocissimus in bonū: ut iterū dicat cū eodē propheta:Viā mandatorū tuorū cucurri,cū dilatasti cor meū.

De cōueniētia suauissima Hominis cum Deo,ut ipso hic frui incipiat. Tonus Sextus.

HOmo Deum natura æmulatur. Cap. I.
Homo effigiat Archetypū in figura. Cap. II.
Corpus non minus cōuenit Deo uestito,q̄ ipsi nudo,& simplicissimo pura, & expoliata materia (ut diximus) respondeat. Cap. III.
Cum in homine sint infimū,& summū,atq; intermedia, omnia facile per ipsum hominē cum Deo conciliantur. Cap. IIII.
Cur aia in corpe tāq̄ i fusorio uase purgāda collocata sit. Cap. V.
Cur Deus hic collocauerit animā,& mētē uertibilē. Cap. VI.
Quomodo Homo a Deo peccato dissideat. Cap. VII.
Sicut Homo per peccatū a Deo deficit,& dissidet:sic p pœnitētiā reducitur,& temperatur. Cap. VIII.
Sacramentis Homo redditur perfectior in seipso, & cum Deo magis sonorus. Cap. IX.
Sacrificiis expiatur. Cap. X.
Eleemosynis abluitur. Cap. XI.
Personat uirtutibus. Cap. XII.
Lectione imbibit unde modulari possit. Cap. XIII.
Meditatione præludit. Cap. XIIII.
Oratione modulatur. Cap. XV.
Contemplatione introducitur. Cap. XVI.
Amore unitur. Cap. XVII.
Extasi & excessu transmutatur. Cap. XVIII.

© The Warburg Institute. This material is licensed under

HOMO DEVM NATVRA AEMVLATVR. CAP. PRIMVM.

POstq̃ propositum nostrum est, ut explicemus qua ratione Homo cum Deo cõueniat, & ipsi assimiletur, ut plærisq; locis suademur, & inuitamur, opportunũ duximus repetere cũ qua sui imagine ipse summus Opifex produxerit hominẽ: Omnibus enim iam triuiale est hominem cum imagine Dei factum, & ad ipsius deductum similitudinẽ. In quo autem consistat hæc imago (ut cum bona uenia dixerim eorum qui de hac scripserunt) cum adhuc non sit enucleatum, perscrutemur. Vulgari enim & anili doctrina dicitur, tres diuinas personas repręsentari in tribus potentiis animæ, memoria, intellectu, & uoluntate. Nec quidem hæc potest dici imago, cuius est repręsentare totum, & omnimodum effigiatum, ut a Theologis nostris perspicacio-
ribus q̃optime decernitur: uestigii autem est repręsentare non plenũ imaginatum, sed aliquam eius rationem, uel partem. Et quamuis tota diuinitas comprehendatur in tribus personis, & etiam in ratione ipsa deitatis: plura tamen in Deo explicari possunt, quæ homo plenissime repręsentat in aliis partibus, q̃ in prædictis tribus potentiis. Hinc ex nouitio- Scotiste
ribus Theologis aliqui acutiores, non contenti illa simplici assignata ratione imaginis, dicunt ipsam consistere non tantum in illis tribus potentiis, uel (ut suo more loquamur) in actibus primis sollũmodo: sed etiam in secundis. Est enim in nobis intellectus, memoria, atq; uoluntas: hæcq; eadem tria in Deo repręsentant. Est insuper uerbum ab intellectu nostro productum, & amor a uoluntate emanãs, quorum altero diuinum uerbum, altero autem Spiritus Sanctus, qui amor quidam est, resignatur. Intellectus uero habens obiectum præsens, & producens patrem effigiat: sed nõ minus deficit imago hæc in homine ab effigiato Deo, q̃ imago hominis picta decidat ab ipso homine uero: Verbum enim in nobis productum, similiter & amor, qui actus secundi ab ipsis dicuntur, in nobis accidentia sunt: in Deo uero substantia, & idem cum ipso Deo: Et memoria quæ in nobis est recordatio præteritorum, in Deo est plenissimus omniũ pręcedentiũ, pręsentiũ, & futuroꝝ contuitus: sed adhuc expressiorem imaginem Dei in homine uenari possumus, comparantes Deo non solum animã, sed totum hominem, in quo relucet omnimoda ipsius Dei imago. Est itaq; Deus plena uita, omnia mundani corporis membra uiuificans. Est quoq; in anima fons quidam uitæ, a supremo tamen & diuino mari emanans, omnibusq; proprii corporis membris pro sua con-

ditione uitam tribuens. Hinc in sacra pagina dicitur: Et inspirauit in nares eius spiraculum, aut animam uitarum: ut præstet corpori uitam
Salomõ uegetatiuam, sensualem, rationalem, intellectiuam, atq; diuinam. Est Deus uirtute sua omnia continens: & de homine inquit sapiens in concione sua: fecit Deus hominem puluerem de terra: & dedit ei uirtutem continendi omnia. Cognouit Deus cuncta. Cognoscere quoq; potest ho-
Theolo. mo omnia cognoscibilia, cum pro obiecto adæquato (ut dicunt Theo-
Philoso. logi, & Philosophi) habeat uerum, uel ens in communi: sed distat imago ab imaginato: hic unico actu omnia intelligit, homo autem per quandam successionem. Est insuper Deus circulus quidam, non aliunde q̃ a seipso trahens originem, & in seipsum tendens omnia illuc secum deducit. Est etiam homo circulus a Deo procedens, & in ipsum tendens: illuc omnia deducens cum omnia contineat. Nec aliquando quiescit quousq; ad ipsum Deum, a quo processit, pertingat. Aemulatur quoq; ipsum Deum quoad potest in duratione. Sed cum nequeat habere suæ durationis totam simul possessionem, durat saltem successione perpetua: Et adeo est similis & (ut ita dicam) Deo congeneus, ut tandem cum ipso uniatur: sicuti suo loco Deo fauente declarabimus. Est deniq; Deus liber a passionibus, nisi quatenus passus est in corpore assumpto:
Ierem. nulla quidem ad ipsum Deum passione transeunte: sicut nec passionem suscipit, quando (ut inquit Ieremias) cœlum, & terram implens alteratur in membris mundani corporis, quod replet. In quem sensum forsitan non insulse intelligi possunt sententiæ illæ omnes, quibus dicitur Deus irasci, pœnitere, dolere, concupiscere, & huiusmodi. Nec enim pœnitet: nisi quatenus id apparet in membris, uel rebus, quas replet: a quibus se subtrahẽte, & auertẽte faciem, turbantur omnia: & uacua Deo uiuificante in puluerem suum reuertũtur: ut uideantur membra illa, immo Deus in illis dolere, tristari, & indignari, atq; pœnitere: Desistens scilicet a consueta influentia. Reuertente autem spiritu eius, qui replet orbem terrarum uniuersum, recreãtur & gaudere uidẽtur omnia. Nec aliter se ha-
Aristot. bet anima nostra, de qua Aristoteles, & Plotinus inquiũt, qui dixerit ani-
Plotinus mam tristari, uel gaudere: dixit hanc texere, uel filare. Non itaq; gaudet, uel tristatur anima: sicut nec texit, nec filat: nisi quatenus est coniuncta corpori. Nam animalis (ut sequitur Plotinus) est pati, atq; operari, non autem animæ rationalis, neq; intellectus: sed horum est dirigere animal quod operatur: sicut Dei est moderari mundum, cuius membra sunt secundariæ causæ operantes, cum huiusmodi agitationibus, & passionibus. Nec reperitur aliqua in homine dispositio, quin in ipsa refulgeat aliquid diuinitatis: nec quicquam est in Deo, quod non repręsentetur in homine: sed ueniamus ad figuram.

Homo effigiat Archetypū in figura. Cap. II.

SI autem Homo continere debet ueram Dei imaginē, necesse est, ut consimili ei figura gaudeat. Sed heu quo intramus? Quam figurā assignabimus ei, qui nullis terminis clauditur, nullis lineis figuratur, nullis coloribus pingitur? Hinc tanta diligentia diuina lege cauetur, ne aliqua imago penitus fieret, neq; ipsius Dei, neq; rerū aliquarū cœlestiū: tum ne per idola illa adorarētur creaturę uisibiles: tum etiam ne falsò exprimeretur, quod effigiari nequit. Verum & si nulla potest figura deduci, nec in rebus inferioribus repiatur aliqua, in qua dignoscatur Dei similitudo, aut effigies: nihilominus Dei testimonio suffulti, in homine uenabimur ipsius similitudinē, & figurā, saltē per analogiā quandā, qua quidē ipse summus Opifex sibi eam asscribere dignatus est, sicut partitiones, & mēbra humani corporis omnia. Dixit.n. se habere dexterā, sicut in Dauitico carmine decātatur: Dixit Dominus domino meo sede a dextris meis. Habet etiam sinistram, ad quam collocabuntur flagitiosi damnādi nouissimo examine. Sedere quoq; dicitur aliquando uelut homo, ut in Isaia inquit: Cœlū mihi sedes est: & terra scabellum pedem meorū. Ambulare etiam in Genesi dicitur ad meridiē, uel ad uentū diei. Et de itineribus ęternitatis eius inquit Psalmographus: Videruntingressus tuos Deus, ingressus Dei, & regis mei qui est in sancto. Qui gressus, & itinera aliquādo eū terrorē immittūt: ut ab eis (teste Abachuc) conterātur montes sęculi, & inclinētur colles mundi: quia (ut recte exponit Hieronymus) quādo uenit ad nos, destruxit dęmoniacas potestates: & altitudines sęculi ad nihilū redegit. De mēbris quoq; ipsi Deo assciptis scriptura sacra locupletissima testis est. Sunt nāq; ei oculi, & aures: de quibus in Dauitico hymno: Oculi Domini super iustos, & aures eius in pręces eorū. Palpebrę: de quibus in alio carmine. Oculi eius in pauperē respiciunt: & palpebrę eius interrogant filios hominū. Sunt nares: quibus (ut in lege sępius repetitur) odorabat sacrificia in odorē suauitatis. Est os: de quo in Isaiā inquit: Os meū nō interrogastis. Est gustus, & guttur: de quo in canticis: Guttur tuū sicut uinū optimū. De capite quoq; ibidē dicitur: Caput tuū sicut Chermel non quidē mōs ille magnus in maritimis syrię, (ut q̄plurimi etiā Hebrei decipiūtur) sed ut uermis, qui gignit purpurā. Chermel.n. utrūq; significat, & montē, & uermē. Et q̄ cōparatio fiat uermi, & non monti indicāt uerba, quæ subsequūtur: Et comæ capitis tui sicut purpura regis. Manus quoq; sunt ei: de quibus regius Vates: Manus tuæ Domine fecerunt me: & plasmauerūt me. Digiti: de quibus iterū canit: Videbo cœlos tuos: opera digitorū tuorū. Dentes: ut in cāticis dicitur: Dignū est uinū dilecto meo ad potandū, & cibus labiis, & dētibus illius ad ruminandū

Dauid
Isaias
Dauid
Abacuc
Hiero.
Dauid
Isaias
Cāticū
Psalm.
Cāticū

Isaias ad ruminādū. Sunt humeri: de qbus Isaias: Factus est principatus super humeros eius. Quibus etiam (ut in Euangelio dicitur) portauit inuētam ouem. Brachia etiā ei mirāda sunt, dicente Isaia: Brachiū Domini cui reuelatum est? Nam in brachio extento (ut sæpius in scriptura repetitur) eduxit populū de Aegypto, signis, & portētis q̄maximis subsequentibus.

Reg.i. Cor: secundū quod in primo uolumine Regum dicitur inuenisse Dauid.

Ierem. Pectus: a quo discipulus dormiēs ebibit fluēta Euangelii. Dorsum: de quo

Dauid in Ieremia: Dorsum & non faciē ostendā eis in die perditionis eorū. Et regius Vates in hymno, Posteriora dorsi eius in pallore auri. Pedes: de quibus idem Vates in alio carmine: Et caligo sub pedibus eius. Pennę, & uolatus: de quibus in eodē carmine: Volauit super pennas uentorū. Et in alio hymno dicit, cœlesti regi fuisse pēnas colūbæ deargētatas: quas ipse propheta alibi exoptabat dicēs: Quis dabit mihi pennas sicut colūbæ? Et aliquando uestitū uariis indumentis se se nobis ostendit Opifex, non quidē ut tecta ipsius mēbra ueluti nostra carnea protegātur a frigore: & ob honestatē uelentur: sed ea sunt hæc indumēta, in quibus, & per quę Deū cognoscere possumus: quę in nuda, & pura essentia apprehēdere nequimus. Mēbra itaq; sunt uires multiplices in illo uno simplicissimo: & uestimēta uiæ quædā, per quas graditur nobiscū: aut in nobis se se diffundit, dū per mēbra. i. per uires eius multiplices quo ad nos, sed unicā in se, aliquid operatur. De quibus uestimētis Hebrei amplissime in eorū theologia ptractāt: Quorū fimbria tacta ab hęmorrhoissa clamauit Iesus dicēs: Quis me tetigit? Nam & ego noui uirtutē de me exisse. Per hæc.n. uestimēta (ut ipsi Hebrei docent) omnis uirtus ab eo emanās procedit: nam a Deo nudo (ut aiūt) idest penitus semoto ab omni respectu nihil fluit: q̄uis fons existat totius bonitatis. In eo.n. q̄ influit, relationē quandā induit, quam ipsi uestimentū nūcupant. Mēbra autem (ut diximus) uires quædam sunt. Oculi.n. significāt clarissimū eius contuitum: cui omnia nuda sunt. Olfactus discretiuā uim, & susceptiuam odoris bonorū operū. Aures illud quo omnia percipit, & intelligit usq; ad cogitationes cordis: quas nouit ipse solus Deus. Palpebrę iudicia Dei occulta, & subtilia (inquit Hieronymus) quibus omnia penetralia discutit. Dentibus optime cōtritū cibum multiplicem nobis tribuit: & nostra opera tanq̄ eduliū susciptt conterendū in nostrum incrementū & prouentum, sicut de Samaritis conuersis dixit

Hiero.

CHRISTVS filius Dei: quoniam effecti erant cibus, quem habebat ad manducādum Apostolis minime cognitū. Humeris omnia portat, & sunt peculiares filii

Paulus Dei iuxta illud Apostoli: Portans omnia uerbo uirtutis suę, super quo etiā posuit oues portādas, & onera omniū scelerum nostrorū, & pondus do-

CHRISTVS minii, & sceptri, & iudicii: ut ipsemet attestatur dicēs: Omne iudicium dedit mihi Pater. Brachiū est uirtus, qua omnia mirāda sæpius perpetrauit,

h

& perpetrat. Corde nos tenerrime diligit. Pectore ſuſcipit, & chariſſime nos cõplectendo confouet. Dorſum: quod aliquãdo uertens ſe indignabũdum oſtendit: & aliquãdo ſplendens in rebus creatis nobis ſe contemplãdum præbet: ſicuti ad Moſem ait, uidebis poſteriora mea. Pedibus affectuum aliquando ad nos uenit: & aliquando noſtris flagitiis exigentibus abit. Pennis celerrime uolat, ut noſtris neceſſitatibus occurrat: quas optare debemus, ut & nos in ipſum uolare poſſimus. Ecce igitur quomodo Deus in omnibus ſe ſimilẽ nobis præbuit: immo nos ſabrefaciens ſibi cõformes effecit in mẽbris, & figura: ſiqua eſt in ipſo. Eſt qppe, ſed nullis terminis artata, nec lineis circũſcripta: ſed fontalis origo omniũ proprietatum & figuraꝝ. Quæ mẽbra (ut diximus) meliora ueſtimenta induit, q̃ noſtra ueſtita ſint. De quibus ſupramũdanis ueſtimentis aliquid (ſacra ſcriptura duce) percurremus: ea tamen non arroganti quidem, ſed conuenienti lege qua dicitur.

Effugite, & procul hinc miſeri procul ite prophani.

Corpus non minus conuenit Deo ueſtito, q̃ ipſi nudo, pura, & expoliata materia.

Cap. III.

EXplicauimus iam ſupra, q̃ cõcinne materia potentia puriſſima primo creata reſpondeat Deo puriſſimo actui, & primæ omniũ cauſæ. Nunc explicãda eſt ea conueniẽtia, quam habet homo cõſũmatiſſimũ Dei opus, & omniũ totius mundanæ machinæ celeberrimũ cum ipſo Deo, iam omnes perfectiones, quæ ſunt ad intra, uel extra (ut aiunt) induto. Nec perterreat quempiam hic apud Theologos noſtros inuſitatus loquendi modus de ueſtibus Dei: cum habeamus a ſcriptura ſacra, omniũ theologoꝝ matre, & fonte, locupletiſſimas de ipſis ueſtibus atteſtationes. Canit Dauid in hymno nonageſimo ſecundo: Dominus regnauit, decorem indutus eſt: induit Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe uirtute. Hebreoꝝ autem Theologi uſq; ad decẽ ueſtimenta non ſine ſacramento enumerant. Quibus non crederem, niſi illa eadem me ſacra ſcriptura doceret. Nudum nãq; Deum aſſerunt: quãdo conſideratur ipſe (Benedictũ nomen eius) in ſua ſolitaria natura penitus remota ab omni relatione (ut aiunt) intrinſecus, & extrinſecus adueniente: & ut eſt ſumme hic. Qui, ut intelligitur ſic remotus, loqtur in Iſaia dicẽs, אֲנִי יְהוָה הוּא שְׁמִי Ani adonai hu ſemi. Quod nos interpretatũ habemus: Ego Dominus, hoc eſt nomen meũ, ſed melius diceretur: Ipſum. ſ. quod eſt nomen meum. Non enim illud הוּא hu eſt relatiuum aliquid referens, ſed dictio importans ipſum, quod eſt ſumme hoc. Qui ut ſic, nulli ſe cõmunicat, ideo ſequitur: Gloriã meam, quam. ſ. habeo in ſumma unitate mea, alteri non dabo. Ipſe igitur ſumme hic, anteq̃ ſe ſe in creaturas

Dauid

Iſaias

diffunderet, filium genuit, cum quo ſimul Sanctum ſpiritum produxit. Dum itaq; filium generare ſtatuit, induit primam ueſtem: quæ a noſtris paternitas dicitur. Sed eſt lux quædam inacceſſibilis, ſecundũ quam a Ia

Dauid cobo dicitur Pater luminũ. De qua ueſte çanit Pſalmographus: Amictus lumine, ſicut ueſtimento. Suſcipiens autem in paterno ſinu filium quem genuit, aliud induit ueſtimentum, de quo Vates in eodem carmine: Qui tegis aquis ſuperiora, uel exçelſa eius. Quid.n. eſt hoc exçelſum niſi ille, de

Paulus quo Paulus: Exçelſior cœlis factus? Aut quid eſt ſuperius, & ſublime Dei, niſi ille de quo idem Apoſtolus: Deus conſtituit filium ſuum ſuper omnẽ principatum, & poteſtatem, & uirtutem, & dominationem, & ſuper omne nomen quod nominat, non ſolum in hoc ſçculo, ſed etiã in futuro: & omnia ſubiecit ſub pedibus eius: & ipſum dedit caput ſuper omnẽ eccleſiam? Hoc igitur genito, qui ſupremũ eius opus exiſtit, & uera aqua ſupramũdana habẽs uim omniũ rerum generatiuã: ſecundũ quam dictũ eſt: Producant aquę ſerpiturã animæ uiuentis: Et iterum: Omnia per uerbum facta ſunt: Tunc aquis indutus dicitur Deus: in quo idem eſt Pater, & filius.

Sapien. In qua diuinitate filius, qui eſt Dei ſapientia, induit proprietatẽ aquæ: ut recte dicat ille ſapiens: Et aqua ſapiẽtię ſalutaris potauit illũ. Quas aquas

CHRISTVS non tantum ſumpſit ſibi in ueſtimentũ, ſed ut eas in nos diffundat, non ſolum ad ſitim comprimendã, ut clamabat in tẽplo dicens: *Si quis ſitit ueniat ad me & bibat*: ſed etiam ad profuſam ſatietatẽ, ut cum ſamarite loquens ait: *Si quis biberit ex aqua, quã ego dedero, fiet in eo fons aquę ſalientis in uitam æternã*. Non.n. de aqua hac elemẽtari loquebatur, ſed de illa ſuperexçelſa: in qua uenit filius Dei, ut nos a ſordibus ablueret: & propinaret nobis poculũ illius aquæ ſapientiæ ſalutaris. Qui filius Dei ueſtitus quoq; dicitur ueſtimentũ regiũ. In ueſtimento (ait qui a diuinis ſecretis fuit) in femore eius ſcriptũ erat: Rex regum, & dominus dominãtium. Spiritus autẽ ſanctus ab utroq; procedẽs in utraq; lege igneus uiſus eſt, & igne circũamictus: Fumabat.n. totus mons Synai (ut in Exodo legimus) quando deſcendit Dominus ſuper eum in igne: Et iterum dicitur: Erat autem ſpecies gloriæ Domini, quaſi ignis ardens ſuper uerticẽ montis, in cõſpectu filioꝝ Iſrael. Ille igit̃ ſpiritus, cuius uirtute data eſt priſcis Patribus ignea lex, Apoſtolis quoq; apparuit in linguis igneis, eos confouens, & accẽdens ad explicãdã legem illam, quam impleturus uenit filius

Moſes Dei: Et de qua in nouiſſimo carmine decãtãs Moſes inquit: Et in dextera eius ignea lex. Poſt illam autẽ ſacratiſſimã, & intrinſecã, perfectãq; productionem uoluit ipſum ſummũ bonum in creaturas ſe ſe diffundere: unde ſumpſit (ut aiunt) ſeptem alia ueſtimenta, quibus nobiſcũ ageret, & conuerſaretur. Horum primũ magnitudo dicitur miſericordiæ, clementię, bonitatis, & pietatis, quo ſe in alios diffundit: & ipſos pientiſſime regit, atq;

© The Warburg Institute. This material is licensed under a C

clementissime præuenit, iustificat, & remunerat: de quo in Apoc. dicitur: Et datum est illi, ut cooperiret se byssino splendenti & candido. Byssinum enim iustificationes sanctorum sunt, quæ per Dei gratiam, & clementiam nobis (mediante Christo) cõmunicantur. Hac igitur ueste nobis bona impartiendo, tanquã byssino quodã uestitur. Et quia clementia, & pietas immensa, iustitiæ libramine temperatur, ideo aliud iustitiæ uestimentũ assumit: quod nunc sanguineum, nunc lineum in scriptura dicitur. Vestitus enim erat (inquit Iohannes) ueste respersa sanguine, & uocabatur nomen eius uerbum Dei: uerbũ utiq; illud per quod facta, & restaurata sunt omnia: Cui unita natura humana sanguinem fudit ad placandã diuinam iustitiam, quæ sanguinem exquirit, ubi contractum est peccatum per carnem, & sanguinẽ. Quod uestimentum admirantes Angeli (ut Dionysio placet) dixerunt. Quare rubrum factum est uestimentũ tuum/sicut calcãtium in torculari? In Daniele autem Gabriel, qui Christum uirgini illico concipiendũ denũtiauit, & aliquando (non sine mysterio) ipsius personam gerit, uisus fuit uestitus lineo, sacramento forsitan alibi declarãdo. Et cum sit summũ pulchrũ omnia pulchrificaẽs/maxime naturã humanã/cui sui omnimodam imaginẽ tribuit: Hinc aliud uestimẽtũ assumit, quod in plerisq; locis scripturæ sacræ, maxime in Dauiticis hymnis תִּפְאֶרֶת tipheret dicitur, Quod nos nunc decorẽ, nunc pulchritudinẽ, nunc magnificentiã interpretatum habemus: Sed est proprie nomẽ glorię/& pulchritudinis diuinę: Quã mul tifariam nobis cõmunicans inquit in Ezechiele. Et uestiui te discoloribus/ & bysso, & polymita: & multa, quæ ibi cõmemorantur, concludens: Hæc dedi tibi, ut esses perfecta decore, & pulchritudine. Hinc dicitur in canticis Creatura humana pulcherrima mulier, ideſt omniũ creaturarũ. Post hæc, duo alia uestimenta amictus est summus Moderator: quibus magis domesticũ se nobis præbeat: Per quæ multa charismata in nos defluunt. De quibus uestimẽtis in Dauitica ode decãtatur. Confessionẽ, uel celebritatẽ, & decorẽ induisti: quia uidelicet per illa facit Deus homines celebres, & decoros. Quæ uestimẽta aliquãdo dicũtur ubera, quę quidem lactatũt prophetas, & lactãt quoslibet Deo familiares, sicuti in cãticis dicitur: Dabo tibi ubera mea. Quæ etiã tertiũ cœlũ aliqñ nominãtur: ad quod Paulus euectus fuit. Et quia ipse opifex nobis quoq; prestat uitã, fundamẽtũ, atq; stabilitatẽ totius boni operis, hinc dicitur uita, arbor uitæ, & terra uiuẽtiũ: In qua terra etiã se nobis uestitũ præbet: ut diuus Citharista decantat: Abyssus, sicut uestimẽtũ amictus eius: Eius utiq; terrę, nõ quidẽ huius corruptibilis, quę simul cũ cœlo materiali trãsibit, ut ait summa Veritas: Sed illius, quę nunq; mutatur, De qua sequitur uates: Non inclinabitur in sæculum sæculi. Deniq; summa hæc diuina maiestas ultimum sumit amictũ: quo nobis penitus familiarẽ se præbeat. Et hoc hebrei מַלְכוּת malcut ideſt regnũ uocant: qa ipso nos domestice regit. Nũcupatur quoq; שְׁכִינָה sechina ideſt inhabitatio Dei in nobis immediata: secũdũ quã dixit Ieremias: Tu autẽ in nobis es Domine. Et sic ille qui habitabat cũ populo suo in figuratiuo tentorio citationis: nũc habitat nobiscũ in tabernaculo non manufacto: ideſt non huius creationis (ut docet Apostolus) Habitãs autẽ in nobis tãq; nubes, defendit nos ab estu diuinæ iræ: & tegit nuditatem, & ignominiam nostrã, ne cõfundamur a cõspectu gloriæ suæ. Et de hoc uestimento in Ezechiele loquitur dicẽs: Expãdi amictum meum super te: & operui ignominiã tuã: longoq; sermone prosequitur uestimẽta, quibus tegit turpitudinẽ nostrã: & quibus ornati, honesti reperiamur in cœlestibus nuptiis. Vestiuit itaq; se Deus, ut cũ creatura ageret: & homini daret sui perfectã imaginẽ: Et ut hunc hominem uestiret diuinitate, seipsum induit humanitatẽ, & corpus hoc passibile. In quo corpore existẽte anima cũ diuino illo lumine, siue mẽte, aut intellectu, habet homo (ut sapientes quidã asserunt) expressiorẽ Dei imaginẽ q̃ Angelus: quoniã corpus hoc organicum cũ membris, & particulis suis ea est uestis, per quam omnia Dei indumenta repręsentãtur. Hinc Deus (ut nuper tetigimus) dicitur habere caput, oculos, aures, & omnia mẽbra, quæ sunt in humano corpore: Quæ aliqua ratione dicuntur membra: alia uero ratione uestimenta: alia autem nuncupantur mensuræ: quibus ipse Deus omnia metitur, & moderatur: sed hominem potissime ad perfectam sui metam.

Ioha. Idem Ezech. Cãtica Dauid Paulus Dauid CHRISTVS CHRISTVS

Ierem. Paulus Ezech. Diony.

Cum in homine sint infimum, summũ, & intermedia, omnia facile per ipsum hominem cum Deo conciliantur. Cap. IIII.

EXtat in homine aliud Dei expressissimum simulachrum: Id autem est: quoniam homo omnia continet actu, quæ Deus continet uirtute: & per eminentiam quandam, ut Dionysius docet. Sic & homini dedit uirtutem continendi omnia: unde omnis creatura a saluatore (Gregorio interpretante) nominatur, sicuti iã in primo uolumine explicauimus. Homine itaq; Deo conciliato, eidem omnia conciliantur: sicuti in assumpta humanitate omnia consequenter assumpta dicuntur: Anima in primis, & spiritus, animalesq; uires omnes, uegetãdi uis, atq; elemẽta, usq; ad materiã, ex qua fabrefactum est humanum corpus: & deniq; omnia quæ in ipso continentur. Nec tantum id factũ esse credimus in homine, & natura illa particulari assumpta a uerbo, sed idem fieri in omnibus, qui hospites efficiũtur illius, qui dixit: Ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus: Et in omnibus, pro quibus exaudita est illa cordialissima oratio/quam filius in eius recessu a nobis porrexit ad Patrem dicens: Rogo Pater, ut sicut ego & tu unum sumus,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a C

ita & iſti unum ſint in te. Hic eſt enim finis hominis, ut ſtatim dicemus: Et finis, in quem tendunt omnia: Nam in Deum cuncta tenduntur: ad quē tandem per hominem reducuntur.

Cur anima in corpore tāq̄ in fuſorio uaſe purgāda collocata ſit: anteq̄ reuertatur ad eum, a quo uenit. Cap. V.

SEd anteq̄ ad hanc unitatem cum Deo reuertatur anima, includitur in corpore, ut ipſum perficiat: & ab ipſo perficiatur. Et neſcio, an prius perficiat, an potius perficiat̄, an utrunq; fiat ſimul. Et forſitan utrunq; ſimul perficitur in bene, & rite procedentibus. Eſt (inquiūt Peripatetici & Theologi noſtri) anima in corpore ueluti forma perficiens ipſum corpus: non quidem dans ſolūmodo motū, atq; ſentiēdi, uegetandi, & intelligendi uim: ſed ipſum perficiens/& expurgās: ut in melioré ſortem tranſformari ualeat. Nec corpus diſponit ut tranſmutet̄, niſi ipſa expurgata ſit. Non enim omnes tranſmutabimur (inquit Apoſtolus) q̄q̄ omnes reſurgemus: Sed trāſmutabunt̄ ſolūmodo Paulus corpora eoꝝ, quoꝝ animæ expurgatæ reperient̄. Anima itaq; in hoc corpore collocata eſt, tāq̄ in uaſe fuſorio collāda, & expurgāda igne charitatis, & diuino perfuſo in toto homine per gratiā infundētis, & pro recipiētis diſpoſitiōe, interuenientibus potiſſime ſacrificiis, & ſacramentis. Hinc oblato illo ſummo ſacrificio, cui omnia alia aſſiſtunt & cedunt, a ſummo ſacerdote Ieſu redemptore humani generis, miſſus fuit ille igneus ſpiritus, ad liquefaciēda, expurgāda, & cōflāda corda diſcipuloꝝ, & eoꝝ, q̄ credituri erāt per eos. Nec aliquod interfuit tēporis ſpatiū poſt illū ſummū ſacrificiū exhibitū, niſi quinquaginta dieꝝ: numero quidē ſpiritui illi igneo mittēdo cōueniēte. Qui nec miſſus fuiſſet, niſi Dei filius in ſacrificiū fuiſſet oblatus, ipſomet atteſtante, q̄ ait: Niſi ego abiero, oblatus. ſ. Patri in ho CHRIlocauſtū, Paracletus nō ueniet ad uos. Quæ qdē hoſtia in lege antiqua ſępius præfigurata fuit: Et id quādo oblato ſacrificio ignis expectabatur de cœlo/qui ueniēs, & ſacrificiū iā accenſum, & in ignē mutatū, ad ſublime, unde uenerat maximo myſterio deduceret: & ī offerētes diffunderet ignē illū, de quo in Deuteronomio dicitur: Deus ignis uorans, aut comedens, Deute. & cōſumens eſt. Sicut enim comedens cōſumit cibū, & eius ſubſtantiam immutat in ſeipſum: ſic Deus ſuſcipiens uerū ſacrificiū debite offerentis, paſcitur & ſacrificio, & offerente, traducens utrūq; in ſeipſum. Verū autē ſacrificiū, quod nos offerre debemus ſimul cū ſacrificio oblato a ſummo ſacerdote Chriſto Ieſu/eſt/ut unuſquiſq; ſecūdū Apoſtolicū documentum offerat ſeipſum in hoſtiam uiuā, immaculatā, Sanctam, Deo placentem cū rationabili obſequio. Et ſic nō tantū anima aſcendet in ipſum Deum: ſed etiā corpus mortale, & corruptibile induens (ut idem Apoſtolus ait) Paulus incorruptionē, & immortalitatē: Et tūc erit uerū holocauſtū, ideſt cōbuſtum igne illo diuino, qui oīa trāſmutat. Hebrei autē hoc ſacrificiū עוֹלָה holah. ſ. aſcēdēs nūcupant: qa totū ſacrificiū cōbuſtū, & iā in ignē mutatum aſcēdebat corā Deo: Sic & noſtrū corpus ſeminatū aiale, diuino igne confotū ſurget, & aſcēdet ſpūale ſimul cū anima, ab ea pfectū, & utraq; a Deo, qui eſt uerus ignis ardens, cōflans, & trāſmutās.

Cur Deus hic collocauerit animā, & mētē uertibilē. Cap. VI.

ET cū anima ſit in hoc uaſe fuſorio expurgādi, & perficiendi cauſa, mirātur nōnulli etiā inferiores, quoꝝ ſtudiū ſemper eſt ſuis ipſoꝝ iudiciis, & uerbis ferire maiores, cur Deus ipſam animā huc demiſerit nō tantū uertibilē, ſed ab acerrimo hoſte cōtinue impugnādam: Et quaſi Dei cōſiliarios ſe ſe procaci temeritate conſtituētes, audēt ueſpertiliones ſummā lucē, ſummāq; ſapiētiā incuſare. Sed erubeſcat puluis, & cinis, uel nominare illū: cuius decoris ſpecies ſplēdet ab ortu ſolis uſq; ad occaſum. Et ſi (ex monumēto ſapientis) in medio magnoꝝ & ſenū iuuenes cōticeſcere debēt: qd nos in cōſpectu antiquiſſimi dieꝝ, & illius, in quo ſunt omnes theſauri ſapiētię, & ſciētię abſcōditi? Poſſumus nihilominus, nō ut incuſemus: Sed ut illuminemur, interroga/re: cur ſapiētiſſimus opifex nō fecerit hominē ſtabilē, & cōtinue recto itiAnſel. nere pergētē. Reſpōdet hic Anſelmus: quia nō potuit. Sed (ut melius dicamus) nō decuit facere aliū Deū: qui ſolus natura impeccabilis, & imAlex. mutabilis eſt. Cuius dicti rationes conatur adducere Alexāder: Quas IoIo. Sc. hannes ſcotus tāq̄ debiles fulcire ſtatuit, cedēs tamen magis ſanctoꝝ ſentētiis, q̄ propriis rōnibus. Has igit̄ tāq̄ inualidas ex proprii autoris iudiAug. cio, in illius libris legēdas relinquētes, cōfitebimur cū Auguſtino ad Voluſianū, Deū multa poſſe, quę nos intelligere nō ualemus, cū tota ratio facti ſit potētia faciētis: quę infinita eſt, & omne ingeniū humanū, & Angelicū trāſcendēs. Ad huius itaq; rei diſcuſſionē (prout Dominus noſtros collu/ſtrauerit oculos) aliq̄d dicemus, pręſupponētes quid exigat reꝝ ordo: quiAriſt. (ut etiā Ariſtoteles docet) duplex eſt in omni exercitu, militū vz inter ſe, & coꝝ omniū ad Principē & caput: cui ſi cōueniūt, omnia recte pagunt̄: Si aūt diſſidēt, incōcina & confuſa reddunt̄. Sicut autē omnes milites ab Imperatore q̄uis bono deficere poſſunt: ſic cunctæ creaturæ a Deo: multa enim obiecta diſtrahētia ſunt nobis, a quibus nūc in ſūmū, nūc in medio/cre, nūc in infimū ferimur. Nunc quoq; diſtrahimur a bono inferiori, nūc ab apparenti, nunc (ut aiunt) a pręfixo: Et his continuis illudimur ludis: quouſq; cor noſtrū ſemper inquietū/ſemp inſtabile, firmetur in Principe: qui ſolus ſtabilis eſt: unde ſi ſtabiles aliq̄ efficimur: id nō naturæ eſt (inqtAug. Auguſtinus) ſed a gra illius/cuius eſt oīa ſtabilire. Quā cōueniēter autē fa-Greg. ctū ſit, ut in cāpo certaminis hō poſitus ſit ancipiti pugna/Gregorius diuino afflatus ſpiritu declarat, In laboribus (inqt) flagelloꝝ, & uitioꝝ certa/

© The Warburg Institute. This material is licensed under

minibus,nõ ſolũ nobis nr̃a infirmitas inoteſcit:ſed ẽt q̃ta uirtute proficia/
mus/cognoſcimus.Nemo qppe uires ſuas i pace nouit.Si.n.bella deſunt/
uirtutũ expimẽta nõ ꝓderũt.Improuidus miles eſt,q in pace ſe fortẽ glo/
riaꝫ:Nemo.n.q̃tũ ꝓfecerit,niſi inter aduerſa, & ambigua cognoſcit. Cui
adſtipulaꝫ Firmianus dicẽs:Ante oĩa Deus uoluit eſſe i nobis diuerſitatẽ/ Firmia.
uulgoq; nõ apuit ſacramẽtũ:ſed pauciſſimis reuelauit.Hæc ãt diuerſitas,
omne mũdi arcanũ cõtinet. Hęc.n.facit uirtutẽ:ſine qua nõ modo eẽ/ſed
nec appetere qdẽ eã poſſet:qa uirtus eſſe nequit/niſi ſit cõpar aliqs/in quo
ſuperãdo/uim ſuã uel exerceat,uel oſtẽdat. Nã ut uictoria ſine certamine
cõſtare nõ põt:ſic nec uirtus qdẽ ſine hoſte.Itaq; qñ uirtutẽ dedit homini/
ſtatuit ei ecõtrario inimicũ:ne uirtus ocio torpẽs naturã ſuã ꝑderet.Cuius
rõ in eo eſt:ut cõcuſſa,& labefactata firmeꝫ. Nec aliter ad ſũmũ faſtigiũ
puenire poſſet,niſi oppugnãti manu ſemp agitata ad ſalutẽ ſuã dimicãdi
ſtudio fundauerit:Noluit.n.Dñs ad illã beatitudinẽ,& ꝑmiũ/delicato iti/
nere ptingi.Daturus q̃ uirtutẽ,dedit & hoſtẽ:q animis hominũ,cupidita/
tes,& uitia imitteret:ĩ ãbiguoq; teneret author maloꝝ/erroꝝq; omniũ ma
chinator exiſtẽs:ut qm̃ hominẽ uocat ad uitã:ille ecõtrario rapiat,& du/
cat ad mortẽ.Hic iter noſtrũ reliquiꝫ dubiũ/ãbigua pugna,& caſus q̃plu
rimi.Ille.n.hoſtis abducit,aut decipit eos/q ueritati ſtudẽt. Aut ſi dolo,&
ſtudiis nequerit:uirilẽ gerit animã:qua ſublimiũ uigorẽ labefactare cona
tur:obſcęna dictu/& execrabilia moliẽs,uexat,& interficit:Et tñ ut ꝓſter/
nit multos:ſic a multis uictus, & ꝓſtratus diſcedit:Magna eſt.n.hoĩs uis/
magna ratio,magnũq; ſacramẽtũ.Origenes quoq; i ſuo de principiis hoc
negociũ ꝓſequiꝫ dicens:Si.n.Deus dediſſet,ut nullo mõ uinceremur:quæ
iã ſupeſt certãdi cauſa ei/q uincere nõ põt? Aut qd̃ palmę meritũ,ubi re/
pugnãdi rõ,& facultas nõ admittiꝫ uincẽdi? Vnde ſatis bona ei ſunt/quæ
ſibi aduerſanꝫ:quæ cũ uicerit/maioris ei glorię cauſa exiſtunt. Iob.n.du/
plũ recepit poſt uictoriã hoſtis:qui cõtra eũ pugnãdi poteſtatẽ accepat.
Nec qdẽ nobis debeꝫ corona:niſi certamẽ ante prẽcedat. Quæ.n.gloria,
& quæ laus coronati/niſi aliquo curſu,aut pugna meruerit? Nã merendi
ea conditio eſt,ut inde prẽualeat/unde poterat naufragari.Et uictoriæ eſt
laus:ut inde uincat/unde potuit debellari.Hinc laudat ſapiẽs eũ,q potuit Sapiẽs
tranſgredi/& nõ eſt trãſgreſſus:facere malũ,& nõ fecit:Huius rãdẽ ſtabi/
bilienꝫ bona i Dño:ut ultra ab ordine/pace/& qete nullatenus diſcedat.

Quomodo Homo a peccato diſſideat. Cap. VII.

CVm igitur homo a Deo ſæpius recedat tunc errat/peccat/&
deficit ab ordine,quẽ tanti facit Deus:ut prudens Licentius Licẽtius
dicat apud Auguſtinũ in libro de ordine: Præter manifeſtũ
aliquid accipio:ſed præter ordinem nihil mihi fieri uidetur:
Nam quæcũq; a Deo ſunt/ordinata ſunt: Quæ auteꝫ citra Deũ,aut abſq;

Deo,ſiue præter Deũ,inordinata ſunt. Et conſequenter culpa/deordina/
tio/diſſenſio/carentia rectitudinis,defectus/peccatum,& nihil.Sed heu in
ſyluam intramus teterrimã,& horrendã/deſcribentes illud,quod nihil eſt:
Et decernentes malam eſſe deordinationem in eo opificio:quod a ſummo
Moderatore omnia ordinante regiꝫ. Eſt quidẽ mala deordinatio/& defe/
ctus ab eo quod eſt:& quod bonũ eſt.Nec malũ eſt ſubſtantia: quia eius
eſſe eſt eſſe in alio.Nec eſt accidens:quia cõtrariatur bono,& conſequen/
ter in genere boni:cũ contraria ſint eiuſdẽ generis:& bonũ uerũ,& a ſe ſit
ſubſtantia. Nec eſt exiſtens:qa quodcũq; huiuſmodi habet rationẽ boni.
Nec ſupra omne exiſtens:quia illud eſt Deus,& ſummũ bonum.Nec eſt
omnino nihil:quia malum contrariatur bono:& uitiũ uirtuti. Nihil autẽ
non contrariatur alicui: quia quæ contrariantur aliquid ſunt. Nec bonũ
contrariatur ſibi ipſi.Eſt itaq; malũ/medium inter ens & nihil,ens habẽs,
in quo fundatur defectus ipſe exiſtens a rectitudine,quæ in illo quod eſt,
ineſſe debebat. Qui defectus eſt priuatio quædam in ente fundata, ſed
in nihil tendens. Sicut igitur bonum eſt ſupra omne ens: ubi quicquid
eò tendit perficitur: ita malum eſt infra omne ens: in quod tendens de/
Acade. ficit. Et ſicut cogitando bonum, quod eſt ſupra omne ens (ut Academi/
Diony. cis/& Dionyſio placet) tandem in ens reſoluimur: Sic etiam cogitan/
tes malum in priuationem quandam deuenimus.Eſt itaq; malum in na/
tura defectus/& priuatio ordinis naturalis,& perfectionis. Hinc fœmi/
Pytha. na eſt malum (ut dicebat Pythagoras) quia deficit a perfectione uiri, Sic
tenebræ,quia deficiunt a luce:& orbatum,aut monſtrũ quodq;: quia de/
ficit ab ordine a natura inſtituto. Et malum in moribus eſt defectus a re/
ctitudine: quæ debet eſſe in actu, & operatione, quam perpetramus:aut
diſſidentia a ſummo bono,cui inhærere debemus.Eſtq; in priuatione de/
prehenſum,e lucis,& entis regione profugum,infirmum,miſerũ,lanians,
deſtruens: & a bono non tantũ diſſidens,ſed abducens.

Sicut Homo per peccatum a Deo deficit,& diſſidet:ſic per pœniten/
tiam reducitur,& temperatur. Cap. VIII.

DEficiens itaq; homo a Deo, & diſſidẽs per peccatũ,antidotũ
unicũ habet/ut reuertaꝫ,& cõueniat cũ ipſo Deo.Et hæc eſt
uera pœnitentia:quæ nõ eſt (ut aliq aſſerũt) pœnę tenentia/
aut dolor pro peccatis uoluntarie aſſumptus,ſed reuerſio ad
Deũ,a quo receſſerat:ut etymologia perfectioris linguę indicat:Diciꝫ.n.
pœnitẽtia hebraice תשובה eſuba,qd̃ reuerſionem ſignificat.Multi nãq;
dolent:& pœnis maximis cruciantꝫ ex delicto perpetrato,nec tñ liberantꝫ,
nec iuſtificantur:quia nõ habent antidotũ peccati, qd̃ eſt reuerti ad Deũ/
a quo diſceſſerũt,& cõuenire cũ Deo/a quo diſſentiũt.Hinc ſemp oraculi

uox ad peccantem intonat: Reuertere/aut cõuertere. Conuertimini ad me (inquit in Zacharia) & ego cõuertar ad uos. Et per aliũ Vatẽ: Tu autem fornicata es cũ amatoribus multis, uerũtamẽ reuertere ad me/& ego suscipiam te. Et hoc idẽ est cũ eo, qđ saluator pro fundamento suæ concionũ iecit: Agite pœnitentiã: & appropinquabit regnum cœlorꝫ. Quid est enim regnũ cœlorꝫ: nisi Deus/qui cõuertitur ad nos: quando cõuertimur ad eũ? Et quia tunc peculiari modo habitabat nobiscũ/& iam faciliorẽ in natura humana assumpta prębebat nobis uiã reuertendi ad ipsum Deũ/ ideo dicebat: quoniã regnũ cœlorꝫ/& ipse Deus/in quẽ tendimus per uerã pœnitentiã/nobis appropinquabat. Si autẽ ad hanc cõuersionẽ / quæ præsupponit secessum/ & ieiuniũ ab omni illicita uoluptate/sequat̃ dolor/& afflictio: id ex accidenti, & nõ ex essentia pœnitentię/aut illius cõuersionis est: Multę.n. afflictiones cõsequũtur peccatũ: ex qbus tñ homo nõ dicit̃ pœnitens. Nec existimet quispiã aliquẽ pœnitentẽ esse/ qa assumit dolorẽ uolũtariũ: qa is in peccato aliqñ est: Nã sicut ad actũ cõuersionis sequit̃ dolor/ sic ad peccatũ: quoniã omnis deordinatio secũ trahit afflictionẽ & pœnã. Nullus.n. põt immediate uelle dolorẽ: qa tristitia (ut inqt Augustinus) est quæ accidit ex rebus a nobis nolitis. Differt tñ doloris occasio: qa in pœnitente est progressus ad bonum: in peccantẽ autẽ casus & prȩcipitatio/aut malũ. Verꝫ igit̃ animæ tẽperamentũ est reuersio/applicatio/& adaptatio cũ Deo in ueritate/& affectu: sicut p Ioelem exquirit Dñs dicẽs: Cõuertimini ad me in toto corde uestro, affectu yz pleno: in ieiunio a rebus abducẽtibus ab ipso Deo: in fletu, & plãctu: ut lachrymis ab oculis uestris deductis, moueatis diuinos oculos, & fontẽ clemẽtiæ eius ad stillandã gratiã pro uobis irrigãdis. Oculus.n. noster lachrymãs mouet fontẽ diuinę pietatis: qui in mysterioſa lingua eodẽ uocabulo nuncupat̃, quo & oculus: Nã uterqꝫ hain ʕ'ע dicit̃. Vnde sicut in noīe, ita & in re Symbolũ hñt: & inde facilis est motus unius ad motum alterius: ut de neruis citharę bene chordatę alias diximus.

Zacha. Ierem. CHRISTVS Augu. Ioel

Sacramentis Homo redditur perfectior in seipso/& cum Deo magis sonorus. Cap. IX.

ET si reuersio hęc in Deũ satis tẽpat hominẽ cũ ipso: nihilominus restat aliqd magis tẽperãdũ: cũ magnũ, imo maximũ sit eũ qui quasi ipsa natura dissidet, cõuenire cũ illo, qui nã ipsa cõcinus est. Dissidet.n. homo a primordiis nascens filius iræ/ & peccato obnoxius: & curriculo uitæ/ẽt si iustus sit/septies (ut ait sapiẽs) cadit in die: Et qui existimat se a peccato immunẽ/seipm seducit (ut inqt Iohãnes) & nõ est in eo ueritas: quæ est uera cõuentio, & cõcẽtus cũ ſũma ueritate. Deus aũt cũ sit prima regula cõtingentiũ omnia moderãs/semp cõcinnus est: immo illud unum, & harmonica uirtus: per quã omnia quæ

Sapiẽs Iohã.

conueniũt, concinna redduntur. Hinc sacramenta ordinata sunt tanq̃ rei sacræ/& diuinę signa: & quodãmodo effectrices causę, Sunt.n. signa efficacia diuinæ gratię/& fauoris: qui in ipsis præstatur homini, ut conducat̃ ad debitum concentum cũ Deo. Quia igitur homo nascitur filius iræ/& peccato dissonus, pro eius temperamento datum est sacramẽtũ baptismi: in quo abluitur/& temperatur cũ Deo, non tantũ uirtute, & efficacia ipsius sacramenti/ sed fauore instituentis: dũmodo suscipiens sit bene dispositus. Dissidet quoq; homo, & deficit quotidianis operationibus/in quibus nec tota mens/ nec tota anima/nec omnes uires conueniunt, ut iubet lex: ideo defectus, & dissonantia quotidiana. Pro cuius temperamento sacramentũ pœnitentiæ datum est: qua, & ratione conuersionis ad Deum (ut diximus) & sacramenti/ atq; absolutionis efficacia, dissona coaptantur. Et quia continuis alimentis inficimur/ & distemperamur/ordinatũ est sacramentum eucharistiæ: quo reparamus id quod aliis cibis infectum est: & disponimus corpus humilitatis nostræ, ut coaptetur & cõfiguretur corpori claritatis suæ. Et quod in prolis generatione carnis lenocinio deturpatur, & absonum fit: id sacramẽro matrimonii debite seruato reparatur. Adiudicata sunt alia duo sacramenta satis opportuna: Quorꝫ alterum est confirmatio, uel corroboratio eius/quod in baptismate factum est: in his maxime/qui debili uirtute, nullaq; positiua dispositione illud susceperę, in prima uidelicet/& infantili ætate. Alterꝫ extrema unctio nuncupatur, in qua abolere prætendimus, & perfecte abstergere hominẽ ab omni contagione, & a cuncta (si qua relicta est) dissidentia. Extat & aliud sacramẽtum, quo hierarcha in corpore hoc mystico instituitur / & in caput erigit̃ cũ barba: ex quo/& per quẽ sacrũ chrisma omnia liniens, & omnia temperans, descendat usq; ad oram uestimenti ipsius corporis: ut in Dauitico carmine dicitur: Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbã Aaron: quod descendit in oram uestimenti eius. Quod chrisma, aut qui influxus / alia metaphora dicitur ros hermon. i. loci illius, ex quo anathematizata est tristicia: Hermon enim anathema mœroris iterpretatur. Qui ros primo descendit in montẽ sion. i. in eos / qui positi sunt in specula super alios: Et inde diffunditur ad totam ciuitatẽ, & collectionem fideliũ. Vnde & per id chrisma, aut rorem demandatur etiam benedictio, & uita usq; in sæculum.

Dauid

Sacrificiis expiatur. Cap. X.

POstquã homo temperatus est per pœnitentiã / & adhuc pleniori sonoritate conductus per sacramenta, restat, ut per sacrificia (cũ quibus etiam cõuenientiam habet non modicã) penitus expiatus / dignus Deo inueniatur. Sunt enim sacrificia (ut Heraclitus ait) medelę quædam animarũ a summo medico in-

Hera.

uox ad peccantem intonat:Reuertere/aut cõuertere.Conuertimini ad me (inquit in Zacharia) & ego cõuertar ad uos.Et per aliũ Vatẽ:Tu autem fornicata es cũ amatoribus multis,uerũtamẽ reuertere ad me/& ego suſci piam te.Et hoc idẽ eſt cũ eo,qđ ſaluator pro fundamento ſuæ concionũ iecit:Agite pœnitentiã:& appropinquabit regnum cœlorũ.Quid eſt enim regnũ cœlorũ:niſi Deus/qui cõuertitur ad nos:quando cõuertimur ad eũ: Et quia tunc peculiari modo habitabat nobiſcũ/& iam facilioꝛẽ in natura humana aſſumpta prębebat nobis uiã reuertendi ad ipſum Deũ/ ideo di cebat:quoniã regnũ cœlorũ/& ipſe Deus/in quẽ tendimus per uerã pœni tentiã/nobis appropinquabat.Si autẽ ad hanc cõuerſionẽ / quæ præſup ponit ſeceſſum/ & ieiuniũ ab omni illicita uoluptate/ſequat dolor/& affli ctio:id ex accidenti,& nõ ex eſſentia pœnitentię/aut illius cõuerſionis eſt: Multę.n.afflictiones cõſequũtur peccatũ:ex qbus tñ homo nõ dicit pœni tens.Nec exiſtimet quiſpiã aliquẽ pœnitentẽ eſſe/ qa aſſumit doloꝛẽ uolũ tariũ:qa is in peccato aliqñ eſt:Nã ſicut ad actũ cõuerſionis ſequit dolor/ ſic ad peccatũ:quoniã omnis deordinatio ſecũ trahit afflictionẽ & pœnã. Nullus.n.põt immediate uelle doloꝛẽ:qa triſtitia (ut inqt Auguſtinus) eſt quæ accidit ex rebus a nobis nolitis.Differt tñ doloris occaſio:qa in pœni tente eſt progreſſus ad bonum:in peccantẽ autẽ caſus & pręcipitatio/aut malũ.Veꝛ igit animæ tẽperamentũ eſt reuerſio/applicatio/& adaptatio cũ Deo in ueritate/& affectu:ſicut p Ioelem exquirit Dñs dicẽs:Cõuerti/ mini ad me in toto corde ueſtro,affectu yꝫ pleno:in ieiunio a rebus abdu cẽtibus ab ipſo Deo:in fletu,& plãctu:ut lachrymis ab oculis ueſtris de ductis,moueatis diuinos oculos,& fontẽ clemẽtiæ eius ad ſtillandã gratiã pro uobis irrigãdis.Oculus.n.noſter lachrymãs mouet fontẽ diuinę pieta tis:qui in myſterioſa lingua eodẽ uocabulo nuncupat,quo & oculus:Nã uterq hain ℔ dicit.Vnde ſicut in noie,ita & in re Symbolũ hñt:& inde facilis eſt motus unius ad motum alterius:ut de neruis citharę bene chor/ datę alias diximus.

Zacha. Ierem. CHRI/ STVS Augu. Ioel

Sacramentis Homo redditur perfectior in ſeipſo/& cum Deo magis ſonorus. Cap. IX.

ET ſi reuerſio hęc in Deũ ſatis tẽpat hominẽ cũ ipſo:nihilomi nus reſtat aliqd magis tẽperãdũ:cũ magnũ,imo maximũ ſit eũ qui quaſi ipſa natura diſſidet,cõuenire cũ illo,qui nã ipſa cõcinus eſt.Diſſidet.n.homo a primordiis naſcens filius iræ/ & peccato obnoxius:& curriculo uitæ/ẽt ſi iuſtus ſit/ſepties (ut ait ſapiẽs) cadit in die:Et qui exiſtimat ſe a peccato immunẽ/ſeip̃m ſeducit (ut inqt Iohãnes) & nõ eſt in eo ueritas:quæ eſt uera cõuentio,& cõcẽtus cũ ſũma ueritate. Deus aũt cũ ſit prima regula cõtingentiũ omnia moderãs/ ſemp cõcinnus eſt:immo illud unum, & harmonica uirtus:per quã omnia quæ

Sapiẽs Iohã.

conueniũt,concinna redduntur. Hinc ſacramenta ordinata ſunt tanq̃ rei ſacræ/& diuinę ſigna:& quodãmodo effectrices cauſę,Sunt.n.ſigna effi cacia diuinæ gratię/& fauoris:qui in ipſis præſtatur homini,ut conducat ad debitum concentum cũ Deo. Quia igitur homo naſcitur filius iræ/& peccato diſſonus,pro eius temperamento datum eſt ſacramẽtũ baptiſmi: in quo abluitur/& temperatur cũ Deo,non tantũ uirtute,& efficacia ip ſius ſacramenti/ ſed fauore inſtituentis:dũmodo ſuſcipiens ſit bene diſpo ſitus. Diſſidet quoq; homo,& deficit quotidianis operationibus/in quibus nec tota mens/ nec tota anima/nec omnes uires conueniunt,ut iubet lex: ideo defectus,& diſſonantia quotidiana. Pro cuius temperamento ſacra mentũ pœnitentiæ datum eſt: qua,& ratione conuerſionis ad Deum (ut diximus) & ſacramenti/ atq; abſolutionis efficacia, diſſona coaptantur. Et quia continuis alimentis inficimur/ & diſtemperamur/ordinatũ eſt ſa cramentum euchariſtiæ:quo reparamus id quod aliis cibis infectum eſt: & diſponimus corpus humilitatis noſtræ,ut coaptetur & cõfiguretur cor pori claritatis ſuæ. Et quod in prolis generatione carnis lenocinio detur/ patur,& abſonum fit:id ſacramẽro matrimonii debite ſeruato reparatur. Adiudicata ſunt alia duo ſacramenta ſatis opportuna:Quoꝝ alterum eſt confirmatio,uel corroboratio eius/quod in baptiſmate factum eſt : in his maxime/qui debili uirtute,nullaq; poſitiua diſpoſitione illud ſuſcepere,in prima uidelicet/& infantili ætate . Alteꝝ extrema unctio nuncupatur,in qua abolere prætendimus,& perfecte abſtergere hominẽ ab omni conta gione,& a cuncta (ſi qua relicta eſt) diſſidentia. Extat & aliud ſacramẽ tum,quo hierarcha in corpore hoc myſtico inſtituitur / & in caput erigit cũ barba:ex quo/& per quẽ ſacrũ chriſma omnia liniens,& omnia tem perans,deſcendat uſq; ad oram ueſtimenti ipſius corporis: ut in Dauitico carmine dicitur: Sicut unguentum in capite,quod deſcendit in barbam, barbã Aaron:quod deſcendit in oram ueſtimenti eius.Quod chriſma,aut qui influxus / alia metaphora dicitur ros hermon.i.loci illius,ex quo ana thematizata eſt triſticia:Hermon enim anathema mœroris iterpretatur. Qui ros primo deſcendit in montẽ ſion.i.in eos / qui poſiti ſunt in ſpecula ſuper alios:Et inde diffunditur ad totam ciuitatẽ, & collectionem fideliũ. Vnde & per id chriſma,aut rorem demandatur etiam benedictio,& uita uſq; in ſæculum.

Dauid

Sacrificiis expiatur. Cap. X.

POſtquã homo temperatus eſt per pœnitentiã / & adhuc ple niori ſonoritate conductus per ſacramenta, reſtat, ut per ſa crificia (cũ quibus etiam cõuenientiam habet non modicã) penitus expiatus / dignus Deo inueniatur. Sunt enim ſacri ficia (ut Heraclitus ait) medelę quædam animarũ a ſummo medico in/

Hera.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a C

ſtitutæ: Poſſidet enim malus dæmon hominẽ (inquit Proculus) quouſq; per ſacrificia expietur. Et tũc fugato malo dæmone/ in Deum reuertitur. Verum autem ſacrificiũ purgans/ temperans/& uniẽs bifarium eſt. Alterũ eſt illud, quod obtulit ſummus pontifex Chriſtus in remiſſionẽ omniũ peccatorum, pacificans per ſanguinem crucis ſuæ, ſiue quæ in cœlis/ ſiue quæ in terris ſunt. Quæ pacificatio reddit hominẽ iam expiatum, ſummo concentu Deo concordem, & ſuauiſſime modulantem. Alterum ſacrificium eſt offerre ſeipſum mundũ, immaculatũ/atq; perfectum Deo in hoſtiam uiuentem, ſanctam Deo placentem. De quo Porphyrius quoq; in de abſtinentia ab animatis ait: Colamus Deũ ſilentio/cura/religione, puris/ueriſq; de eo opinionibus, laborantes ipſi aſſimilari/atq; cũ eo coniungi: Vitæq; noſtræ ſanctimoniã pro ſacrificio offerre, idq; ſacris æccõmodare. Quod Chriſtus noſter ſe expectare innuit, dum cũ ſamarite loqueretur inquiẽs: Erunt ueri adoratores, qui adorabunt Patrem in ſpiritu/& ueritate. Spiritus enim eſt Deus: & adoratores quærit ipſi conformes. Vt autem ipſi conformaremur ſpirituales effecti, immo in ſpiritum meliorẽ conuerſi, uoluit Chriſtus mortificare ſeipſum oblatum in ſummum holocauſtum: ut nos offerret Deo mortificatos quidem carne/uiuificatos autẽ ſpiritu. Vt igitur Deo conformemur, & uniamur, mortificandum eſt animal noſtrũ: ut ſurgat/ & inualeſcat ſpirituale. Et hoc eſt quod ait, Iohãne referente: Si granum frumenti cadens, in terra mortuũ fuerit, ſecundum carnem uidelicet & ſanguinem/multum fructum affert: Et iterum: Spiritus eſt qui uiuificat: caro autem non prodeſt quicq̃. Hinc ſummus pontifex Chriſtus ſeipſum obtulit, & docuit nos offerendos ſimul cũ eo, dum ait. Hoc facite in meã cõmemorationẽ/& imitationem/ uoſipſos uidelicet offerentes: ſicuti ego oblatus ſum. Iubebat enim cõmemorandũ myſterium corporis, iam in ſacrificium oblati/ mortificati per paſſionem/& in ſpiritum iam uiuificati: ut illud de ſacramẽto corporis ſui a nobis comedendi, & ab ipſo in cruce offerendi, & cõmemorationis faciendæ ei poſſit aptari. Verba quæ ego locutus ſum uobis/ ſpiritus & uita ſunt. In quem ſpiritum, & in quam uitam omnia noſtra reducenda ſunt, ſi Deum conſequi uolumus.

Proc.

Porph.

CHRI/ STVS

CHRI/ STVS

Idem

Eleemoſynis abluitur. Cap. XI.

POſt temperantẽ pœnitentiã, conſonantia ſacramenta, & expiantia ſacrificia, ut nulla coinquinatione abducatur homo a conſuetudine, & unione cũ Deo, ſequitur ablutio/quæ poſt illam baptiſmalẽ fit per eleemoſynã. Quod aſſerere minime auderẽ: niſi id me doceret ſũma Veritas dicẽs: Date eleemoſynã/& omnia mũda ſunt uobis. Eſt. n. aqua quædã emanans a fontibus ſupramũdanis, iuxta qđ dicitur in Eccliaſtico: Sicut aqua extinguit ignẽ, ſic eleemoſyna extinguit peccatũ. Quod idem ſub aliis uerbis Daniel regem Babylonis docuit dicens, Eleemoſynis redime peccata tua. Et Raphael Angelus in Thobia: Eleemoſyna a peccato, & a morte liberat. Ratio autem mea eſt/ quia (ut inquit Rabi Simeon Beniocai) & ſi omnis regula aliquãdo deficiat: hæc nunq̃ fallit: Eadem menſura qua menſi fueritis/ remetietur & uobis. Hæc enim regula eſt ſummæ Veritatis/quæ iterũ ait: Date, & dabitur uobis. Et rurſũ: Tanq̃ fideiuſſor docet, ut ad Patrẽ ſecure dicamus. Dimitte nobis, ſicut dimittimus: Da/ ſicut damus. Ideo ſicuti homo eſt pius in proximũ remittens debita/erogans, & donãs de ſuo: ita ſentit Deũ in ſe pientiſſimũ/ & largiſſimũ donatorem: & tanto abundantius/quanto ille, qui erogat, munificentior eſt. Hinc dixit ipſe munificus remunerator: Centum pro uno accipietis/ & uitam æternam poſſidebitis.

Thobias

Si. Ben.

CHRI/ STVS

Perſonat Homo Virtutibus. Cap. XII.

ABlutus itaq; , & temperatus homo , atq; compoſitis inſtrumentis, cupit concinnos reddere modulos. Sed prima fronte difficultatem ſentit: quia (ut Plato inquit) anima noſtra a Deo proueniens, & in corpore incluſa diſſonantiam patitur. Pro qua cõponenda data eſt harmonia a muſis: quæ motiones animæ noſtræ cõcinnas, & cognatas reddunt: dũmõ homo ipſis bene utaẽ, cõgruas uirtutes amplexans. Quod explicans Chalcidius ait: Quũ iuxta rationem harmonicã animã in ſuperioribus fabricauerit opifex, omneſq; actus eius rithmis/modiſq; conſtare iuſſerit: ſed hæc exoleſcere conſueuerit, ob conſortium corporis, quod neceſſario obtinet: unde immodulas fore animas plurimoq;. Ideo pro medela huius uitii muſicã ſtatuit: non eam/ qua uulgus oblectatur, & quæ ad uoluptatẽ excitat/& ad uitia plærũq;: ſed illam diuinã, quæ nũq̃ ab intelligẽtia ſeparatur. Hanc enim cenſet Plato exorbitantes animas a uia recta reuocare ad ueterem ſymphoniam. Optima porro ſymphonia eſt in moribus noſtris/ & iuſtitia uirtutum omniũ temperamento/per quã cæteræ quæq; uirtutes ſuũ munus/atq; opus exequũtur: ut ratio quidẽ dux ſit, & uigor qui eſt intimus, iracundiæ ſimilis auxiliarem ſe rationi præbeat. Porro hæc prouenire ſine modulatione non poſſunt. Modulatio autem ſine ſymphonia nulla eſt: Ipſa uero ſymphonia eſt intelligentia, & uirtutũ concentus exornans animã/ & rationabiliter ad antiquam naturã reuocans: atq; talem demũ efficiens/ qualem ab initio Deus opifex eam fecerat, ut uirtutibus. ſ. perſonarer. Quæ quãuis quadruplices ſint/omnes tamẽ reperiuntur cõcinnæ, ueluti citharæ neruiquoq; aliqui ſunt infimi/ & grauiores/ aliqui medii, & aliqui ſuperiores, & acuti. Virtutes enim ſunt omnia opera exeuntia ab inſtrumento bene chordato: dictæ quidẽ a uiro. Vel quia cõcinna eſt, ſic a grãmaticis diffi/

Plato

Chalci.

Plato

nitur. Virtus est animi habitus naturæ modo consentaneus. In ea ratione autē/qua a uiro dicitur/sic eam describunt: Virtus est affectio animi constans/cōuenienſq; laudabiles efficiens eos in quibus est: uel, Virtus est ferendoꝝ fortis atq; inuicta patientia: nā uir (ut aiunt) fortem, uel fortitudinem innuit. Si autē ad sacrum, atq; propriū idioma accesserimus, eāq; denominare uoluerimus, obseruandū erit qbus uocabulis in ea lingua dicatur homo/& dicatur uir. Homo enim dicitur אָדָם & גֶּבֶר אֱנוֹשׁ Adam, enos, & geuer, diuersis rationibus pro nunc subticēdis. Et hoc tantūmodo aduertendū, in quolibet illoꝝ nominū esse aut unam, aut nullam litteram diuinitatis. Vir autē dicitur אִישׁ Ais, in quo uocabulo sunt duę litterę diuinitatis א aleph vꝫ & י iod, ubi innuunt hominē uirtute prædituꝫ, bis esse diuinū: natura. ſ. qua continet imaginē Dei: & uirtute, qua continet similitudinem. Secundū quod mysteriū, uirtus potest sic diffiniri: Virtus est operatio assimilans hominem Deo, atq; deificans. Aliud quoq; obseruandum est in hoc uocabulo אָדָם Adam duas esse litteras quadratias, ד. dalet vꝫ quæ quattuor/& ם mem, quæ quadraginta importat. Ex qbus innuunt hominē ex duabus quadraturis compositū, & aliquali diuinitate pfusum, denotata per ipsum, א. Quod satis clare indicatur in uerbis illis. Fecit Deus hominē puluerē de terra: pro quo nos habemus de limo terrę: & insufflauit in nares eius spiraculum uitaꝝ. Vbi tria tanguntur, puluis/terra/& spiraculum: Terra enim est ex quattuor elementis inferioribus unū, עָפָר Aphar, quod nos puluerē dicimus/uel Atomos melius/& subtilius corpus spiritui cōueniens indicat, ut notum est scientibus. Spiraculum autem illud diuinū est nobis perfusum: quod nostri dicunt portionē superiorē. Ex qua cū animali nostro (ut Plotino placet) pullulat anima rationalis. Sed quādo ex hoc duplici quadrario, mediāte uirtute, totus homo reducitur ad illud diuinū/& transit in Deū/tunc cōmutat quadrariā & elemētariā litterā in notam diuinitatis: & aliam litteram quadrariā reducit cū magno mysterio ad trinū centenariū denotatū per ש sim tertiā litterā uocabuli significantis uirū. Et ut breuiter me expediā, per uirtutes/& alia media expurgatoria homo animalis, & terrenus, efficitur spiritualis, & cœlestis: iuxta illud Apostoli: Primus homo de terra terrenus: Secūdus homo de cœlo cœlestis: Et iteꝝ: Sicut portauimus imaginē terrestris, portemus & cœlestis. Qui trāsitus de homine terrestri ad cœlestem fit per quadrifarias uirtutes/tanq̄ per quattuor gradus: Per ciuiles uel morales, per purgatorias/heroicas/& exemplares. De quibus Plotinus/& alii diffusissime tractant. Sed nos breuiter summa colligentes dicimus: q; homo in moralibus/uel ciuilibus uirtutibus laborat: In purgatoriis prævalet: In heroicis lætatur: In exemplaribus splendet/& diuinitatem cōsequitur. Et quāuis labor sit in tribus primis uirtutū generibus, secundū quod dicit

Plotin. Plotin. Paulus Plotin.

Paulus Apostolus ad Thimoteū: Labora sicut bonus miles christi: præcipue tamē in ciuilibus/& moralibus est labor nulla redēptus delectatione: quæ est in aliis uirtutibus melioribus. Vnde nouitiis in uia uirtutū passim p̄dicat̄ arduū esse/& difficile ipsaꝝ uirtutū iter. Iccirco Basilius: Aspa primo, & pene inuia, sudoriſq; continui, ac laboꝝ plena est uirtutis uia. Quāobrē magna uis exquiritur pp arduitatē illius capescendę: nec affectanti facile est ad illius cacumen ascēdere. Et Lactantius: Ad supremū boni apicem/nō nisi cū summa difficultate/ac labore puenitur. Nihilominus cū homo expurgari incipit, prævalet semp: atq; corroborato spū, leuius sentit in dies uirtutū iter. Et hoc est, qđ ait Apl̄us: Cū infirmor/tū fortior sum. Non. n. loquit̄ de infirmitate corporea/ex qua nunq̄ uidi aliquē fortiorē: Sed uult dicere: Cum infirmor in parte animali, eam debilitans austeritate uitæ, & amore uirtutū frenans concupiſcentiā, tunc fortior efficior in parte spirituali: Quia uirtus, quæ tota erat ut octo/in æquas portiōes diuisa, utrinq; reperitur ut quattuor. Si uero altera pars per dimidiū debilitatur/accedunt duo ad quattuor portiones alterius partis, & redditur triplo fortior. Idem Nec ambigendū est, Apostolū nō fuisse locutū de infirmitate corporali: cū ex uerbis, quæ præmittit facile coniiciatur, de qua esset sermo. Ait. n. Complaceo mihi in infirmitatibus meis/in cōtumeliis/in necessitatibus/in angustiis/in pſecutionibus pro Christo: quæ omnia potius ad animalē hominē comprimendū/q̄ ad corporis infirmitatem spectant. Et istę sunt ueræ uirtutes purgatoriæ: quæ concupiſcentiā diminuunt, & spiritū corroborant. Plotin. Hinc Plotinus q̄optime de uirtutibus ipsis purgatoriis differēs ait: Huius uirtutis est dolorem auferre: aut si nequeat, ut moderate ferat: & quia nō simul doleat, eum cōminuat. Iram tollat quoad potest de medio, si fieri possit omnino: Si minus: Non simul irascatur melior homo: Dabit sane operā/ut alterius sit irasci. Timorē præterea expellet/nulla de re metuens. Cupiditatē turpium proculdubio nō habebit/neq; uenereoꝝ. Si autē habuerit, naturaliū dūtaxat, ut arbitror: ut neq; inconsultū hæc habeant impetū: Omnino. n. ab his omnibus Phantasia erit pura, uolensq; irrationale purū efficere, adeo ut ne cōmoueatur quidē/aut saltem q̄minime: Commotioneſq; illius statim rationis propinquitate sedari queant, ac si quis sapienti appropinquans, ipsa propinquitate aliqd ab eo percipiat, uel similis illi fiat, uel reuereatur/ut nihil audeat facere, quę bonus nō audet. Expurgatus itaq; homo a cōcupiſcentia, ut ultra non dicat: Sentio aliam legem in membris meis repugnantē legi mentis meæ: & ducere mē captiuatum in legem peccati/sed dicat: Castigo corpus meū/& in seruitutem redigo. Tunc absolutus ab infœliciſſimo ligamine, gaudet etiam in quacunq; aduersitate/quæ homini expurgato minime nocet/sed carni: quā iam odit, & in seruitutem redegit, tanq̄ crudeliſſimū hostem. Hinc le-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a

tatur tanquã iustus,qui uiderit hostem Deo meritas soluisse pœnas. Sic expurgati Apostoli,& corroborati illo sancto flamine ibant gaudentes a cõspectu concilii: quoniã digni habiti erant pro nomine Iesu cõtumeliã pati. Et Paulus cũ Colossensibus: Nunc gaudeo in passionibus meis pro uobis. Et Petrus: Cõmunicãtes christi passionibus gaudete. Et hęc est uera uirtus heroica gaudere,& lętari de omni aduersitate illata corpori,& animali nostro inimico qdẽ acerrimo. Et adeo gaudendũ est: ut id iam beatitudinis arrhã,& pignus putemus. Ad hoc itaq; loquitur Christus,dũ ait: Beati pauperes spiritu,ieiunantes v3 a concupiscentiis rer3 inferior3,quoniã ipsor3 est regnũ cœlor3: & delectatio rerũ cœlestiũ, & diuinar3. Beati mites,mãsueti.s.& nemini dantes ullã offensionẽ,extincto,aut saltẽ cõpresso impetu iræ,& uindictæ,quę est in carne,& sanguine clamante de terra.i. de terreo hoc corpore/quoniã ipsi possidebũt terrã,uiuentiũ v3/ a qua expelluntur malefici, & coinquinati. Beati qui lugent/aut ex aduersitatibus proximis/siue etiã indignabundi de prolõgato incolatu huius miserrimę uallis mundanę/in qua iam purgatus, impatiens degit, ad superna semp aspirãs,iam excussa grauedine ad ima pellente. Beati qui esuriũt,& sitiũt iustitiã: Quãoptime succedunt hi perfectionis gradus. Expurgatus homo abstinet a cõcupiscentia inferior3: Hinc nemini inuidẽs,& nihil appetens, mitis efficitur. Postea cõdolens & lugens de malo alieno tristatur,necnon de prorogatione carceris huius: unde esurit,& sitit Dei iustitiã,& superna omnia: ex quibus uere saturetur. Beneficus postea fit in proximũ,& uera charitate succensus uellet omnes trahere secum: unde sequitur: Beati misericordes,cõdolentes,& pii in proximũ,qm̃ ipsi misericordiã/& pietatem cõsequentur. Perfecte denique purgati,imo exornati puritate/& mũdicia introducuntur ad præsentiã regis: unde sequitur: Beati mundo corde/qm̃ ipsi Deũ uidebunt. Videbunt itaq; uniti/ & cõcordes cũ eo/in pace perfecta / & omnimoda tranquillitate,quã ex pace cõsequimur: de qua subinfertur: Beati pacifici / qm̃ filii Dei uocabunt/iam ad sublimẽ gradũ euecti,& pfecta charitate muniti,quæ foras mittit timorẽ: intrepidi.n.& securi ardua quæq; apprehendere audent: & omnia lęto animo perpetiunt/ adepto iã regno cœlor3: quod (summa Veritate docẽte) intra nos est. Hic ait: Beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiã / qm̃ ipsor3 est regnũ cœlor3. Isti itaq; per uirtutes exẽplares deificantur/ & aliis splendent. Nec asserere auderẽ homines ad deitatẽ puenire posse/nisi Iohãnes aperto sermone me doceret dicẽs: Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri. Splendent autẽ iuxta illud summę Veritatis: Luceat lux uestra corã hominibus,ut uideamini ab eis: Candela.n.uel lucerna accensa,nõ sub modio,sed sup candelabro ponitur,ut luceat omnibus / qui in domo sunt. Lucerna quippe accensa/& splendẽs est ille/qui ad summũ apicẽ uirtutis iam pfectus ascendit: sicut

Paulus
Petrus
CHRISTVS
IDEM
Iohan.
CHRISTVS

Io.bap. CHRISTVS Moses dit: sicut de Iohãne baptista summo inter natos mulierum dixit Christus: Ipse erat lucerna ardens/& lucens: Et sicuti erat Moses: cuius non tantum uirtus/sed facies adeo splendebat/ut non possent intendere filii Israel in faciem illam/ob splendorem uultus eius: Obtenebrati enim oculi offenduntur a splendenti luce. Hinc multa conticebimus, quę de splendoribus/qui procedunt ab illis perfectis / qui iam ad uirtutes exemplares deuenerunt, dicere possemus.

Lectione imbibit unde modulari possit homo. Cap XIII.

EXpurgatus, ornatus,& cõcinnus factus homo debet iã corã rege introductus aliquid cõposite modulari. Id autẽ decãtãdũ occurrit,quod homo minime nouit/ nisi discat ab eo,qui cõcentũ exquirit: Is enim cãtiones omnes ibidẽ recensendas cõposuit/& nobis facile legẽdas obiecit/q̃uis obscuras/& difficiles q̃pluri-

Baruch mas. Nõ est (inquit Baruch) qui exquirat uias Domini: neq; q excogitet semitas eius: Sed qui scit uniuersa/nouit eas. Hic adinuenit omnẽ uiã disciplinæ/& tradidit eã,scriptã v3 Iahacob puero suo/ & Israel dilecto suo: aperiẽs aliquibus occultissima/& mirãda sacramẽta in ipsa cõtenta. Inter

Dauid quos fuit ille,qui ait: Reuela oculos meos, & cõsiderabo mirabilia de lege tua. Sequitur Baruch: Post hæc in terris uisus est,& cũ hominibus cõuersatus est,tradẽs eãdẽ disciplinã sub meliori forma: Quã ii quattuor cõscripsere q Christo a secretis aderant/ea tamen lege & forma/ut iuxta docto-

CHRISTVS ris edictũ/nõ daretur sanctũ canibus/ nec margaritæ exponerẽtur porcis cõculcãdæ: non enim propalãda sunt altissimi Regis arcana. Hinc diuus citharista decãtat: Abscondi in corde meo eloquia tua: ut nõ peccẽ tibi. Et qa extranei/& nõ bene initiati in diuinis/& sacris/ea capere nequeunt: sed tãq̃ extranei audiũt loquẽtẽ idiomate ipsis incognito: stantq; (ut aiũt) tãq̃

Dauid asini ad lyrã: ideo iterũ decãtat uates: Quomodo cãtabimus canticũ Domini in terra aliena. Locutus est igitur sapientissimus concionator noster

CHRISTVS. Christus ea lege/& ratiõe,ut tãtũmodo secretiores Discipuli intelligerent mysteriũ regni Dei: cæteri aũt solas parabolas sentirẽt: Est enim scriptura sacra ueluti humanum corpus: in quo sit cutis/caro/& ossa cum medullis. Multi uidẽt cutẽ,sed nõ carnẽ: multo minus ãt ossa cũ medullis. Litteralis quidẽ sensus est ueluti cutis ab omnibus cognitus:& nulli prospiciẽti occultus. Moralis uero/uel allegoricus sicut caro cute cooperta, nihilominus perceptibilis ab introspiciente. Anagogicus autẽ/ & diuinus est sicut ossa occultissima/obtecta carne/& cute,plenaq; medullis. Nec quippe explicabilis est medulla,quæ pinguissima continetur in ossibus,& uirtute sacrar3 litterar3: qa ea est quæ omne ingeniũ humanũ trãscẽdit,nec perceptibilis: nisi declaret ille,q eã tradidit. In Bibliis itaq; legis ipsius tã priscis,in qbus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a C

est data, q̃ nouissimis, ubi Christi & discipulorꝫ commentariis explanata, & nō alibi prospicimus, aut accipimus, unde concinamus omnia abdita & secretiora cātica. Hinc igitur quęrēdę sunt nobis cantiones suauissimę, de qbus dicitur. Quā dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo: Dauid
Et iterū: Iudicia Domini uera iustificata in semetipsis: desiderabilia super
aurū/& lapidē pretiosum: & dulciora sup mel/& fauum. Sunt enim recta,
& cōsonātia in seipsis, & hinc lætificātia cor/& illuminātia oculos: & adeo
totū hominē oblectantia, ut beatus sit q in ipsis uersaē: sicut alibi canit idē
Vates, Beatus quē tu erudieris Domine: & de lege tua docueris eū. Idem

Meditatione prędit. Cap. XIIII.

EX quidē & scriptura sancta beatificat/ conuertit animas/& sapiētiam prēstat paruulis/dūmodo legēs in ea meditetur/& admittatur tāq̃ animal ruminans/& mūdū, quod offertur in sacrificiū Deo per studiū scripturæ sacræ. Hinc in Dauitico Idem
carmine prędicatur beatus is, qui in lege Domini meditatur die ac nocte:
Et in alio carmine: Beati qui scrutātur testimonia eius. Quod nō tātū lau/
dat/sed obseruat/dū ait. Præuenerunt oculi mei ad te diluculo/ aut antici/ Idem
pauerūt custodias/uel uigilias oculi mei/ut meditarer eloqa tua: Et id est, Deute.
quod in repetitione legis iubet. Verba quæ ego prędpio tibi hodie/erunt
in corde tuo: & meditaberis ea sedēs in domo tua: & ambulās in itinere/&
dormiēs/atq; cōsurgēs: & ligabis ea, ut nūq̃ moueant ab oculis tuis. Non
quidem uinciēda sunt filo lineo/uel serico, ut supsticiosi legis obseruatores
facere solebant, sed firma mentis tenacitate: ut semper habeas unde excite
ris, & ducaris ad suauissimum concentum, qui multigenus, immo omni/
genus continetur in eis: Ibi enim sunt omnes thesauri sapientiæ/& scientię
absconditi, inde igitur meditari possumus, unde canamus non solum er/
rantem lunam, soliscq; labores: quorum alter tanq̃ gallus grauidat totum
cœlum: altera autem uelut matrix suscipiens effectus ab omnibus sideri/
bus, eos nobis explicat: sed unde resonare faciamus melos totius machi/
næ/& hospitum/& archetypi/atq; opificis eius/& omnium simul. Cuncta
enim in ea miris modis decantare solent/dummodo illa sciamus perscru/
tari: & detur nobis, ut reuelata facie gloriam Domini in ipsa contentam
speculemur a claritate in claritatem procedentes, quousq; ad fontem lu/
cis uiribus nostris inaccessibilem Dei gratia suffulti applicemus. Hinc in
ipsa scriptura meditans beatus censetur non solum in Dauiticis hymmis/
sed etiam a Platone, qui in phędro ait. Diuinis meditationibus qui recte Plato
utitur, perfectisq; mysteriis semper imbuitur, perfectus re uera solus eua/
dit. Ab humanis itaq; studiis segregatus, diuinisq; inhęrēs/carpitur a mul/
titudine quasi extra se positus: sed ipse Deo plenus multitudinem latet: &

Et quæ uulgus opulentiam existimat, ipse summam indigentiam diiudi/
cat: Vnde horum inferiorum impatiens/ quia superna degustat ad ea an/
helat/& pro illis solicitus orat.

Oratione modulatur. Cap. XV.

Procu. IS igitur indigentiam suam cognoscit/necessaria procurat,& poscit id quo adhuc caret. Nam cum nos uniuersi partes si/
mus, indigemus uniuerso: ut docet Proculus ex fontibus por
phyrianis/& alioꝝ sapientum. Et cū unicuiq; naturę salus,&
conseruatio ex conuersione ipsius ad totalitatē suam uerissime dependeat,
Ab eo qui uirtutem possidere cupit precationibus insistēdū est/& crebro
supplicandum, ut is eam influat, qui omnē in se cōtinet uirtutem/& sum/
mum bonum est: atq; bonitatis cuiuscunq; causa/nō tantum serie/& suc/
cessu quodam existens/sed immediate omnia producens/etiam si uolueris
materiam ipsam. Nec ab aliquo semouetur/aut distat diuinitas: sed omni/
bus ex æquo adest: cum unumquodq; Dei munere existat. Nec extra Deū
est aliquid: cum ipse omnia complectatur, & comprehendat: Et quicquid
Iābli. extra Deum imaginamur, est penitus nihil. Addit Iamblicus precum ne/
cessitatem super omnem spem: quia omnia producta sunt, & custodiūtur
a Diis, iubente summo. Ideo qui saluari cupit exorandum sibi est ad eos
qui saluant: a quibus res separari nequeunt: Nā omne genitum diuulsum
a parentibus, & radice, ad non ens statim/& perditionem dilabitur: ea ma/
xime, quę q̃is in seipsa processerint/in parente tamen permanent: ut sunt
creata omnia, quæ a Deo incipiunt, & in ipsum desinent Deum, secundū
perfectricem trinitatē, qua a Deo procedūt/ in seipsis existunt, & in ipsum
Deum tendunt. Gyrum enim quendā creata omnia efficiunt (ut de men/
Procu. te Platonis prosequitur Proculus) a Deo incipientia, & in ipsum desinen/
tia Deū, ueluti circuli linea, quę ibi clauditur unde incipit. Vt autē reuer/
tantur/indigent fauore illoꝝ, a qbus processerunt: Fauor uero impetratur
precibus, quarum est suadere tum Angelis, tum etiam Deo, ut hic .s. iu/
beat, illi custodiant tutela perpetua: & eandem reducant illuc, unde ue/
nimus. Quid enim est (inquit) unaquæq; res sine consensu, & reditu ad
Deum: & sine cōspiratione/ quam sympathiā uocant? Et q̃is oratio om/
nibus necessaria sit/prędpue tamen uiris probis: cum applicatio quædam
sit, & coniunctio illorum ad Deum: Simile nāq; simili complicari/& con/
iungi natum est: Probus autem/ & integer/Deo similis est: hinc cum ipso
complicandus, ut auxilium impetret: quo abstrahatur a cæco carcere, &
uinculis corporis, in quo existens peregrinatur ab eo, cui similis est: & cui
uniendus uenit. Et sicut a parentibus abducti pueri supplicāt nā impulsi,
donec ad eos reuertant: sic nos a uero omniū Patre semotos, & seiugatos,
Acade. ut reducamur, illum orare: & illi supplicare oportet. Hinc Academici nō

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr

nulli orbos illos,& utrisq; carentes parentibus dicebant,qui orationibus, precibusq; spretis ad superiorem, diuinamq; naturā conuerti negligebāt. Ideo apud uarias hominum nationes quicunq; nomen aliquod sibi duce uirtute uendicauere/circa precū orationūq; studia se exercuerūt: ut apud Indos Brachmanę,apud Persas Magi,Inter Græcos theologi,in Assyriis Chaldei:qui festa Deorum,& abdita mysteria sanxere,ea orationibus ue/ nerantes: Quātomagis id nobis faciendum est,quibus cœli ianua iam est reserata? Quot autem sunt animi bene compositi/prolatæ uoces,aut intē/ sæ cogitationes ad Deū pro indigentiis temperandis: aut donis aliquibus impetrandis,tot sunt cantilenæ suauissimæ Deo porrectæ,ultra laudes,& hymnos,quos frequenter in eius honorē persoluimus.Ad illas autē canti/ lenas q̄optime concinandas Proculus q̄q; prębet exactissima documen/ ta:Quoꝝ primum est cognitio ordinum diuinorum:ad quos ille qui pre/ catur,accedit:Non enim proprie expediteq; accedere pōt, qui illoꝝ pro/ prietates ignorat. Quamobrem oraculum,siue diuina responsa primā in sacroꝝ Dei cultu iubent ignis accensam esse notionem: Quod a mosaicis institutis acceptum esse non ambigimus:Nam in leuitico summo iuben/ te oraculo pręcipitur:Ignis in altari meo semper ardebit. Post hanc secū/ dum obtinent locum cognatio, affinitasq; nostra ad Deum ipsum,secun/ dum omnifariā in nobis sinceritatem/expurgationē, & fidelitatem in cō/ missis:iuxta illūd quod summus Doctor ait:Qui fecerit uoluntatē Patris mei/qui in cœlis est,ille meus frater,soror/ & mater est. Tertium in ordi/ ne est contactus,secundum quem diuinam tangimus essentiam/ipso ani/ mi supremo capite,& ad illam inclinati innitimur.Quo sensu(ut opinor) inquit Iohannes:Quod audiuimus,& uidimus,& contrectauimus de uer/ bo uitæ.Sequitur quarto loco applicatio,siue adhæsio:sic enim illam uo/ cat oraculum. Quod & in Dauitico carmine expresse habemus/ubi dici/ tur:Mihi autem adhærere Deo bonum est. In oraculo autem: Mortalis igni adhærens lumen diuinitatis habebit:Hęc enim nobis magnam prę/ bet communionem/euidētioremq; participationem diuini luminis: & cō/ ducit per morum similitudinem,& affectum intēsum. Vltimum est unio, quę unum illud quod in animo est,in Dei unitate collocat:& stabiles nos reddit in unum redigens actum: secundum quem non nostri sumus/sed Dei,in diuino manentes lumine:& ab ipso in gyrum circumplexi: Et hic est finis optimus uerarum precum, ut applicet cōuersionem ipsam man/ sioni:& omne quod ab uno Deo procedit,rursum in uno collocet, & sta/ biliat. Hic quoq; est uerus, & consummatus concentus: quem solum/ modo uir probus, & uere bonus habere potest. Hoc etiam est facile,& expeditissimum iter ad fœlicem, beatamq; uitam, dum precationibus eleuamur, & in Deum conscendimus.

Brach. Magi Thro. Chaldæi

Proc.

Leuiti.

CHRI/ STVS

Iohā.

Dauid

Contemplatione introducitur. Cap. XVI.

VErū cū in oratione petamus,nondū habemus quod concu/ piscimus: sed post exauditā orationē, & iam adepto optato munere introducimur ad penetralia:in qbus prospicere licet illa spectacula ęterna pleno animi oblectamēto.Et hęc est ue/

Ricar. ra cōtēplatio:sicut in de Arca mystica bene diffinit Ricardus dicens:Cō/ tēplatio est libera mētis perspicacia in spectacula sapiētię cū admiratione suspensa.Pulsatus enim Dominus precibus aperit aliquando ex q̄lurimis cubiculis aliquod:in qđ ingressus collustratis oculis uidet spectacula diui/ næ sapiētiæ uulgo recōditissima.Et quia in infinitū extēdūtur,omnia pe/

Eccli. netrare nequiēs remanet uidentis mēs cū admiratione suspēsa. Nā(ut in ecclesiastico dicitur) exaltate Dominū quantū potestis:maior est.n.omni laude: Quis.n.magnificabit cū sicuti est? Multa abscondita sunt maiora

Isaias his:Pauca enim uidēt operum,& magnificētię eius infinitę etiā beati/qui q̄uis uideāt eū sicuti est/nō tamē quātus est:quia hic infinitus: Illi aūt de/ terminatos habent suæ uirtutis gradus.Hinc Isaias cū Deo ipso familia/

Dauid riter agēs inquit:Vere tu es Deus absconditus:Absconditus quippe,& pa/ tēs:Est enim Deus in omnibus rebus,hinc omnibus patēs:Estq; in seipso tā q̄ in abysso suaꝝ tenebraꝝ cōrectus omnes latens:ut in Dauitico carmi/ ne dicitur.Posuit tenebras latibulū suū,in circuitu eius tabernaculū eius, tenebrosa aqua in nubibus aeris.Ecce quomodo contegit tenebris,taber/ naculo/& tenebrosis aquis.Et aliquādo diruptis impedimētis apparet pa/ tens,& manifestus:unde sequitur:Prę fulgore in cōspectu eius nubes trā/ sierūt,grando,& carbones ignis:Et intonuit de cœlo Dominus,& Altissi/ mus dedit uocē suā manifestū se faciēs cui,& quādo uoluerit:non solū in hac ingenti mūdi machina:sed cū particulari homine agēs aliquādo ab/ scōdit faciē suā ab eo,& ait:Nō uidebit me homo,& uiuet.Aliquando fa/ cie ad faciē loqtur,nimis domestice agēs:Vnde precabat Regius ꝓphe/

Idem ta dicēs:Ostēde faciem tuā,& salui erimus.Quā faciē ostēdit nobis Deus

Iob potissime in oratiōe,dicēte Iob de appropinquāte Deo:Deprecabit Deū, & placabilis erit:& uidebit faciē eius in iubilo. Reuertitur igit homo ad

Plato Deū per orationē:Quo pueniēs(inqt Plato in Phędro)sistit equos:& cu/ biculum symposii intrat:ubi pascitur ambrosia,& potatur nectare. Quæ ambrosia est mana illud,de quo dicitur:Dabo ei mana abscōditum,quod nemo scit,nisi qui accipit. Nectar aūt illud est,de quo cœlestis Doctor in

CHRI/ STVS. quit in euāgelio:Bibā illud nouū uobiscū in domo Patris mei.Hæc enim

Plato (sequitur Plato)est Deoꝝ, & fœliciū hominum uita:ut circulari motu in

Dion. Deū reflexi eius cibis pascātur,& in ipso cōuersi quiescant.Rectus est eni (ut Dionysio placet)progressus,quando fit a Deo in creaturas:circularis aūt est reflexio, siue reuersio creaturæ in Deū:quæ fit cōpleto uitæ curri/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creati

culo:& aliquando non adhuc plene ſoluta anima a corpore:Et id quando homini datur/ut ammoto uelamine, & reuelata facie gloriã Domini ſpeculetur/conſcendens a claritate in claritatẽ.Et hæc eſt uera contemplatio. Nam illa excogitatio/quæ per ænigmata,aut imagines fit,ſpeculatio,aut diſcurſus quidam eſt:Ea uero quę fit circa Deum immediate,tanq̃ in ſpeculo claro cõtemplatio eſt:ut recte ſentit Auguſtinus.Ideo Rachel,quã uidens Principium/uel uidens Deum interpretãtur,accommodatiſſime pro uita/uel mente contẽplatiua ſumitur:quæ non per ęnigmata/neq; per creaturas,ſed ipſummet Deũ, & principium / in quo relucent omnia,contuetur.Et hæc eſt optima portio/immo finis,& complementum totius curriculi,quod expectamus : Ad quod Philippus aliquo lumine ſuperno perfuſus aſpirabat cum diceret: Domine oſtẽde nobis Patrem/& ſufficit nobis. Et quia ide eſt Pater & filius / ideo hic reſpondit dicens: Philippe qui uidet me,uidet & Patrem meum: quia quicquid relucet in uno, in altero quoq; pleniſſime ſplendet. Philipp.

Amore unitur. Cap. XVII.

IN ſpeculũ igit᷑ diuinæ claritatis ſubuecta mens/ſentit quoq; calorem igneũ:qui ex reuerberante illa luce cõſequitur:unde liquefit/reſoluitur,& tandem cum ipſo illuſtrãte Deo in unũ conflatur. Nec obuient huic ueritati ſcioli , & uolentes legibus mathematicæ inferioris ligare eum/qui ab omnibus legibus eſt abſolutus,inepte dicentes,finiti ad infinitum nullam eſſe proportionem/& cõſequẽter nec unionem.Inſuper cũ Deus ſit ſimpliciſſimus nullam admittit unionem/aut mixtionem. Nam ipſe eſt unus/ſimpliciſſimus in multis meliori ſorte/q̃ ſol,qui unicus eſt in omnibus locis illuminatis totius orbis terarum.Et cum hic omnia illuminans/& calefaciens,nullã admittat admixtionem:multo minus ille/qui ſimpliciſſimus eſt omnia perfundens/ & omnia in ſe tranſmutans ad libitũ.Nec mirũ/quia ſi ignis hic infimus cõburens lignum , illud conuertit in ſeipſum nullam patiens admixtionem: multo magis ſine admixtione conuertit in ſeipſum eos,quos accendit ille ignis,de quo in deuteronomio dicitur: Deus ignis comedens eſt: Comedens.n.ui ignea & uitali/cõuertit cibum in naturã comedentis.Nec proportio quãtitatis , aut uirtutis exigitur in prima cauſa ab omni lege ſubſecundariarũ cauſarum penitus abſoluta/qualis exquiritur in ipſis ſecundis cauſis legibus ipſarũ ſubiectis:Illa enim prima cauſa, q̃uis ſit infinitæ uirtutis/& omnium rerũ inferiorũ proportionem excedẽs,tamẽ in quodcunq; etiam minimum producendũ extenditur. Quod etiam ſibi unit ad libitũ, q̃uis in infinitũ excedat: Quod enim eſt in rebus inferioribus proportio maioris inæqualitatis in agente / id in prima cauſa eſt omnimodus exceſſus: Agens tamen eſt ipſa prima cauſa,ſecundum ab ipſamet deter- Deute.

Theo. minatã uirtutẽ:quia libere operatur(ut tota noſtra theologia proclamat)
Philo. & non ſecũdũ omnimodã uirtutẽ, ut falſò aſſerũt illi/ q opinant᷑ Deũ neceſſario agere.Tenet igit᷑ lex proportionis in his,quæ ſunt determinatę uirtutis/& nõ in excellẽtiſſimo agẽte:q omnẽ uim naturalẽ excedit:& cuius nutui oia p̃ſto ſunt:& anteq̃ ſint,ut fiant:& poſtq̃ facta ſunt,ut iteꝝ in ipſum reducãtur:homo aũt potiſſime/q ipſius capax eſt:& ſuapte nã natus uniri:dũmõ intercedat uis illa amoris/quæ unit amantẽ cũ amato:& facit
Paul. duo,nõ dicam in carnẽ unã,ſed in ſpiritũ unũ dicente Paulo:Qui adhęret Deo,unus ſpiritus efficit᷑ cũ eo . Quæ unio fit/nõ tãtũ per amorẽ/& dilectionem/de qua dicit᷑:Deus charitas eſt,& qui manet in charitate,in Deo
Iohã. manet,& Deus in eo.Sed etiam per tranſmutationem,quę fit p extaſim, & exceſſum quendam.

Extaſi,& exceſſu tranſmutatur. Cap. XVIII.

NOn igitur contẽti(ut nõnulli faciũt)euehere hominẽ uſq; ad unionẽ cũ Deo,ad ulteriorẽ ultimũq; gradũ ipſum deducere conabimur:ad trãſmutationẽ ꝝ corporis in ſpiritũ: & ſpiri-
Paul. tus in Deũ.De quaꝝ altera inquit Apoſtolus:Saluatorẽ expectamus Dominũ noſtrũ Ieſũ Chriſtũ: q reformabit corpus humilitatis noſtræ cõfiguratũ corpori claritatis ſuę.Hæc aũt reformatio cuiuſmõi ſit futura,alibi declarat,dũ ait:Seminat᷑ quod aiale/ ſurget q̃ ſpirituale.De
Iohã. altera aũt inqt Euãgeliſta/Dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri:dũ ꝝ trãſformantur hoies in eãdẽ imaginẽ:quæ eſt Filius Dei.Quæ trãſformatio fit p
Heb. exceſſum mẽtis & extaſim quãdã:q̃ hebrei mortẽ oſculi nũcupãt,de qua
Dauid in Dauitico carmine dicit᷑:Pretioſa in conſpectu Dñi mors ſanctoꝝ eius.
Cãtica Moritur.n.in mẽtis exceſſu p oſculũ illud:de quo in canticis inqt Sapiẽs: Oſculet᷑ me oſculo oris ſui.Exiſtẽs nãq; homo in mẽtis exceſſu morit᷑ corpori/ut eius uita tũc minime uiuat,nec eius utat᷑ præſidio:q̃uis corpus ab aiæ uiuificãte uirtute nequaq̃ deſtituat᷑.Quæ aia in illo exceſſu Deo innixa,oſculo quodã Deo unitur,tãta ſuauitate ipſo oblectata,ut omniũ exteriorꝝ,& etiã ipſius corporis oblita ipſum uiuẽs ſed ſenſibus priuatũ, & ſe-
Paul. mimortuũ relinquat.Quod explicat Paulus,dum ait:Mortui eſtis,& uita ueſtra abſcondita eſt cũ Chriſto.Qui adeo ipſam aiam ſuſcipit, & ſecum
Idem unit,ut uiuat potius Chriſti,q̃ ꝓpria uita,ſicut iteꝝ inqt Apoſtolus: Viuo ego iã nõ ego:uiuit uero in me Chriſtus. Sed cũ trãſformatio iſta fiat nõ tãtũ per mẽtis ipſius colluſtrationẽ,ueꝝ etiã per uniẽtẽ amorẽ,q ignis qui dã diuinus eſt,cõflãs,uniẽs,& tranſformãs:de quo peculiarẽ Tonũ ædere opportunũ duxerim:quem huic ſubnectemus.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre

De Animæ & corporis harmonia mutata in melius per ignem, & resurrectionem. Tonus Septimus.

AN resurrectio sit possibilis. Cap. I.
An fuerit & futura ne sit. Cap. II.
An resurrectio futura possit probari rationibus. Cap. III.
Quis primo dederit aditū resurrectiōi, & q̄ cōueniēter. Cap. IIII.
Quæ de resurrectione hēamus a sacris eloquiis reserata. Cap. V.
Si aliqua coniectura possit dignosci, quando hæc resurrectio futura sit. Cap. VI.
Cuius uirtute resurrectio conducatur. Cap. VII.
Quid sit uox angelica & Dei tuba. Cap. VIII.
Quæ mutatio corpor̄ sit futura. Cap. IX.
Qui sint immutandi, & qui non, & cur. Cap. X.
Qua carne, & quo corpore suscitandi sint dormiētes. Cap. XI.
Quis capillus non sit periturus. Cap. XII.
Quibus membris gauisuri simus. Cap. XIII.
Quo igne cōflandi sint boni. Cap. XIIII.
Quo particulari igne cremandi sint mali. Cap. XV.
Quomodo mali cruciandi sint. Cap. XVI.
Resolutio difficultatis de hoc igne. Cap. XVII.

AN RESVRRECTIO SIT POSSIBILIS. CAPVT PRIMVM.

OPifex ille summus, cuius spūs omniū artifex suauissimus est, sicuti summa cōsonātia in opus exiuit, ipsūq; cū trāquillitate disponit, & moderatur: sic tandem ad perfectum, & cōsummatū concentū, fœliciori & perfecta sorte deducet: idq; erit, quādo deposita omni perstrepenti, & dissonanti materia, quæ suapte natura ad dissolutionē tendit, homo cōsūmatissimū Dei opus, cū opifice pfectis modulis coaptabit̄: ut semp ei debitas, & cōcinnas laudes reddat. Illā etenim dissonā & horridam materiā morte deponimus, ut eā in meliorē sortē cōmutatā resumamus: & aliqñ ui quadā spūs uehementissima in melius cōmutemus: ut Enoc p̄ cōtigit, qui cū Deo perrexit: neq; deinceps uisus est, in carne v̄ passibili, & corruptioni obnoxia. Id quoq; assecutus est Elias, qui curru igneo euectus est. Id Moses: cuius adhuc in humanis degentis facies, ex diuino cōsortio adeo splēdebat: ut nō possent intrēdere in ipsam filii Israel ob splendorem ab ea rutilantē. Quod signū euidentissimū erat corporis iam in melius transmutati. Hinc nō uidit corruptionē: nec inter homines reperit̄, nec diaboli potestati, sicut alia cadauera, relictum est: sed transmutatū in naturam spūs, iuxta illud Apostoli: Seminatur quod animale, surgit quod spūale. Ideo & reductum innuitur a Thadeo in ditionē Michaelis, qui cōstitutus est Princeps sup oēs animas & spūs suscipiēdos. Et hęc est disputatio illa, & altercatio, quæ ab eodē dicit̄ facta cū diabolo de corpore Mosi. Sed cū hæc transmutatio paucissimis data sit, ideo per depositionē tabernaculi huius, & igneā uim summi Archimusei in resurrectionis opere ad illam consonantiā nobis deueniendū est: De qua aliqualr tāgit Ambrosius, dū ait: Notū uobis faciant, qui primitias resurrectionis degustarūt, quēadmodū organū corporis dissipatū, in priorem statū neruor̄ rursus coaptauerit: īmo in melius deduxerit suauioribus modulis, & tanta cōcinitate, ut nūq̄ amplius dissoluatur: sed absq; ulla intercapedine, cōtinuis laudibus omniū Artificē bñdicāt & laudēt. Ver̄ añq̄ hūc describamus cōcētū, āmouēda sunt a mētibus hominū uirulēta dubia, quæ inficiūt salutaria pabula ueritatis: q̄ de statu, & fine nr̄o cōtinua meditatiōe a nobis ruminānda sunt: Ois.n. uita sapientis, & fœlicis est meditatio nō corporeę mortis, & dissolutiōis huius nr̄i tabernaculi, sed mortis sāctor̄: quæ p̄tiosa ē ī cōspectu Dñi: & p̄ quā Deo uiuimus, atq; ī meliorē sortē trāsformati eā beatitudinē quā expectamus, delibare incipimus. Hinc p̄mittēdū duximus, qualr hęc resurrectio, & trāsmutatio sit possibilis/atq; uera. Hic eqdē de q̄plurimis nō mirari nequeo, qui tm̄ fidei p̄stant asserēti impossi-

Enoc
Elias
Moses
Paul.
Ambr.

bile fore id,quod ſemel deſtructum eſt,iteꝝ poſſe redire,cū quotidie com probemus hos reditus, in plæriſq; rebus pluries reiteratos, nunc ſub alia, nunc ſub eadē forma ſpecifica.Ex corpore enim tauri fuſtibus cæſi cellu laq; recluſi ac humo ſepulti,paucis.i.uiginti diebus plus minus generant apes.Ex equino autē cadauere ſcarabæi:Sed ex corporibus quorūcunq; animalium uermes diuerſi,ita,ut quæ nunc erat materia bouis,uel equi, fiat apis,aut ueſpa.Et ſæpius eadē ſpecifica forma reſtituitur. Lactuca.n. Braſſica,Serpillum,Petroſelinū & huiuſmodi ex terra producta,uirtute tamē ſeminali,iteꝝ in terram reſoluuntur reſeruato ſemine,in quo uirtus remanet:qua cū terra iteꝝ eadem producant,ut ſingulis annis reſurgere uideant.Nec tamē reſurgere dicuntur:quia nō diiudicatur eadem forma indiuidua reuerti/cū prędictaꝝ reꝝ forma corruptibilis iudicetur.Si aūt maneret forma/non uideo quin poſſit idē redire,quod aliquando diſſolu tum fuit. Cum igitur hominis forma, & anima (ut omnes ueri ſapientes aſſerunt & rei ueritas eſt) ſemper incorrupta perſeueret,citra omnē con tradictionē,dum eius materiæ reunitur,idem quod prius erat,conſtituit. Nec fiat difficultas,de quadā (ut aiūt) tertia entitate,qa illa aut nihil eſt, uel ſi aliquid eſt,non uideo quin poſſit eadē redire,ſi eſt de hominis eſſen tia.Si uero accidens eſt,etiā ſi non redeat, nō obſtat quin homo idem re deat:Quāuis in reſurrectione non tm̄ occurrat partiū ſeparataꝝ reiterata unio,ſed etiā tranſmutatio quædā in meliorē ſortem,ſicut ſemen mortuū in herbam. Deus itaq;,ut huiuſmodi cunctationē & incredulitatē de re ſurrectione iugularet,multa quotidiana experimenta naturæ nobis præ buit cōtemplanda.Iuſſit enim,ut tellus animātia proferret q̄plurima,atq; inumeras plantas,illamq; iteꝝ ad reddendum fœnus exerceri,ne cū iuſſa fuerit producere mortuos,imperii nouitate turbetur.Si enim,quæ diſſo luta erant,uiuentia corpora profert,non illi iam nouū uidebit̄,ſi hominū cadauera cū eius forma,quæ manſit, counienda reſtituat. Phœnix quoq; Arabiæ inſignis auis uiuit ultra annos quingentos,& cū ad ſenectam de uenerit,collectis in rogum aromatū uirgulis,ad ſolem conuerſa,alaꝝ ap plauſu uoluntariū ſibi comparat incendiū:ut reuiuiſcat potius, q̄ ut mo riatur.Ex eius nāq; carne combuſta(ut refert Ambroſius)aut ex medulla (ut Plinius aſſerit) uermis ſuauiſſimus prodit:qui alas emittens in auem formatur eandem.Nec mirū exiſtimetur,ſi ex puluere,luto,& plantis in de pullulatis,uel ex cadaueribus animaliū/aut piſcium deuorantium hu mana corpora,eadem tabernacula hominū reſtituantur,cū ex oſſe duriſſi mo perſici armeniaci,ſed potiſſime Dactyli,ubi nucleus tenuis, arbor na ſcendi aſſumat initiū:& iteratis uicibus ex oſſibus iterū arbor producat̄. Vermes qui bombyces dicuntur,& ſericum faciunt,conſummato opere in ipſo (ut ita dicam) ſcapo tanq̄ in carcere,uel antro detruſi includunt̄.

Ambr.
Plinius

Poſtea in farfallas mutantur,quæ oua tanq̄ ſeminaria quædā producunt: hæc uero ſtatuto tempore calefacta in eoſdē uermes iteꝝ erumpunt.Nec
Theo. ab his (ut ſecretiores Theologi aſſerunt) differt reiteratio hominis/ cuius os quod ipſi לוז/luz appellant/in magnitudine ciceris mūdati/nulli igni, nulliq; corruptioni obnoxiū/ſemp conſeruatur illęſum:ex quo (ut dicūt) repullulat totū corpus animale,ueluti planta ex ſemine:cū quo reſumpto
Hebr. eodē ſpiritu/& anima,quā Hebrei ipſi Neſſaman uocant,ſuperior cōſti tuitur homo & ſpūalis:ſicut homo inferior cōſtituit̄ ex ratione & diſcur
Plato. ſu/cū animali noſtro/uel cū corpore cœleſti , ut Platonicis placet:in quod
Paul. corpus hoc graue & corruptibile ſcd̄m Apoſtoli ſententiā tranſmutabit̄. Nec.n.ex corporis,& groſſior materia eſt de hoīs ſubſtātia,ut ipſi autu māt.Quod cōprobare poſſumus ex his,quæ cōtingūt in trāſmutatiōibus artificū:ubi uidemus totā rei ſubſtātiā,atq; ſpūm,& uitā/ in paruā redu
Idem ctam materiā,& hāc liqdā & rarā,ac abſolutā a fecali portiōe.Non ſecus relicto,qd̄ aiale eſt & feculentū reſurget,(ut Apl̄s ait) qd̄ ſpūale eſt/ ſuffi ciens qdē ad hoīs integritatē,imo rediturus eſt hō longe meliori ſorte mu nitus,trāſformatus vꝫ in Angelū & in ipm̄ Filiū Dei.

An reſurrectio fuerit. Cap. II.

SEd an reſurrectio aliqua hominū facta fuerit,cū ſit mere con tingens,probari nequit,niſi teſtibus,& facti euidentia:Com plures etenim habemus,qui atteſtant̄ Chriſtū reſurrexiſſe ex mortuis/atq; dediſſe ſuę ueræ reſurrectionis pignora.Seſe.n.
Idem uiſibilem præbuit nō tm̄ Apoſtolis,& mulieribus:ſed & quingentis ſimul fratribus uel pluribus,ut Paulus refert/& multis,qui aderant,quādo cœ lum non ſine intuentiū admiratione cōſcendit ſe inſup palpabilem,& im paſſibilem Thomæ exhibuit:quando uulnera abſq; ullo timore doloris, ex ipſis uulneribus tactis proueniente , intrepidus obtulit contrectanda.
Tho. Hinc ille Thomæ clamor maxima ratione obortus/ quo ait: Dn̄s meus, & Deus meus:Nunc(inquit)te fidelem ſponſorē,& patronū cognoui/dū pręmiū fidelibus militibus promiſſum pro laboribus,& morte tui amore tolerata,demonſtras. Nunc te Deum cognoſco,dum mortale & paſſibile hoc corpus,in immortale & in impaſſibile cōmutaſti,& hoc in pignus no ſtri quoq; corporis cōmutandi. Quod inde coniicio,quia uulnus hoc tuū recens (nullū prorſus dolorem tibi innouando) digitis (ut iuſſiſti) con trecto:Talia autem præſtare,quia Dei tantūmodo ſit/hinc te,qui hæc fe ciſti Deum meū confiteor.Atteſtati ſunt quoq; ipſius Chriſti reſurrectio nem cœleſtes ſpiritus,qui mulieribus dixerunt:IESVS, quē quæritis, non eſt hic, ſurrexit & præcedet uos in Galileam . Sed ne relatione mu lierum tantummodo atteſtatio Angelorum nobis innoteſceret:Proinde aſcendente Chriſto iidem obſtupeſcentē turbam his uerbis allocuti ſunt.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a C

Viri Galilei qd admiramini aſpiciẽtes in cœlũ? Hic IESVS qui aſſumptus eſt a uobis in cœlũ, ſic ueniet in carne, uel corpore iã glorificato, iudicaturus orbẽ, & eandẽ gloriã uobis daturus, quẽadmodũ uidiſtis eum cœlũ aſcendere iã glorificatũ. Quod cũ cæteris a Chriſto geſtis atteſtantes Apli, put uiderant, id nõ ſolũ uerbis, ſed ꝓdigiis multis, & tandẽ uitæ diſcrimine comprobarũt. Et ad tollendam omnẽ ſuſpitionẽ temeritatis, & fraudis, quæ ex hac atteſtatione Apoſtolis poſſet aſcribi, ſapienter arguit Paulus dicens: Niſi Chriſtus ſurrexiſſet, præbuiſſetq; nobis reſurrectionis aditũ/ miſerabiliores eſſemus omnibus aliis creaturis: quæ oblectamentis ſibi conuenientibus potiuntur. Nam ſicut bruta animalia, ſic incredulus homo inferiorẽ appetitũ turpiter fouet. Verus autẽ Chriſtianus ab omnibus huiuſcemodi ſe abſtinet: ut illis fruaẽ bonis, quæ fœlici animæ, uel a corpore ſeparatæ, uel cũ ipſo meliori ſorte donato/ præparata ſunt. Hinc merito Apoſtoli, & euangelici uiri omnes, qui ab omnibus uoluptatibus abſtinent, ut incorruptibilẽ coronã illam accipiant, niſi ipſam poſt reſurrectionẽ promiſſam, pleniſſime a toto homine fruendã conſequerenẽ/ uerè eſſent miſerabiliores omnibus aliis creaturis/ quæ ſaltem aliqua uoluptate potiunt. Nec parũ Roboris habet hæc ueritas/ quæ ab omnibus non deprauatis ſuſcipitur, omni lege aſſeritur, ab omnibus expectaẽ, niſi ſint aliqui tantis & tot ſceleribus inquinati, ut nullã ſibi futurã uitã perſuadeant, nullũ tribunal, nullũ tantoꝝ ſceleꝝ iudicẽ. Horrida.n. ſcelera (ut Hierocles ait) omnẽ fidem, omnẽ Deum, omnẽ deniq; iudicem, ab obcæcatoꝝ mẽtibus aufert. Omni (inq̃) lege reſurrectio aſſeritur, cũ non modo chriſtiana hanc fateatur, ſed Mahumetica, & Hebrea. Nam Hebreoꝝ præcipui, qui phariſei. i. ſeparati, & ſemoti a cõmuni turba dicebantur, id citra omne dubium aſſerebant. Hinc Paulus nõ erubuit ſe phariſeum profiteri: & dogma ipſoꝝ de reſurrectione mortuoꝝ ſuſcipere. Phariſeus enim (inquit) ego ſum, & filius phariſeoꝝ: ac de reſurrectione ego iudicor. Erant quippe phariſei antiquitus ueri Hebreoꝝ religioſi, & a uulgo ſeparati dicti a פָּרַשׁ Paraz, qđ ſeparauit ſignificat, q̃uis remiſſo ſpiritu/ & feruore (ut ſæpiſſime cõtingere ſolet) turbis cõmiſcebanẽ, perpetrãtes ea quæ fas non erat. Sed cũ Chriſtus uerus Phariſeus, & a mũdo/ atq; ab omni qđ i eo eſt penitus ſeparatus/ ipſos redargueret tanq̃ reos ſuæ ꝓfeſſionis, & nominis: hinc inſurrexerũt in doctorẽ ueritatis, quæ cõmuni lege odium parit. Qui igiẽ ex hebreis ipſis bene ſentiũt/ reſurrectionẽ profitenẽ, mũdũ uenturũ expectãt, & celebrãt uoluminibus multis/ ſummope magnificantes eos/ q de ſeculo uẽturo ſolicitã curã hñt. Nec adducã quę Mahumet in ſua Theologia de reſurrectione aſſerit, cũ oẽm/ quã profiteẽ ueritatẽ, a Moſaica/ uel euãgelica lege furto accepit. Illius tñ ſectã adducere opportunũ exiſtimaui/ cũ ad ꝓſens totũ humanũ genus in has treis ſectas ꝓcipuas/ Hebraicã/

Hiero.

Mahu.
Hebrei
Paulus

Chriſtianã, & Mahumeticã partitũ uideaẽ, ut intelligãt oẽs nullã eſſe religionẽ/ aut dogma, qđ hãc de reſurrectiõe ueritatẽ nõ ꝓfiteaẽ, & doceat.

An reſurrectio futura poſſit ꝓbari rõnibus. Cap. III.

Plato

ET quis (authore Platone) diuina ſint potius oraculis ſuſcipiẽda, q̃ inueſtigãda ingenio, aut rõnibus cõprobãda, nihilominus cũ oracula ipſa ea ſint, quæ nihil abſonũ, nihil nõ naturę cõſentaneũ doceãt/ nõ incõgrue ꝓſcrutãdã diiudico haꝝ reꝝ diuinitus reuelataꝝ cũ rõne & intellectu nr̃o cõuentionẽ: qđ genus ſciendi apud me elegãtiſſimũ eſt, qñ vꝫ aliqd cũ intellectu cõſonat, q ſola ueritate paſciẽ, & in ipſa oblectaẽ, dũmõ expurgatus exiſtat. Nã obtenebratus ueritatis lucẽ ſuſcipe nequit dicẽte Iohãne: Et tenebrę eam nõ cõprehẽderũt. Cũ expurgatis igiẽ mẽtibus agentes/ proponemus animã eſſe imortalẽ, ut nõ modo leges aſſerũt, ſed oẽs ueri ſapientes ꝓfitenẽ: & ratio ſuadet, ut vꝫ cõſequaẽ eũ finẽ, quẽ in hac pegrinatione nullo modo aſſequi põt, ut ſapiẽter inqt Apls: Quãdiu ſumus in hoc corpore, pegrinamur a Dño. Eſt inſuper anima diuini & ęterni luminis particeps, ſicuti Angelus: Nã ipſe Deus (dicẽte Iohãne) erat lux uera, quæ illuminat oẽm hominẽ: illa utiq; lux, quæ eſt uerbũ, & ſplendor Patris: ad quã ẽt Angeli (ut inqt Auguſtinus) accedũt, tãq̃ ad uitæ fontẽ. Et (ut ultra procedamus) oĩs qui eſt particeps alicuius rei, eius naturã ſentit, cuius eſt particeps. Oculus.n. huius ſenſibilis luminis capax, eiuſdẽ naturę cenſeẽ, etiã ſi aliqs minus, & aliqs magis, alius uero acutius, & alius obtuſius uideat. Non ſecus eſt in auditu, cæteriſq; potẽtiis. Nõ erit igiẽ hõ alienus a natura Angeli, & Dei, cũ oẽs (q̃uis diuerſo gradu) eadẽ luce fruantur. Et cũ illi ſint incorrupti & imortales, ꝓculdubio & imortalis erit aĩa, cũ hẽat cũ ipſis cõmunionẽ: id maxime, qm̃ imediate ipſa aĩa trahit originẽ ſimul cũ Angelo ab illo intranſmutabili, & ꝑpetuo parẽte, qui qcqd imediate, & ſine alio admiculo ꝓduxit, ęternum ꝓculdubio ꝓdidit: ut docet Plato, & cõfirmat Plotinus. Produxit nãq; cœlũ/ terrã, quæ in ęternũ ſtat, hoĩem quo ad animã, & dracones magnos imediate, & abſq; adminiculo ſecũdæ cauſę, uel ꝑſuppoſitæ materiæ: quæ oĩa ꝑpetua, & ꝑmanẽtia ſũt. Nec ꝑ dracones hos, ſup terrã reptãtes intelligo, ſed utroſq; Angelos/ bonos & malos: ut nõnulli ſecretiores Theologi nõ incõgrue interꝑtanẽ, ſicut alibi diximus. Nec obſtat illud ſũmę Veritatis: Cœlũ, & terra trãſibũt: qa trãſitus ille erit ſcđm aliquẽ effectũ: uel erit trãſmutatio in meliorẽ ſortẽ, ſine ſui deſtructione. Eadẽ lege ideę reꝝ, aut uniuerſalia (ſi qua re ipſa ſunt) ſempiterna ſunt: qa imediate, & ſine aliqua intercedẽte cauſa ꝓducta. Eſt itaq; aĩa hęc imortalis, & ꝑpetua: ut perpetuo frui poſſit ſempiterno Deo, & ipſius particeps eẽ: a cuius cõſortio pegrina & ſi aliqñ per negligentiã decidit, nec plene & pure ſuſcipit ipſum, in ſe tñ

Plato
Ploti.

Iohã.

Paul.

Iohã.
Aug.

Theo.
CHRI/
STVS

© The Warburg Institute. This material is licensed under a C

habet ſeminaria quædã/unde fauẽte ipſo ſupno ſole reparare/ac reuocare poſſit cõpreſſas uires:quouſq; pfectam eius cõſequat ſimilitudinẽ,imaginem,atq; cõſummatã unionẽ. Quæ cũ integre facere nõ poſſit peregrina, & hac graui induta mole:neceſſe eſt,ut eius tranſformetur corpus configuratũ corpori claritatis illius/qui reſurrectioni,& uitæ dedit principiũ: ut ipſius pleno fruat cõſortio:Efficiet.n.tranſmutatũ corpus/ucluti ſemen in uiuidã herbã/ipſius beatitudinis principis conſors,& ferculũ:ſicut ipſe factus eſt panis uiuus,& in eduliũ nobis exhibitus.Et hoc eſt illud mutuũ cõuiuiũ,de quo ipſe cibus,& cõuiua in Apocalypſi loquit dicẽs:Cœnabo cũ eo,& ipſe mecũ.Ipſe quippe me mãducabit panẽ uiuũ,& mana abſcõditũ:quo & continue ſuſtentabit:Ego aũt oblectabor illo meliori uita inſignito/atq; effecto mihi cõſimile:cui ego reſurrectio & uita,uitã illã melioré præſtabo cõtinuo.Neq; hic nobis laborandũ eſt,in adducendis ſcripturæ ſacræ ſententiis:cũ eadem fides uni tñmodo præſtari debeat,quæ multis:cũ quælibet illaꝝ a fonte impermixtę & infallibilis ueritatis emanet.Paulus qui uidit arcana Dei,& in cuius pectore Chriſtus reſonat,hæc a Magiſtro,& in gymnaſio ueritatis edoctus depromit:Ecce myſteriũ uobis dico/oẽs quidem reſurgemus in momento/in ictu oculi,in nouiſſima tuba:Canet.n.tuba,& mortui ſurgent incorrupti:Oportet.n.corruptibile hoc induere incorruptionẽ/& mortale hoc induere immortalitatẽ.Ecce q̃ clare reſurrectiõis arcanũ/& modũ detegit:cũ quo oẽs cõueniũt,qui i eadẽ academia ſunt edocti. Nec deſunt/qui inuãt reſurrectionẽ,pbari poſſe ex aſtris,ſi demõſtrarent aſpectus/ac loca planetaꝝ eadẽ eſſe/ſicut q̃ fabricatus eſt mũdus:atq; ſupficies illas,ſup quas aſtra uoluunt,nõ eſſe incõmẽſurabiles,ſicut diameter quadrati ad coſtã:ſed ſymmetras,ut oia tãdẽ poſſint cõuenire/ſicut erant. Quod tñ nihil eſt,cũ uniuerſalis mortuoꝝ reſurrectio nõ exqrat eãdẽ penitus aſtroꝝ cõditionẽ/quã tenebat mũdus/q̃ a principio cõditus eſt:qa tũc nõ fuere fabricata humana corpora/nec facta cũ ipſis aiaꝝ unio:ſed in multis & ſucceſſiuis ãnoꝝ curriculis.Vnde ueritas hęc de reſurrectiõe ab eo tñmõ exqrẽda eſt,qui ipſam cõducet ad libitũ:& q dedit homini unde reſurgere poſſit,ſicut dedit Plãtis,& qbuſdã aialibus uñ(ſicut diximus)ſuis renouentur tẽporibus. Ex qbus tñmodo (ultra ea quæ dicunt oracula) de reſurrectione cõiectare poſſumus.

Apoca.

Paulus

Quis p̃ dederit aditũ reſurrectioni/& q̃ cõueniẽter. Cap. IIII.

QVis autẽ huic ueræ reſurrectionis principiũ,& nobis ad eandem aditum dederit,minime dubitãdũ eſt,intonante Paulo ſummi Principis ueridica tuba:Chriſtus ſurrexit a mortuis, primitiæ dormientiũ:Quoniã quidem per hominem mors, & per hominẽ reſurrectio mortuoꝝ.Et ſicut in Adam omnes moriuntur,

Idem

ita & in Chriſto omnes uiuificabuntur:Et iteꝝ: Factus eſt primus homo in animã uiuentẽ,quod & cęteris animantibus tributũ eſt.Secundus aũt homo in ſpiritũ uiuificantẽ, quod ſoli homini Dei gratia conceditur,tme/

CHRI/STVS. diante illo,qui reſurrectionis principiũ præſtitit:ſicut ipſemet in euange/lio, cui titulus eſt ſcm Iohãnem,exprimit dicens. Hæc eſt uoluntas Pa/tris qui miſit me,ut omne quod dedit mihi Pater ipſe,non perdam ex eo:

IDEM ſed reſuſcitẽ illud in nouiſſimo die:Et iteꝝ:Hæc eſt uoluntas eius qui miſit me:ut omnis qui uidet filium,& credit in eum,habeat uitam ęternam: & ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die.Concinnũ quippe eſt,ut reparetur homo per quẽ fuerat inſtitutus:& ſicut per inferiorẽ hominẽ i mortẽ deſcenderat,ita per ſuperiorẽ ad uitam cõſurgat.De homine quippe terreno dictũ eſt:Creauit Dñs Deus hominẽ pulucrẽ de terra : & inde ſubinfert:

Puluis es,& in puluerem reuerteris,quouſq; v3 ſurgas meliori ſorte decoratus.In ſecundi autem hominis genitura dixit Gabriel Angelus eius,qui fuit utriuſq; hominis opifex,ad matrẽ ſecundi hominis mox futurã:Spũs ſanctus ſuperueniet in te,& uirtus Altiſſimi obũbrabit tibi:Inde cõcipies & paries filium,non utiq; terrenũ,ſicut prior fuit,ſed cœleſtem,diuinum, & ſaluatorẽ prioris , & totius humanæ ſobolis. Hinc ſubintulit nuntius: Ipſe ſaluum faciet populum ſuum (quem v3 noua generatione regenerabit) a peccatis eorum : & conſequenter a morte, quã inde contraxerant.

A terreno igitur homine habemus,unde cũ ipſo reuertamur ad terram, de qua ſumptus eſt:A cœleſti aũt,unde reducamur ad cœlum,a quo ipſe deſcendit,ut iſtuc nos cõduceret.Quod cũ fieri nequeat cũ hac ueſte corruptioni obnoxia,neceſſe eſt,ut illa depoſita induamur incorruptã, iuxta

Paulus illud Apoſtoli:Cum autẽ mortale hoc induerit immortalitatẽ , & corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, tunc fiet (ut ſubinfertur) ſermo, qui ſcriptus eſt : Abſorta eſt mors in uictoria . Mors quippe , non modo illa quæ eſt diſſolutio noſtra, & diuulſio animæ a corpore : ſed & ipſe Angelus mortis,qui mors dicitur,potiſſimeq; in iſto loco:Cuius poteſtas & uirtus penitus abſorbebitur, quando pro uictoria habita cõſequemur in reſurrectione triumphum.Nam tũc nulla erit cõtra nos hoſti uirtus relicta: quando inſtrumentũ eius , quod eſt animal noſtrum,mutatũ erit in eam ſortem,cui nocere minime poterit. Ideo exinanita erit eius uirtus, & penitus extincta,ſicut extinguitur ignis ſublato fomento. Abſorta itaq; erit mors,& author eius cũ tota ipſius uirtute:quãdo cõſequemur in reſurrectione immortalitatẽ,incorruptionẽ,& perpetuã uitã. Quã tamen uictoriam,& quẽ triũphũ habere nequimus,niſi per illum,in quo mors,qui eſt diabolus & princeps mũdi huius corruptibilis,non hẽt quicq̃:immo ſicut in p̃ aduẽtu ab eo eiectus fuit,ne ultra tãq̃ alter Deus ab humana creatura adoraretur:ita in ſecũdo penitus eiicietur:ut in nullo milite,aut mẽbro

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr

ipſius ueri,triũphatoris uel minimo pręualere poſſit.Parta.n.fuit pleniſſima uictoria a Chriſto Principe,quãdo exaltatus fuit a terra,quia tũc eiectus fuit princeps huius mũdi, corruptioni & morti obnoxii,tũc attraxit omnia ad ſeipm uirtute quadã,& diſpoſitione ſufficientiſſima:citra tamẽ effectus conſecutionẽ,quouſq; a ſtatu peregrinationis & pugnę,fuerimus penitus abſoluti:& adipiſcamur regnũ nobis paratũ a cõſtitutione mũdi, & obtentum ab Agno:qui (ut Iohãnes ait) occiſus eſt ab origine mundi. Ioha. Nec erat quippe mundus,& humanũ genus per aliũ reparandũ/niſi per quẽ fuerat inſtitutũ: Omnia.n.per uerbũ facta ſunt: & omnia per uerbũ CHRISTVS reſtituta ſũt.Hinc illa Reparatoris uox:Sine me nihil poteſtis facere.

Quæ de hac reſurrectione hẽamus a ſacris eloquiis reſerata. Cap.V.

SEd cuncta hęc,cũ oẽm humanũ captũ tranſcendant,necũde de eis plenam fidem habere poterimus,niſi de more a diuinis oraculis(quæ frequẽter hęc eadẽ aſſerunt) edoceamur.Scio (inquit Iob) qa redẽptor meus uiuit, & in nouiſſimo diẽ de Iob. terra ſurrecturus ſum,& rurſus circũdabor pelle mea,& in carne meã uidebo Deũ ſaluatorẽ meũ:In carne quidẽ non hac corruptibili,ſed in melius tranſmutata.Itidẽ & Martha iam optimo Doctore Theologa effecta Martha (Iohãne referente) aſſerit dicens:Scio qa reſurget frater meus in nouiſſimo die.Paulus & cũ Theſſalonicenſibus & Corinthiis agẽs,longo ſermone & rei ueritatẽ explicat,atq; ipſam probare nititur,modũq; miris ſacramentis aperit dicẽs:Seminatur qd̃ animale,ſurget qd̃ ſpũale:ſeminatur in ignobilitate,ſurget in gloria:ſeminatur in corruptione, ſurget in incorruptione:& cętera, quæ ibi cõmemorant̃. Quod & Chriſtus ante docuerat CHRISTVS in euãgelio,cui titulus eſt ſcd̃m Lucã,dũ ait: In reſurrectione nõ nubent, neq; nubentur,ſed erũt homines ſicut Angeli Dei,incorruptibiles v3,agiles,nobiles,ſpũales,& triumpho decorati:ut nõ ultra ſuccumbant, immo efficient̃ & Angeli,& filii Dei ſcd̃m traditã eis poteſtatẽ,ut Iohãnes phi- Iohã. bet. Non igit̃ ſine cauſa,neq; abſq; ſacramẽto aſſerit ſummus Doctor,homines futuros ſicut Angelos Dei:quãuis dicant nouitiores Theologi illos Theo. differre ſpecie ab iſtis.Sed quomodo (quæſo) illa quæ ſpecie diſtãt,poſſunt aſſimilari? Dicerent Peripatetici,aſſimilationẽ illam accidẽtalẽ fore, Peripa. & non in ratione ſpecifica,aut eſſentiali.Quod nullatenus uidet̃ ad mentẽ Chriſti,cui etiã hęc Apoſtoli uerba aduerſantur:Mortale hoc & animale Paulus induet imortalitatẽ,& ſurget ſpũale. Inſup docet nos,qua ratione tranſmutemur in ſuperiorẽ imaginẽ,quæ eſt ipſe Filius Dei: Quã tranſmutationẽ nec docuerunt,nec uiderũt,qui naturales Philoſophi nuncupantur. Hinc ipſam prętermittũt,qui naturę duces penitus imitantur:cũ hæc inferioris naturæ ordinem longis paſſibus tranſcendat. Non igitur a noſtro Paulo

Paulus Paulo habemus tantũmodo reſurrectionem futurã aliquando/ſed quibus dotibus reſurgent corpora,& quã cõditionem cõſequentur. Et ultra progrediens explicat qua uirtute hæc fient: quia in iuſſu Dei/ & in tuba Archangeli:nec non q̃ cito,quia in ictu oculi. Qua etiã differentia reſurgent homines:quia aliqui mutabunt̃/alii uero minime:Cui etiã tribunali aſta-
CHRISTVS. bunt ſuſcitati,quia dicitur:Cũ uenerit Filius hominis in maieſtate ſua,& omnes Angeli eius cũ eo,tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ/& congregabũtur ante eum omnes gentes/ & ſeparabit eos ab inuicẽ, ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis:& ſtatuet oues quidẽ a dextris,hædos autem a ſiniſtris.Exprimitur deniq; iudicium/ & præmium quod unuſquiſq; reportabit iuxta opera ſua,dum dicitur: Ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in uitam æternam. Solum uero tempus quo huiuſmodi fient in Patris pectore recluſum declaratur.

Si aliq̃ cõiectura poſſit dignoſci,qñ hęc reſurrectio futura ſit. Cap.VI.

IDEM QVando igitur hæc reſurrectio ſit futura diffinire difficillimũ eſt,dicẽte Chriſto: Non eſt ueſtrũ noſſe tẽpora uel momenta,quæ Pater poſuit in ſua poteſtate.Et itex in euangelio,de
Marcus die illo aut hora nullus ſcit/neq; Angeli cęlorx,niſi Pater ſolus. Et (ut Marcus addit) neq; filius,ſed Pater ſolus/& cui v3 reuelat̃ ab
CHRISTVS ipſo Patre, in cuius poteſtate eſt hæc omnia decernere. Nam hoc,& alia omnia filius fatet̃ ſe a Patre accepiſſe/ dũ ait:Omnia dedit mihi pater.Et iterum etiam de rerum cognitione ait:Mea doctrina nõ eſt mea, ſed eius qui miſit me Patris.Qui igitur a Patre luminũ ſunt edocti,aliqua poſſunt prognoſticari de illo extremo examine,& rerum ſolenni mutatione. Inter quos ipſe filius Dei,qui Apoſtolis de re hac ſciſcitãtibus, q̃is tẽpus aper-
IDEM te non expreſſerit,aliqua tamen prævia cõmemorauit dicens.Audituri.n. eſtis primo prælia,& opiniones præliorum: & multa ſubinfert longe ante præceſſura:inter quæ cõnumerat pſeudoprophetas/qui v3 uaticinari prę-ſumunt ea,quæ ſpiritus ſanctus nõ ſuggeſſerit,uel ut quid nominis aucupentur, ſectas & inaudita quædam falſo ſtudent plebeculis ſuadere, quæ nõ ſunt ad ueritatem euangelii, nec ad unitatẽ ſpiritus, neq; ad uinculum pacis ſolenni teſtamento nobis a Chriſto relictæ. Poſtea ſubinfert de filio iniquitatis, qui & ipſe per aliquod tempus diem illũ nouiſſimũ præcedet, ſicut ipſemet referat dicens in euangelio,cui titulus eſt ſecundum Lucam:
IDEM Oportet primum hæc fieri,ſed nõ dũ ſtatim finis. Tandem ſubinfert propinquiora indicia,dum ait:Erunt ſigna in ſole,luna, & ſtellis, & in terris preſſura gentium,& præ cõfuſione ſonitus maris & fluctuũ/areſcentibus hominibus præ timore / & expectatione, quæ ſuperueniet uniuerſo orbi. Nam uirtutes cœlorum mouebuntur/ ad exequenda uidelicet quæ ſupra

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre

omnem naturæ ordinẽ paſſim contingent. Verũ cum multa huiuſcemodi cõmemoret, nihil de tempore inuit/niſi in uerbis illis, quæ ultimo ſubintu/lit dicens: Amẽ dico uobis, qa nõ præteribit generatio hæc/donec omnia fiant. Quod uerbum ſatis obſcurum eſt, cum diuerſimode intelligi poſſit. Nam pro illud generatio hæc/interpretari poſſumus generationẽ huma/nam: Sed nõne ſuperfluum fuiſſet de humano genere dicere/non præteri/bit generatio illa, donec cõpleantur ea, quæ in ipſa generatione exequẽda ſunt? Eſt quoq; generatio cõmunis hominis uita, ſecundũ quod ſignifica/tum illa ſentẽtia minime locum habet: cũ uita hominis a tempore diluuii citra, infra ſpatium centum & uiginti annorum concluſa ſit: & iam mille & quingẽti & iis plures anni poſt illam cõminationem fluxerint. Nec etiã interpretari poteſt uerbum illud/de uita hominis magna, quę uſq; ad mil/lenarium proroganda a principio ſtatuta erat: q̃uis nemo mortalium ter/minũ illum (non ſine ſacramento) attigerit, ſed bene ad ipſum appropin/quarunt aliqui, ut Adam, Mathuſſalem, & alii: Adã ſi qdẽ uixit nongen/tos & triginta annos: Alter uero nongentos & ſexaginta nouem: Nam & generatio uel uita hęc deficit a tempore iam poſt illa uerba deuoluto. Nec pro ſæculo intelligi poſſet, quia ſęculũ pro uitæ cõmuni ſpatio accipiatur aliquãdo: ut illud quod in Exodo legimus. Et erit ſeruus in ſęculũ, quouſq; Exo.
v3 cõpleuerit uitæ ſpatium. Et aliquando extenditur ſęculum uſq; ad mil/lenarium annorum, ultra quem terminum (ut Hebrei aſſerunt) minime Heb.
prorogari poteſt. Hinc (ni fallor) per generationem hanc ſaluator tertiam fluctuantis mundi curriculi partem intelligit. Nam (ut ex aliquibus non debilioribus locis cõiectare poſſumus) labor generationis humanæ in ſex millibus annorum cõſummatur: in ſeptimo autem requieſcet: Sicuti opi/fex ſummus ſex diebus mũdum fabricauit, & in ſeptimo requieuit. Nec incõcinne aptamus millenaria annoꝝ cum totidem diebus, quia apud ſe/cretiores Theologos ſæpius millenariũ annoꝝ pro die computatur, iuxta Theo.
illud Dauitici hymni: Quoniã mille anni in cõſpectu tuo ſicut dies exter/na, quæ præteriit. Senariũ quoq; laboris, & ſeptimũ requiei, tã in diebus, Dauid
q̃ in annis, diuina lege corroboratum. Nam ſex dies hebdomadæ ad opera exercenda lege conceduntur: ſeptimus uero requiei dedicatur. Et iteꝝ, ſex annis conceſſis pro agris colendis, ſeptimo, & agro & cultori requies in/dicitur, ut in Exodo legimus. Non mirum igitur, ſi poſtq̃ per ſex millia Exo.
annorũ uariis incõmodis, & diuerſis agitationibus a ſathana, ideſt aduer ſante procuratis, laborauerit humanũ genus, requieſcet in ſeptimo mille/nario, ut dilectus Chriſti Apoſtolus in Apocalypſi deſcribit. Et hoc liga/to prius ipſo ſathana & aduerſario noſtro, qui eſt antiquus ſerpens: ut nõ Iohã.
ſeducat, neq; perturbet in illo fœlici millenario gẽtes: ſed ſint homines ueri Chriſti ſacerdotes, dedicantes ſemetipſos Deo: ut regnent iam in illo re/

gno, quod intra nos conſtitutum eſt: & quod adepti uere quieſcunt. Labor autem qui hãc requiem prȩcedit trifarius eſt trina lege diſtinctus, naturę, v3 (ut aiunt) ſcripturæ, & gratiæ. Horum temporum primum, & prima generatio lege naturæ tantũmodo directa, abſq; ſacrificiis, & gratiæ in/fluxu, quodãmodo arida fuit, & inanis. Secundum autem temporis ſpa/tium, atq; generatio in illo decurrẽs, aliquid lucri & ſauoris reportauit ex lege. In tertio autẽ ſpatio plenos manipulos Chriſti gratia ſuffultis ipſi iu/
Elias dici & Deo Patri offerre cõceſſum eſt. Hinc illud apud Hebreos Elię ora/culũ ſũme ueneratũ. Duo millia inanes: Duo millia ſub lege: Duo millia ſub Meſſiah. Sed cũ ex diligenti Hebreorum ſupputatione, nunc quan/do. ſ. degimus annum a Chriſti natiuitate ſupputatũ/Milleſimum Quin/genteſimum uigeſimũ tertium, habemus ab origine mundi Ducenteſimũ & octogeſimum quartum ſupra quintum millenariũ: reſtantq; ad com/plemẽtum ſexti millenarii/ſeptingenti & ſexdecim anni: Poſt quos intra/bimus in ſeptimum millenarium ſabbati/& quietis. Generatio igitur hæc ſecundũ huiuſmodi ſupputationem eſt duorum millium annoꝝ/qui com plendi ſunt ſub Meſſiah: in quibus omnia a Chriſto prędicta cõplebũtur, anteq̃ deueniamus ad magnum diem/& ſpatiũ ſabbatarium mille ãnorũ.
Iohã. Verum poſt millenarium illud quietis ſoluetur (inquit Iohãnes) ſathanas & aduerſarius noſter/modico tẽpore ut adhuc tentet ſanctos Dei: & pro/bet eos conſummata & ultima probatione. Quo conflictu/extrema parta uictoria, & adepto pleno triũpho, ſequetur plena renouatio/& unio per/fecta hominũ cum Deo/a quo proceſſerunt. Et tunc miſſo diabolo in ſta/
Idem gnum ignis (ut Iohannes ſubinfert) abſorptaq; morte in plena uictoria Chriſti, & membrorũ eius, fiet cœlum nouum, & terra noua: primũ nanq; cœlum, & prima terra (ut ſubſequitur diuinus ille ſcriba) abibit, & mare primum, & agitabile iam non erit, quia dixit qui ſedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Hæc ſunt quę ex cõiecturis a rebus inferioribus excer/ptis de temporis extremi determinato curſu haberi poſſunt. Ab inferiori/bus inquio, quia etiam ex reuolutionibus, & menſuris inferiora determi/nantibus/quæ ſunt in Archetypo, idẽ coniectari poſſet: quæ tamen omit/timus, quia latini noſtri nec illius doctrinæ elementa, nec progreſſum ex illis habent præ manibus.

Cuius uirtute reſurrectio conducetur. Cap. VII.

COmpleto itaq; temporum curſu, conueniet & cauſa omnis, & inſtrumenta ad conducendam renouationem rerum, quæ ab eiſdem fuerant inſtitutæ. Deus enim Pater eſt, a quo tanq̃ a prima origine, & Filius, in quo ueluti in ſolido fundamẽto omnia fabrefacta ſunt per ſpiritum omniũ rerum fabricatarũ Artificem:
Gene. de quo in ſcriptura dicitur: Spiritus Domini uolitabat ſuper aquas: ut ex

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative

eis particulares formas in lucē deduceret. Ad quę tñ cōducenda creatas iã
res tãq̃ coopatrices, aut ueluti instrumēta assumpsit opifex iubēs terræ, ut
æderet herbã uirētē: & aqs ut serperēt, & traderēt aiam uiuentē in genere
suo: Et cætera quæ sequūt. Quæ post prima fundamēta iacta/interueniē/
tibus uirtutibus qbusdã eduxit/p quas oia moderat: & tãdē ipsa oia in dē
bitũ finē cōducet. Eodē itaq; ordine cōpleta ea tēpoꝝ uicissitudine/quam
Pater posuit in sua potestate, iubebit, ut in eo uerbo, in quo portat oia/re/
stituant eadē ad integrã pfectionē p eũdē artificē, & p eadē media, p quę
a Principio cōducta fuere. Et q̃uis sacra eloquia uideãtur attestari de solo
homine resuscitãdo, & restituēdo ipsius primo, & summo parēti: attamen
siqs bñ ppēderit uerba summæ Veritatis, clare intuebit oia esse renouãda,
ait. n. Cœlũ & terra trãsibũt: Nec (ut reor) trãsitũ aliquē faciēt, nisi in me CHRI-
liorē sortē. Nã trãsire perire nõ est: sed mutare locũ, statũ/uel cõditionē ali STVS
quã. Trãsibũt igit mobiles cœli ad statũ & quietē, in quã tēdit ois motus.
Transibit & semp alterabilis terra, ad eũ statũ quo susciꝑiat sortē quandã
terræ uiuētiũ. Trãsibũt & homines, in qbus omnia cõtinētur, in Angelicã
& diuinã naturã: ut uere locũ habeat illud cœlestis oraculi nuper adducti. Apoca.
Ecce noua facio omnia. Renouata quippe fuerat in primo redēptoris ad/
uentu humana cõditio signis, sacramētis, lege, cultu, & omnibus dispos/
tiuis mediis ad pfectã, integrã/atq; euidentē renouationē. Sed in secundo
& celebriori aduētu, ea erit renouatio cõsummata, qua apparebit qd no/
ua sacramēta, qd noua signa, & noui ritus, pfecerint. Author igitur resur
rectionis, & innouatiõis huius uniuersalis erit Deus trinus & unus: cuius
iussu hæc omnia fiēt. Sed merito illi ascribet peculiariter, q est Principiũ
resurrectionis, & q resurgẽs primus resurgẽdi aditũ cęteris pręstitit. Exe/ Paulus
cutores uero erũt Angeli/& ministri ipsius Dei/ut Apostolus aperto ser/
mone referat dicẽs: Ipse Dominus in iussu. vȝ. suo, & in uoce Archãgeli, &
in tuba Dei descẽdet de cœlo. Et mortui q in Christo sũt resurgẽt primi. Matth.
Pari modo & Christus/a quo Paulus didicerat/in euãgelio, cui titulus est
secũdũ Matthæũ, idem explicat, dũ ait: Videbunt Filiũ hominis uenien/
tem in nubibus cœli cum uirtute multa, & maiestate. Et mittet Angelos
suos cũ tuba, & uoce magna, & congregabit electos suos a quatuor uen/
tis, a summis cœlorum/usq; ad terminos eorum.

Quid sit hæc uox Angelica & Dei tuba. Cap. VIII.

VErũ obseruandũ est, cur tuba hæc ab Apostolo dicatur Dei, & a Christo Angelis ascribatur. Id enim effectũ est, ut intel/ligamus uocem illam a quocunq; proferatur, deferri ad nos iussu Dei præcipiẽtis. Sæpe nanq; legimus Angelos locutos in persona Dei: adeo ut pręceptum illud, & sermo ab Angelo proferatur,

Paulus & tamen Deo ascribit. Lex enim (inquit Apostolus) data fuit p Angelos: nihilominus semper Deus introducitur mandãs, & præcipiens. Et id, quia Angelus illa omnia iussu, & uirtute Dei ad Mosem deferebat. Iccirco di/citur: Et locutus est Dominus ad Mosem: Semper enim Angelus influxũ & mandatum a Deo susciꝑiens ad ipsius nutum mouetur, loquitur, cla/mat, & sonat ueluti tuba: Hinc q̃ Dei & Christi præceptum de mortuis suscitandis diuulgabitur per Angelos, ipsi erunt ueluti tubę deferentes nõ modo uocem, sed uirtutem ipsius Dei ad cadauera suscitanda, aut ad ani/mas iterum uestiendas. Angelica igitur erit tuba, quia Angelus uocem, & iussum deferet: sed Dei erit, qui iubebit & insufflabit, aut signum dabit per Angelos (ut aliqui opinãtur) aut effectum aliquem per eos deducer, qui/cunq; fuerit. Et merito tuba nuncupatur, qui uocem Dei ad aures homi/num tanq̃ canalis quidam deducit. Et sicut tubæ flatum, & uim a tubicine susciꝑientes ad castra mouenda excitant equos, homines ad bellum accẽ/dũt, & ad donatiuum susciꝑiendum, atq; ad omnes celebres militiæ actus milites inuitant / sic Angeli uocem, & uirtutem simul cũ mandato a Deo Principe susciꝑientes excitabunt equos corporum nostrorum, simul cum ascensoribus ipsoꝝ ad terribile illud examen, ad noua inuadẽda hospitia, & ad præmia pro rebus bene gestis susciꝑienda.

Quæ mutatio corporum sit futura. Cap. IX.

Idem HAc igitur tuba sonante maxima fiet reꝝ, sed potissime cor/porum nostrorum immutatio, dicente Apostolo: Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Scisciꝑiti autẽ uolentibus, quomodo & quali corpore mor/tui resurgent, respondet Apostolus dicẽs: Insipiens tu, qui non credis uide/licet, aut non intellígis: Non uides qualiter mortui resurgent, & mutabun/tur? Quod enim seminas non uiuificatur, nisi prius moriatur. Et aduerte quid seminas: non corpus, quod futurum est, sulcis commendas: sed nu/dum granum tritici/aut alicuius plantæ: Deus autem dat illi corpus sicut uult: & unicuiq; seminum proprium corpus. Sic cuilibet hominum susci/tando dabit corpus statui suo conueniens: & qualecunq; corpus illud fue/rit, erit uerum corpus (q̃uis beati futurum sit corpus cœleste, impassibile, & glorioſum, reprobi autem passibile, & graue) sicut & corpus terreum, & corpus cœleste utrunq; uerum corpus est: Quæ corpora differunt, sicut carnes diuersorum animalium, iuxta Apostoli sententiam, qui subinfert: Idem Non omnis caro eadem caro, sed alia hominum, alia pecudum, alia uolu/crum, & alia pisciũ: sic & corpora cœlestia, & corpora terrestria: Sed alia quidem cœlestium gloria, alia autem terrestrium: Et inter cœlestia corpo/ra alia est claritas solis, alia lunæ, & alia stellarum. Et iterum constituens Gene. differentiam inter siderea corpora, subnectit: Sicut stella differt a stella in

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre

claritate,ſic ſanctus a ſancto in gloria.Et ut clarius explicet ea,quę p me/
taphoras adūbrauerat,aperto ſermone explicat ſubinferēs:Seminatur in
corruptione,ſurget in incorruptione:Seminatur in ignobilitate, ſurget in
gloria:Seminatur in infirmitate,ſurget in uirtute:Seminatur deniq; cor/
pus animale,ſurget corpus ſpirituale:ut ſemp Patri æterno cōformemur.
Nam prior homo factus eſt in animam uiuentē: Poſterior homo in ſpiri/
tum uiuificātem:q̄uis hic cœleſtis, ut terrenum illud in cœleſte deduceret,
corpus terreſtre & paſſibile aſſumpſerit:ſecundum quod paſſus,mortuus,
& ſepultus eſt.Poſt quæ ſurrexit impaſſibilis,cœleſtis,& ſpiritualis,ſecun/
dus iam parens effectus: cui conformes etiam in corpore nos effici opor/
tet,ſi cum ipſo regnare debemus,ut ſubinfert Apoſtolus:Sicut igitur por Paulus
tauimus imaginē terreſtris,portemus & imaginē cœleſtis.Et adeo Paulus
hanc tranſmutationem neceſſariam fore determinat, ut oppoſitum prędicet impoſſibile dicens: Hoc autem dico, & proclamo:quia caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt, neq; corruptio incorruptionem poſſidebit:caro utiq; hæc corruptibilis,mortalis,& paſſibilis: ſed potiſſimum peccato, & ſuggeſtori obnoxia. Hinc apertiſſime concludit hanc carnem in aliam trāſmutandā,natura ꝟ cœleſti/ & ſpirituali decoratam. CHRI/
Sed ualde obſtare uidētur ea uerba,quæ de ſeipſo ſuſcitato Chriſtus pro/ STVS.
tulit dicens:Palpate,& uidete,qa ſpiritus carnē & oſſa non habet,ſicut me
uidetis habere:Quod nihil fuiſſet,niſi corpus eius ſuſcitatū haberet carnē,
& oſſa palpabilia:Verum inq̄ eſt: ſed incorruptibilem carnem,& quæ nō
poſſint minui oſſa,ad placitum tamen palpabile,& uiſibile corpus: Nam
ad undecim diſcipulos intrauit ianuis clauſis,qđ fieri nullatenus potuiſſet,
niſi fuiſſet corpus illud pro libito attenuabile,ueluti uētus & ſpiritus. Nec
ſecus dum ageret cū hominibus per quadraginta dies poſt reſurrectionē,
nunc uiſibilem & palpabilem ſeſe exhibebat, nunc contactum & contui/
tum fugiebat humanum. Poteſt iterum ſe ad libitum præbere magnum
& paruū,ac ſine aliqua loci circunſcriptione/ ut in ſacramento altaris con
tingit:quod omnes ſapientes comprobant: q̄uis aliqui id per miraculum
fieri opinentur,remoto reſpectu partium ad locum, ſtante tamen relatione earundem partium ad totum: Sed (ni fallor) id fit ex natura ſpiritus,
in quā reſurgens tranſmutatus eſt. Mutatio itaq; hoꝝ corruptibiliū cor/
porū erit in naturā corporum cœleſtium,& ſpirituum.

Qui ſint immutandi,& qui non,& cur. Cap. X.

SI autem immutabuntur omnes nec ne,minime dubitandum Paulus
eſt/cum habeamus cœleſtem tubam aperte id clangentem:
Omnes quidem reſurgemus,ſed non omnes immutabimur.
Immutabuntur enim in naturā cœleſtem ii, qui corporea &
terrena peſſundantes uixerunt cœleſtes:ac regionibus cœleſtibus potituri

ſunt.Cæteri uero/qui ultro terrę & ipſius terrę fecibus ſe ſubmittentes/in/
fernis atq; tartareis regionibus mancipati ſunt / in imum machinę centrū
detrudendi:ſi carnem / corpuſq; terreum manſioni conforme retinebunt,
abſoluti tamen ab ulteriori diſſolutione,ut perpetuo lumine/& gratia Dei
deſtituti/ſemperq; a Deo auerſi tenebroſo igne in ꝑpetuū crucientur/iux/
ta Imperatoris edictū,iam ab ipſo promulgatum: Ite maledicti in ignem
ęternum. Illi igitur tantūmodo mutabūtur in meliorem ſortem/ qui ultra
homines euecti Deorū conditionem,& ipſius ſummi opificis adipiſcentur
conſortium:Quod hac corruptibili ueſte circūamicti conſequi nequeunt.
Hac enim lege bellum nobis indictū eſt ab initio inter carnē & ſpiritum,
& inter corpus & animā:ut quicūq; uinceret propriis legibus uictum do/
naret.Si enim uincit caro/aut animale corpus:ſpiritui,& animę rationali
grauitatē tribuit,ut ad infimas mūdi partes deſcendat.Obſcuritate quoq;
inuoluit,ut ultra ꝑcipere nequeat lucem illam diuinā:cuius bene inſtitutæ
animæ fulgore lætantur.Paſſibilē inſuper reddit eam animam,quæ ex ſe
triſtari nō poterat,ſicut nec texere nec filare:adeo ut ab igne etiā corporeo
patiatur.Groſſicię deniq; cum ſuo pondere ꝑeſtat:ut ab infernis manſio/
nibus nequaq̄ diſcedere ualeat,ſed ꝑpetuis uinculis & carceribus mancipa
ta,ſemp grauiſſimo pondere propriis ſceleribus cōparato,in infima mūdi
parte perpetuo iaceat. Si autē prævaluerit ſpiritus,proprias leges, & has
Theol. meliores (quas Theologi dotes nūcupant) deteriori noſtro condonabit:
Paulus iuxta Apoſtolicū illud. Cū autem mortale hoc induerit immortalitatem,
& corruptibile hoc induerit incorruptionem. Ad quā immortalitatem ſe/
quit agilitas,ſubtilitas,claritas,& omnes,quas tribuūt gloriоſis corpori/
bus,dotes: quas corpora accōmodato uocabulo inducre dicūtur. Nā ſicut
corpus noſtrū,ut nuditatem cōtegat,& a frigore ſe defendat,ueſtem alte/
rius naturæ induit:pari modo ipſū corpus alterius,& melioris naturę cō/
ditionem ueſtit:ut a labore, & paſſionibus quibuſcunq; immune meliori
ſorte ſemp gaudeat.Efficietur igit corpus agile atq; leue:ut altiſſimū cœ/
lum facile ſcandere poſſit.Erit ſubtile,ut cūcta penetrare ualeat.Erit luci/
dū & fulgens tāq̄ ſcintilla,immo tanq̄ ſtella,ut dignus ſit regionis lucis/&
ſplendoris habitator.Impaſſibile quoq; erit,ut nihil ſentiat quod beatitu/
dinem/ & plenum illud gaudiū impediat. Erit deniq; immortale,ut ſem/
per gaudiis illis perfruatur ęternis.

Qua carne/& quo corpore ſuſcitādi ſint dormiētes. Cap. XI.

ET quāuis multa tetigerimus de corporis nri tranſmutatione,
& quali conditione reſurget,nihilominus faciendum eſt ſatis
aliquibus,qui ſubtiliter inquirunt, an iſtud idem corpus,& Hiero.
cum eadem forma futurum ſit poſt reſurrectionem / quo in Ruffi.
hac pegrinatiōe utimur.Hieronymus.n.& Ruffinus Aqleienſis de huius

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr

modi re pertractantes dicunt unicuiq; animæ nõ confusum/aut extraneũ corpus/sed suum quod habuerat,reparabitur,ut consequenter possit pro agonibus præsentis uitę,cũ anima sua caro uel pudica coronari,uel impudica puniri.Ad cuius rei maiorem expressionem Ruffinus ait,ab ecclesia ipsius,ubi cõmuniter habet in symbolo carnis resurrectionẽ, additũ fuisse,carnis eius,uel eorum resurrectionem: Eius proculdubio quã habet is, qui profitetur signaculo crucis fronti impositio. Alii autem econuerso clamant,& dicunt:Quomodo potest caro,quæ putrefacta dissoluitur,aut in puluerem uertitur,maris etiam interdũ profundo absorbetur,fluctibusq; dispergitur,colligi rursum,& cõpaginari in unũ,& corpus ex ea hominis reparari? Quomodo iterũ potest eadẽ caro,quæ nũc corruptibilis & dissolubilis est,statim aut post aliquod tempus incorruptibilis esse, imortalis, & ab omni transmutatione penitus immunis: cum corruptibile & incorruptibile(ut aiunt)differant pluſq; genere? Horum primũ facile soluitur, si ad opificis & moderatoris summi maiestatem aspiciatur. Non enim tã angusta & inualida est diuina uirtus,ut dispersũ uniuscuiusq; carnis puluerem in eius rationem colligere,& reparare nõ possit:cũ uideamus mortale ingenium dimersas in profundũ terræ metallorum uenas rimari/ubi industrius artificis oculus aurum uidet,quod imperitus terram existimat. Cur igitur hæc cõcedere dubitabimus ei qui hominẽ fecit, quando is qui ab eo factus est tantum cõsequi potest? Et cum auri esse propriam utnã, & argẽti aliam,æris quoq; longe disparem,ferri ac plumbi diuersam,intra speciem terrę latere mortale deprehendat ingeniũ,diuina uirtus inuenire posse ,ac discernere nõ putabitur uniuscuiusq; carnis proprium sensum,& in unũ colligere,si uideatur dispersus,per uim sui ignis,sicut colligunt fossores metallorũ ipsorũ minutissimas particulas hoc cõmuni igne, quo utimur? Quod uero secundo obiicitur,an eadem erit forma incorruptibilis corporis/& iam in spiritus naturam conuersi/cũ ea,quam hic habet corruptibilem id facile asserere non debemus: cũ non uideatur eadem esse forma corruptioni obnoxia,& ea quæ est penitus ab omni transmutatione libera:Id maxime dicente Apostolo: Saluatorem expectamus dominum nostrũ Iesum Christum,qui reformabit corpus humilitatis nostrę configuratum corpori claritatis suę.Quibus uerbis(siquis sane intelligit) Apostolus innuit aliam formam, aliãq; figuram corporis resumẽdã a suscitandis,sicuti iterũ dicit:quia immutabimur,quia surget spirituale,quia induet incorruptionem corruptibile hoc,& quia ex seminato corpore fiet noua pullulatio.Nã alia est forma grani seminati , alia illius,quod pullulat:Illud enim moritur,& mortuũ in terra remanet: Hoc autem uiuescit, & uiuit.Corpus quoq;,quod resurget,uitã assumet semper mansurũ.Carne itaq; & corpore suscitabimur, quod ex eo quod moritur,pullulat me/

Ruff.

Paulus

liori sorte,q̃ illud quod moritur,dicente iterum Apostolo. Christus surrexit a mortuis,iam non moritur,mors illi ultra nõ dominabitur. Quem ut sequamur / eisdẽ dotibus resurgent corpora nostra. Nec obstat illud Iob/

Iob

quo ait:Rursum circũdabor pelle mea,& in carne mea uidebo Deum saluatorem meum.Quia & si alia erit,tamen erit ipsius resurgentis,ut unusquisq; dicere possit:Hæc est caro mea,& cutis mea.

Quis capillus non periturus sit. Cap. XII.

Hiero.

SEd cum scriptura sacra mentionẽ faciat de capillis, aliquid etiam de ipsis percurrendum est. Christus enim ait: Capilli capitis uestri omnes numerati sunt.Super qbus uerbis Hieronymus ait: Derident intelligentiam ecclesiasticam in hoc loco/qui carnis resurrectionem negant: quasi nos & capillos qui numerati sunt,& a tonsore decisi omnes dicamus resurgere,cũ saluator non dixerit:Vestri capilli capitis omnes saluandi sunt , sed numerati sunt.Vbi numerus est,scientia numeri demonstratur,non eiusdem numeri conseruatio.Quibus uerbis Hieronymus uidetur refellere capillos nos iterũ resumpturos.Sed quid dicemus ad illud quod habetur in euangelio,cui titulus est sc̃m Lucam: Capillus de capite uestro non peribit? Iccirco (ni fallor) non de istis capillis/ qui abcisi pessundantur,aut igne comburuntur/loquitur Christus:sed de melioribus capillis/ qui in Nazareis cõmendantur:& abscindi prohibẽtur. Quibus inerat uirtus spũs sancti,ad pster

Orige.

nendos alienigenas,ut bñ sentit Origenes.Ii.n.capilli sunt uirtutes animi, & multiplices sensus, qui de potiori parte mẽtis de Apl̃or capite producebantur.Hinc Nazareis/& aliis Deo familiaribus/ nõ solum erat interdicta abscissio:sed etiam ne nouacula ascẽderet super caput eorum:ut de Samuele/Samsone/& aliis legimus:quia iustorum cogitationes non abscindendę,sed conseruandę sunt.Nam quæcunq; faciũt iusti, prosperantur,& folium eorum non decidit. Peccatorum autem opus omne,omnis sermo,omnisq; cogitatio tanq̃ mala abscindi , & ammoueri debet. Hinc

Deutc.

in Deuteronomio iubetur:ut si qua mulier ex alienigenis,idest gẽtilitatis erroribus captiua ducatur,radat cæsariẽ:uel sicut hẽt ueritas litteræ radat capillos capitis sui/& præcidat ungues:ut nihil gentilitatis,aut erroris remaneat in coniuncta cũ uero Israelita. In Isaia quoq;,postq̃ de conceptu,

Isaias

& partu Almæ uaticinatus est Vates,subinfert:In die illa radet Dñs nouacula cõducta eor,qui trans flumẽ sunt/in rege Assyrior caput/& pilos pedũ,& barbam uniuersam,aperte significans,qm̃ tempore Messię debebant abscidi in gentilibus uenientibus ad fidẽ omnia/quæ erant idolatriæ/& erroris.Et hoc nouacula conducta mercede.i.merito redemptoris: quo omnia quæ sunt peccati,& erroris derasa fuere. Capilli igitur pecca/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a C

toꝝ, & errantium radendi ſunt. Iuſtoꝝ autem/& Nazareoꝝ conſeruandi: iuxta illud quod myſterioſe ſcribitur in Canticis: Comæ capitis tui ſicut purpura regis, iuncta canalibus. Quod.n. antea dixerat, caput tuum ſicut chermel, nunc dicit, comæ capitis tui ſicut purpura. Hæc enim ex uerme naſcitur, qui chermel dicitur: unde aliquando pro purpura ponitur: ſicuti in ſecundo uolumine Paralipomenon legimus: quãdo Salomon miſit ad Hiram regem Tyri, ut mitteret ad ipſum uirum eruditum, qui ſciret operari in auro, argento, ære, ferro, & purpura: Pro quo in hebreo habetur כַּרְמִיל charmil. Nec enim hic de carmelo monte loquitur, aut de uerme generante purpuram: ſed de ipſa purpura, quæ proprio uocabulo in hebreo אַרְגָּמָן Argaman dicit. Vult igit, ut comæ.i. cogitationes, & opera ſint ueluti purpura regia, ditata, & refulgentia gratia, & meritis ſummi Regis Redemptoris noſtri. Quæ ut fæcunda ſint, oportet ut iungantur canalibus illis ſupernis emanãtibus ab illo fonte omnia irrigante, de quo dicitur in Pſalmo: Quoniã apud te eſt fons uitę. De hoc Dominus per Ieremiã inquit. Me dereliquerunt fontem aquarum uiuentium Dominum, a quo omnia irrigari debent, ut bona, & fæcunda ſint.

Cãtica

Parã.

Pſal.

Iere.

Quibus membris gauiſuri ſimus. Cap. XIII.

ET ſi per capillos opera intelliguntur / aut cogitationes, quælia etiã erunt membra omnia corporis huius in naturam ſpíritus trãſmutandi/percurrendũ eſt. Nec opinari poſſem, qm̃ ii futuri ſint pedes, qui offenduntur ad lapidem, aut genua, quæ ieiunio uel nimia flexione debilitantur. Nec manus erunt, quæ laſſę/& hiſpidę ex labore/& duris inſtrumentis efficiũtur. Nec lingua, quæ aliquando in ocioſa & ſcurrilia uerba reſoluit. Nec oculi continendi ne aſpiciant uanitatem. Neq; aures, quæ fabellas/atq; cantilenas laſciuas ſuſcipientes, mortẽ ad penetralia admittant. Nec os, quod uentri nimis indulgens ſuperfluũ, & nociuum cibum ſuſcipiat. Nec cor, ex quo aliquando exeant malę cogitationes, furta, homicidia, & ſcelera multa. Sed ſuſcipiemus (nulli dubiũ) meliora, & concinna membra / quibus ſine aliqua intercapedine, & abſq; diſſonantia cõtinuas opifici perſoluemus & ſuauiſſimas laudes. Eis enim (ni fallor) gaudebimus membris, quæ ſolenni epithalamio celebrantur in Canticis. De pedibus nãq; gradientibus dicitur. Quãpulchri ſunt greſſus tui in calciamentis filia principis. Ad animã fit ſermo iã cũ eius corpore glorificatã, atq; effectã ſpõſam, & filiã ſũmi Principis Dei. Eius itaq; greſſus pulchri, & pedes pulcherrimi calciati ſecũdũ Apli ſententiã, nõ tm̃ in præparationẽ euãgelii, ſed in obſeruationẽ ipſius iam habitã. Non.n. minus calciati erũt pedes noſtri iam obſeruato euangelio, q̃ dum prępararemur ad ipſum ſuſcipiendũ. Ii pedes (ut reor) erũt

Cãtica

© The Warburg Institute. This material is licensed under a C

corporis iam in naturam interioris hominis mutari: quia ſunt ipſius melioris hominis, & hi affectus eſſe dicunt, & iſti adeo calciati, ut nullo malo obiecto offendantur: & in ipſum ſummum bonum directi, in quod ſempiterno & fœliciſſimo curſu properabunt. Crura uero erunt tanq̃ columnæ, שֵׁשׁ ſes, quod nos traductum habemus/marmoreę, ſed id ſępius interpretatur byſſus: Si autem ſecundum numeros Theologizari uoluerimus ipſum שֵׁשׁ ſes dat in numeris maioribus/6/: Vel ſecundum numerum cõmunẽ, dat ſenarium multiplicatum per centum: ut ſit ſenſus: Crura, ideſt robora, & uirtutes affectuum, quæ nos portabunt, erunt perfectæ: quod denotatur per ſenarium primo perfectum. Quorum ſex cuilibet reſpõdet centenarium, de quo dicitur: Centuplum accipietis: unde /600/ reſurgunt. Et hæ uirtutes fundatæ ſunt ſupra baſes aureas, ideſt affectus claritate inflãmatos/ut intelligatur, ibi ſignatum eſſe myſterium, nõ modo uirtutum per ſenarium numerum perfectum cõductarum, ſed & præmium eis per centenarium correſpondens. Venter autem aceruus tritici apte dicitur, uallatus roſis, aut liliis, ut habet traductio noſtra: qui bene conſentit cum pedibus aureis. Nam & triticum, quod contritum in unum colligitur ad conficiendum panem, coniunctionem, & unionem fidelium ſignificat in charitate collectorum/ſicuti Chriſtus innuere uoluit (Paulo & Auguſtino interpretantibus) quando corpus ſuum magnum charitatis inſigne ſub ſpecie panis tradidit nobis in cibum: ut inde non tantum nos colligaret mutuo, ſed etiam ſecum uniret: Qui cibus charitatis omniũ optimus ualari debet odoriferis roſis, pro quibus noſtra traductio habet lilia, ut poſſimus dicere cum Apoſtolo/Chriſti bonus odor ſumus. Manus quoq;, ideſt uirtutes operandi erunt aureę, refertæ ſcilicet ea charitate/qua pedes affectuum: & eæ plenæ hyacinthis, ideſt gemmis meritorum Chriſti, ſine quibus opera noſtra nihil ualent. Guttur uero, ideſt organũ exprimendi conceptum erit ſuauiſſimum/ut ſemper Deo reddat cõcinnas laudes. Collum ſicut turris Dauid ædificata cum propugnaculis: turris inquã Dauid non quidem ex lateribus, aut uiuis lapidibus, uel marmore fabricata, cũ nunq̃ in huiuſmodi confideret ille Rex ſanctiſſimus, & uerus typus, atq; peculiaris Meſſiæh progenitor, cui & de ipſo peculiaris promiſſio facta fuit, Sed turris, & refugium, atq; propugnaculum ipſius ille erat: de quo ſæpius in Pſalmis repetit dicens: Deus refugium noſtrum & uirtus: Et iterũ: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Et rurſum: Protector meus, & cornu ſalutis meę. Et hoc eſt quod ſequitur: Mille clypei pẽdent ex ea, pro quo in hebreo habetur אֶלֶף הַמָּגֵן תָּלוּי עָלָיו Aleph hamagen talui halau: Quod interpretatum dicit: Mille/ſiue aleph ſcutum appendent ſuper eam: Aleph ſiquidem unum, & mille ſignificat: & ſignat Deum, qui eſt principium & finis numerorum, ut ſit ſenſus:

CHRISTVS. Paulus Auguſt.

Dauid

Deus est scutum pendēs/ & imminens super ipsam turrim/ut protegat,& defendat: Vnde male traductum est,pendent ex ea: nam Deus nō dependet ab alio,sed a seipso:qui est uerum scutum omnes sperantes in se perfectissime protegēs:unde sequitur,quia est omnis armatura fortium. Nasus uero erit ueluti turris libani,quæ respicit contra Damascū. Pro naso uigor spiritus,& iræ impetus bonus intelligit̄,qui debet esse rectus & fortis, ueluti turris/atq; respicere debet non cōtra Deū,aut proximum,uel aliquod bonū:sed contra Damascū/qui bibens sanguinē/sanguinis osculū/& propinans sanguinem interpretatur. Et hæc(ni fallor) nihil aliud significant, nisi regnum mundi/carnis/& sanguinis cū suis pessimis turmis, quæ sunt concupiscentia carnis/cōcupiscentia oculorū/& superbia uitæ: Quid enim est sanguinem bibens/nisi auarus/qui sugit secundarium sanguinem pauperum/pusillorum/& orphanorum? Et quid est sanguinis osculū, nisi concupiscentia carnis, ubi fuerint secundum carnem & sanguinem mutua oscula & amplexus? Et quid propinans sanguinē/nisi superbia,fastus,& ambitio, pro qua explenda tam immensus sanguis quotidie effunditur? Contra quæ mala opera debet esse indignatio & zelus, ut dici possit cum Christo: Ego testimonium perhibeo de mundo,quia opera eius mala sunt. CHRISTVS. Et iterum cum Paulo: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Alioqui,nisi quis insurgat contra mundum,sed amicus eius uoluerit esse (teste Iohanne) inimicus Dei constituetur. Oculi denicq; erunt columbarum,debita vȝ simplicitate referti, iuxta illud euangelicum: Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit: quia opus omne fabricatur supra intentionē,ueluti columna supra basem,& paries supra firmamentum. Hæc itaq; sunt futura membra corporis nostri mutandi in naturam spiritus, secundum quam utetur membris/& organis non interioris, sed exterioris hominis.

Paulus
Iohan.
CHRISTVS.

Quo igne conflandi sint boni. Cap. XIIII.

IAm supra reserauimus reperiri ignem multiplicem,aut eundem diuersa nota distributū, & uariū in diuersis, ut Cleantes longa serie apud Ciceronem disputat. Est enim ignis hic aduentitius,quo utimur:estq; in lapidibus, quē ictu,& conflictu chalybis excutimus: Est etiam in terra/quæ ex refossione fumat, & aquam calefacit in puteis profundis, maxime temporibus hybernis ob eam causam, q; calorem insitum in terris contineat: Aquis pari modo immixtum esse calorem comprobamus:eo q; aquilonibus, reliquisq; frigoribus adiectis obdurescit humus,& eadem uicissim liquescit tepefacta,& calore tabescit. Maria quoq; agitata uentis ita tepescunt, ut facile intelligi possit, in tantis illis humoribus inclusum esse calorem. Aerem quoq; multoties feruescere uidemus. Reliqua magni mundi pars, scilicet

Cleant.
Cicero

quarta tota/natura ipsa feruida est. Animalia insuper & omnia uiuentia calore nutriuntur. In stomacho enim tantus est calor, ut nullus tam grauis cibus sit,qui die ac nocte non coquatur. Venæ,& arteriæ non desinūt micare quodam igneo motu. Omne nanq; quod uiuit/propter inclusum calorem uiuit. Inde colligitur caloris natura uim habere in se uitalem,in mundo passim diffusam/immo omnia ex igne facta esse attestatur Zoroastres,dum ait: Omnia sub igne uno genita sunt. Igni quippe illo/quē Deus igneæ essentiæ habitator (ut Plato ait) inesse iussit materiæ terræ/& cœli iam creatæ rudi/& informi:ut uitam præstaret & formam. Hinc illis productis/statim subintulit opifex. Sit lux: Pro quo mendosa traductio habet fiat lux. Non enim facta est lux/sed rebus adhuc obscuris cōmunicata, & insita:ut in suis formis claræ, & splendentes fierent. Nam sine illa luce in qua habitat Deus, & sine igne ipso qui Deus est, omnia sunt obtenebrata, ut Synesius ex monumentis Chaldeoȝ de inferna regione decantat dicens.

Zoroa.
Plato
Syne.

Nec tu despicias nigrum & sine lumine mundum,
Cuius profunda substernitur atra tenebra:
Sordidus est obscurus item simul idola pascens.

Sed clarius summa Veritas ait de mittendis ad regionē illam: Ite in tenebras exteriores. Et si qua est lux in rebus istis exterioribus & obscuris, ipsa est umbra,& idolum uerę lucis,quæ Deus est. Qui omnia collustrat, sed potissime omnē hominem uenientē in hunc mundū mediū: dūmodo ipse adeo non se inuoluat in peccatoȝ tenebris: ut lucem illam apprehendere nequeat. Quāto enim quis magis dispositus est,tanto magis illa luce perfunditur: ut de Iohanne Baptista perhibet ipsa lux dicens. Ille erat lucerna ardens & lucens. Sed magis lucebat,& ardebat illa uera lux,de qua Iohānes rependēs uicem testimonii,ait: Ille uos baptizabit spiritusancto, & igne: Igne itaq; illo,de quo p Zachariā inquit: Ego ero eis murus ignis in circuitu: Ignis utiq; aut purgātis,aut punientis,aut trāsformantis. Punit enim malos igne coartato/torquēte/nequaq̄ uero collustrante/aut cōsumente. Hinc qui illo igne cruciantur/in tenebris degere dicunt̄. Et hoc si uerū est Pythagoreoȝ dogma/unicum vȝ esse ignem ubiq;: In cœlo dilatatum collustrantē: In inferno uero coartatū/tenebrosum/& cruciantē: In meditullio autē totius machinæ est de utroq; participans. Purgat etiā/si quis scoria aliqua squallet,ut in Isaia dicit̄/Excoq̄ ad purum scoriā tuā. Et Malachias/Purgabit filios Leui. Nā dissoluta anima,aut uulnere peccati destructa nisi deplorata sit,Antidoto constipatur,consolidatur,& sanitati restituit̄/aut per ipsam harmoniæ reuolutionē/sicuti Plato in calce Timęi asserit: Aut adhibitis ignibus,scām Apl̄m q ait: Saluus fiet/quasi per ignē. s. transiens/iuxta illud,qđ per figurā in libro numeroȝ legimus.

Pytha.
Isaias
Mala.
Plato
Paulus

Omne qđ potest trãsire per flãmas, igne purgabit. Sermo.n.erat de uasis tabernaculi, quæ figurabãt uasa illa, de quibus Apostolus ait: In magna domo Dei nõ solũ sunt uasa aurea, aut argentea, sed ignea, & fictilia. Et iteꝝ cũ Thessalonicensibus: Sciat unusquisq; uas suũ possidere in sanctificationem/& honorẽ. Purgatos autem ille ignis transformat. Iccirco in Deuteronomio dicit: Deus ignis comedẽs est: Pro quo nos habemus consumens. Non.n.cõsumit,& destruit amicos: sed comedit.i.suscipit in se,& ipsos tãq̃ cibum in seipsum trãsmutat. Quod & Plutarchus (ut hinc inde ex antiquis collegerat) testatur dicẽs: Deus est spũs igneus intellectualis, nõ habens formã: sed transformãs in se quodcũq; uoluerit,& coęquans se uniuersis/& uniuersa sibi. Et id efficit nõ per elemẽtarem ignẽ/ sed per seipsum/aut per seraphicũ incendiũ ipsi diuino igni propinquũ. Paul. Plu.

Quo peculiari igne cremandi sint mali. Cap. XV.

MAlos itaq; igne cruciari,& cruciandos, oẽs ferè fatent,& cõsentiunt cũ summa Veritate dicẽte: Omnis arbor, quæ non facit fructum bonũ, excidetur/& in ignẽ mittetur/& ardet, illo utiq; igne, qui paratus est diabolo,& angelis eius. Nõ.n. est ipse ignis in nostrã perniciem ordinatus a Deo: Nec quisq̃ ab eo cruciabitur, nisi eundẽ accenderit: ut discere possumus ex oraculo Isaiæ dicentis: Ambulate in lumine ignis uestri,& in flamma quã accendistis: De manu mea factũ est hoc uobis, in doloribus iacetis. Vtrũq; tangit Vates/ & quia a Deo id efficitur/& quia nos illum ignẽ accendimus. Nam quãuis sit paratus a Deo, non tamẽ aliquis illo cruciabit, nisi ipsum accendat fomentis peccatoꝝ: ut bene sentit Origenes. Sicut enim igneas febres in corpore accẽdimus nociuis pabulis,& immoderatis laboribus/sic accendemus in anima/& in corpore (quando erunt unitæ) igneos cruciatus, ex superfluitate maloꝝ operum,& obliquoꝝ affectuũ: Quoꝝ abundantia in homine cõgregata tẽpore suo feruescit ad suppliciũ,& pœnã eoꝝ, qui ipm accenderũt. Et sic (ut sequamur Pythagoreoꝝ dogma) ille ignis qui dilatatus, & collustrans beatificat eũ, qui cor habet dilatatum in uia mandatoꝝ Dei: sic coartatus ignis ex mala dispositione eoꝝ, qui habent coartatum cor, & induratum ad bonum quasi lapidem,& incudem malleatoris,& tenebrosum effectum (nam ipsi obtenebrati immanitate scelerum suoꝝ diuinam lucem capere nequeũt) fit obscurus,& crucians: sicut idem sol, aut ignis indurat, uel liquefacit pro uarietate subiectorum recipientium lucem,& calorem illum. Quæ doctrina de eodem igne, beatificante/& torquente/& non est aliena a sacris eloquiis. Quandoquidem ille ignis, qui in Deuteronomio dicitur comedens:& consequenter beatificans,& transformans,& qui in Exodo uisibili flãma dedit igneam legem, CHRISTVS. Isaias Orige. Pytha. Deute. Exodus

Isaias & qui facit Angelos suos spũs/& ministros eius ignẽ urentẽ, in Isaia dicit flãma increpans, diiudicans,& puniẽs: Ait.n. Propheta: Ecce Dñs in igne ueniet: & quasi turbo quadriga, uel tribunal eius, reddere in indignatiõe, uel excãdescẽtia furorẽ suũ,& increpationẽ suã in flãma ignis: qa in igne ipse Dñs iudicabit: Quẽ ignẽ iustis,& ordinatis parauit a cõstitutiõe mũdi in splendorẽ, gaudiũ,& lętitiã: Sed parauit malis in tormẽtũ,& suppliciũ, sic exigẽtibus eoꝝ flagitiis,& mala dispositiõe inducta ex multitudine,& imanitate sceleꝝ. Qui ignis beatificãs erit perpetuus: expurgãs aũt, breui & statuto tpe extinguet: Sed cruciãs erit ipse quoq; ęternus: ut habemus nõ solũ ex uerbo summi Iudicis dicẽtis: Ite maledicti in ignẽ ęternũ: Sed ex uaticinio Isaię, qui dũ loqueret de cadaueribus coꝝ, qui graui ter ꝓuaricati sunt in Deũ, ait: Vermis coꝝ nõ morietur: & ignis coꝝ nõ extinguet. Quibus uerbis referat ꝓpheta damnatoꝝ utrũq; cruciatũ, intrinsecũ. s.& extrinsecũ fore perpetuos. CHRISTVS. Isaias

Quomodo cruciandi sint mali. Cap. XVI.

SEd cũ de igne cruciãte satis dixerimus, pcurrẽdũ est ẽt quomõ illo igne sceleſti cruciabunt. Quod nõ modicã affert difficultatẽ/ꝑsupponẽdo ignẽ illũ esse corporeũ (ut cõmunis sententia est) & aias nras/atq; malas intelligentias/ semotas esse penitus a corpore. Et hic locus tanto occurrit nobis difficilior, q̃to plures & uarios censores hẽt. Gregorius.n.cito se expediens censet illũ ignẽ cruciare malos tãq̃ instrumentũ diuinę iusticię: Sed quomõ sit instrumentũ, & an cruciatũ inferat ex propria forma/an ab alio ducat sicut serra, uel malleus, in sectionem, aut pcussionẽ maloꝝ, hoc posteris explicandũ reliquit. Veꝝ mirandũ est, quomõ Gregorius in re huiusmodi palpitauerit, cũ alibi asserat Angelos, & dæmones habere corpora: sed adeo tenuia, ut cõparatione nostroꝝ corpoꝝ dicantur incorporei: Vnde de negocio hoc nulla debebat apud ipsum esse difficultas. De nouitioribus autẽ Theologis aliqui opinantur sceleſtos spũs,& animas cruciari ab illo igne corporeo/tanq̃ ab obiecto ipsis disproportionatissimo/& molesto uehementer: sicuti molestus est nobis aspectus horridi serpẽtis: & id potissimũ, quia ab inuiso illis,& infensissimo Deo ui detinentur detrusi in illo igne, cuius prę sentiam declinare nequeũt. Academici autem facilius ab hac explicantur difficultate, cũ omnes saltẽ (ut aiũt) pedibus currãt in hãc sententiã, qđ mali dęmones oẽs corporei sunt: quibus cõsentit Basilius, Gregorius Nazianzenus,& cõmuniter antiqui doctores: A qbus nec Augustinus discrepat, qui sup Genesim reddens rationẽ cur mali spũs diuinẽt, ait: Quia corporibus subtilioribus uigẽt: Et in sequẽtibus inquit: Dæmones sunt aerea atq; ignea aialia: Quæ cũ actiua sint, nõ dissoluunt, sicut terrea/& aquea animalia. Nec desunt qui dicãt nõ modo ipsos dęmones, sed etiã oẽs An- Isaias Grego. Theol. Acade. Basi. Gr.Na. Augu.

gelos/atq; animas a terreo corpore ſeparatas habere ætherea corpora. Si autē ad ſcholā Pauli, qui in tertio cœlo inſtructus fuit, accedere uoluerimus, facile hos nodos diſſoluemus. Hic.n. docet bellū inter ſpiritū & carnem hac lege indictum eſſe: ut qui uicerit det uicto eius proprietates, & dotes: & uictus induat naturā uincentis. Iccirco de his quoꝝ ſpūs uictor extiterit, ait: Cū autē mortale hoc induerit īmortalitatē: Et iteꝝ: Seminat̄ qđ animale: ſurget qđ ſpūale. Atq; eadē cōtrarioꝝ diſciplina, anima a carne & corpore uicta induet grauitatē, ut ad infernas partes deſcēdat: & ſuſcipiet eas malas dotes corporis, qbus ueluti corpus patiatur ab igne corporeo. Sicut igit̄ anima induta naturā corporis torquebit̄ ab igne corporeo: ſic corpus induens naturā ſpūs/ beatitudinē ſimul cū anima ſuſcipiet ab eo, qui a Moſe Deus ſpirituū appellatus eſt. Aliud quoq; ab Origene, & antiquis Academicis dānatoꝝ aſſignat̄ ſuppliciū/ex deordinatione v3, & cōfuſione ꝓueniens eaꝝ partiū, quæ ordinatę, & cōcinnę eſſe debebāt. Nā ſicut ſolutis corporis mēbris, atq; propriis diuulſis cōpaginibus, immenſi doloris generalem cruciatū ſentimus: ita cū anima extra ordinē, uel eam harmoniā, qua ad bene agēdū/& utiliter ſentiendū a Deo creata eſt, fuerit inuenta/a deordinatione illa, & cōfuſione ſuppliciū patiet̄ & pœnā: iuxta illud Auguſtini: Iuſſiſti Dñe/& ita eſt/ut omnis inordinatus animus ſibi pœna ſit. Atq; de hoc tormēto cōſequēte ex deordinatione animę a ſe ipſa, & a Deo/cui ſemp concors eſſe debet, multa dicunt, nō ſolū Ambroſius/Hieronymus/Auguſtinus/multiq; alii doctores catholici: ſed etiā externi Proculus/Hierocles/& alii q̄plurimi: inter quos Cicero in Catilinam ait: Nōne iniqtates tuę quaſi furię tibi occurrunt? Prophetę quoq; itidem aſſerūt. Scito (inqt Ieremias) & uide/ quia malū, & amarū eſt te dereliquiſſe Dñm. Et Iſaias: Cor impii quaſi mare feruēs, qđ nūq̄ quieſcere pōt: ſed redundāt fluctus eius in conculcationē & luctum: qa non eſt pax impiis dicit Dñs. Ecce quomodo Vates deſcribit maloꝝ pœnas cōſequentes ex deordinatiōe, & priuatione pacis, quæ eſt reꝝ trāquillitas ordinis. Anima igit̄ non ſentiens rationabiliū motuū cōpaginē ſibimetipſi cōſonare, pœnam, cruciatūq; ſuſtineat neceſſe eſt: atq; diſſidii inconſtantiæq; ſuę, ac inordinationis ſentiat ſuppliciū. Aliā quoq; torm̄ti rationē deſcribūt illi, quos ſupra memorauimus authores: quod ex malo idolo generat̄. Nam mens, ſiue animus noſter in memoriā recipiens ea, quoꝝ in ſemetipſo ſigna quædā, atq; formas cū peccabat/expreſſit, hiſtoriā quandā ſcelerum ſuoꝝ ante oculos uidebit expoſitā. Et tunc ipſa cōſcientia propriis ſtimulis agitabit̄, cogitationibus inter ſe inuicem (ut ait Apoſtolus) accuſanti/bus: Vnde tormenta quędam ex ipſis peſſimis affectibus generabuntur: Vnde etiā flāma mali incendii, & obliqui amoris/ ac indignationis cōtra ſeipſum/ ſiue liuoris ignibus cruciabitur: uel inſana triſtitia conſumetur.

Paul. Moſes Orige. Acade. Aug. Cicero Iere. Iſaias Paulus

Quā

Quā aliqui (dū adhuc remedium afferre poſſunt) non ferentes/ut ab ipſa declinarent/mortē ſpontaneam ſubierunt, tolerabilius exiſtimantes mori, q̄ illa tormenta ſuſtinere. Attamē a tormento facile ammouendo/ad perpetuā pœnā propria ſtultitia, & malo genio decepti infœliciter tranſeunt. Vbi & ignis ſpiritualis eſt eos intus urens, & crucians, ſed nō conſumens. Corpori quoq; applicatur ignis perpetuo torquēs: Et id iuſto Dei iudicio. Nam ſicut corporis mēbris adeo uiciatis, ut ſanari nequeant/applicantur ferrū & ignis: non ſecus animabus ſceleſtis, ęque ac corporibus, quæ olim mēbra magni corporis eccleſiaſtici extiterant, oppreſſis diuerſoꝝ ſcelerū immanitate, ut ſanari nō poſſint/adhibet̄ ignis in eoꝝ ſuppliciū: & ut ſemper uranet̄, non tamen alia mēbra inficere/aut moleſtare qucant.

Reſolutio difficultatis de hoc igne. Cap. XVII.

ET quia per ea quæ ſupra dicta ſunt innuimus, nunc ignem illū, qui malos cruciat, eſſe corporeum, nunc autem eſſe eundem ignem coartatū, & obſcurum, qui dilatatus bonos beatos/& lætos reddit: ideo opportunum erit clarius explicare, qualis ille ſit ignis. Et cum omnes fere aſſerant illum eſſe corporeum, durū quidem erit a cōmuni ſententia declinare: Si autem uoluerimus iam uulgatam opinionem proſequi, neq; etiā diſſentire q; corporeus ſit, quomodo idem erit ſpiritualis/beans animas, & corporeus affligens corpora? Hanc controuerſiā ſoluit Apl̄s dicēs Corinthiis: Diuiſiones operationū ſunt, idē autē Deus/qui operat̄ omnia in omnibus: ſicuti eadē anima operat̄ omnia in omnibus mēbris corporis. Ideo nemo dicat quod ibi Paulus loquatur de operatione ſpirituali, & interna: Nam ille qui nō ſolū mentes hominū, ſed cœlum totum/& terram implet, omnia in eis operatur: & in omnibus, quæ in eiſdem cōtinentur. Non mirum igitur, ſi omnium iudex etiam in inferno reos punit: aut uirtute ſua eos torquens, aut preſentia diſcōueniēti illis infectis oculis, maiorem eis inferens pœnā, q̄ clariſſima lux oculis lippientibus/tumefactis/aut quomodocunq; læſis: Siue ſubtrahendo ab eis benignum influxum, a quo omnia implentur bonitate, & derelinquēs eos in mala eorum deordinatione ſine aliquo bono refrigerante. Et ſic illemet qui bene diſpoſitis eſt in reſurrectionem & gaudium, male ſe habentibus eſt in ruinam & pœnam. Et hoc eſt, quod Ezechiel perhibet ſe uidiſſe Dominum, uidelicet a rhenibus ſupra in ſpeciem electri refulgētis: a rhenibus uero deorſum in figura ignis candentis. Ille utiq; Dominus eſt, qui cœlum & terram implens, in cœlo ſedet bonos lætificans: In terra autem (quæ/ſcabellum pedum eius eſt) tenens pedes ignis candentis, homines terreos & a cœleſtibus elongatos torquet, & cruciat. Et niſi ſcriptura ſacra id me doceret, nullatenus proferre præſumerem, quoniam idem Dominus nunc

Paulus

Ezech.

est lux, & ignis beatificans, & faciens fulgere iustos tanq̃ stellas, & tanq̃ scintillas ignis: Nunc igitur est ignis conflans, & purgãs filios leui: Nunc uero est ignis consumens lignum, & stipulam: quæ male ædificauimus: & deuorat, ac destruit (ut Ioel ait) speciosa deserti/ ideſt quæq; opera, quæ gloriosa uidentur perpetrata ab his, qui deserti sunt a gratia & influxu cœlesti: Et nunc est ignis rorquens & cremans. Hinc iterum Ioel ait: Ante faciem eius ignis uorans: & post eum exurens flãma. Quorum uerborũ sensus est: Ipse his, qui digni sunt uidere faciẽ eius est ignis comedens, & trãsmutãs in se ipsum: ut supra tetigimus: Illis autem/ qui derelicti sunt in posteriorum/ ideſt inferiorũ affectuũ delectatione est flãma exurens, & crucians, uel per se (q̃uis in seipso optimus sit) sicut cõtigit qbuscunq; malè dispositis, quibus lux/ uinũ, caro, & huiusmodi bona corporea sũt nociua. Siue id faciat per ministros, quos facit (teste propheta) ignem urentem, sed bonis in gaudiũ, malis autem in tormẽtum. Vel itidem faciat per aliquod corporeum in torturã malorũ fabricatum: ut fiat satis his, qui contendunt ignem illum est corporeum. An autem sit corporeus necne/ Deus nouit: sed bene inuisibilis comprobatur ab Origene ex Apostolica sententia: Ille (inquit) ignis talis substantiæ est: ut uisibilia comburat ipse inuisibilis constitutus, ut Apostolus ait: Quoniã quę uidentur temporalia sunt: quæ autem non uidentur, æterna. Si igitur ille ignis/ quo puniuntur, qui a Deo recedũt æternus est, necesse quoq; est, ut sit inuisibilis: cũ ex sententia Apostolica sola inuisibilia ętterna sint. Nec admireris (ut sequit Origenes) ignem esse inuisibilẽ, & cruciantẽ, cũ non uideas calorem corporibus accidentem, & nõ mediocriter cruciantẽ in his/ qui ab eo ualidissime molestantur. Alterius itaq; generis est hic ignis cruciãs ab eo/ quẽ habemus in cõmuni usu, ipsi tamẽ ille summe torquens comparatur, cũ nihil sit inter nos magis crucians, q̃ hic uisibilis ignis: Quem cruciantẽ in ętternũ si declinare cupimus, caueamus ne sit in nobis mala dispositio æterna: sed ea sit, qua suscipere possimus ignem illum supremũ in gaudium, aut saltem in consumptionem ligni & stipulæ/ & in expurgationem scoriæ: ut simus pulchra uasa ex auro mundo, collocanda in cœlestibus nuptiis, & mansionibus illis beatis, & æternis.

Ioel

Idem

Dauid

Orige.

Paulus

Orige.

DE SVAVISSIMIS CONCENTIBVS, ET PAVSA ILLA ÆTERNA IN ADEPTA BEATITVDINE. TONVS OCTAVVS.

EXtremæ huic cãtilenę nouissimi cãtici manũ extremã imponẽtes/ musicos excellẽtiores pro uirili nostra imitabimur: q̃ semp studẽt cõcẽtũ nouissimũ suauiorẽ reddere: & aliquãdo tãta attrahunt suauitate, ut nisi temporaneis motibus subiacerẽt, & labore fatigati deficerent/ carnẽ protraherent ppetuũ. Sed quoad possunt durãtes, nũc continuatis, nũc mutatis uicibus non desinũt ab ouo usq; ad pomũ. Summus autẽ Archimusęus, cuius cantum describere tẽtamus, cũ & tẽpus excedat, & æternitate gaudeat, cãtica sua nũc p tẽpora distribuit & partitur, nũc ad ipsam cõducit æternitatẽ. Harmonicã. n. machinã istã (nescio quo mirãdo artificio) & tẽporaneæ successiõi subiecit/ & a tẽpore ipsam absoluit: Generant. n. diurnis, & annuis uicissitudinibus elemẽtaria hæc omnia. Mouẽtur & cœli in tẽpore, aut (ut rectius dicamus) moti ipsum tẽpus generant. Terra nihilominus in æternum stat, & cœli a suo esse nũq̃ deficiẽt, quãq̃ quo ad motũ & influxũ (ut canit psalmographus) pibũt. Suauiorẽ quoq; cõcentũ redemptionis paucis (nõ dicã) mẽsibus, sed diebus cõsummauit: manet tamẽ ppetuo, apud eũ copiosa redẽptio: manetq; fructus ętternus. Si qs (inqt Redẽptor) mãducauerit ex hoc pane, in uestrã/ vȝ/ redẽptionẽ oblato, uiuet in æternũ, fruẽs ipsius æternę redẽptionis fructu. Suauissimũ etiã canticũ unionis/ ex acquisitis p tẽpora meritis cõducere uoluit, ppetuis præmiis omnes ad ipsam ppetuitatẽ attrahere, sibiq; coętternos facere statuit. Hinc a tẽporanea successione absoluet oẽs, quos exaltatus a terra meliori ui harmonica ad se traxerit q̃ Orpheus, & Amphion, collocãs eos in mãsionibus illis cõsonãtissimis, ubi (si Augusti/no illa aliquãdo suauitate allecto credimus) etiã numeri, & harmonię corporeæ nũc latẽtes simul cũ aliis cõcẽtoribus in publicas laudes Artificis, & summæ illius pulchritudinis circũsonare uidebũtur. Ideo summa cum diligẽtia scribæ illi cęlestes utriusq; testamẽti, Ezechiel, & Iohãnes, mãsiones illas exactissimis figuris, & consonãtissimis mẽsuris, & partitionibus, prout eos Spiritus sanctus edocuit, descripserunt. Verũ Ezechiel mẽsuras fabricæ, dispositionẽ, partitiones pro tribubus duodenis, sacrificia, & nomẽ ciuitatis tãtũmodo describit. Iohãnes uero Principi domesticus, ad secretiora penetralia admissus, suauiora depromit cãtica. Vterq; tamen ea caligine obnubilati, ut nisi supremus sol calore suo illius crassitudinẽ extenuet, & sua luce eiusdẽ expellat tenebras, nec audire qdem quod dicũt,

Dauid

CHRISTVS.

Orph.

Amph.

Ezech.

Iohan.

nec uidere quod deſcribũt,& metiunt, aliquatenus poterimus: in ſenſibi/
libus.n.ænigmatibus obuoluta huiuſmodi tradũt,aut ut ex his quæ ani/
mus nouit,ad incognita ſurgere queat:& inuiſibilia per huiuſmodi ſenſibi
lia conſpicere:aut qa,nec nobis qui audimus/nec ipſis qui loquunt, uerba
adhuc tradiderit,qbus illa exprimi poſſint:ſicut qui ipſa uiderunt,id palã
affirmant,q nõ licet ea homini loqui.Aut qa mens adhuc corporeę molis
põdere prægrauata/adhęc ſuprema cõſcendere nequit:ut Iſaias/& Paulus Iſaias
conueniũt,q nec oculus uidit/nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcen Paulus
dit,qd Deus præparauit diligentibus ſe. Ideo,ſi nec nos illa ſacramẽta ex/
plicauerimus,ueniã dabitis:cũ ea ſint ptractanda,quę omne ingeniũ no/
ſtrũ trãſcẽdũt:oẽm memoriã fugiũt:oẽm facũdiã ſupant. Vnico tñ auxi/
lio fręti,& hoc arduiſſimũ opus aggrediemur: cũ habeamus duces,qbus
Deus hęc patefecit:ut idẽ Paulus ſubiſert:Nobis autẽ hęc reuelauit Deus Idem
per ſpiritũ ſuũ. Hinc cautius loquitur Iſaias dicẽs:Oculus nõ uidit Deus Iſaias
abſq te,quæ præparaſti expectãtibus te. Hos igit diuinos duces e ueſti/
gio ſequẽtes,qtũ ſuprema lux nros colluſtrauerit oculos/ enodabimus no
ſtris uerbis ea,quę illi ſuis ænigmatib, cõplicuerũt:Iohãniſq pcipue ſecre
tiora,& pleniora cantica,pſequemur:qui in pegaſeo pectoris Chriſti,inter
duo cacumina diuinę & humanæ naturę quieſcẽs,ea fuit luce pfuſus,eoq
furore repletus:ut diuinoꝝ uates facile euaſerit. Poſtea a pathmotica in/
ſula ad cõtinentẽ ſupramũdanã ſpiritu diuino ſubductus,nũc ab Angelo
nũc a ſupremo cõcentore Chriſto Ieſu,nũc a diuerſis circũſonãtibus edo/
ctus,tradidit nobis illa cõſummata cantica:mirãdoq artificio hicinde diſ/
currẽs,nũc cõſcẽdendo,nunc deſcẽdẽdo,plenis muſicę legibus, nullũ mo
dulũ ſupramũdani inſtrumenti/nullãq uocẽ muſicæ diſtributionis reliqt
intactã.Per uiginti.n.gradus diſtingũt muſici totã ab eis inuentã harmo/
niã: quos ſup manũ collocarunt,ut inde facilior praxis,& memoria tena/
cior haberet. Totidẽ modulos tangit Iohãnes/in qbus tota harmonia ſu/
pracœleſtis cõſũmat. Et hoc ſub figura ciuitatis,quæ tãq cithara cœleſtis
ꝓponit, in qua tẽperatis omnibus his uocibus, & a ſummo Archimuſęo Diony.
tactis,cõſonãtia illa oẽs alias trãſcẽdens pficiat. Gaudent oẽs (inqt Dio/
nyſius) mouente Patre:Filius nãq organũ Dei factũ eſt,cum in ipſo reꝝ
omniũ fabricatarũ ideæ exiſtant:& in ipſo oẽs tanq fiſtulę collocatæ ſint,
unde ſiquis in eo non manſerit,nec utile,nec cõcinnũ aliqd afferre poteſt. Sapiẽ.
Flatus aũt eſt ſpiritus omnia replens:ut in lib.ſapiẽtiæ dicitur:Spũs Dñi
repleuit orbẽ terrarꝝ,& hoc,quod cõtinet omnia,ſcientiã habet uocis.Pa/
ter uero eſt primus/& omniũ motor pcipuus,potiſſime in illa ciuitate ſu/
perna,in qua omnia ei correſpondẽt tãq fiſtulæ,fibræ,uel moduli inſtru/
menti:Quos modulos declarãtes,& in cõcentus diuidentes Iohãnẽ ſeque/
mur:& cũ eo Ezechielem pro uiribus conuenire faciemus.

MODVLI SEQVENTIS CANTICI.

Materia.	Lux.	Inſtrumenta.	Pax.
Diſpoſitio.	Partitio.	Epithalamia.	Vnio.
Menſurę.	Hoſpites.	Triumphi.	Fœlicitas.
Structura.	Sponſalitia.	Præmia.	Omne bonũ
Ornatus.	Victus.	Imperium.	Silentium.

MODVLVS PRIMVS/ MATERIA.

CVr dicat ciuitas illa ædificata ex auro. Cõcentus I.
Cur parietes ex Iaſpide. Con. II.
Quid ſibi uelint.xii.lapides in fundamẽto. Con. III.
Digreſſio unde lapides habeant uim. Con. IIII.
Quæ ſit uera materia ſupernæ ciuitatis. Con. V.

Modulus Secundus/Diſpoſitio.

De generali partitione Ezechielis/& Iohãnis. Con. I.
Cur in quadro poſita ſit hęc ciuitas. Con. II.
De portis eiuſdem ciuitatis. Con. III.
Quæ plateæ ibi ſint. Con. IIII.

Modulus Tertius/Menſuræ.

De menſura particulari ſecundum Ezechielem. Con. I.
De menſura primitiarum/aut decimarum. Con. II.
De menſura ciuitatis ſecundũ Iohãnem. Con. III.

Modulus Quartus/Structura.

Quis eam ſtruxerit. Con. I.
Quomodo,& quo glutino compacta/& unita ſit. Con. II.
Cur nomina Apoſtolorum, & tribuum in fundamento, & in portis no/
mina Angelorum cœlata ſint. Con. III.

Modulus Quintus/Ornatus.

Typica ornatus deſcriptio ſecundum Ezechielem. Con. I.
Cur Iohannes non exprimat ornatum/ſicut Ezechiel. Con. II.

Modulus Sextus/Lux.

Quid ſit lux in genere. Con. I.
Quæ ſit lux genita. Con. II.
Quomodo a luce omnia creata proueniant. Con. III.
Quomodo illuſtret lux. Con. IIII.
Quomodo ipſa lux accendat,& excitet. Con. V.
Quomodo iſta lux amplificet,& dilatet. Con. VI.
Quomodo hæc lux lætificet,& beatificet. Con. VII.

Modulus Septimus/Partitio.

Qd partita ſit domus,& familia illa cœleſtis. Con. I.

De particularibus mansionibus,& sedilibus beatorum. Con. II.
De Mercaua,siue tribunali Dei secundum hebreos. Con. III.

Modulus Octauus/Hospites.

Quot sint hospites illius ciuitatis. Con. I.
De hospitibus Angelicis. Con. II.
De hospitibus humanis. Con. III.
De hospitibus diuinis. Con. IIII.

Modulus Nonus/Sponsalitia.

Quomodo,& quando initiatum fuerit matrimonium inter Deum & animam. Con. I.
Quomodo fuerit contractum. Con II.
Qualiter ratificatum. Con III.
Quomodo consummatū. Con IIII.

Modulus Decimus/Victus.

Quis panis paratus sit in hoc conuiuio. Con. I.
Quod uinum. Con II.
Quis panis,& quæ caro. Con. III.
Qui fructus huius conuiuii. Con. IIII.
Quæ copia,& suauitas ciborum. Con. V.

Modulus Vndecimus/Instrumenta.

De primo instrumento quod est cœlorum globus. Con. I.
De secundo instrumento,quod est humana lingua. Con. II.
De tertio instrumēto,quod est corpus nostrum. Con. III.
De quarto instrumento/scilicet lingua Angelica. Con. IIII.
De mentibus Angelicis,& beatorū,quæ & ipsę instrumenta sunt resonantia. Con. V.
De flatu pręstante sonū omnibus istis instrumentis:qui spiritus sanctus,& uerbum diuinum est. Con. VI.
Quid sibi uelint illa multa instrumenta,quæ cōmemorantur in Dauiticis hymnis. Con. VII.

Modulus Duodecimus/Epithalamia.

Quis Epithalamia cantet. Con. I.
Epithalamium in sponsam. Con. II.
Epithalamium in sponsum. Con. III.
Epithalamium in connubium. Con. IIII.

Modulus Tertiusdecimus/Triumphus.

Quæ sit iusta pugna. Con. I.
De amplissima uictoria habita a Christo pro se/& pro militibus suis. Con. II.
Triumphi/gloria Imperatoris & militū. Con. III.

De triumpho diuersorum Ducum post Christi recessum. Con. IIII.

Modulus Quartusdecimus/Præmium.

Quam magnum,& pretiosum sit pugnantium prœmium. Con. I.
Qđ illud præmium sit iucundum,& æternum. Con. II.

Modulus Quintusdecimus/Imperium.

De amplo Principis Imperio. Con. I.
Quam sit iustum eius Principis imperium. Con. II.
De Regno Cōmilitonum. Con. III.

Modulus Sextusdecimus/Pax.

Quid sit Pax. Con. I.
A quo detur Pax. Con. II.
Quam suauis,& concinna sit ipsa Pax. Con. III.

Modulus Decimusseptimus/Vnio.

De Beatorum unione cum Deo. Con. I.

Modulus Decimusoctaus/Fœlicitas.

Quis sit fœlix,& beatus. Con. I.
In quo consistat fœlicitas. Con. II.
Quibus fœlicitas perfecta detur. Con. III.

Modulus Decimusnonus/Omne bonum.

Quid sit bonum,quod dicitur uerum,& summū bonū. Con. I.

Modulus Vigesimus/Silentium.

De Pausa/quiete/& silentio/ad quod deuenit adepto iam bono,in quod tendimus. Con. I.
Hymnus persoluendus in silentio soli Deo, pura, & eleuata mente. Con. II.

PRIMVS MODVLVS/ MATERIA.

Cur dicatur ciuitas illa ædificata ex auro. Cõcentus Primus.



Aciens itaq; Iohannes ſuperni Aedificii fundamentũ, illud deſcribit ex auro, pretioſiſq; lapidibus cõfectum. Aurum nãq; non tantum eſt pro lithocolla ad parietes ueſtiendos, ſed pro cemento, & glutino lapidum, pro carpuſculis, & clauis colligantibus ædificium: Et quod mirandum eſt, nõ offuſcat aurum illud nitorem pretioſorum lapidum/cum perfecta diaphaneitate gaudeat. Hinc cõcinnator noſter dicit, q̃ aurum ipſum ſimile eſt uitro mundo: Lapides autem preitoſi ſunt pro fundamento/ pro portis / & pro tota parietum ſtructura: ut & lapides, & glutinum pretioſiſſimi ſint pro hoſpitio illo pretioſiſſimo: & imputreſcibilia pro mãſionibus illis æternis. Et penetralia adeuntes, quantũ fas erit/ & permittetur ab Archimuſeo, percurremus ſacramẽta, & ſecretiores ſymphonias, quæ deſcribuntur ſub typo lapidũ pretioſorum, & auri/ quod uittam ſignificat, iuxta illud ſapientis: Anteq̃ decurrat uitta aurea: quæ uitta, aut filum aureum ueram uitam ſignificat. Quod ut faciamus, percurrendæ ſunt nobis proprietates, & natura auri & ipſorum lapidum. Eſt enim aurum pulchrum & decorum, hinc dictum quaſi ὡραῖον (ut quibuſdam placet) uel ab aura, quæ ſignificat ſplendorem: quãuis Hippocrates ab ἄυρειν inuentore dictum exiſtimauerit: Pulchrum eſt enim, pulchraq; alia facit: nec tamen omnia (ut aliquando deceptus dixerat Hippias) ſed ea, quibus ipſum aurum decens eſt: Eſtq; inter metalla, & liquentia omnia perfectioris pretii. Eſt etiam ſuapte natura conſtantiſſimum, ut in tenuiſſimas bracteolas extentus minime frangatur: Ex auro enim denario centum & uiginti quatuor bracteę quaternorum utrinq; digitorum noſtris temporibus deducuntur, cum id ad ſeptuaginta tantũmodo antiquiores extenderent. Eſt inſuper cum quadam ceſſione tenaciſſimũ, cedit enim percutienti & plicãti, conſumenti autem igni nequaq̃, non rubigini, non ærugini, non aceti & ſalis ſuccis omnium rerum domitoribus/nec arſinico ſublimato, qui (teſte Alberto) cętera omnia metalla conſumit. Nec aliquid ex ipſo inceſſit, quod aliquando eius bonitatem, aut pondus diminuat: nec partes ſuas a ſe ſponte dimittit. Quæ eſt apud Plinium elegantiſſima ratio eius pretii, q̃ ipſum uſus minime deterit. Et mirum quippe eſt: q̃ igni acerrimo omnium conſumptore nullatenus lædatur, cum tamen ab eo liquefiat, immo quo ſæpius ardet, fit purius & perfectius, unde obrizum dicitur: quia ſępenumero igne candefactum, & exuſtum, non conſumptum, ſed puriſſimum redditur. Beneficia autem

Salo.

Hippo.

Hippi.

Alber.

Plin.

ipſius multa cõnumerantur ab expertis. Cor lætificat, ulcera ſanat, multis infirmitatibus prodeſſe, melanconicis maxime: & omni diſtemperamẽto inimicatur, ex ſuo forſitan temperamento, quo gaudet ſuper omnia metalla: aut ex ui quadam phębea omnibus conferente/ lędente uero neminẽ. Aurum igitur uita eſt diuina/ ſiue ſpiritualis/ uel charitas, quæ uitam prę/ ſtat: & qua decorantur/ ſplendent/ pulchreſcunt, uiuũt, & ditantur omnes hoſpites, & concentores illi. Qua ſi cares/ audi Archimuſeum dicentem:

CHRISTVS. Suadeo tibi emere a me aurum ignitũ, ut locuplex fias. Hoc properantibus ad manſiones illas dictũ ſit: quo qui intrant abſq; illa ueſte, quæ nuptialis dicitur, turpiſſime expellũtur. Omnes enim hoſpites illi, hac aurea ueſte charitatis induti eſſe debent/ iuxta illud propheticũ:

Pſalmus In ueſtitu deaurato. Hæc itaq; aurea charitas ardentiſſima fuit in Martyribus, & ſanctis omnibus, qua frætus Paulus magna conſtantia dicebat:

Paulus Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti, an tribulatio, an anguſtia, an fames, an nuditas, an perſecutio, an gladius? Et ſi propter Deum mortificamur tota die, & premimur ſub malleo tribulationum, tamen in his omnibus conſtantes ſumus: & ſuperamus in charitate illius, qui dilexit nos. Qua perfuſus Apoſtolus ſubinfert: Certus ſum, q̃ neq; mors, neq; uita, neq; inſtãtia, neq; futura, neq; fortitudo, nec aliquid huiuſmodi poterit nos ſeparare

Idem a charitate Dei/ quæ eſt in Chriſto Ieſu. Cedit quoq; charitas percutienti/ torquenti/ & dilanianti, ut ipſius charitatis præco inſignis iterum ait:

Idem Suſtinetis enim, ſiquis uos in ſeruitutem redigit/ ſiquis deuorat/ ſiquis accipit/ ſi quis extollitur/ ſi quis in faciem uos cædit. Cedit igitur, quia in patientibus charitate perfuſis non murmur reſonat, non quærimonia. Tenaciſſima tamẽ eſt: ut nec confricatione, nec percuſſione aliquid ſuum amittat: immo in huiuſmodi coaleſcit. Nec corroditur a rubigine peccati, nec ab ærugine malitiæ, non a ſucco ſalis/ & aceti, humanæ uel diabolicæ aſtutiæ: nec ab aliquo, quantũcunq; acerrime mordeat. Statq; inuicta igni moleſtiæ/ igniq; diuino: ſed in illo perficitur: in hoc autem augetur/ & incrementum ſuſcipit. Exponit nanq; ſummus ille diuinus ignis ſuos dilectores igni anguſtiarum: ut probentur, ſicut aurum in camino, & uaſe fuſorio: ut illo igne expurgati irradient, & ſplendeſcant in manſionibus æternis: ubi ardent, & palam ſplendent hoſpites, tanq̃ aurum obrizum. Liqueſcit autẽ hoc charitatis aurũ, non ut a perfectione, aut gradu ipſius cadat: ſed ut cũ cæteris metallis/ immo cũ ipſo igne conflante itidẽ cõflatũ fiat: ut ſuo loco (annuente Deo) diſſeremus. In operatione quidẽ eius & uirtute cor lætificat: quia nihil uere iucundum abſq; charitate haberi poteſt. Quod a Regio Propheta diſcere poſſumus/ qui ipſa charitate

Dauid amiſſa contriſtatus, afflictum/ curuatum/ computreſcentẽ/ & moleſtia plenum ſe prædicat: adeo ut nullatenus gaudere poſſit. Pro ipſa quoq;, unde

sibi lętandum ſit, ſuſpirans/clamans/deprecatur. Redde mihi lęticiam ſa/ Dauid
lutaris tui, quā in peccato ſimul cum charitate perdideram. Sanat ulcera
omnia ſola præſentia: quia ſecum nullum ulcus peccati cohabitare per/
mittit: cum peccatum ipſum ſit deordinatio actus/& deturpatio quædam
potentiarum/& uirtutum. Charitas autem eſt uirium,& uirtutum decor:
ideo eas omnes ſine charitate Paulus penitus nihilipendit. Referta eſt Paulus
itaq; ui, pulchritudine/ & ſplendore ſupramūdani ſolis: ut omnia quæ re/
plet, ad perfectam conſonantiam/ ſplendorem/ & perfectam pulchritudi/
nem perducat. Hinc merito ubiq; diffuſa dicitur a Iohāne in hoſpitiis/ &
hoſpitibus cœleſtibus. Hac enim ſtratum eſt pauimentū, hac contexti la/
pides ſanctuarii, hac ueſtiti parietes,& hoſpites omnes. Quæ utiq; ueſtis
tam parietum q̄ hoſpitum, non eſt ad tegendum: cū nihil ſit fœdatum, ni/
hil paſſibile/nihil pudendum, quod tegi debeat, ne turpe uideatur, uel fri/
gore crucietur/aut ſuffundatur pudore. Erit igitur hęc ueſtis ornatus non
tegens, ſed tranſparens, ut nihil decorum occultetur, ubi nulla adeſt inui/
dia: nihil pudendum cooperiatur, cū turpitudo omnis ceſſauerit: Paten/
tia enim erunt omnia unicuiq; conciui ſuo, ut unuſquiſq; amore conſocii
ferueat/pulchritudine gaudeat: & conſonantiſſimis fibris omnium mem/
brorum coniubilet.

Cur Parietes ex Iaſpide. Concentus. II.

STructura parietū omniū (inquit concentor noſter Iohānes) Iohan.
erat ex Iaſpide: quē ſupramodū celebrant ſapientes. Is enim
utroq; ſexu gaudet/decoro lętatur aſpectu/multigena uirtute
prędtat, multiplíciq; uarietate/& nomine gloriat. Tradunt. n. Aaron
Aaron/Plinius/Albertus/& alii nouitiores, qui de lapidibus ſcribūt, q; Ia/ Plinius
ſpidum genera uſq; ad decem & ſeptem reperiuntur: quāuis Albertus de Alber.
decem tantūmodo mentionē faciat. Horum autem prędipuus eſt uiridis/
& lucens, rubeas habens uenas. Sequit rubeus ad inſtar ignis,& tranſlu/
cidus: alius uero rubeus opacus: Hic præſtat utilitate, ille autem pretio.
Alius Smaragdo ſimilis prącinctus linea alba: quē gramantiam uocant.
Alius pluribus lineis diſtinctus,& polycalamos dicit: quē ſecretiores phi
loſophi utilē dicūt eſſe cōcentoribus. Virtus eius multiplex eſt, ut Bocus/
Aaron/Thetel/Zenothemis/Arnoldus/& Albertus tradūt: ſed ſup omnia Bo.Aa.
ſanguinē ſiſtit, caſtū reddit geſtantē, & gratū: Phantaſmatibus inimicat, Th.Ze.
& concinentibus fauet, maxime polycalamos, ut diximus. Multaq; alia Ar.Al.
proſequitur Plinius,& apud eū Thetel de Iaſpide, & quomodo ſit genus Plinius
lapidum expectatiſſimum, quæ omittimus. Concinne itaq; nimis cœleſtis
concentor, cōcentoq; hoſpitium contextu deſcribit ex Iaſpide utriuſq; ſe/
xus decore gloriante: cum lapides illi uiui per huno deſcripti, ex quibus

conſtruitur ciuitas ipſa, ex utroq; ſexu coaceruētur: ut laudes depromant
Mercu. illius, qui eſt (ut Mercurius ait) utriuſq; ſexus fœcunditate pleniſſimus/
Decorq; eius perbelle decorem omniū ciuium, & lapidum illorum igni/
torum figurat: Non enim coram ſumma pulchritudine aliquid niſi pul/
chrum,& decorū aſtare debet. Varietas inſuper eius pretioſa / q̄ pulcher/
rimæ ciuitatis illius regiam pompam deſignat, quæ circūamicta eſt ua/
rietate multarum rerum pretioſarum. Differt enim Cherubinus a Sera/
phino: differt Virtus a Poteſtate:& Angelus ab Archangelo. Non ſecus
Paulus ſanctus a ſancto differt in gloria (ut Paulus ait) quam ſtella a ſtella dif/
fert in claritate. Varia quippe ſunt genera Iaſpidum, una tamen ſpecies
omnium: ſi genera plura in eadem ſpecie contineri admittantur, ſicut ge/
nus Grękoq;, Italorum,& Arabum in eadem ſpecie humana conueniunt.
Varia pari modo ſunt illorum concentorū genera/Prophetarum vȝ/Pa/
triarcharum/Apoſtolorum/Martyrum/Confeſſorum/& Virginū: omnes
tamen in eadem ſpecie continentur. Verum ſi ad uirtutes huius lapidis
proſpicere uoluerimus: quid aptius dici poteſt pro ædificio illo deſignan/
do q̄ uirtute ipſius ſilti ſanguinem, cum caro & ſanguis ab illo/regno (te/
Apſus ſte Apoſtolo) exulent/ nec inter filios Dei annumerari poſſint, qui ſan/
guinis & carnis appetitum aſſequuntur? Et quid accōmodatius concen/
toribus illis hoc lapide, qui caſtum reddit? ut poſſint & ipſi cantare illa
cantica, quæ decantabant ii qui cū mulieribus non ſunt coinquinati, ſine
macula exiſtentes ante Thronum Dei: Vel ſaltem, ut ſint mundati a coin/
CHRI/ quinatione illa. Nam ſi (Chriſti teſtimonio) mundi corde Deum uide/
STVS bunt, qui non habuerint cor mundum, ipſum uidere non debent. Nec tm̄
per Iaſpidem mundi, & uiſionis capaces intelligi debent / ſed etiam Deo
grati: cū gratum reddant portantem. Grati enim ſunt omnes illi hoſpites
Principi,& unuſquiſq; conſocio ſuo: quia gratia Dei eſt uita ętterna: ut te/
Apſus ſtatur/Apoſtolus ad illud hoſpitium contuendum aliquando ſubuectus.
Perpulchre additur, q; inimicat Phantaſmatibus ipſa fugans, ad deno/
tandum, q; effugatis & deuictis omnibus Phantaſmatum occurſitaculis,
hoſpites illi perpetua pace,& fœlicitate lætantur: tranquilliſq; cōcionibus
uacant. Quibus omnia cœleſtia (etiam parietes) fauent: ideo deſcribun/
tur conſtructi ex Iaſpide, qui & cōcentoribus fauet,& inimica Phantaſ/
mata fugat.

Quid ſibi uelint duodecim lapides in fundamēto. Cōcentus. III.

ACcedens Iohannes noſter ad fundamenta huius cōcinni ho/
ſpitii, ipſa fundamenta duodena deſcribit, ex duodecim la/
pidibus pretioſis: fundamentum primum Iaſpis/Secundum
Sapphyrus/ Tertium Chalcedonius/ Quartū Smaragdus/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a C

Quintum Sardonyx/ Sextum Sardus/ Septimũ Chrysolithus/ Octauũ Beryllus/ Nonum Topacius/ Decimum Chrysopassus/ Vndecimũ Hyacinthus/ Duodecimum Amethistus. Vbi duo aduertenda esse existimo antequã ulterius procedamus: alterum est, quomodo conueniat Iohannes noster in suo progressu, cum proponat fundamenta esse ornata omni lapide pretioso, & ea describendo tantũmodo duodecim enumeret/ cũ tamen multo plures sint pretiosi lapides. Alterum uero, quomodo conueniant in eodem ædificio fundamenta duodecim, unumquodq; ex suo lapide contextum: cũ unigenum soleat fieri fundamentũ: & in cœlesti structura, de qua est sermo, nemini detur ponere aliud fundamẽtum, nisi qui positus est Christus Iesus: ut testatur ille, qui etiam supernam ipsam uiderat ciuitatem. Priori obiectioni obuiare possumus dicentes, q̃ quãuis fundamenta sint ex illis duodecim lapidibus tanquã principalibus, inter eos tamen aderant & alii lapides pretiosi/ Licet fiat denominatio ab ipsis principalibus, ex quibus constructa sunt fundamenta. Ad allegoriam autem conscendentes, secundum quam describitur illa constructio, ædificata est illa ciuitas super duodecim Apostolis præcipue (existente tamen Christo firma ipsius petra) consequenter uero ex multis aliis lapidibus, his Apostolicis connexis, & admotis: qui cum sint q̃plurimi numero illo duodenario commixti, nescio quo numero comprehendi possint. Hinc ipse Iohannes postquam partitus est electorum numerum, & lapides illos uiuos, & consignatos per duodena millia/ subiungit: & turba magna/ quam dinumerare nemo poterat: Quæ tamen non auget, nec disturbat partitionem illam duodenariam. Sed & aliud dicemus ad inferiora reuertentes, q̃ non omnes lapides, qui a mũdanis ciuibus pretiosi existimantur, sunt in pretio apud ciues cœlestes, ut Adamas/ Quiritia/ Achates/ & multi alii, de quibus non fit mentio in scriptura sacra, neq; a Mose, quando describit lapides reponendos in pectorale summi sacerdotis: nec ab Ezechiele, dum operimentum quondam fœlicissimæ tyri ex lapidibus pretiosis contextum describit: neq; hic a nostro Iohanne. Adamas enim, qui in tanto pretio est apud diuites mundi huius, a uiris diuinis repudiatur: quia forsitan recipientibus mirum in modum nocet: unde (ut Mercurius, & alii experti tradunt) cum Helleboro nigro conuenit, & cum capite olgol, aut capite diaboli, stella quidem Aquilonari, unde omne malum panditur: & sic de aliis multis lapidibus assignare possemus rationes/ cur in sacratissimo illo ædificio non admittantur. Sunt etiam qui asserant lapidum interpretationes non esse factas ad ueritatem litteræ: Et inter alias יְהֹלֹם quod interpretantur Iaspidem/ contendunt aliqui/ q̃ Adamantem significet: & si hoc non

Iohan.

Mosis
Ezech.
Iohan.

Mercu.

placet aliis, ratione prædicta. Vnde hæc prætermittemus tanquã longa/ & incerta, etiam apud ipsos hebreos: & ad secundam obiectionem respondebimus dicentes: q̃ diuersæ sunt cincturæ lapidum ingredientium fundamentum: & unaquæq; illarum poterat esse ex suo lapide. Si autem ad ueritatem rei penetrare uoluerimus, considerabimus q̃ sacer, & q̃ mysterioſus sit numerus duodenarius a Platonicis, necnõ a scriptura sacra celebratissimus: ut supra tetigimus. Hoc enim numero electa Dei familia in coordinatiõe bellica, in distributione promissę terræ, & in omni celebri progressu partita est. Summa quoq; consonantia & Christi familia eodem numero complexa est: cui & duodeni Principes Apostolici præfecti sunt. Qui in militia, & regno Principes dicuntur: In sessione uero Iudices: sed in fabrica illius supernæ ciuitatis dicuntur fundamenta, nõ quidem primaria, cum nemo (teste Paulo) possit ponere aliud fundamentum/ nisi qui iam positus est Christus Iesus. De secundario igitur fundamento est sermo: de quo idem Paulus: superædificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum: Apostolos inquã, quo ad familiam hanc christianam, & ueram: Prophetarum autem, quo ad familiam figuratiuam. Ista sunt ergo fundamenta duodena: in quibus sunt duodecim nomina Apostolorum, & Agni: ad cuius declarationem statim ueniemus. Sunt nanq; Apostoli fundamenta secundaria, cum eorum animæ, & gradus eis donati/ sint stabiles, & precioſissimi, precioſisq; uirtutibus referti: ideo describuntur per lapides precioſos, quorum conuenientiam aliqualiter percurremus. Iaspis enim multigenus/ & rubeis guttulis conspersus, quid aliud significat, nisi fidem formatam/ conspersam charitate/ & multimodã in diuersis fidelibus, potissime tamen & super omnes Apostolos in Petro omnium eorum/ & consequenter omnium credentium principe? Cui & cœlorum claues sunt peculiarius consignatę. In quod regnum primus introitus est per fidem, dicente Christo: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. In Sapphyro autem Cœlestis coloris/ Iacobi minoris, cognomento iusti, denotatur contemplatio: qua totus semper ferebatur in cœlum: adeo assiduus precationibus, ut genua eius in Camelorum duritiam uenerint: Et uerus Nazareus seiunctus a mundo, uinum & siceram non bibens/ nec nouacula super caput, aut barbam admittens, totus Sapphyrinus & cœlestis, in illud semper cœlũ aspiciebat, quod est quasi aspectus lapidis Sapphyri (ut inquit Ezechiel) nõ sine magno mysterio alibi pertractando. Per Chalcedoniũ uero omnibus respersum coloribus Iohannis charitas designatur: quæ omnibus uirtutibus est forma illas complectens/ complementũq; existens legis & Prophetarum: de qua dixit/ Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, tanq̃ in ciuitate, & templo peculiari. Verum in Smaragdo adeo intensæ uiriditatis, ut nec

Paulus
Idem
Petrus
Iacob'
Ezech.
Iohan.

© The Warburg Institute. This material is licensed under

subiectus cuiq̃ lumini, aut rādiis solaribus, quin potius omnem uirorem superans, sua ipsius uirtute totū circūcirca aerem inficit/Andreas denotatur: qui adeo uiridis & uiuax fuit in mysterio crucis, ut nec facundis Achiuis, nec strenuo Ro. prēsidi Egeæ unq̃ cesserit, immo moriens crucis uirtutē adeo diffudit: ut totā Achaiā suo uirore cōpleuerit. Est etiā Smaragdus (ut inquit Aaron, & alii qui de lapidibus tractant) cōspersus notulis diuersoꝝ coloꝝ: hinc adeo delectabilis, ut nulla gratior oculoꝝ recreatio. Est etiā in cruce ab Andrea prædicata, defensa, laudata, & inuocata uariis uirtutibus micans refectio, ut animæ afflictæ, & oculo interiori contemplanti nihil sit gratius, & delectabilius: sicut ait Apostolus: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Prosequūtur de Smaragdo, q̄ satis conferat cognitionibus futuroꝝ, augeat substantiā, motus lasciuiæ cōpescat, tempestates eliminet, & in causis uim eloquentię prętet. Quæ omnia cruci ab Andrea nostro amplexatæ conueniunt. Ea etenim qui delectatur & gaudet, omnia proficua cognoscit, substantiam spiritualem & merita auget, lasciuiam compescit, dæmones & aduersas potestates fugat, fandiq̄ copiam accipit. Hinc ueri Christi concentores/qui Crucifixum Regem ubiq̄ prædicant/tantam hauriunt sapientiā (Paulo teste) ut nulla maior. Per Sardoniū (ni fallor) Mathias denotatur: Est enim lapis ille compositus ex sardo & onice, plurimūq̄ a chalcedonio distinctus, nōnunq̄ tribus coloribus, subtericio, nigro, & medio, chalcedonioq̄ superius rubet, & luxuriam depellit, castumq̄ reddit. Et Matthias primo discipulus, postea Apostolus, utraq̄ dignitate refertus, & decoratus chalcedonio diuinæ & singularis sortis in electione sua. Trifarius quoq̄ fuit eius color, per trina eius priuilegia quibus excellebat. Dicitur enim q̄ erat prudens in consilio, animo sapiens, & sermone facundus: quæ omnia non sine conuenientia per illos tres colores denotantur. Ad consilium enim & prudentiam Saturnus cōducit: cui subtericius, uel plumbeus, aut æreus color attribuitur. Ad eloquentiam uero Mercurius fauet, qui cum Saturno conueniens secundus Saturnus dicitur: Sed hęc non minus forsitan curiosa q̄ longa dimittentes, succinctum nostrum decursum prosequamur. In Sardio, qui acuit ingenia, mitē reddit, animūq̄ accendit ad gaudium, Thadęus accōmodate describitur: de quo dicitur, quod cum prædicaret euangelium Christi in inferiori parte Ponti, nationes quasi belluinis moribus sæuientes sancto euangelii dogmate mitigauit, & eoꝝ ingenia excitauit ad mysteria euangelicæ & christianæ doctrinæ subtilissime percipiendā. Per Chrysolithum uero, qui ex Aethyopia uenit, auroq̄ similis ardētibus scintillis refulget/Matthęus figurat: cuius sors fuit i Aethyopia, ubi & euāgeliū cōposuit fulgēs ut aurū, cōspersū ardētibus scintillis mysterioꝝ Christi, de cuius incarnatiōe, &

Andre.

Aaron

Paulus

Matth.

Thade.

Matthe.

natiuitate in principio, de prędicatiōe, & miraculis in medio, de passione, morte, & resurrectione in fine ptractat. Conuentionē quoq̄ habet cū uirtutibus ipsius Iaspidis, de quo dicitur, q̄ spiritualibus conferat, & in auro ligatus nocturnis obsistat timoribus, & ptusus/setisq̄ asini infulcitus perterreat/& exagitet dęmones. Vnde enim maiorē uim corroborandi spiritualia habemus quā ex euangelio, dūmodo eius doctrina ligetur in auro charitatis? Et tūc non solū obsistimus timoribus nocturnis illatis a potestatibus tenebraꝝ/sed ipsis (quod plus est) timorē incutimus, promittēte Principe in euangelio, & dicēte: Ecce dedi uobis potestatē calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem uirtutē inimici: quæ uirtus præstatur/cū penetrata fuerit setis asini: quod forsitan supstitiosum alicui uidebitur nō intelligenti naturā reꝝ: sed dimittamus lapidem/& eius secreta secretioribus philosophis, pscrutemurq̄ quomō uirtus euāgelica setis asini nis infulciat: qđ qdē est scitu facile, si intellexerimus/cur Christus asinā, & filiū subiugalē, solui iusserit in dīe palmaꝝ, ut his insidēs Ierusalē intraret applaudentibus turbis, & pueris/sternentibusq̄ uestimenta, & ramos oliuaꝝ: ut magno mysterio per Zacharię oraculum pręscriptū fuerat: Ecce cur pater clemētię Abrahā tantūmō (prout legitur) asinos equitauerit. Hic.n. clementiā, & pietatem signat: ut inuersis litteris in primæua lingua hebraica liquet. Nam חמר asinus dicit, ubi si prętferatur ר. diccndo רחם pietatē/uel clementiā significat, ad denotandū/q̄ tunc Christus cępit exercere supremū opus pietatis, redimendo humanum genus. Ideo patres illi antiqui hoꝝ mysterioꝝ conscii/statuerunt mysteriū illud annua memoria celebrandū. Berillus quoq̄ fauens contra hostes & lites, mitē moribus reddens, & ingeniū bonū prętans/Bartholomęū repręsentat, qui in albano maioris Armeniæ tantū prævaluit cōtra hostes humani generis: ut nullum deinceps respōsum darēt uincti chatenis Bartholemæi/Gentesq̄ Aonias & Bactrianos indomitos mites reddidit/& cultioris ingenii ad percipienda euangelica mysteria. Topacius uirore auri ad uiriditatē tendente resplendens, feruidam aquā tepidam reddit in eam missus: ut clara experientia comprobatū est: diuersasq̄ sanans infirmitates Simonem Zelotē repręsentat/qui Dei Zelo feruidus splendebat pallore aureæ charitatis cū uirore bonoꝝ operum: Vnde feruidos ægyptios in mamonæ seruitute & cultu diaboli, uirtute ei prætita tēperauit, madefaciens eos irrigua euangelii prædicatione/abstergensq̄ & accendēs igne superno, oppositio penitus igni diabolico: sanauitq̄ eos ab animarū & corporꝝ infirmitatibus. Sed per Chrysopassum ab India uenientem & rarum/nōne clara luce intelligere possumus Thomam/qui in India prædicauit rarus & solus/quo nullus alius Apostoloꝝ accessit? Qui lapis pallore auri gaudens, ipsum Thomam charitate fulgentem repręsentat: qua inflammatus/cum cęteris

CHRISTVS.

Zacha.

Hebrei

Bartho.

Simon

Thom.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a C

Aplis uitã,& ſanguinẽ fudit pro amore Chriſti,& hominũ ſalute.Dicitur etiã cõuenire hic lapis cũ Chryſolitho,per quẽ ſupra declarauimus Iohãnis charitatẽ ſignificari.Hyacinthus,cui præcipua uirtus eſt preſtare gratiam obtinendi ea,quę petunt ſine ulla repulſione,nõne ad unguẽ cũ Iacobo maiori conuenit? Qui tantã gratiã hominibus præſtat impetrandi a Principe ea quę petunt/ut ad reliquias ipſius Compoſtellã undiq; ne dum priſcis tẽporibus,uerũẽt hac noſtra tẽpeſtate magis ac magis cõfluat:ut facile cõprobari poſſit,ipſum aperuiſſe aures clementiæ diuinæ,& gratiã impetrãdi obtinuiſſe petẽtibus:neq;.n.ad aliquẽ Sanctoꝝ itur tanta frequẽtia.Amethyſtus,cui a cœlo datũ eſt(ut aiũt) fœcũdare ſteriles,ebrietatẽ extinguere,& ueneni malitiã cohibere/ſi cũ Philippo cõueniat uidemus:Is.n.ſterilem eunuchum fœcũdũ fecit in uinea Dñi:Scythaꝝ poſtea ebrioſitatẽ extinxit:Ebrii.n.erãt ſanguine,& uitiis/ſed eos ſancta prędicatione/& uirtute a cœlo præſtita ſanauit.Poſt hæc propinatũ per totã Aſiã Ebionitaꝝ ueneñ cohibuit:Hi.n.aſſerebãt Chriſtum aſſumpſiſſe corpus non ueꝝ,ſed phantaſticũ.Et quia per quãlibet iſtaꝝ uirtutũ/aut per gratiam/& fauorẽ iſtoꝝ ducũ/tãq; per portã quandã fit introitus in illam ſanctam ciuitatẽ:ideo & duodenæ portæ dicunt ex eiſdem lapidibus erectę: ut ſplendores iſti cœleſtes/ tanq; numina quædam & in fundamentis/& in portis fulgerẽt:& cõcinna redderent duodecim illis ſplendoribus/& intelligentiis præſidentibus,quoꝝ nomina etiã dicuntur ſcripta,aut ſculpta in portis.Reſpõderẽtq; duodenis tribubus figuratiuis & ueris, quoꝝ ẽt nomina ſcripta enarrant in eiſdẽ portis.Et ꝓbelle numeris ꝑ creſcẽtibus/alternis ſuauiter intercinũt Angeli/Apli/& electę Tribus,quaſi qbuſdã antithetis cantantes,& ſuccẽtantes in laudẽ,& gloriã ſummi Opificis,cõtinue creſcũt.Hinc cõcẽtor noſter Iohãnes ſæpe repetit,q; Tribus illę duodenę/& ii peculiariter cõſignati cantabant indefeſſis uocibus ante Thronũ Dei & Agni,nũc cantica expreſſa & publica,nũc cantica ſecretiora,quæ nemo cantare poterat,niſi gaudentes illa munditia,& illo charactere conſignati.Ad quã melodiã dignetur ſummus Princeps ipſius gratia, & tot cõcinentiũ interceſſione,nos conducere:Incolatus ſiquidẽ huius prolongati tędio ac mœrore tabeſcimus.

Lac.ma.

Philip.

Digreſſio,unde lapides ſuam habeant uim. Concentus. IIII.

NOn ſine admiratione mortales,quãuis ſapientes exiſtant,lapidũ admirandas uirtutes cõtemplant. Vnde magnes ferrũ attrahat:Adamas ſua præſentia uirtutẽ magnetis tollat:Apiſtos accenſus nunq;,aut uix extinguat:Vnde etiã Balagius, & Gagates,& fere oẽs lapides pretioſi cõfricati paleã attrahant.Succinũ, aut Electrũ (ut græci dicũt) non tm̃ paleã/ſed folia,& fimbrias ueſtium trahit/

trahit.Carbũculus uerus in tenebris lucet/uenenũ aereum/& uaporoſum fugat.Liparis ſuffitu omnes beſtiæ dicuntur euocari.Hieniæ,quæ tabido in uaſe repiri dicũtur,ſi hominis linguę ſubdant,futura p̃mõſtrãt.Anachitides in necromãtia imagines(ut aiũt) deoꝝ euocat/ſicut ſynochitides umbras inferoꝝ.Dendris ſub arbore defoſſa nõ ꝓmittit aciẽ ſecuris hebetari.Hyacinthus tutũ reddit pegrinũ/& gratũ hoſpitibus,Iris ſi ptẽ alterã ipſi? umbra occupet/altera uero pars ſoli exponat/reflectit pulcherrimos radios inſtar cœleſtis Iridis/unde etiã denominatur. Daphnia comitialibus morbis utilis exiſtimatur.Dionyſias mixtis nigro rubẽtibus maculis ebrietati reſiſtit/tritaq; in aqua ſaporẽ uini facit.Eumetis capiti ſuppoſita nocturna uiſa inſtar oraculi reddit. Chloriten/quã Magi aſſerunt in ſyllæ auis uẽtre reperiri,ferro incluſam ad ꝓdigioſa quædã adhibẽt. Heliotropiũ admixta herba eiuſdẽ nominis/qbuſdã ẽt additis p̃cationibus/gerentẽ (ut nõnulli aſſerũt) cõſpici uerat. Ombria,quã alii notiã uocãt,in aras addita,ea libamẽta cõburi nequeunt.Hepiſthites,quæ ſpeculi naturã hẽt, in reddẽdis imaginibus/feruẽtẽ aquã addita refrigerat. Multa ꝓſequunt de lapidũ uirtutibus Bocus,Aaron,Thetel,Zenotemis,Zoroaſtres,Hermes. Euantes rex Arabũ,Dioſcorides,Ioſeph,Arnoldus,& alli q̃plurimi. Zacharias quoq; babylonius ſcribẽs ad Mithridatẽ dicit:Magnã uim,& fata humana lapidibus ineſſe.Sed unde hæc ueniant,altior ſpeculatio exquiritur.Alexãder Peripateticus a ſuis ſenſibus/& qualitatibus non diſcedens,opinabatur hæc prouenire ab elemẽtis, aut qualitatibus elemẽtorũ cõponẽtiũ ipſos lapides.Quod ſtare nullatenus poteſt,cum qualitates ſint eiuſdẽ ſpeciei/operatiões autem lapidũ multæ nec in ſpecie, nec in genere cõuenire probãtur.Ideo Academici altius cõſcendentes,eoꝝ nõnulli ideis reꝝ formatricibus hæc attribuũt:Hermes autẽ ad ſtellas:Auicena ad intelligẽtias:Albertus uero ad formas reꝝ ſpecificas huiuſmodi operationes reducit.Et q̃uis iſti ſapiẽtes ſibi inuicẽ aduerſari uideãtur,tamẽ ſi res bene perpẽdatur,nullus eoꝝ diſtat a ueritate,dũmodo ipſoꝝ dicta ſane intelligãtur:Nã ad eundẽ effectũ diuerſa ut in pluribus cõueniũt.Deus enim in primis tãq; omniũ uirtutũ fons,& origo,ſigillũ ideaꝝ miniſtris eius præſtat:Intelligẽtiæ autẽ tanq; fidi exequutores nõ alio ſigillo q̃ regio cõſignãt res ſibi creditas:Cœli autẽ tãq; inſtrumẽta materiã diſponũt ad ſuſcipiendas formas illas,quæ(ut inqt Plato in Timæo)in maieſtate diuina ꝑ aſtra deducẽdæ reſidẽt,eaſq; omniũ formaꝝ dator diſtribuit ꝑ miniſtroꝝ manus,quos ſup opera eius cõſtituit rectores & cuſtodes. Nec enim ipſis indiget opifex ueluti coadiutoribus:ſed habet eos ut miniſtros, ſicut Regia & impialis maieſtas exqrit.Ipſis tñ eã facultatẽ i rebus ſibi creditis cõmiſit ſũmus Moderator,ut oĩs uirtus lapidũ, herbaꝝ, metalloꝝ, & huiuſmodi ſint ab ipſis itelligẽtiis p̃ſidẽtibus,ut nõnulli ſapiẽtes aſſeuerãt:eo q; opus,

Autores q de lap. tractant

Plato

& motus,quæ uidemus esse in lapidibus,& metallis,nõ possint,puenire a nõ uiuẽte ea uita,quã,eoꝝ effectus,& uirtus exigit. Itaq; conuenit forma, & uirtus lapidũ cũ idea,cũ intelligẽtiis regẽtibus,cũ cœloꝝ aspectibus disponẽtibus,& cũ elemẽtoꝝ dispositis cõplexionibus correspõdẽtibus cœloꝝ influxibus,a qbus ipsa elemẽta disponũtur. Est igit᷑ opatio huiusmodi i mũdo hoc inferiori p formas expressas,in cœlis p uirtutes dispoñtes, in intelligẽtiis per rationes moderãtes,in Deo per ideas,& formas exemplares. Et sic conueniũt oẽs tã effectuũ executores,q̃ ipsaꝝ causaꝝ descriptores,q̃uis intelligendo quẽlibet ipsoꝝ p se,impfectã haberemus notitiã: sed si dictis dicta admoueantur,optimam cognitionem in huiusmodi re & in aliis q̃plurimis consequemur.

Quæ sit uera materia supernæ ciuitatis. Con. V.

CVm hucusq; ea,quæ de materia cœli sub ænigmatibus a prophetis descripta sunt,tractauerimus,restat, ut aliquid dicamus de uera materia supernæ ciuitatis: De qua non modica est cõtrouersia,an in cœlo sit materia nec ne:& si est,qualis ipsa sit. Nã Peripateticoꝝ nõnulli (maxime Auerois) asserere uidẽt᷑, Peripa. Auero. quod ibi nõ sit materia,quia hęc est in potẽtia cõtradictionis,& ad diuersas formas:ex quo uideretur cœlũ esse corruptioni obnoxiũ,cũ illa materia posset suscipere aliã formã. Aristoteles uero solito more in hoc,sicut in Aristo. aliis rebus difficillimis aliquid breuiter,& obscure uix tangit. Hinc sentẽtia ab eis satis dubia relicta est:cũ nec incorruptibilitatẽ cœli,pbauerit, sed trĩmõ opinati fuerit,nec determinauerit,an materię possit dari forma admodũ eius quietãs appetitũ,ut nullã ulteriorẽ appetat formã. Nec etiã probauerint,an materia cœli sit eiusdẽ rationis cũ materia rerũ inferioꝝ, & trãsmutabiliũ. Themistius uero,Simplicius,Auicena,multiq; alii philosophi insignes,simul cum Theologis nostris uel pedibus currũt in hanc sentẽtiã,pluribusq; i locis attestant᷑,q̃ in cœlo sit materia. Quod & Aristoteles inuit dicẽs: Qui dicit hoc cœlũ,dicit materiã,per quã ỿ cœlũ rationẽ indiuiduationis suscipiat. Vnde maior difficultas est decernere, quæ materia sit illa corpoꝝ cœlestiũ,q̃ si sit in ipsis materia: quia non uidentur habere cõditiones cõpositoꝝ ex hac materia subiecta trãsmutationi,generationi,& corruptioni. Vnde Albertus suos Peripateticos sequens dicit, Alber. materiã esse in cœlo, sed æquiuoca ratione differre ab ista reꝝ trãsmutabiliũ. Quod etiã facile ex scriptura sacra coniici potest: Nam Moses cum Moses reꝝ materiã describeret,quãuis eodẽ die utranq; materiã & cœli,& terræ creatã enarret,tamẽ seorsum alterã distinguit ab altera dicens: In Principio creauit Deus cœlũ,& terrã,idest materiã cœli,& materiã terræ,ut supra declarauimus: Quã forsitã nõ inepte aliqui uocãt quintã essentiã: cum sit distincta a materia quatuor elemẽtoꝝ cõtinuo alterabiliũ,trãsmutabi-

Th.Simp. Auic. Ph.Th.

lium/& cõmixtibiliũ ad inuicem/& inalterabilis. Purior autem omniũ est materia cœli empyrei/ & decimi: quod sapit quodãmodo naturã spiritus, ut iam declarauimus. Sed quia elemẽta reperiri in cœlis multi affirmant: ut supra disseruimus:nõ iniucũdum erit uidere, ex quo potissime elemẽto

Hebrei cœli fabricati dicãtur. Vnde si sapiẽtes hebreos seq uoluerimus, dicemus/ q̃ sunt ex materia aquea,& ignea:non quidẽ aquæ & ignis corruptibilis, & alterabilis,sed melioris notæ: Quod confirmãt ex etymologia uocabuli ipsoꝝ idiomatis,in quo cœli dicunt᷑ שָׁמַיִם assamaim:ubi tres ultimę literæ/vȝ/ מַיִם aquas sine controuersia signficãt: Duę uero primæ,quæ sunt ש ה uertendo ה in א secũdũ eoꝝ regulas,ignẽ significãt:& simul cõiũctæ illę quinq; litteræ ignẽ & aquã significãt:a qbus cœloꝝ denominationẽ tãq̃ ex partibus cõponẽtibus deductã asserũt. Sed cũ stabilitatẽ quãdam habeant/ut sustineãt aquas supiores/uidẽt᷑ etiã de terra participare:de aere quoq;/ut ibi respiratio fieri possit. Vnde non sine causa,& ratione plærisq;

Astron. in locis Astronomi dicũt cœloꝝ alios esse igneos/ alios aereos/quosdã terreos,& aqueos quosdã. Similiter & signa octauæ sphæræ partiunt᷑ p quatuor elemẽta unicuiq; assignãtes tria signa:sed cũ nobilissimũ elemẽtorum

Zo.Cl. De.Pla. Aristo. sit ignis,opinant᷑ nõnulli cœlos potissime igneos esse:ut Zoroastres Cleãtes/Democritus/Plato & fere omnes antiqui,ut palam fatetur Aristoteles: & si ingratus discipulus nũc magistrũ Platonẽ deridet:nũc illũ latẽter insequitur:cũ ab eius dogmatibus discedere nesciat/ quãuis moltoties aliud dicere uideatur. Hic enim ad Alexãdꝝ scribens enarrat se a Brachmanis accepisse quintã essentiã:& hãc igneam esse mansionem diuinitatis. Circa Deũ (inquit) non aberrãtes/ipsum in quinta essentia esse dicimus:quæ est materia absoluta ab omni alteratione/& cõditione degenerãte. Nec dissonum cẽseatur/quod Deus in ignea domo resideat/qui nõ tantum Mosi,&

Moses Paulus Plutar. Pauli testimonio ignis est,sed etiã externoꝝ cõpluriũ assueratiõe. Scribit Plutarchus multiplici doctrina insignis/Deũ esse spũm/ itellectualẽ ignẽ, nõ habentẽ formã/sed transformantẽ in se quodcũq; uoluerit/& coæquãtẽ se uniuersis. A quo uno igne (ut Zoroastri,& Heraclito placet) omnia ge

Zo.He. Phœni. Iul.Cæ. nita sunt:qui ignis a Iohãne nostro dicitur lux. Sic & in Theologia Phœnicum (ut scribit Iulius Cæsar) habetur/q̃ ab illa luce natura quidẽ in-

Porphy. corporea emanat corporea lux/ & ignis,a quibus subleuari possumus ad lucẽ illã/ignẽq; diuinũ: Qui (inquit Porphyrius) lux existẽs ignẽ ætherẽũ inhabitat/magis sibi propinquos adeo inflãmãs, ut in ignẽ cõuertat:sicut

Psalmus in psalmo legimus. Qui facis Angelos tuos spiritus,& ministros tuos ignẽ urentẽ,uel ignẽ coruscantẽ,aut flãmã ignis,ut sonat littera hebrea. Eliam quoq; suũ familiarẽ ministrũ sustulit in curru igneo:sic & de Iohanne admodũ Eliæ simili perhibuit summa Veritas: Ille erat inquiẽs lucerna ar-

CHRISTVS. dens,& lucẽs. Et omnes quos ad se trahere prætẽdit,& secũ cõnectere re-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre

nouãdos cẽfet ſpiritu & igne. Hinc nõ ſine myſterio Moſi, quem elegerat ad promulgãdã igneã legem, apparuit in rubo igneo, & ardẽti. Noſq; aliquãdo tanq̃ ignis uallat, & defendit ab omni aduerſa poteſtate, ut p Zachariã ait: Ego ero eis Deus/murus igneus in circuitu: ſicuti Apoſtolos, & Diſcipulos euãgelicis prius inſtitutiõibus eruditos ſpiritu illuſtrauit, muniuit, & corroborauit, nedũ eos inflãmãs, ſed etiã poſteros, qui per eos deducẽdi erãt in igneã illã ciuitatẽ ſuperná: Cuius ſpecies apparuit aliquãdo nõnullis expurgatis oculis, ut Ezechiel inqt de ſpecie, quã uidebat ad cœlos aſpiciẽs. Hęc erat uiſio diſcurrẽs, ſplẽdor ignis/& de igne fulgur egrediens. Quo igne calefaciat/liquefaciat, conflet q; in unũ nos cũ ſanctiſſima maieſtate ſua, cui honor/laus/& gloria in ſæcula ſæculorũ Amen. Zacha. Ezech.

MODVLVS SECVNDVS DISPOSITIO.

De generali partitione Ezechielis/& Iohannis. Con. I.

TAngẽtes ſecũdũ modulũ noſtræ harmonicæ ciuitatis pſonabimus/cur ab Ezechiele, & Iohãne uario modo uideaẽ partita: Ezechiel enim prima partitione diuidit fabricã in tẽplũ, ciuitatẽ, & totã promiſſam regionẽ: Et hãc in duodecim partes/pro duodecim tribubus/cũ duodeci portis. Sed & tẽplũ diuidit in ueſtibula/thalamos/atria/gazophilatia/porticus/ſancta ſanctoꝝ/& alias partes ad coquinã/ & peculiares uſus. Iohãnes uero tẽplum penitus excludit: Tẽplũ (inquit) nõ uidi in ea. Cõcine nimis & apte Ezechiel figuratiuæ familiæ ædificia deſcribens includit tẽplum ei neceſſariũ pro oratione, & ſacrificiis faciẽdis. Iohannes uero domũ & ciuitatẽ exarat Chriſtiani cętus: quí nõ idigẽt alio tẽplo, q̃ ſe ipſis iã extructis in Dei tẽplũ, ſecũdũ Apoſtoli doctrinã. Ideo Chriſtus ad ſamaritẽ illã inquit: Veniet tẽpus, & nũc eſt, quãdo ueri adoratores adorabũt Patrẽ nõ in mõte hoc, aut templo: ſed in ſpiritu, & ueritate. Et ſic nos purificati hic in uia efficimur Dei tẽplũ, ipſum ſuſcipiẽtes per pietatẽ, mũdiciã, & bona opera, ſicut ipſe hoſpes promittit dicẽs: Si quis ſermonẽ meũ ſeruauerit, Pater meus diliget eũ, & ad eũ ueniemus, & mãſionẽ apud eũ faciemus. Quãto magis erimus noſipſi tẽplũ, quãdo v3 ſuſcepti i illa æterna tabernacula, aperto cõtuitu, facie ad faciẽ, & mutua cõſuetudie coutemur tãq̃ ciues illius ſupnę ciuitatis? Nũc autẽ domeſtice ſuſcipimus Deum hoſpitẽ, tũc uero ſuſcipiemur ab illo/de quo ſequitur Iohãnes: Dominnus enim omnipotens, templum illius eſt, & Agnus: Illius quippe ciuitatis, & cætus beatorũ illuc conſcendentiũ. Portas quoq; deſcribit, per quas omnibus patet introitus: dũmodo uelint audire inuitantem. Eius etiam ſplendorem, quo omnes illuſtrãtur, deſcribit: necnon fluuium aquæ uiuæ, & arborem uitæ in medio plateæ ipſius, ad continuandam uitam illic degentium in ſempiternum. Narrat & ſedem agni, qui perpetuo regnaturus eſt in ea cũ ſuis cohæredibus. Iohan. CHRISTVS.

Quæ ſit ciuitatis huius magnitudo. Con. II.

Baruch. Plinius. Iohan. Hiero.

MAgna, immo maxima eſt domus illa Dei, & beatorum: adeo, ut exclamet Baruch dicẽs: O iſrael q̃ magna eſt domus Dei: & ingens locus poſſeſſionis eius. Magnus/& non habet finẽ, excælſus/ & immẽſus: ut q̃optime dicat Plinius, & nonnulli alii ſapiẽtes, eos inſano furore repletos/qui ipſam metiri opinant. Nihilominus Iohãnes noſter eã ſub paucis ſtadiis cõprehẽdere uidetur: Et mẽſus eſt (inquit) ciuitatẽ cũ arũdine aurea per ſtadia duodecim millia ex quolibet quadrilatere/cõſummans totã ciuitatẽ ſtadiis quadraginta octo milibus: quæ ſunt ſex millia milliariorꝝ. Ezechiel uero eam metitur quatuor millibus & quingẽtis calamis in qualibet quatuor plagarũ: qui ſupputati reddũt decẽ & octo millia calamorũ: Qui ſunt quadraginta quatuor milia trecenti & quadraginta paſſus romani/plus minus ſecundũ Hieronymum: ſed ſunt paſſus Veneti tricies & ſemel mille, quingenti, & quadraginta. Nam paſſus romanus (ut accipit Hieronymus) cõtinet quindecim palmos uel paulo minus: Venetus uero uiginti palmos ad unguem: unde hic maior eſt illo quarta parte: Calamus aũt triginta ſeptem palmos continet. i. ſex cubitos, & palmũ: nam cubitus ſex palmis cõſummat. Erit igitur totus ambitus ad ſummã triginta millia paſſuum ſupra mille & quingentos plus minus, ſi Veneto paſſu fiat cõmenſuratio. Nec miretur quiſpiã, ſi Iohannes repperit ambitum illius ciuitatis ad ſex millia milliariorꝝ, qui ab Ezechiele deſcribitur triginta & uno milliario circiterue: quia ciuitas hæc noua ædificata a Chriſto tanq̃ ſponſa ornata uiro ſuo, tãto maior eſſe debebat illa priſtina, & iſraelitica, quãto maior eſt familia hæc Chriſtiana illa figuratiua: quæ continebat in paruula terra promiſſionis. Metitur etiam Iohannes altitudinem murorum per centum & quadraginta quatuor cubitos, & hæc omnia arundine aurea, menſura hominis, quę eſt Angeli: & hæc forſitã (Deo fauẽte) ſuo loco explicabimus. Nũc aũt proſequamur de magnitudine eius, in cuius cõparatione illa deſcripta, immo terræ totius ambitus, qui eſt triginta millia milliariorꝝ, nihil exiſtimatur, uel tanq̃ granũ milhi cõparatũ monti ingenti: ubi nõ repperitur proportio. Nec quidem ratio admittit, ut pro tã Auguſto regno ciuitas eſſet tam anguſta: & q; in tam humili hoſpitio reciperentur tot millia electorum cũ turba illa magna ex omni tribu, & ex omni gẽte, quã dinumerare nemo poterat. Ideo ſi Ezechielẽ/ & Iohãnem explanare uoluerimus, uocalis hic numerus eſt nobis neceſſario relinquẽdus. Nã ſcriptura ſacra (ut Auguſtinus recte ſentit) & Pythagorici, atq; Academici de illo parũ curant, intẽdentes ad proportionẽ ex illo reſultãtẽ, quã numerũ naturalẽ, uel formalem uocãt: & ad diuinũ, & ad ſacramenta inde emanãtia. Quod & nos obſeruãtes facile Ezechielẽ, ac Iohannem cũ aliis ſapientibus, qui de im-

Augu. Pytha. Acade.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr

menſitate illius ſupnæ ciuitatis loquũtur, cõuenire faciemus. Sũma enim totius circuitus (prout Ezechiel deſcribit) decẽ & octo millibus calamoꝝ terminatur. Pro cuius declaratione notãdũ eſt, ꝙ millenarius numerus ad ultimũ cõplementũ pertinet, cum ſit cubus, & ſolidus numeri cõpleti: qui denarius eſt, ultra quẽ nõ datur ulterior, ſed repetitio p̃cedẽtiũ numeroꝝ. Nec ultra ſolidũ, qui creſcit in longũ, latum, & profundũ, poteſt numerus dilatari. Hic igitur numerus cõſummatã perfectionem illius hoſpitii reſignat. Ideo Ezechiel millenis calamis metitur ciuitatẽ, templũ, & totius regionis ſpatiũ: Et Iohãnes eandem ciuitatẽ metitur duodenis millibus uirgis aureis: Quo etiã numero partiẽ electoꝝ multitudinem, milleq; anno rum ſpatiũ aſſignat quieto ſtatui, poſt calamitates ꝑpeſſas: Per millenaria etiã, & mille millia Daniel enumerat, & partitur Angelorũ exercitũ. Quod aũt per decem & octo multiplicet hic millenarius numerus ad hoſpites hoc pertinet: Qui diuidunt in nouem choros Angelorũ, & in totidẽ choros hominũ, qui ſunt inter illos Angelicos collocãdi: unuſquiſq; enim ad eũ ordinẽ, uel cœtũ Angeloꝝ, cuius & naturam, & officiũ geſſit in uita, cõuolabit: ut ex Gregorio, & aliis ſapientioribus diſcere poſſumus. Cõiũcti uero iſti duo nouenarii hoſpitũ chori decẽ & octo reddũt. Si aũt ad duodenas tribus hũc numerum applicare uoluerimus, poſſumus qdẽ, accipientes duodenariũ, q ad tribus illas ptinet, cui addemus ſenarium primum pfectum, ꝑ quem multiplicato duodenario ſeptuaginta duo inſurgũt: Quo numero cõphẽdebant Sapiẽtes, & Iudices populi in figuratiua illa familia: & totidẽ diſcipuli in uera Chriſti militia, iuxta numerũ principũ cœleſtiũ: ut habet apud ſecretiores Theologos: iuxta quẽ numerũ & idiomata diuiſa ſunt, aſſignataq; a pitis Aſtronomis ſena pro quolibet ſigno Zodiaci: ſed ad Iohãnẽ ueniamus. Hic etiam ꝑ duodecim millia uirgarũ aurearũ quodlibet quadrũ ciuitatis deſcribit, cõplectens totũ ambitum quadraginta octo uirgarum millibus. Altitudinẽ quoq; muri ꝑ quadratũ duodenarii yꝫ cẽtũ & quadraginta quatuor metit: Hic enim utitur millenario tãq; numero pfecto, ultima dilatatione profuſo, & duodenario primo creſcẽte: Et hoc ad denotandã excreſcentiã, & multitudinẽ electoꝝ in manſione, & ſtatu perfectiſſimo denotato per millenarium. Quæ ſumma exprimitur, & terminatur in ℵ aleph, quæ & Deum ipſum, & primũ omniũ principium & finem importat, in quẽ omnis multitudo reducetur tandem/completo curſu ab eo ipſi aſſignato.

Ezech.

Idem Iohã.

Daniel

Grego.

Theol. Aſtro. Iohan.

Cur in quadro poſita dicatur hæc ciuitas. Con. II.

FIgurã huius ciuitatis uterq; quadratã deſcribit ad ſoliditatẽ demõſtrãdã, quæ per figurã quadrariã denotat, & per quaternariũ numerũ, a quo illa figura deducit: Hic enim numerus eſt fundamentũ & radix omniũ aliorum numeroꝝ: inde

& omnia fundamẽta tã in artificialibus, q̃ in nãlibus, moralibus, & diuinis quadraria ſunt: ut alibi tetigimus. Hinc Plato dixit a ſummo Artifice iacta fuiſſe prima fundamẽta huius machinæ mũdialis quadrifaria, ut ſolida eſſet. Nã ſolida (ut ait) nõ uno, ſed duobus mediis ſemp copulanẽ, inter quæ media eſt correſpõdẽs proportio, ſicut inter ignẽ & aerem/aerẽ & aquã hãc & terrã, & iterũ inter terrã & ignẽ: Qua mirabili cõcinitate connexuit ea mũdi opifex, ut nequeãt diſſolui ab alio, niſi a quo fuerũt colligata. Vt ꝙ firma eſſet & cõcinna ciuitas ſacra, plena myſteriis, partitur eã per quadratũ numerũ ſolidũ & cõcinnũ: Nã in eo omnis muſica cõſonãtia cõtineri uidetur: In quaternario enim proportio dupla, tripla, ſeſquialtera, & ſeſquitertia reperit: unde reſultat diapaſon, biſdiapaſon, diapẽte, & diateſſaron, & etiã tonus, ſi quatuor ſumãtur tria & unũ, quæ reddunt octo, & iterũ. 4. 3. & 2. quæ faciũt 9: a quo numero ad. 8. eſt proportio ſeſquioctaua, & facit tonũ: & ſic ex eo omnis harmonia reſultat. Sed ut ad huc cõcinnior ſit, occentat in ea nomen magnũ Dei quadrilitterũ: cuilibet angulo una littera p̃ſidẽte, & influẽte, iuxta illud quod habetur in uerbis dierũ: Elegi Ieruſalẽ, ut ſit nomẽ meũ in ea. Cuius nominis ſuauiſſimi influxu excitati hoſpites cõtinuo ipſum nomẽ Dei laudãt, ut Regius cõcẽtor ait: Laudate nomẽ Domini, ſit nomen Domini benedictũ ex hoc nũc & uſq; in ſeculũ. Laudãt igitur in illa ciuitate eius opificẽ aſtra matutina, & omnes filii Dei: laudãt uiginti quatuor ſeniores: & cẽtũ & quadraginta quatuor millia habẽtiũ nomen eius, & nomẽ Patris eius ſcriptũ in frontibus ſuis. Omnis deniq; turba in tympano & choro, in chordis & organo, in cymbalis, & tubis cõtinue laudãt Dominũ: ut idẽ Regius cõcentor in fine ſuoꝝ hymnoꝝ cõcludit dicens: Omnis Spũs laudet Dominũ: uel ut melius habet ueritas hebraica כֹּל הַנְּשָׁמָה תְּהַלֵּל יָהּ col aneſſama tehalel iah: Quod ad uerbũ interpetrãtes dicimus: Omnis aneſſama. i. anima purgata & ſuperiori uel diuina effecta laudet iah, quod eſt nomẽ innuens diuinam eſſentiam, ad quã intuendã introducuntur beati. Hic circũloquuti ſumus, quia non habemus noia ad unguem exprimentia ſignificata illorum uerborum, iah, & aneſſama.

Plato

Paral.

Dauid

Idem

De portis eiuſdem ciuitatis. Con. III.

Iohan.

POrtæ ciuitatis noſtræ pro duodecim tribubus duodecim aſſignãtur tã ab Ezechiele, q̃ a Iohãne: Et tres in qualibet plagarũ, aut in quolibet quatuor lateꝝ: ne credatur, ꝙ quaternitas illa ſit quid differens a trinitate ſumma. Dicit. n. Iohãnes, ꝙ a qualibet quatuor plagarũ erant portę tres, ut ternarius intelligat cõtextus in quaternario: quoꝝ qlibet multiplicatus ꝑ alteꝝ, duodenariũ illũ ſacratiſſimũ toties ſupra repetitũ cõducit. Sicut. n. ter quatuor duodenariũ faciũt: ſic quater tria. Quaternarius igit illius ſacratiſſimi nominis, & aliarũ

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr

ſacrarũ rerũ concluditur in trinitate illa ſuperexcælſa:& trinitas in quaternario. Ex quibus deductis in alterutrũ prouenit duodenarius: ſecũdũ quẽ diſtribuũtur cœleſtia illa omnia: Electæ familiæ tribus cõſignati, lapides fundamenti, Angeli præſidentes, & portæ, p quas fit introitus: Per ſanctã enim trinitatẽ ad regnũ illud intrare nos oportet/dicẽte ipſius regni Principe: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, ideſt filio (ut alibi declarauimus) & CHRI/
ſpiritu ſancto, nõ intrabit in regnũ cœlorũ: ſed nec ad filiũ uenire quis po/ STVS.
terit, nec p eũ renaſci, niſi Pater cœleſtis traxerit eum. Ecce igit᷑, q᷒ per has
ternarias portas ſanctiſſimæ trinitatis patefit introitus in cœleſte regnum.
Et ideo initiãdis iubet Saluator, ut baptizentur, & conſignẽtur in nomine
Patris/& Filii/& Spũs ſancti. A quacũq᷒ igit᷑ plaga illuc uoluerimus in/ IDEM
gredi, p has tres portas trãſeũdũ nobis eſt: ſiue introeamus ab oriẽte adoleſcẽtiæ, ſiue a meridie iuuẽtutis, & uiriditatis: ſiue ab occidẽte ſenectutis:
ſeu ab aq̃lone decrepitatis: uel fiat itroitus ab oriẽte ſublimis bonitatis: aut
a meridie pietatis, & clemẽtię: aut ab aq̃lone timoris iudicii diuini: ſiue ab
occidẽte benignæ cõdeſcẽſionis, ſemp intratur in quadrifariã ciuitatẽ per
ternarias portas. His aũt portis præſidere dicũtur duodecim Angeli: quia
fidẽ ſanctiſſimæ trinitatis nemo ſuſcipit in eccleſia militãti, niſi p miniſte/
rium ſacerdotis/qui a Malachia dicit᷑ Angelus Domini exercituũ. Nec in Malach.
regno triũphantiũ per ſanctiſſimæ trinitatis portas intrat᷑ ſine miniſterio
Angelorũ, ut ſummus Imperator docet, quãdo v᷒ Lazari animam cõdu/ CHRI/
ctam dicit in ſinũ Abrahæ. Et ſi ad locũ inferiorẽ, ubi Abrahã pater fidei STVS.
pr̃ſidebat, anima iuſti portabatur miniſterio Angelico: quãto magis per
ſummi Dei miniſtros portari debẽt animæ ad ſinũ Patris æterni? Id ma/
xime, cũ tranſitus fiat per portas ſanctiſſimę Trinitatis. Duodecim quoq᷒
ſunt Angeli præſidẽtes portis duodenis, diſtributi & ipſi per duodenariũ
numerũ, quo multa cœleſtia cõnumerant᷑: & electorũ familia in utraq᷒ ec/
cleſia: & eorũ principes. Hinc nõ ab re Imperator cœleſtis exercitus ſinuit IDEM
ipſos partitos per duodenariũ, quãdo dixit Petro: Nõne putas/ q᷒ poſſim
rogare Patrẽ, & exhibebit mihi modo pluſq̃ duodecim legiões Angelorũ?
Legio aũt id temporis decẽ cohortibus firmabatur, habebatq᷒ peditũ ſex
millia centũ, equites uero ſeptingentos triginta: Varronis tamen tempori/
bus tribus tantũmodo millibus conſtabat: aliis etiam temporibus alio mi
litum numero claudebatur, licet uulgo ex ſex millibus ſexcentum ſexa/
ginta & ſex nulla equitum, neq᷒ peditum habita differentia firmari per/
ſuaſum ſit. Sed ne qs crederet Angelorũ numerũ cõſummatũ in illis duo/
denis legionibus, non ab re adiungit pluſq̃ duodecim: Ii enim per plures Daniel
legiones diſtincti deueniunt (ut Daniel ait) uſq᷒ ad mille milliũ & decies
centena millia/qui omnes uno ore, & conſonanti uoce ſimul cum aliis ho/
ſpitibus Principem ciuitatis laudant continue.

Quæ plateæ ſint ibi. Con. IIII.

PLateæ ſunt, quas frequentãt ciues, & populi: & ubi ſolent re/
ſidere magiſtratus: Quæ illius ſupernæ ciuitatis deſcribuntur
ex auro, qđ charitatẽ ſignificat, ut ſupra expoſuimus. Et hoc,
ut intelligatur omniũ hoſpitum cõuentus in Dei, & proximi
CHRI/ amore ſplendeſcere: iuxta ſignũ datũ a Principe dicẽte: In hoc cognoſcent
STVS. homines/q᷒ eritis mei diſcipuli, & ciues ſupramũdanę ciuitatis, ſi dilectio/
Iohan. nem habueritis ad inuicẽ. In cuius plateæ medio (inquit Iohãnes) Lignũ
uitæ collocatũ erat: & ex utraq᷒ parte ipſius ligni fluuius uitæ fluẽs: ut in/
telligamus hoſpites refertos eſſe nõ tm̃ charitate/ ſed etiam ſapientia, quæ
Sapiẽ. per fluuiũ aquæ uiuæ denotat᷑: iuxta illud qđ habet᷑ in libro Sapiẽtiæ: Et
aqua ſapiẽtiæ ſalutaris potauit illum. Quæ ſapientia q̃optime dicit᷑ abun/
dare, & fluere in plateis, ut Sapiens ait: Sapiẽtia foris prædicat, in plateis
dat uocem ſuã, in capite turbarũ clamitat. Quod duplici de cauſa factum
arbitror: altera eſt, ut percipiat unuſquiſq᷒, q᷒ ſapientia eſt cuilibet cõmu/
Merc. nicanda, dũmodo ipſe uelit eam ſuſcipere, ut dicit Mercurius cum filio ta
tio concionans: Deus craterem patulum ſapientia impleuit: & præconem
miſit iubens, ut mergeret ſeipſum in hanc pateram, qui uoluerit mentem,
quæ uera ſapientia eſt, ſuſcipere. Altera, ut perſuadeatur magiſtratibus,
qui præcipue habẽtãt in plateis, q᷒ ſapientia diuina perfundi omnino de/
berent. Sic etiã, qui in illa ſuperiori ciuitate potiora loca poſſident, maiori
ſapientia, & charitate repleri exiſtimantur. Et hi longe excellentiores ſunt
ciuibus mundanis: quia adeſt eis arbor uitæ, a qua decerpentes continue
uitæ fructus in perpetua fœlicitate uiuunt. Quas quidẽ plateas niſi ſedulo
frequẽtent/ut lętent᷑ per charitatẽ in cõuentu proximorũ, & p̃ſentia Prin/
cipis fruant᷑, unde meliori amore cõtinuo accendant᷑, deficiẽtes a fonte to
tius boni, & pulchritudinis, deturpant᷑, & deficiũt ignominia pleni: ut de/
Ierem. plorãdo Ieremias inquit in Lamentationibus: Denigrata eſt ſuper carbo/
nes facies eorum, non ſunt cogniti in plateis: Adhæſit cutis eorum oſſibus,
Aruit ſine videl᷒ fluuio aquæ uiuæ: & facta eſt quaſi lignum aridum igne
perpetuo comburendum.

MODVLVS TERTIVS/ MENSVRA.

De menſura particulari ſcđm Ezechielẽ. Cõcentus Primus. Re. 3. B. 2.

ET ſi monumentis utriuſq᷒ uatis de magnitudine huius ciui/
tatis tetigerimus, opportunũ nihilominus exiſtimo ad par/
ticulares menſurationes ciuitatis eiuſdem, & eorum quæ ad
ipſam p̃tinent deuenire. Et primo percurremus ea, quæ Exe/
chiel uaticinãdo occultiſſimo myſterio, dura expreſſione, fractoq᷒ ſermo/
ne deſcribit: Is ſiquidem metitur ſuis calamis ædificium neſcio quoddam
ſatis obſcure: Item templum, gazophilatia, portas, ueſtibula, & multa

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creati

quæ ad illa ædificia conducibilia putat:Postea torrentem,primitias,resi/
dua primitiarũ,ciuitatem,& suburbia. Quæ omnia tantis ænigmatibus
inuoluit,& tã breuiter exprimit,ut uix intelligi possit.Nihilominus pro/
ut is q reuelauit prophetæ,nostros collustrauerit oculos,abdita illa myste
ria saltẽ adumbrabimus. Et in primis hoc præmittendũ censeo,quo faci/
lior sit aditus cõtendẽtibus ad ea penetralia, qd Ezechiel incipit a diuino
tribunali,& post uariam reꝝ descriptionẽ tandẽ desinit in mensuras eo/
rum,quæ tacta sunt,tanq̃ effectus ultimi cũ primo per illas mensuras cõ
iungendi sint & uniẽdi.In principio itaq; uisionis Deum,& tribunal eius
miro artificio,occultoq; mysterio ꝓponit:postea sub nomine fabricæ mul
tiplicis,hominem cum Deo proportionando metitur,nec non ea,quæ ad
ipsum pertinent.Sed anteq̃ arcana patefaciamus,quæ sit illa mensura,de
qua in contextu sc̃m litterã loquitur,breuiter insinuabimus.Et in manu
uiri calamus mensurę sex cubitorũ,in cubito,& palmo:Hoc ad unguem
habemus in littera:quorũ uerborũ sensus est:Calamus continet sex cubi/
tos,quorũ cuilibet additur palmus.Sed cũ cubitus cõtineat palmos sex,
addito illo uno erunt septẽ: Et supputata tota calami mensura per septies
sex palmos/consurgit palmorũ numerus 42.Et differt ista supputatio ab
ea Hieronymi supius adducta,in qua nulla erat hæsitatio,qn mensura ca Hiero.
lami esset tantũmodo sex cubitorũ & palmi:non aũt sex cubitorum/toti/
demq; palmorũ.Verã igitur interpretationẽ iuxta mentẽ prophetæ sequẽ
tes/dicimus,ꝙ mensura illa non erat.37. palmorũ,ut sonat nostra tradu/
ctio/sed.42:& occultissimo sacramento,de quo id trñ referabimus,quod
diuina permittent oracula.Palmo enim & manu/uel digitis opus condu/
citur:& hoc auspiciis quadragesimi secundi numeri,quo Deus exiuit in
opus/& omnia mensurat:ut tritũ est apud sapientes.Vnde nõ sine myste/
rio dixerũt secretiores Theologi nomen Dei.42.litterarũ extrahi a primis Thani
uerbis,qbus enarratur,& occulto mysterio a Mose describitur mundi fa/ Moses
brica:Et itez per eiusdẽ numeri mansiones(ut prudẽter obseruat Hiero/ Hiero.
nymus)populũ tã celebri mysterio eductum de Aegypto ad terrã repro/
missionis,melioris terrę typum gerentẽ conducit.Sed hac mensura quæ
unica est,&.42.aliqñ ꝑ numeros/aliqñ ꝑ centenarios,aliqñ per denarios,
& millenarios multiplicat omnia propriis mysteriis distribuens.Hac igit̃
mensura Propheta primo metitur seipsum:Et consequenter quẽlibet ho/
minẽ:& hoc sub figura ædificii nõ expressi,ut mysteriũ subticeat.Postea Paulus
mensurat templum illud, de quo Aꝑlus ait: Templum Dei qd̃ estis uos.
Post hoc gazophilatia,& æraria.i.animæ potentias,in quibus suscipiun/
tur thesauri cœlestes.Deinde portas & uestibula,quæ sunt sensus exterio/
res,& omnia, quæ extrinsecus homini adiacent:attamen ad integritatem
hominis pertinentia.Post hæc mensurat totam ciuitatem,idest hominem

interiorẽ,qui effectus est ciuitas,& hospitium suscipiens hospitem Deum,
& sanctos Angelos.Post quẽ metitur & suburbia.i.ea extrinseca,quæ ho/
mini sunt:& per quæ fit introitus ad Deũ, & Dei ad nos,& unio cũ ipso.
Tandẽ deuenit ad primitias uel decimas,bona v3 opera,quæ Deo offeri/
mus,quæ mensurata esse debẽt:ut & pręmiũ eis cõgruẽs bona & coagu/
CHRI/ lata mensura sit ꝓportionatũ:Eadẽ.n.mensura (inquit Princeps omniũ)
STVS. qua mensi fueritis,remetiet̃ & uobis/proportione tamẽ geometrica unũ/
quodq; in centuplũ rependente ex maxima Dei liberalitate. Perbelle igit̃
qui decimas exquirit,casdẽ nobis millenis reddit apophoretis,ut ex centu
pla euãgelii retributione supputãti patebit. Vel dicamus,ꝙ decimę a Deo
susceptæ ex numeris deueniũt ad millenarios:qa adiuncta Dei gratia,cui
millenarius attribuit̃,illa quæ prius erant denaria,fiunt decẽ millia,& sic
de reliquis.Illud quoq; aduertendũ est,ꝙ in calce uisionis metitur per mil
lenas mensuras,quod ante mensurabat per unitatẽ, denarium , & uiginti
quinq;. Nec illud prætermittendũ est,ꝙ limina portę metiebatur calamo
uno,& paulopost subiicit limen portæ esse decem cubitoꝝ. Quæ omnia,
sacramentoꝝ non ignarus uates,coꝝ mysterio describebat. Omniũ enim
mensura fit per unũ, quod principiũ denotat, & per denariũ,omniũ nu/
meroꝝ simpliciũ complementũ:quia omniũ remuneratio,& præmiũ est
ille,qui est principiũ,& finis:Et hinc ei iure debẽtur primitiæ,& decimæ.
Deinde a denario transit ad centũ,assignans distantiã inter portã & por/
tam per centenarios cubitos:quia differt præmiũ centenario multiplicato
eoꝝ,qui per unam/& eoꝝ,qui per aliam portam ingrediuntur. Et tamen
deuenit ad millenariũ,cubum v3 denarii numeri cõpleti:in quo oẽm men
surã claudit,& cõsummat/quãuis nõ plene exprimat:quinimmo ingenue
fatetur se tã profundo pelago immergi:nã cũ ueniret ad orientẽ,unde est
origo omnium mensuraꝝ,dicit,ꝙ aquæ redundantes erant nimis a latere
dextro,unde misericordia/gratia & omnia dona,denotãs ea quæ imparti
tus est nobis largitor omniũ bonoꝝ,tanta esse:ut ea cõprehẽdere nequea/
mus.Et dixit,ꝙ uir ueniẽs ab oriente (ubi fons omniũ bonoꝝ,q̃uis cõmu
nicentur ꝑ uirtutẽ dexteræ)cũ funiculo mensus est mille cubitos:Et dictæ
aquæ deuenerunt usq; ad talos:Et mensus adhuc mille, ecce aquæ usq; ad
genua:Et mensus est itez mille,& traductus fuit per aquã usq; ad rhenes.
Sed cũ ulterius ꝓgrederet̃ metitor,adeo creuerũt aquæ,ut trãsire nõ pos/
set:qa aquæ ꝓfundæ nimis.Vez,ut de arcanis aliqd referemus(qd̃ nihilo
minus fari liceat) quousq; metiebat̃ metitor ea,quæ sunt animalis homi/
nis,siue sint tali,genua,uel lũbi,aut rhenes,trãsire poterat ꝓfundũ aquaꝝ
sapiẽtię,qua dispositus cõmẽsuratusq; ipse hõ.Sed cũ ulterius ꝓgrederet̃,
ad ea v3 q̃ ad interiorẽ hominẽ spectãt:nõ dabat̃ ei ulterior trãsitus.Cũ igit̃
tanta sint hęc,ut Prophetę humeri ꝑ onere succubuerint,multo minus nũ

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr

tantū ſapientiæ onus ſuſtinebūt:quia dum homo ſpūalis eſt, in ipſo habitat Deus,qui eſt infinitus. Nā cōpleta menſura tēpli,& ciuitatis,& pfectis ſacris,ſubinfert Propheta:Et nomen ciuitatis יְהוָה שָׁמָּה adonay ſama,qđ Ezechi. interpretatū ſignificat: Dominus ibidem,ideſt in homine iam in ciuitatē & templum Dei effecto:a quo nunq̄ recedet ipſe Dominus, ſicut penitus receſſit a ſynagoga, & a multis de eccleſia: nō tamē ab omnibus,cū proficerit dicēs:Ego uobiſcū ſum uſq; ad cōſummationē ſæculi. Hæc quantum ad menſurā ciuitatis ſecundū Ezechielem leuiſſime tacta ſint:ut percipiant legentes quo tendant tam exactæ menſuræ: Quæ profectò nō ad terram illam crebro quondam repromiſſam , noſtra autem & uatis tempeſtate denudatam/expoliatāq; ſacrificiis,cærimoniis,gazophilatiis,ſuburbiis,decimis,& primitiis. Metiebatur itaq; nos/noſtraq; opera/& præmia correſpōdentia:Quæ omnia ſubſunt Dei trutinæ,& menſuræ.

De menſura primitiarum/aut decimarum. Con. II.

NOn prætermittēdas cenſeo etiā menſuras,quibus Vates metitur primitias/ſed (ut melius dicamus) decimas offerēdas: quæ תְּרוּמָה teruma hebraice dicūtur,ut in libro Exodi pleniſſime legimus:Ait enim Propheta: Et ſup terminū Iehuda a plaga orientali/uſq; ad plagā maris erunt primitiæ,quas ſeparabitis uigintiquinq; millibus calamis longitudinis,& latitudinis:ſicut ſingulæ partes,tā a plaga orientali ad mare/q̄ in aliis plagis:uel tā in longitudine q̄ in latitudine,ut totus ambitus ſit per centū millenaria,non dicam calamoꝝ, qa calamus hic nō habetur in textu hebreo,q̄uis ſit in noſtra traductione ad libitum,& non ſecundū myſteriū adiunctum. Hic etenim per centum menſuratur prȩmiū,quo remunerantē illi,qui ueras primitias ſui corporis mūde/& pudice cōſeruati Deo offerunt. Ii enim (ut Hieronymo placet) coronantē numero centenario,qui a Propheta multiplicatē per millenariū Deo ſemp attributū:ut præmiū correſpondēs operi Deo grato intelligatē diuinum. Aliaꝝ autē tribuū primitiæ mēſurantur uigintiquinq; millibus ex parte aquilonari, & ex parte auſtrali totidem:ſed a plaga orientali decem millibus:& ab occidente totidē,quæ in unū redactę reddunt ſeptuaginta millia. Cuius numeri radix eſt ſeptenarius,numerus qdē remiſſiōis, ductus p denariū,numerū cōpletū:& iteꝝ reductus p millenariū diuinū denotat opa/oblationes/& p̄mia pœnitentū,qui remiſſiones a uero ſeptenario expectant:poſtea p̄miū opeꝝ cōpletoꝝ p denariū ſuffultū p millenariū diuinū. Vnde qui nō poſſunt cū Iehuda regali Tribu ſeipſos dicare, utpote q ſatis infidi ac rebelles extiterint,ſaltē oblationes pœnitentū offerant per manus ſacerdotis,non cuiuſcūq;,& potius polluentis oblationē q̄ offerentis,ſed p manus eoꝝ,qui ſunt de filiis Zadoc,q iuſtus interpretatē: Hiero. Exodus

de quo ſequitur:Qui cuſtodierūt cærimonias meas,& non errauerunt, cū errarent filii Iſrael,ſicut errauerūt & leuitæ. Hic autem Zadoc (ut ſentit Hiero. Hieronymus) Chriſtus eſt,ſacerdos in æternū,& iuſtus: ideo dicitur,ſecundū ordinem Melchizedec:qui rex meus iuſtus interpretatur. De quo, Dauid a Regio Propheta ſub nomine Salomonis in huiuſmodi uerbis decantatur:Deus iudiciū tuū Regi da,& iuſticiam tuā Filio Regis. Huius itaq; filii,& ab eo renati eſſe debent oēs , qui uolunt per oblationes gratas admitti in regiam ciuitatem & locū/quē Propheta figuratiue deſcribit. Sed & illud aduertendū arbitror,quod dicitur:Et nō mutabuntur/neq; tranſferentur primitiæ,terræ vȝ illius,qa ſanctificatæ ſunt Dño/& oblatę oblatione perpetua,& nō repetenda ſingulis annis,ſicut illæ quæ annuatim ſetie quadā offerebantur de corruptibilibus fructibus:& aliquādo polluendis per ſacerdotū iniquitatē. Multa inſuper proſequit̄ uates de menſuris, & numero,ſituq; ſuburbioꝝ,& cōfiniū eoꝝ, & de menſuris olei,& alioꝝ, quæ offerenda erant in ſacrificium:quæ iis relinquimus declaranda, qui contextum litteræ interpretantur:Nam nos tantūmodo adumbrauimus ea,quæ per typum quendā ad ciuitatis ſupernę menſurā,in qua beamur, pertinere cenſuimus.

De menſura huius ciuitatis ſecđm Iohānem. Con. III.

SAtis differre uidetur menſura Iohannis, ab illa Ezechielis: Hic enim calamo ligneo menſurat ea,quæ ad figuratiuā familiā pertinent,nō adhuc expeditā ab oneribus lapidum,lignoꝝ,& paleę:ſed Iohānes Beatoꝝ merita,& fabricā deſcribit ciuitatis illius, quā ſupra declarauimus ex auro & lapidibus pretioſis contextā:ideo merito arundine aurea menſurari dicitur. Quanta autē ſit menſura,non exprimit:quia nec ea,quæ metitur, determinari poſſunt:cū beatoꝝ gloria ſit circa obiectum infinitū & interminatū , replens continuo ſuſcipientes ipſam pro eoꝝ capacitate: & locus ille ſit immēſus,nullaq; menſura uere terminabilis. Ad duodena tamē millia ſtadiorū ſua arū dine deducit ambitū illum:& muros per duodenos cubitos quadratos.ſ. centum quadraginta quatuor milliū,utrunq; magno myſterio aliqualiter Iohan. percurrendo. Dicit ergo,q̄ ille,qui loquebatur ſecū,menſurabat menſura hominis/quæ eſt Angeli:ſed quanta ſit,nec etiam hoc in loco declarat. In eo tamē quod dicit/ qm̄ menſura hominis/& menſura Angeli,præmium innuit,in quo uterq; beatur. Quod cū (ut diximus) Deus ſit:eius menſura nec terminari,nec exprimi poteſt. Eadem tamē dicitur menſura Angeli & hominis,quia eadem portione datur,dūmodo capacitas,& merita eorum id exquirant. Illa itaq; menſura Angelus / qui loquebatur ſecum, menſus eſt ciuitatē,per ſtadia duodecim millia:quæ in quadro poſita eſt,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creati

& tanta eſt altitudo eius, q̃ta latitudo, cũ hę ad inuicẽ ęqualiter ſe habeãt. Et menſus eſt muros eius centũ quadraginta quatuor cubitoꝝ. Multa hic occurrũt, quæ nõ modicã afferũt difficultatẽ: Et p̃ quomõ ſit ęqualis ciuitas in latitudine, & altitudine/cũ latitudo dicat̃ duodecim milliũ ſtadioꝝ, altitudo autẽ .144. cubitoꝝ tm̃mõ. Quomõ itẽ intelligendũ, q̃ in quadro ſit extructa, an q̃ in quolibet latere ſint duodecim millia ſtadioꝝ, & totus ambitus ſit quadragĩta octo milliũ ſtadioꝝ: an uero q̃ totus ambitus duodecim millibus ſtadiis cõſũmet̃, extenſo quolibet latere ad .3000. millia ſtadioꝝ ſolũmodo: Et q̃d inſup ſtadia/ & q̃d cubiti ad ſupernã illã, & diuinã ciuitatem menſuratã illa arũdine aurea, cuius longitudo interminata dicebatur. Quibus obiectis, prout Dñs ſuccurrere dignabitur, faciemus ſatis. Si.n. litterã ſaluare uoluerimus/dicemus ad primũ, aliã eſſe altitudinẽ murorũ, & aliã altitudinẽ ciuitatis: Muri etenim centũ quadraginta quatuor cubitis cõſummantur, ut textus clariſſime apic: ſed altitudo ciuitatis, quæ poſita dicit̃ a Iohãne ſup montẽ magnũ & altũ, habet a radice montis uſq; ad ſummitatẽ murorũ, menſurã illorũ duodecim milliũ ſtadiorũ, ſacramẽto ſtatim declarãdo. Quadra autẽ eſt illa ciuitas (inquit Iohãnes) & in quadro poſita: q̃ſi (meo iudicio) intelligit̃, ut quodlibet latus ciuitatis ſit duodecim milliũ ſtadiorũ : & totus ambitus ſit quater duodecim milliũ/quæ reddunt quadraginta octo millia, & non ex numero quadrato, ut aliqui decepti litterã extorquent, cõcludentes ambitũ in centũ quadraginta quatuor millibus ſtadiis, quæ nõ eſt quadratura æquilatera (ut opinant̃) ſed quadratura tantũmõ numerorũ/omiſſis millenariis, in quibus potiſſimũ huius menſurę ſacramentũ cõſiſtit. Si.n. quadrent̃ duodecim millia ſtadioꝝ p̃ aream, reſultabũt ſtadia .144. millena millia. Si uero dicãt totũ ambitũ eſſe duodena millia, & quodlibet latus triũ milliũ ſtadioꝝ tm̃modo: tunc ſi quadretur, reddet ad unguem nouẽ millena millia. Quæ utiq; menſura nõ erit illius ciuitatis Ieruſalem, in qua Chriſtus paſſus eſt, cũ illa, teſte Ioſepho, cõcludat̃ trigintaqnq; ſtadiis, ſed illius, in qua nunc regnat, quæ millenis/& millenis, & duodenis millibus diſtribuit̃: ut ſit accõmoda, aptaq; duodenis millibus ex qualibet tribu cõſignatis: Atq; duodenis familiis tam figuratiuæ, q̃ ueræ militiæ ſummi Impatoris: Quæ ẽt reſpõdeat magno nomini Dei quadrilittero in ea cõſcripto/ut eius uirtute cõpaginata ſit, ſicut ſtatim dicemus. Quadratã quoq;, ſicut & q̃drilitteræ nomẽ, eſſe oportet/cũ rotũditate tamẽ, ſicut q̃libet lr̃a ciuſdẽ noĩs circulare numerũ importat, & ſphęricũ. Prima.n. littera denarium continet: ſecũda/& quarta quinariũ: tertia uero ſenariũ: Quorũ q̃libet circularis eſt numerus. Totũ autẽ nomen reducit̃ ad duodenariũ per reuolutionẽ, quã hebrei ſiruph dicũt, ut alibi diximus: ſecũdũ quas reuolutiones præponit̃ duodecim ſignis/q̃bus diuidit̃ totus cœleſtis ambitus, & ciuitas illa ſupna.

Iohan.

Ioſepho

Hebrei

Duodenarius uero reducitur ad millenariũ noſtrũ, qui eſt peculiaris Dei/ cui & mille, & aleph/ipſum mille ſignificãs attribuit̃. Eſt autẽ æqualis latitudo/longitudo/atq; altitudo: qa quicqd eſt in Deo, nõ eſt maius aut minus/ ſed ſemp̃ æquale: nec eſt uera latitudo/aut lõgitudo in illa diuinitate, quæ ubiq; ſphærica eſt: unde illæ menſuræ, ſimilitudine/& myſterio quodam dicunt̃ quadratæ, ut conueniant quadrilittero nomini. Reſtat modo declarandũ/cur cubitis, aut ſtadiis illa ciuitas menſuretur. Et hic breuiter dicimus: q̃ alia uocabula, q̃bus accõmodatius diuina explicent̃, nõ habemus p̃ manibus, q̃ hęc noſtra rebus/quæ exprimere uolumus/utiq; aptiſſima: ideo nõ ſine myſterio & arca Noe, & tabernaculũ fœderis cubitis menſurata dicunt̃: & ingens ædificium ciuitatis ſupnę menſuratũ dicitur ſtadiis: quæ menſuræ erant tunc in uſu, & ad illas fabricas menſurandas opportunæ: ſed ad allegoriã aſcẽdentes, q̃ bene, & cõcinne præmia, & locus præmioꝝ cubitis/& ſtadiis menſurentur, audiamus. Cubitus.n. brachium ſimul & manũ importat: qua bonũ opus exterius partimur, & efficimus. Stadiũ uero curſu Herculeo unica reſpiratione (ut fertur) terminatur: Vnde p̃ hoc ſtadiũ omnis nobis poſſibilis affectus ſignificat̃, quo tanq̃ pedibus feramur in Deum. Per pedes.n. in ſacris eloquiis, ſemp̃ affectus myſtice deſignãtur. Et iſti eſſe debent fortis/magni/& ſtrenui animi, & unico flatu. i. unica intentione delati. Sed p̃ cubitũ/brachiũ/& manũ, opus remunerandũ intelligit̃. Et cũ præmium, & gloria illius ſupnæ ciuitatis correſpõdeat operi, & affectui proportione geometrica, ideo ptinentia ad illam ciuitatẽ, & gloriã menſurata dicunt̃ cubitis, & ſtadiis. Sed q̃ti ſint cubiti, & ſtadia ipſa, nõ exprimit̃: qa numero noſtro illa cœleſtia terminari nequeunt: quãuis geometrica proportione dicãtur cũ noſtris operibus, & affectibus commenſurata. Quod utrũq; Chriſtus illius ciuitatis Princeps ediſſerit in euangelio dicẽs. Centũ pro uno accipietis, ecce geometricã proportionẽ: & uitam æternã poſſidebitis, ecce interminatã menſurã. Quia affectus, & opera cũ reſperſa ſint acceptante gratia, & Dei charitate cõplexa, ipſum Deum redolent: & ideo gaudent millenario illo diuino: Per ipſumq; toties multiplicantur/quoties ipſum diuinum nomen, a quo eſt omnis uirtus, reuoluitur.

CHRISTVS.

MODVLVS QVARTVS, STRVCTVRA.

Quis eam extruxerit. Concentus Primus.

Iohan.

QVis hanc ciuitatem, & hoſpitium noſtrũ concinnũ, & omni harmonia/gaudioq; pleniſſimũ cõſtruxerit, ſatis aperte declarat Iohãnes, dum ait: Vidi ciuitatẽ ſanctam Ieruſalẽ deſcẽdentem de cœlo/a Deo paratam/ſicut ſponſam ornatam uiro ſuo. Deſcẽdit itaq; de cœlo ipſa, & eius Calotechnius. i. bonus Architectus, opifex, & ornator: ut nos in eã ſuſcipiens ad ipſum cœlũ reduceret.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr

De fabrica.n.illa loquitur Iohānes contexta ex uiuis lapidibus,ſicut canit ecclesia:Vrbs beata Ieruſalē dicta pacis uiſio:quæ cōſtruit᷑ in cœlis uiuis ex lapidibus: & Angelis coonarta,ut ſponſata comite: Parata utiq; eſt in mente opificis,a primæua mūdi cōſtitutione, ut in euāgelio dicit᷑:Venite benedicti Patris mei,poſſidete paratū uobis regnū a cōſtitutione mundi. Triplex.n.hoſpitiū præparauit ſūmus Architectus pro humano hoſpite: Vnū quippe eſt regnū illud cœleſte,& Beatoꝝ manſiones.Alteꝝ eſt hoc mundanū pro pegrinatione nr̄a: ex quo elegātiſſime diſpoſito facile coniectare poſſumus,q̄tū & quale ſit illud, qđ pro æterna manſione parauit. Tertiū eſt hoc cōſtructū ſupra fundamētū,qui qdē Chriſtus eſt,& ſupra duodecim fundamēta Apl̄ica/cōfectum ex uiuis lapidibus,& menſuratū menſuris Ezechielis & Iohānis/de qbus ſupra tetigimus. Et tanta eſt hoꝝ triū cōſonantia,ut ex uno aliud coniicere poſſimus,dūmodo bene intelligamus cuiuſlibet ędificii naturā/& diſpoſitionē:q̄uis hoc,qđ nūc habitamus,feculentū,& infimū:& illud ad qđ tendimus expurgatū ſit & exquiſitiſſimū:id etiā qđ mediū eſt,& cuius auſpiciis ad illud ſupnū ꝓperamus ſpūale ſit,domus vꝫ,& ciuitas eccleſiæ in cuius ſinu uel ambitu, ut contineamur,neceſſe eſt,ſi cœleſte ac ſupernū conſcendere uolumus. Conſimiles enim ſunt fabricæ iſtæ ab eodem Artifice cōſtructæ:Ipſiuſq; imaginē gerit unaquęq; pro captu ſuo:Vnde ſymbolum & ſimilitudo inter eas,ex qua de uno pertractantes, de alio quoq; intelligere poſſumus. Nec alius hoꝝ ædificioꝝ fuit opifex/ niſi ille,de quo dicitur:Omnium eſt enim artifex,omniū habens uirtutem/omnia proſpiciens.

Iohān. Eccleſia

CHRI/ STVS

Quomō,& quo glutino cōpacta,& unita ſit hæc fabrica. Con. II.

OMnia plura/quæ in unū conueniunt,oportet q; aut arte,aut natura,aut diuino myſterio conglutinent᷑.Lapides.n.in domo lithocolla,calce,ferreiſq;,aut æneis carpuſculis ſup infuſo plūbo cōnectuntur.Ligna uero clauis,ſiue colla caſea,uel piſcea,aut taurina,quæ pfectiſſima exiſtimatur,cōiungunt᷑. Oſſa autē in humano corpore colligantur neruis,carne,& cute.Et aliq̄ lapides,& corpora diuerſa ui quadā naturali,nō dicā,conglutinant᷑,ſed uniunt᷑:ut duæ arbores p inſertionē: & oſtreæ cū lapidibus ui quadā naturæ occultiori. Vidi & corpora humana in lapides uerſa , & adeo cū lapidibus unita, ut iā unū corpus,& illud homogeneū,effecta uiderent᷑. Et qa fortior eſt uis naturæ q̄ artis,ideo fortius illa ligat.Sed cū omnium fortiſſima ſit diuina uirtus,ideo nō ſolum cōnectit, ſed etiā unit.Et hæc uis eſt nominis ipſius ſancti,& magni,de quo dicit᷑:Dñe dās noſter q̄ admirabile eſt nomē tuū in uniuerſa terra:utraq; vꝫ/ſupiori & inferiori,in utraq; ligans,cōnectens, & uniens oēs partes,& eaꝝ mēbra ſimul.Ad cuius ſimilitudinē in Ieroſolimis,

limis,quæ typum gerit illius ſupernæ ciuitatis, quam deſcribimus, iuſſit Deus/ut fabricaret᷑ templū:Poſtea ſubintulit in eo uolumine/quod græce Paralipomenon,latine aūt uerba dierū dicitur:Elegi Ieruſalem, ut ſit nomen meū in ea:quā elegi/ut ædificaretur in ipſa templū nomini meo.Sed ne dū templū lapideū/ & tota mundi maioris machina/ uerūetiam rationalis,& humana fabrica eſt illius nominis uinculo colligata:Nā cum humana familia biuiū faceret in Abel & Cain (in Abel.n.diuina,& in Cain diabolica familia fabricatur)hic,qui ſecūdū carnē/& diabolū erat,de more perſequens eum,qui erat ſecūdum ſpiritum, interfecit Abel:ſed ſtatim reparata fuit in Seth:& multiplicari cœpit in Enos Seth ipſius filio.Quę ut cōiuncta eſſet debito nexu/dicit ſcriptura:Tunc cœptū eſt inuocari nomen Domini:Inuocatum.n.fuit/& interpoſitum tāq̄ nexus,glutinum,& uinculū. Sic & in Deuteronomio/poſtq̄ de uinculo charitatis/quod habere debent omnes,qui Dei ſunt,ſacerdotes/leuitæ/ſerui/ancillæ/aduenæ,& peregrini in offerēdo,epulando,cohabitando,& huiuſmodi pręceptū dederat Dñs, ſubintulit:Vt inhabitet nomen meū ibi,omnia vꝫ connectens.Sic & Ieremias pro electa familia inqt:Tu aūt in nobis es Domine,& nomē tuū inuocatū eſt ſup nos:Quod ne in patria credatur omiſſum, inquit Iohānes: q; illi cōſignati habebāt nomen eius.ſ.Agni,& nomen Pr̄is eius ſcriptū in frōtibus ſuis.Sed qđ hic eſt occultū,ibi erit patēs,& omnibus manifeſtū: ut in calce uiſionis teſtatur dicēs:Et uidebūt faciē eius,& nomē eius ſcriptum in frontibus eoꝝ.Et primo in baptiſmate ſcribitur per militiā:quādo homo militaturus ſub Chriſto,accipiēs ab eo ſtipendiū ſtigmatizatur charactere (ut dicūt Theologi noſtri) uel ſuſcipit nomen,quod ſculpit᷑ in fronte eius:ut ab omni ſaltē ſpirituali militia dignoſcat᷑. Poſtea idē nomē ſcribitur,dū homo triūphat in bello:ut in principio uiſionis inquit Iohānes:Qui uicerit,faciā illū columnam in templo Dei mei:& foras nō egredietur amplius:Et ſcribā ſuper eū nomen Dei mei:& nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ieruſalē,quæ deſcēdit de cœlo a Deo meo:& nomē meū nouū. Perpulchre ponitur uictor & triūphator tanq̄ columna,& ſuſtentaculum aliocꝝ in ædificio,& tēplo Dei,quod eſt eccleſia illa triūphans:ſicut uictor & fortis fuit colūna,& ſuſtentaculū aliocꝝ in ipſa eccleſia militanti. In hoc igitur ſcribitur nomen Dei magni,tanq̄ familię ipſius aſcripto,& ſtēmate decorato.Scribitur & nomē ciuitatis Ieruſalē,nō quippe illius ædificatæ a Sem in terra Canahan/ſed illius,quæ deſcendit a cœlo erecta vꝫ a filio, Dei,qui de cœlo uenit:Cuius nomen eſt Ieruſalē/ ſicut & illius materialis quæ huius typū gerit.Sed Ieruſalē uiſio pacis interpretat᷑:pacis utiq; ęternæ,ex qua ſcatet beatitudo nr̄a,iuxta illud Auguſtini.Viſio eſt tota mercēs:Et hęc ſculpi dicitur in beato,ut nūq̄ ab eo ammoueat᷑:ſed ipſam iurę

Abel Cain

Deut.

Iere.

Iohā.

Idem

Iohā.

Theo.

Iohā.

Aug.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a C

quodã peculiari iugiter possideat. Scribetur insuper & nomẽ nouũ. s. Iesu in quo nomina antiqua magno mysterio cõcludũtur: & dicentur (ut nõ nulli asserũt) cohæredes Iesu Christi Iesuani: & merito, tũ maxime, quia eodem utriq; uinculo cõnectendi sunt: unde ab eo tanq̃ nobiliori (ut uero satis congruit) fiet denominatio.

Cur & nomina Apostolorum, & Tribuum in fundamentis, sed in portis nomina Angelorum insculpta sint. Con. III.

ET si nomina electorꝝ omniũ insculpta sunt in sancta illa ciuitate, ut summa Veritas phibet dicẽs: Nomina uestra scripta sunt in cœlis. Et si unũquodq; habet scriptum nomẽ Iesu, & nomẽ Patris eius in frõte: sua ut sit eorꝝ pfecta cõnexio. Præcipue tamẽ dicunt̃ inscripta nomina Apostolorꝝ, & Tribuũ in fundamentis: & nomina Angelorꝝ in portis. Quæ inscriptio nõ tantũ ad characteres spectat, qa hoc exigui esset momẽti: sed ad latẽtẽ uirtutẽ, quæ in ipsis nominibus uiget, secũdũ quã nomina ipposita sũt electis, ab illo, q̃ dixit noui te ex nomine. Verum de paucis habet̃ expressum nomẽ, quod os Domini nominauit: & si omnibus stellis, & hominibus p stellas significatis nomina uocat: quæ & in cœlis scripta sunt: & secm ea ibi nominabimur. Quorũdã nihilominus explicata noia habemus a Deo illis imposita, ut Abraham, Izahac, Israel, Iedidia, Iohãnes, Iesu. Abrahã enim Abrã dicebatur, sed iussu Dei (ut legimus i libro Geneseos) uocatus fuit Abrahã adiũcta, vꝫ, littera, ה, quæ quinq; in numero importat. Qui numerus quinarius addito priori nomini, quod sic scribitur אַבְרָם &. 243. importat in numero, cõstituit nomẽ, quod sic scribitur אַבְרָהָם, & reddit in numero. 248. quot sunt ossa in humano corpore: & quot sunt pręcepta affirmatiua. Ideo ibidẽ, cũ adaptare uellet nomẽ addito ה, quod qnariũ importat, p̃mittit: Ambula corã me, & esto pfectus, in uirtutibus vꝫ & p̃ceptis meis p ossa significatis. Quẽ numerꝫ qnariũ (ut stati infert) abstulit a שָׂרָה sara, quæ prius uocabat̃ שָׂרַי sarai, qd̃ in numero qngẽta & decẽ importat, mysterio alibi declarãdo: & remãsit cũ quingẽtis tantũmõ & qnq;. Et sicut hic summotũ est a muliere, & additũ uiro, sic in primis parentibus acceptũ est a uiro & datũ mulieri, quæ de costa a uiro sũpta formata est. Hinc Adã lapsus, & hic Abrahã pfectus corã Deo. Nec ultra hic q̃ liceat, pgrediamur. Izahac quoq; sic uocatus fuit a patre Abrahã alludẽte ad mysteriũ de risu sarę in oraculo Angelorꝝ: & inuẽdo quo pacto esse deberet risus, & gaudiũ p̃is, sicut Ismael onus, & molestia: Vnde a domo paterna simul cũ matre iussu Dei eiectus est. Iahacob ab Angelo cũ quo luctatus est nomẽ accepit Israel. i. Princeps uel hæres Dei: & eo q̃ pualuerit cũ magno Dei Principe, & Pater, & Priceps populi sub Deo uero militãtis effectus est. Sed & Iohã-

IESV

CHRI STVS

nes ab Angelo denominatus est: ut nomen, qd̃ Dei gratiã importat, cõueniret p̃cursori legis gratiæ, & clemẽtissimi legislatoris nũtio. Filio aũt Dei quãta celebritate fuerit ipositũ illud nomen Iesu, cũ alibi tetigerimus, ideo hic alia prosequemur. Noia igitur Apostolorꝝ fundamentis inscripta sunt, cũ ipsi fundauerint ecclesiã in duodecim mũdi partibus, super illud tamen
Paulus fundamẽtũ uniuersale & unicũ, qui positus est Christus Iesus, ut ait Apostolus. Supra quod p̃cipuũ iacta sunt fundamẽta Apostolica cum & ipsa sustineãt ædificiũ hoc, ut idẽ Apostolus ait: Superædificati supra fundamentũ Apl̃orꝝ, & Prophetarũ. Sed cũ in ciuitate hac noua, quã describimus, p̃cipua fundamẽta fuerint Apostoli, ideo eorꝝ nomina in eis dicũtur descripta. In portis aũt pbelle sculpta enarrãtur noia Angelorꝝ: quorꝝ offi-
Exodus cio incũbit, ut nos in aulã regiã inducãt, sicut Deus in exodo iqt: Ecce ego
Lucas mitto Angelũ meũ, q̃ p̃cedat te, & custodiat in uia, & introducat in locũ, quẽ p̃paraui tibi. Et in euãgelio Lucæ hẽmus, q̃ Angeli deportauerũt animã Lazari ad locũ vꝫ salutis: quo electorꝝ animę, anteq̃ apiret̃ ianua cœli, deferebant̃. Qui Angeli & si distributi sunt in tres Hierarchias, & in nouẽ choros, multæ sunt tamẽ aliæ distributiões ipsorꝝ ad diuersa officia. Septẽ enim sunt Principes, q̃ astãt ante thronũ Dei: Quatuor, q̃bus datũ est nocere terræ, & mari, a quatuor mũdi plagis: septuaginta duo, super septuaginta duo idiomata: & duodecim, super duodeci signa, quæ (ut diximus) sunt tãq̃ duodecim cœli portę. Ad quarꝝ custodiã p̃cipue positi sunt duo decim Angeli: & in tutelam murorum omnium complures Angeli destiIsaias nati, ut clare testatur Isaias, qui dum de renouatione supernæ ciuitatis nostræ loqueret̃, inter alia munera sibi donata inquit: Super muros tuos Ierusalem posui custodes. i. Angelos: ut omnes interpretãtur. Qui Angeli nõ
Malac. incõgrue dicunt̃ ẽt sacerdotes: sicuti habemus in Malachia: Labia sacerdotis custodiũt scientiã, qa Angelus Dñi exercituũ est ducens vꝫ & introducẽs in illam ciuitatẽ. Nec ab re præsidẽt portis, cũ ipsarꝝ claues a summo Principe sibi fuerint cõcessę. Sunt aũt duodecim pricipales sup duodecim portas, uel duodecim Angeli duodeci Apostolorꝝ: aut Principes Angelici eis correspõdẽtes, uel ipsi duodecim Apostoli: qui sacerdotio fungentes, & euãgelicis clauibus utẽtes Angeli officiũ exercẽt: Vnde Angeli merito dici possunt/siue Angelici Principes gradũ supremũ tenẽtes citra Imperatorem in ecclesia, & sancta illa ciuitate: ut in ordine illius cõsonãtissimo nul-
Paulus lus supior, aut æqualis repiat̃, iuxta illud Apostoli: Primo qdem in ecclesia dedit fieri Apostolos. Qui cũ sint cõstituti iudices duodecim tribuũ a summo Principe, ideo & nomina ipsarꝝ Tribuũ ibidem dicunt̃ inscripta/unaquæq; sub suo Principe, & Apostolo, omnes tamẽ sub Impatore summo. Et cũ quilibet eorꝝ sit pars ædificii, ideo ait Apostolus cũ ephesiis loquẽs: Et uos coædificamini in habitaculũ Dei in spiritu sancto. Qui simul cum

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creati

uirtute magni nominis Dei totū ędificiū uiuificat/sanctificat/& cōmunit. Sūt igit̄ nomina Apostolorꝝ in fundamētis,tāq̄ peculiariū ipsius ciuitatis fundatorꝝ,uirtute tamen præcipui fundamenti & fundatoris Christi Iesu. Sunt etiā nomina tribuū in toto ædificio,quod ex omnibus illis fit. Sunt quoq; nomina Angelorum tanq̄ custodum in portis. Sed nomen Dei est in toto ædificio,& in fronte uniuscuiusq; hospitis,ligans, uniens,consoli/dans,uiuificans,& Deificans totum ædificium.

MODVLVS QVINTVS/ ORNATVS.

Typica ornatus descriptio scd̄m Ezechielem. Cōcentus Primus.

ORnatus huiꝰ ciuitatis diffuse ab Ezechiele describit̄ sub typo sponsæ a Domino ex humili gradu ad p̄clarū sublimatæ:quē Iohānes nō exprimit,sed innuit,dum ait:A deo paratā,sicut sponsam ornatā uiro suo. Dominus igit̄ inducit̄ ab Ezechiele in huiusmodi uerbis cōquerēs de synagoga,quę post tā nobiles ornatus ce ciderat in multa scelera: ex qbus ornatibus sub metaphora descriptis fa/cile intelligere poterimus ea ornamēta,qbus uestietur ipsa summo Prin/cipi,& Agno ppetuo desponsanda iis qdē nuptiis,de qbus inquit Iohānes, Gaudeamus,& exultemus,& demus gloriā Deo:qa uenerūt nuptię Agni, & uxor eius præparauit se:Et datū est ei,ut cooperiat se byssino splēdēti, & cādido,byssinū enim iustificationes sanctorꝝ sunt. Nec ultra progredit̄ Iohānes de ornatu:Ezechiel aūt lōgo sermone enarrat qbus ornamentis, & muneribus donata fuerit prior sponsa synagoga a sponso:& qbus lamētis conquerat̄ de ipsius ingratitudine dicens: Multiplicatā quasi germen agri dedi te,quod vꝫ numerari nō potest:sicut nec beatorꝝ turba. Sequit̄: Mul/tiplicata es,& grādis effecta,& puenisti ad ornatū ornamentorꝝ:pro quo nos habemus mūdū muliebrē:Ornatus enim ornamētorꝝ ponitur tēpore nuptiarꝝ. Vbera tua intumuerūt:illa utiq; ubera,de qbus in Cāticis:Duo ubera tua,sicut duo hinnuli gemelli capreæ,uel ceruæ,q pascūtur in liliis, donec aspiret dies,& inclinentur umbræ. Ceruæ utiq; & capreæ excelsæ,p quas adiurat omnes filias Ierusalē,ne suscitēt dilectā. Quę ubera lac susci/piūt fluēs,& emanās a terra illa quōdā promissa, nūc aūt descripta a no/stro Iohāne. Ad quod lac Isaias nomine sponsi inuitat dicēs: Venite,& emi/te absq; ulla cōmutatione uinū,& lac. Et de non habēte hoc lac,neq; ube/ra.i.capacitatē,ut suscipiat,cōquerit̄ sponsus in cāticis dicēs: Soror nostra paruula est,& ubera nō habet. Beati igit̄,qui habēt plena illa ubera,quæ sunt meliora uino. Hinc pro magno munere illud adducit: Vbera tua in/tumuerūt plena lacte illo,qd̄ q fugit,scit reprobare malū,& eligere bonū. Et pilus tuus germinauit: Ille utiq;,q in nazareis nō raditur,sed crescit,& cum capillis,q numerant̄ omnes,cōnumeratur. Dānabile aūt nimis est,p tumefactis uberibus illo lacte superno,& florēte pilo,idest inualescēte ui/

Ezech.

Ioha.

Idem

Isaias

Canti.

rore,& robore iuuentutis nuda fuerit,& cōfusione plena. Ideo miseratus

Canti. opulētissimus largitor ait:Et trāsiui p te,& uidi te:Et ecce tēpus tuū tem/pus amātiū. Idcirco uolui & ego præbere maximū amoris pignus donās tibi meipsum,& portās sup me omnia scelera tua,tegens illa,ne appareat

Dauid ignominia tua,unde sequtur:Expandi amictum meū,uel alas meas sup te: & operui ignominiā tuā,ut & de te dicat propheta,Brī quoꝝ remissę sunt iniquitates,& quoꝝ tecta sunt peccata. Sequit̄:Et iuraui tibi/& ingressus sum pactū meū tecū,& facta es mihi.s.sponsa,facta sponsione in baptisma/

CHRI/STVS. te ex parte animæ,sed in plærisq; locis euāgelii ex parte sponsi dicētis: Ego uitā ętернā do ouibus meis:Et qui māducauerit ex hoc pane,uiuet in ęter/nū:& Venite benedicti Patris mei possidere paratū uobis regnū. Sed nec sic coopertæ,& iuratæ cōiūgi uult,nisi lauet̄,& ornetur:unde sequitur:Et laui te aqua,supna vꝫ:de qua antea diximus:Et emūdaui sanguinē tuū ex te,idest p̄ceptum tuū,& opus tuū scd̄m carnē,& sanguinē:a quo nisi quis mūdetur,nec spōso cōiūgi potest,nec ciuitas Dei effici,nec in illā intrare,

Isaias ut Isaias aperta uoce testatur dicēs:Sanctus erit omnis,cuius nomē scri/ptū fuerit in libro uitæ in Ierusalem. Et hoc si abluerit Dns sordes filiarū sion,& sanguinē Ierusalē de medio eius in spiritu iudicii,& in spiritu ar/doris. Spiritus iudicii ad Filiū ptinet:cui Pater omne iudiciū dedit:Spiri/tus aūt ardoris ad Spiritū sanctū spectat:q in specie ignis discipulis appa

Canti. ruit. Post lotionē autem sequitur unctio,de qua subinfert:Et unxi te oleo, charismatū videlꝫ & diuinitatis. Ad ornatum uero deueniēs primo ait:Et cooperui te רִקְמָה ricmah.i. discoloribus,uel opere phrygio,qd̄ nos iuxta

Psal. uernaculam linguā dicere possumus Recamo/sicut & in psalmo legimus: In uestitu deaurato/circundata uarietate. Multis quidem coloribus ue/stita fuit synagoga/cui Deus dedit multigena sacrificia/plurima p̄cepta, uariasq; cærimonias. Vestitur & anima diuersis coloribus/ & uariis uesti/

Paulus mētis,de qbus inquit Apostolus:Induimini uiscera misericordiæ/bonita/tis/humilitatis/māsuetudinis/patiētiæ/cæterarūq; uirtutum. Et calciaui te תַּחַשׁ tahas/qd̄ Theodotio/& Hieronymus traduxerūt hyacinthū/quo cal

Ph.He. ciabat̄,& uestiebatur sacerdos:Et est aerei coloris:p quem (ut Philo ait/& cōiter Hebrei) cœlestia/atq; supna significātur. Ideo intraturi in cœlestem ciuitatē ipso calciari debēt affectus p pedes significati. Et cinxi te byssō,ut cingebant̄ sacerdotes/& etiā fœminæ oriētales:quæ ad ornatū suū/ prę̄ter caligas suas habēt subligacula/aut succinctoria/uel femoralia p̄tiosissima, quibus lumbos p̄cingūt:Cui byssō nō ausim nisi Iohānis expositionē ac/cōmodare,qui eodem spiritu,quo Ezechiel,edoctus erat:hæc.n.subiūxit/

Iohan. Byssus sunt iustificationes Sanctorꝝ/quibus omnes illuc introducendi ful/gere debent. Et indui te מְשִׁי messi/hoc est subtilibus,uel trichapto/ ut se/ptuaginta interpretati sunt:Et est sericū subtilissimū in stamine/ & subte/

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr

gmine,ut inqt Hieronymus.Et quid ſubtilius q̄ illę ſpeculatiões,quæ fiũt a ſublimioribus Theologis utriuſq; teſtamenti circa recõditiſſima arcana legis, & euãgelii?Et cõpoſui te ornamẽto,pulchro,v3,in ſe,& ſpõſę q̄ pulcherrimæ accõmodato.Ad particularia aũt deueniẽs inqt:Et dedi armillã in manibus tuis.i.donatiuũ,aut gratiã bene operandi ſine qua nihil fit.Et dedi torquẽ,uel corymbũ ſup pectus tuũ in ſignũ prĩcipatus,& dominii, qđ dedi tibi ſup oẽs creaturas,quando dixi/Dominamini.Et dedi inaurẽ, aut rotulã, uel circulũ,ſiue gẽmã ſup nares tuos נֶזֶם nezẽ hebraice dicit: & uario modo traducit,& largo modo inauris:ſed eſt ornamentũ naſi,qđ in naribus ponit.Sed de ornamẽto auriũ ſequit dicẽs: Et circulũ in auribus tuis:Quibus omnibus adhuc utũtur mulieres oriẽtales.Nec contẽtus ſpõſus Principatu tradito,& denotato p torquẽ,ſiue corymbũ de corona quoq; ſequit dicens: Et corona תִּפְאֶרֶת tipheret in capite tuo: Vbi noſtra traductio habet coronã decoris. Sed tipheret illud ſummũ pulchrũ denotat:a quo omnia pulchra,& quo potiſſime homo dicit pulcherrimũ Dei opus:Et eſt gloria maieſtatis Dei:ad quã omnes tendimus.Et hãc coronã expectabat Apoſtolus,quãdo dicebat:In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitię,quã reddet mihi Deus in illa die iuſtus iudex:nõ ſolũ aũt mihi,ſed & his,qui diligunt aduentũ eius.Et de quocunq; proficiſcente ad regnum ſupnæ ciuitatis paratũ a cõſtitutione mũdi dicit illud prophetæ: Poſuiſti in capite eius coronã de lapide ptioſo.Et ad opulẽtiã oſtẽdendã diuitiarũ, & gloriæ addit:Et ornata es auro,& argento.Quibus nõ repitur in rebus inferioribus quicq̄ accõmodatius, quo luxus illius apparatus,& theſauri ſupni exprimi poſſint.Aurum enim(ut ſentit Hieronymus)dona cordis, gratiarũ,& charitatis ſignificat:Argentũ uero ſonoꝝ,dona intellectus,& eloquii uenuſtatẽ,& cõcentũ.Et ueſtiui te byſſo,tricapto,uel ſubtilibus:& opere phrygio,aut polymito: Quod qđẽ nõ ẽ repetitio:nã ſupius dixerat, Veſtiui te ueſtimẽtis.ſ.interioribus,quæ corpori adhærẽt:& hic intelligit de exterioribus/amictu,pallio,& huiuſmodi,ut interpretat Hieronymus & ſeptuaginta:& etiã de ſuppellectili domus:ut nõ ſolũ cultu corporis ornata eẽ itelligat,& omnia habere monilia fœminaꝝ,ſed ſtrata quoq; eius, & lectuli parati ſint diligẽtia,& ſollicitudine maritali,ut anteq̄ ueniret ad ciboꝝ delitias,nec in his qđẽ aliquid deeſſe pateretur.Sequit igit de cibo dicẽs:Similã,mel,& oleũ comediſti:uel p ſe unũquodq; (ut plęriq; exiſtimant) uel cõmixtione triũ dulcioꝝ innuit panẽ,qui de cœlo deſcendit,ut alii opinãtur,& Hieronymo placet:Vbi ſub tribus noibus ſacramẽtũ indicat Trinitatis:Nõ q; alia,& alia ſubſtãtia ſit,ſed diuerſis rebus diuerſas ꝓſonaꝝ figurẽt ꝓprietates.Simila.n.quæ tritici medulla eſt,plęriſq; locis in ſacrificiis iuſſa offerri Chriſtũ ſignificat,& illius tritici medullã,de qua in pſalmo dicit:Cibauit eos ex adipe fruméti: Quod ſcilicet mortuum in

Hiero.
Cant.
Hiero.
Hie.ſep.
Hiero.
Paulus
Pſal.

terra multũ fructum attulit.Mel aũt,quo omnia dulceſcũt,Spiritus ſanctus eſt:qui,omnes ærũnas & dolores,qbus ii uexant,qui ſancto flamine

Dauid CHRISTVS.

lætãtur,mirũimmodũ lenit: de quo ſequitur Pſalmographus:Et de petra, melle ſaturauit eos.Hoc.n.mel a petra Chriſto procedit,q ait:Ille de meo accipiet,& annũciabit uobis.Oleũ uero oia mẽbra debilia roborãs,& cõmuniẽs,atq; lumini nutrimẽtũ pbẽs,quo ẽt in tabernaculo Dei iuge lucernæ lumẽ accẽdit/Patri luminũ dicit cõuenire.Haꝝ itaq; influẽtia ꝓſonarũ,in una tamẽ unitarũ eſſentia uere decorat,& paſcitur omnis creatura rationalis:Quæ ſine illarũ influxu egeſtate,& inedia inops eſt,debilis,deformis,& famelica.Ideo tãta diligẽtia Deus in oblatiõibus illa tria exqrebat,ſimilã.ſ.mel,& oleũ: ut has ſacramẽtarias oblationes accipiẽs redderet diuina quædã apophoreta non modico etiã auctario cumulata, ſicuti Chriſtus aquã petebat a Samarite illa,ut redderet de ꝓpria præſtãte uitã æternã:Quo cibo,& influxu cibata,& pulchrefacta anima,ſequit:Decora facta es nimis,& profeciſti in regno:Et egreſſum eſt nomẽ tuũ in gẽtes propter ſpeciẽ tuã.Sic enim in quoſcũq; ꝓualebat Iſraeliticus populus,dũ ſtabat in decore ſuo,immo in decore a Deo præſtito:unde ſeqtur,quia perfecta eras in decore meo,quẽ poſui ſup te,dicit Dominus.Et qa de ſynagoga primo uaticinat ꝓpheta,in qua multi præuaricati ſunt:ideo ſubnectit querelas,quas facit ipſe Deus de fornicationibus,ſtupris,adulteriis,& de idolatriis ab ĩgrato illo populo ꝓpetratis:Vnde & eius flagitiũ grauius cenſet q̄ Gomorræ,& ſodomæ ſcelus.Si autẽ uerũ ornatũ eius ſpõſæ,quæ eſt indiſſolubili uinculo ſpõſo colligata, per illũ figuratiuũ intelligere uoluerimus: tũc omnes caſus,& ſcelera & abominatiões ꝓcul ammoueant, cũ in ea ciuitate,& ꝓpetuo deſpõſatis ſponſo cœleſti hęc minime repiant, dicente noſtro Iohãne:Nihil coinquinatũ,aut immundũ intrabit in eã,in thalamos illos/v3/pudiciſſimos:ſed foris ſtabũt impudici omnes/uenefici, homicidæ,mendaces,& quoquomõ polluti fuerint. Habes itaq; ornatum fabricæ ſuperius declaratum ex auro/iaſpide/& diuerſis lapidibus pretioſis:Habes & hic myſtica ornamenta uiuæ ciuitatis/ex uiuis lapidibus fabricatæ/ſeu ornamẽta hoſpitum ciuitatis illius:Nec modo ulteriorem ornatum noſtris uerbis exprimere poſſumus.

Iohan.

Cur Iohãnes non exprimat ornatũ,ſicut Ezechiel. Con. II.

Idem Ezech.

AVterq; autẽ ꝓpheta Ezechiel & Iohãnes cõparat ornatũ illius ciuitatis ornatui ſpõſæ paratæ uiro ſuo,cũ accuratior apparatus illo non reperiat:tũ etiã qa unio illius ciuitatis,aut hoſpitũ cũ Principe/celebritas quędã,& cõnexio nuptiaꝝ dicitur,ut expreſſe inquit Iohãnes:Gaudeamus,& exultemus/qa uenerũt nuptiæ Agni/& uxor eius præparauit ſe.Hũc aũt ornatũ proſequitur Ezechiel,Iohãnes aũt ſubticuit:& hoc,qa ille de figuratiua ſponſa loquẽs, ab

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr

ornatu hoc ſimilitudinario mutuari poterat, unde cultũ illũ figuratiuum deſcriberet. Sed Iohãnes, cũ de uera ſponſa iã ab umbris/figuris/& ænigmatibus omnibus abſoluta ptracter, multoties uerba/& imagines nõ ſup petebãt/quibus uerum illũ apparatũ, & gloriam deſcriberet: quæ omnem oculum, & humanũ ingeniũ exuperat. Ideo iam mihi uideor deuenisse ad bonitatẽ ſilentii/quod (ut inquit Dionyſius) eſt in abditis/& in penetralibus diuinis: Vbi omnium gloria, & decor eſt præcipue in contemplatione Dei: qui eſt omnia adeo eminẽter/ut nihil ipſi poſſit comparari. Hinc qui ipſam gloriam adepti ſunt, ſilere ſatius exiſtimarũt/q̃ diminute loqui: & p inepta tantę rei exempla/& uerba deficere/aut ea exprimere uelle, quæ nõ licet homini loqui. Reliquit tamen Iohannes contemplantibus uiam, per quã multa uenari poſſunt, dũ unico uerbo ait: Sicut ſponſam ornatã uiro ſuo: Quo ornatu nullus diligentior, nullus celebrior: nec illa coniunctione maritali ulla magis intrinſeca. Quę maximã Principis ciuitatis illius charitatem in nos arguũt: cũ nõ in ſeruos, & ancillas, ſed in ſponſas ipſi amãtiſſimas nos exquirat cœleſtium nuptiarum nexibus deuinciẽdos, de quibus ſtatim Deo duce diſſeremus. Dionyſ.

MODVLVS SEXTVS/ LVX.

Quid ſit lux in genere. Concentus Primus.

POſt ciuitatis ornatum cõcinne admodũ de luce pertractatur: qua uideri poſſint ornamẽta ipſa / & aſpicientes delectari in eo, a quo oĩa bona ſuſcipiunt. Sicut enim (ut docent phœnices in ſua theologia Iamblico referente) bona oĩa corporea a luce ſolis abſq; ullo medio, aut a planetis & ſtellis, qbus ipſa lux phæbea cõmunicatur/ſuſcipimus: ſic in cœleſti ciuitate quicquid boni habẽt ciues illi, ſuſcipiunt a Patre luminũ, & ab illo Sole, qui ait: Ego ſum lux mundi: Aut a ſuperioribus mẽtibus, qui fortiores illuminationes a ſuprema luce cõparãtes, inferiores poſtea illuminãt: ut Dionyſius arcanoq; illoq; cõſcius tradit. De qua tamẽ luce cũ aliqd dicere ſtatuerim, primo intuitu phorreſco: quia obſcuriſſimũ omniũ qd mihi ſeſe offert, quod quidẽ quo magis ſplẽdet, eo etiã obſcuriori caligine cõtrahitur: & dẽſiori inuoluitur nebula: ut oculi nõ bene expurgati offendãtur potius q̃ illuſtrentẽ. Hinc Salomõi, Prophetis, & ipſi Moſi in caligine loquebatur illa ſupma lux, quouſq; eorũ oculi ab inferioribus tenebris excuſſi ipſum lumẽ ſufferre poſſent. Vnde Moſes a corporeis impedimẽtis aliquãdo expeditus, caliginẽ trãſcendens uidebat ſupremã lucẽ, & ipſum bonũ facie ad faciẽ: unde facies eius adeo ſplẽdebat, ut nõ poſſent intẽdere filii iſrael in faciẽ ipſius (inqt Paulus) ob ſplẽdorẽ uultus eius: Deſcendẽs enim de mõte habebat ex cõſortio diuino faciẽ ſplendentẽ: q̃uis traductio noſtra habeat cornutã: Qui error ex ſimilitudine uocabuli ortus eſt. Hebrei.n. ſplendentem dicũt קרן gara: Iambl. CHRISTVS Dionyſ.

& cornu קרן qeren eiſdem quidem litteris, ſed uariatis punctis. Redeamus aũt ad rem noſtram. Multi ſunt, qui nequeunt ſufferre illam lucem, ſicuti & ille uulgaris populus: unde neceſſe eſt, ut interponatur uelamen: alioquin ſuis tenebris offenſi non ualentes cõprẽhendere illam lucem, cũ de ipſa loqui præſumũt, multa proferũt deliramenta. Dicũt enim aliqui, & probare opinantur lucẽ non eſſe ſubſtantiã: eo q; aliquãdo alicui accidit: & qa nõ poteſt eſſe forma ſpecifica alicuius formę: Quæ puerilia ſunt, & ligata legibus Peripateticis: habemus enim a Iohãne noſtro: quod uita erat lux hominum. Sed cũ uita dicatur lux, infertur q; etiam ipſa lux ſit ſubſtãtia, ſicut & uita. Habemus quoq; ab Auguſtino, a magno Plotino, & ab ipſo Ariſtotele in ſermone ſecundo de anima, q; lux hæc, quæ oculis cernitur, eſt forma quædam corporea. Quã lucem (inquit Plato) producta materia cœli, & terræ ſtatim adeſſe iuſſit Opifex: ut ipſa omnia uiuificaret, diſtingueret, & colluſtraret: ne omnia cõfuſa, ſed diſtincta eſſent. Hæc.n. adeo clara eſt, ut omnia clareſcere faciat: & adeo obſcura, ut nihil difficilius deprehendatur. De ipſa aũt loquendo non ulterius progrediemur, q̃ ab ipſo lumine fuerit oſtenſum. Lux enim eſt ſplendidus ſpiritus, aut ſplendor ſpiritalis, ſiue diuinus ignis, omnia colluſtrans, & omnia uiuificans. Sed uiſibilis hæc lux eſt ſpiritalis quædam, ſubita, & latiſſima, ſine detrimento effundentis emanatio, impartiẽs rebus inferioribus ea beneficia, quæ a ſuprema luce ſuſcipit. Nec ultra de luce omniũ clariſſima, & omnium obſcuriſſima in generali datur ſermo.

Peripa. Au.Plo. Ariſto. Plato

Quæ ſit lux genita. Con. II.

SEd cũ de luce colluſtrante ciuitatem, quã deſcribimus, ſermo nobis faciendus ſit, de luce genita loqui neceſſe eſt: a qua ciuitas illuminatur dicente Iohanne: Et lucerna eius erat Agnus. Ab ingenita quippe luce cum ſumma reuerentia ſe abſtinet: Nos etiam inſtruit, ne præſumamus de ipſa loqui, quouſq; ſuſceperimus genitam, a qua diſcamus ingenitam: Quã nemo uidit, nec nouit, niſi cui uoluerit Filius, & lux genita reuelare. Hæc igitur eſt ſplendor a paterna luce emanans/& a Patre luminum: ſi rite Paulus docet hebreos dicẽs: Qui cũ ſit ſplendor Patris. Lux itaq; genita uerbum eſt, a luce ingenita procedẽs: Quæ a Mercurio dicitur uerbũ lucens: a Paulo ſplendor, & gloria Patris: a Platone ſol, primuſq; lucis ſupernæ filius: Qui cũ inter homines degeret, id ſæpius teſtatus eſt: Ego ſum lux mũdi: Meq; in me, & per me aſpicite, nullam aliã lucẽ expectantes, in qua, uel me, uel mei originẽ lucẽ illam paternam aſpicere poſſitis: A qua cũ diſceſſeritis, ſtatim in tenebris palpitabitis. Lucẽ ideo hanc ſuſcipite: & in ea ambulate, dum lucẽ ipſam habetis: quia in ſolo hoc lumine uidebitis lumen. Hæc eſt, de qua dixit Paulus Pa.Me. Plato CHRISTVS.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cr

Isaias futura tāq̄ præterita referans: Populus qui sedebat in tenebris uidit lucē magnā, de hac alibi furore ꝓphetico afflatus exclamabat: Surge, illuminare Ierusalem/qa uenit lumē tuū: & gloria Dñi sup te orta est. Nec.n. alia lux est gloria Dñi, nisi hæc in mundo aliqñ orta, & ab æterno a Patre genita: Quæ lux genita simul cū ingenita opificem mentē peperit (inquit Mercurius) idest Spūm sanctū/omniū artificē produxit: ut more nostro loquamur. Hic.n. calor est/qui a luce, splendoreq; procedens existit & ipse lux: Nā tres illę psonæ Sanctissimæ sunt tanq̄ tres radii, in uno splendore existentes: ut Dionysius docet: qui tamē radii nō confundunt̄. Quod & in tribus luminibus cōprobamus, dū trinitatē in umbris ab illis luminibus ꝓueniētibus cōspicimus. Vnitas uero inest, dū unū lumē, & unū splendorem efficiūt. Deficit tñ exēplū/eo q; splendores illi lucernaꝝ multiplicati maius lumē pstāt, cū ex terminatione sua alteꝝ alterius lumen augeat: sed radii illi supramundani infiniti augeri nō possunt: cōmunicant tñ infinitū suū lumē inferioribus q̄tū ipsis lubet. In umbris quoq; secernunt̄, i. in effectibus ab ipsis ꝓductis, cū a Patre luminū hēamus esse: a Filio itelligere: a Spū calorē, & amorē. Distinguunt̄ ēt inter se tāq̄ lux, splēdor, & calor, qui tñ substantia iidē sunt: Non qdē splendor, & calor qualitatiuus (ut logici dicūt) sed essentialis lux, splendor/& calor: quæ p se subsistūt, absq; eo, qđ sint in corpore, & a corpore emanēt: cuiusmodi sunt lux/splendor/& calor ille diuinus, de qbus loqmur: unde tota uita, & oia emanāt. Quā lucē Iohānes paucis uerbis explicauit: ut moris eoꝝ est, q luci ipsi ꝓpinqores sūt. Sicut.n. lux q̄to ꝓpinqor est splendēti/& diffundēti/tanto intensior, & minus dilatat̄: Et q̄to magis remota, tanto magis dilatata, & minus intensa. Pari mō ipsam edocētes, eandēq; diffundētes q̄to magis ei appropinquauerint, tāto intēsius intelligūt/& paucioribus uerbis explicāt. Longinqores aūt a luce/& doctrina/cū nō bñ sciāt exprimere, qđ nō bñ ꝓcipiūt, uerba multiplicāt, & audiētes atq; legētes implicant. Iohānes igit̄ illuminanti illi ꝓpinquissimus, & supra pectus eius recūbēs lucē suscepit intensam, & minus dilatatā, uñ & paucis ab ipsa se expedit. Nos aūt multo magis distantes ab ea luce, & cū sedētibus in inferioribus subselliis agentes, necesse est, ut sicut p plures radios eā recipimus, pluribus etiā uerbis inferioribus nostris eandē explicemus: ea tñ ꝓsequētes, quæ a Iohāne admisso ad lucis interna cubicula didicimus, paucis sed suauissimis cōcentibus tradita, tā de ipsa luce, q̄ de his quæ ex ea emanarūt, & cōtinuo emanant.

Isaias

Mercu.

Dionys.

Logici

Iohañ.

Idem

Quomodo a luce omnia creata proueniant. Con. III.

VX itaq; illa primo genita unica est/unico quoq;/& simplicissimo in seipsa uibrans radio unicam diuino oculo offert idcam. Sed pro suscipientiū multiplicitate, multigena effi/citur: Et quāto magis descendit, tanto plures radios habere

Iohan. uidetur. Quæ omnia complectens Iohānes unico uerbo dicit: Omne quod
Augu. factum est in ipso uita erat, uita utiq; creatrix inqt Augustinus. Et statim
subiungit: q; hæc uita erat lux, a qua omnia facta sunt: quā alio uocabulo
Moses uerbum appellat. Sunt etiam qui existimāt illud a Mose præscriptū, fiat
lux, ad Angelos referri, tanq̄ prima lumina a Deo emanātia: per quæ tanq̄
Iambl. per uitra (ut Iamblicus ex officina Pythagorica depromit) in cætera inferiora suprema illa lux lumē suum transmittat: Sintq; ueluti diaphana,
& prima media superiores Angeli suscipientes lucē ipsam, qua omnes in/
Dion. feriores suis gradibus illuminant̄, ut Dionysio placet. Infimorum autem
unūquodq; per medium/aut media sibi conuenientia, qbus etiam respondent, ut supra tetigimus. Hominū autē unusquisq; suscipit eam lucis sortem, cuius naturæ est mediū cui obiicitur: uel cū quo cōnectitur. Si enim
per Seraphicas intelligētias anima ab illa luce suprema emanat/seraphica efficitur: & ad seraphicas mansiones (naturæ auspiciis, sed in primis fauente Deo & attrahente) deuenire cōtendit. Si uero per cherubicas mentes splendorem scientiæ suscipit anima/familiaris illius lucis effecta ad
cherubica subsellia deuenire satagit: cuius naturam per trāsuerberantem
lucē iam induit: & sic de aliis quibuscunq; ordinibus dicatur. Sicut enim
lux uitra diuersorum colorum pertranſiens discolores etiā radios diffundit, rubeos scilz per rubeum/uirides per uiridē/albos per album, & sic de
cæteris dicendū. Pari modo intellectus/seu anima eam naturam induit,
per cuius diaphanum transit. Nec spiritualis lucis diaphanum aer est, sed
spiritus, & intelligentia: quæ possit illam lucem suscipere, & transmittere.
CHRI/STVS. Et de his forsitan loquit̄ Magister summus, dum ait: Angeli eoꝝ semper uident faciem Patris. Et qui sunt Angeli eorum/nisi deputati ad eorū custodiam? Et quomodo apte deputantur, nisi symbolum aliquod habeāt cū
his, quibus destinantur? Sed cū superius omnia inferiora æquauerimus
cū cœlis, & cœlos cū Angelis, Angelos uero cum luce illa suprema: facile
intelligere possumus, quomodo ipsa omnia ab eadem luce emanent.

Qualiter lux illustret. Con. IIII.

Dion. LVx illa in diuina mente omnē intelligentiam superat: adeo ut ibi contineantur ea, quæ latent etiā summū seraphinum, ut inquit Dionysius. In Angelicis autem mentibus diffusa, & secm intelligentiæ susciptentis naturam suscepta in uarios diuidit̄ gradus, omnes nihilominus supra terminos rationis. In men/
Perip. tes autem hominum demissa rationalis est: & hæc multiplex, aut pro di/
Theol. spositione corporis (ut uolunt Peripatetici) aut pro libito eam largientis,
Salo. qui diuidit singulis prout uult: ut forsitan, & melius dicere uolunt ueri Theologi. Hinc Salomon ait: A principio sortitus sum animam bonam.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creati

Deſcẽdit deinceps lux iſta ad Phantaſiam/ſupra ſenſum tñ: Ad quẽ tandẽ deuenit, maxime ad ſenſũ oculoꝝ, q luminaria ſunt huius parui mũdi: Et hoc fit eadẽ ꝓ lucẽ iſtã uiſibilem diffuſa, quã Orpheus/Plotinus/& Proculus exiſtimarunt eſſe uiſũ quẽdã numinũ/ꝓ radios cœleſtiũ oculorũ, ſpiritũq; oĩa uidentẽ: & q ab oĩbus uideat᷑. Deuenit ulterius ad ꝑſpicua corpora/ut flores/& pulchritudines colorum/& corpoꝝ cõſpiciant᷑: Color.n. (ut opinabant᷑) lux eſt opaca. Quæ oĩa Plotinus/nõ in corpore, ſed iſplẽdore qdã collocauit emanãte a ſũmo illo pulchro, a quo oĩa pulchra: qđ qdẽ penes Patrẽ luminũ ſitũ eſt. Penetrat ulterius hæc lux opaca quæq; uſq; ad centrũ: ſed penes ſupficiẽ nõ adhuc artata irradiãs uirtute ſua, ut metalla generent᷑/efficit. In cẽtro aũt (ut Pythagoꝛę & Platonicis placet) fortiſſimi fiũt radii in anguſtũ collecti: adeo ut terra ibi ſicca/& humoris exps facile accẽdat᷑, & extenuet᷑: ita ut ꝓ meatus eructet ęſtus, & incẽdia aliqñ: Sitq; ibi lux accẽſa in caliginoſũ ignẽ abſq; ſplẽdore, ſicut in cœlo, ubi dilatat᷑, eſt lumẽ clariſſimũ exps incẽdii. Nec miꝛ, ſi lux iſta nobiliſſima multigena ſit: cũ & aĩa ipſius lucis radius (ſicut qdã Platonici docẽt) uel effectus lucis (ut Triſmegiſtus ait) in corde uiuificet, in cerebro itelligat, in oculis uideat, in auribꝰ audiat, in lingua loquat᷑, in pedibus ãbulet, in ſtomacho uegetet, & uſq; ad ifimas opatiões deſcẽdat. Lux itaq; optia nota in Pſe luminũ eſt uera lux: In Filio, ipſius bonitatis exuberãtia, & ſplẽdor illuſtrãs: In Spũ ſcõ, ardẽs fulgor: In Angelis, ſplendẽs itelligẽtia, pfuſũq; gaudiũ: In hoĩbus/plucidus rõnis diſcurſus, & reꝛ diuinaꝝ cognitio: In cœleſtibus ſplẽdor uiſibilis/copia uitæ/& efficax ꝓpagatio: In igne, uitalis qdã uigor a cœleſtibus inſitus/In ꝑſpicuis corporibus/color/& pulchritudo renitẽs: In opacis aũt/uirtus qdã bñfica/& generãs: In centro uero/calor qdã crucians/& exęſtuãs: adeo ut oĩa lucis bñficiũ pro eoꝝ capacitate ꝑſentiãt. Et q̃uis hoĩes (ut Mercurius docet) ex uita, & luce in animã, mẽtẽq; ꝓcedãt, animã a uita, & mentẽ a luce ſuſcipientes, tñ in tenebris ſua ſpõte obuoluti mentẽ pdũt: & animã aliqñ: & detruſi in tartareis carceribus, & exæſtuante cẽtro incendiũ cruciãs expiunt᷑, lucẽ aũt bñficã nequaq̃: ideo dicũtur miſſi ad tenebras exteriores facti & ipſi intus, atq; foris in miſertimas tenebras. Cætera uero animantia lucẽ hãc, q̃ corporeis ꝓcipit᷑ oculis, ſuſcipiũt tm̃mõ: meliorẽ uero nequaq̃. Homines ẽt plæriq; in hac ꝑegrinatiõe exiſtentes, lunare lumen. i. rõnis diſcurſum admittũt cõniuentes ad lumẽ ueri ſolis, de quibus Iohãnes: Venit lux in mundũ, & dilexerunt homines magis tenebras, q̃ lucem: quia eoꝝ erant mala opera, & obtenebrata. Nec expurgare ſtuduerunt oculum: ut non modo Chriſtus, ſed Plotinus docet in ſuo de pulchro: Pythagoras quoq;, Lyſides Pythagoreus, Democritus, Iherocles ſtoicus, & cõmuniter Academici aſſerunt liꝑpoſum oculum nõ poſſe lucem illam aſpicere. Nec etiam (ut hoſpes heliates in ſophiſta ait)

Orpheus Plot. Pro.

Plotinus

Pyc. Pla.

Mercu.

Idem

Iohã.

CHRISTVS.

Pyt. Sto. Aca. He.

uulgares oculi/radios diuinitatis ſufferre queũt. Extant & inter homines, quãuis pauci, qui uocẽ præconiã Principis Lucis audire ſatagant, qua dicitur: Dum lucẽ habetis/credite in lucem: Ambulate dum lucem habetis:

CHRISTVS Ego ſum lux mundi: me ipſum yidelꝫ manifeſtans uolentibus me ſuſcipe.

Dion. Se ipſum enim lumẽ diuinum exhibet cõtuendũ/ſine quo diuina uidere nõ poſſumus: quia (ut inquit Dionyſius) tantũ fas eſt ad cœleſtia cõſcendere/quantũ ſeipſum diuinoꝝ eloquioꝝ radius inſinuare dignabitur. Ipſe autẽ non ſolũ ſeſe inſinuat, ſed etiã inuitat, nobis cõmiſereſcens/qui paruã lucis portionẽ a principio accepimus: & hãc obtectã craſſiſſima caligine corporis huius: ut nec ſupremã lucem, nec ipſam modicã portionem præſtitam apprehendere aliquatenus poſſimus, niſi ab eadẽ noſter colluſtret᷑ oculus, & aſſiduis ſtudiis expurgemur. Quod faciẽtes, iugiter fauente eadem luce, filii lucis efficimur ſimul cum Angelis lucis: qui (ut bene ſentit

Augu. Auguſtinus) ad ipſam ueram lucẽ/tanq̃ ad uitæ fontem accedentes/eandem continue cõſulunt. In hominibus itaq; & Angelis illam lucẽ ſequen-

Dauid tibus, lucis character imprimit᷑, de quo inquit Propheta: Signatũ, aut eluatũ eſt ſup nos lumen uultus tui Dñe: Qui filii lucis, filii quoq; Dei effi-

Iohan. ciuntur, dicente Iohãne: Quotquot aũt receperũt (ideſt eandem lucem de qua ſupra dixerat) dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Sed eis: qui nolue-

Iob runt illã lucẽ admittere, inquit Iob: Ipſi fuerũt rebelles luminis, & tenebræ effecti: quoꝝ caput in rebellione illa, princeps tenebrarum dictus, & factus eſt: ad cuius ſtipendiũ accedũt oẽs obtenebrati, qui lucẽ illam omnẽ

Iohan. hominẽ illuminantẽ ſuſcipere negligunt: quia qui male agit, odit lucẽ noſtri Iohãnis teſtimonio. Nec tamẽ penitus ſunt ab illa luce ſemoti: qa adhuc bñficiũ lucis ſuſcipiunt, quo uiuũt. Duo.n. ꝓcipua emoluměta habemus a luce: Alteꝛ eſt uita, qua uiuimus. Alterum lux, uel lumẽ/quo poſſit ipſa uideri. Qui igitur in tenebris ſunt/uiuunt, & non cognoſcunt: in tene-

Plato. bris.n. remanet lux, ut diuini Platonici, neſcio qd diuinũ aſſeucrantes dicunt. Sicut frigus ſe habet ad calorẽ, & albedo ad nigredinẽ/ſic tenebræ ad lumen: Sed in nigredine eſt exiguum albũ, in frigore paruus calor, ſic etiam in tenebris eſt modicũ lumen, quo uiuant/& non quo intelligant: Sed tenebris omiſſis, reuertamur ad lucem.

Quomodo ipſa lux accendat, & excitet. Con. V.

Auice. HAec aũt lux nõ tm̃ illuſtrat, ſed accendit: & per ſplendorem ſegregans/rarefaciens/atq; excalefaciẽs (ut Auicena ait) ſeparat purũ ab impuro, bonũ a malo, pulchrũ a deformi: hoc deſtruens, & cõſumens, illud aũt ꝑficiens. Sed differentia eſt inter lucẽ & calorẽ: Nam lux in colluſtrante remanet, illuminans tamen, & penetrans colluſtratũ: Calor uero in calefactum tranſiens permiſcetur.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creati

Hinc Spūs ſanctus, cuius eſt calefacere, magis dicitur habitare in nobis, & pmiſceri nobiſcū q̄ Filius/qui eſt proprie lux. Hic enim Apoſtolos docuit, & illuſtrauit, & in cœlos aſcendit: Ille aūt miſſus, & deſtinatus ab hac luce deſcēdit ſubintrans, inflāmans, & permanens, ut unus idem ſpiritus cū his, quos inflāmat, efficiatur: aut ipſi idem cū eo. Et ſi ad cœlos aſcendit, non tamen nos deſerit: ſed nobiſcū eſt uſq; ad conſummationē ſæculi uiuificās/& illuſtrās. Nec inde dicitur diffuſus in nobis/ſicut Spiritus ſanctus/de quo inqt Apoſtolus: Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus ueſtris per ſpiritū ſanctum, qui datus eſt nobis. Quod & in ſole ſatis pſpicaci Dei ſimulachro cōprobare poſſumus: cuius lux nos illuſtrat, ſed in nobis non diffunditur, ſicut calor. Nam recedente ſole/ aut ammoto homine ab eo, uel clauſa feneſtra, lux ultra ſplendorē non pſtat: ſed calor diffuſus remanet per ſpaciū: Sic & charitas remanet in cordibus noſtris, licet actu lux illa non illuminet. Excitat ergo lux illa, quæ in ſolitaria natura eſt a nobis penitus ſegregata/per filium uero tanq̄ per radios, & ſpūm ſanctum tanq̄ per calorē immiſſa: quæ patres illos antiquos excitauit per ſplendorē illū ænigmaticū: qui tamen Filius, & ſapientia Dei erat ſub ænigmatibus, & figuris obuolutus: Poſtea in carne apparens excitauit nos clara luce, iuxta illud Apoſtoli: Multifariā, multiſq; modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouiſſime autem loquutus eſt nobis in Filio: quē cōſtituit hæredem uniuerſoꝝ, quo ad humanitatē: per quē fecit & ſæcula, quantū ad diuinitatē. Sequit̄ Paulus: Qui cū ſit ſplendor Patris. Ecce igitur, q̄ hæc lux & ſplendor, eſt Filius Dei: qui uariis ænigmatibus docuit, & excitauit antiquos patres: & tandē clariori luce in carne ſe demonſtrauit. In patria autem omnibus erit Lux patentiſſima/& continua ſine aliqua intercapedine, aut obumbratione, uel occultatione ſub tenebroſis palliis. Et ideo inquit Iohānes: Et nox non erat illic, qa lucerna eius erat Agnus. Vnde aliquando excitationē, quæ fit in hac peregrinatione, efflagitabat Propheta dicens: Excita gloria mea, excita pſalteriū, & cithara: pro quo nos habemus: Exurge gloria mea, exurge pſalteriū/& cithara, עור Hur. n. excitare ſignificat, nō exurgere. Precatur itaq; lucē illam genitā/quæ fuit pſalteriū antiqui teſtamenti/& cithara euangelica/& omniū gloria, ut ipſum excitet: cū nō aliunde excitemur: nec aliunde lucē habeamus excitantē.

Paulus

Idem

Idem

Iohā. Dauid

Quomodo iſta lux amplificet, & dilatet. Con. VII.

MIra quippe iſta lux eſt/quæ primo obtenebratam ſeſe offerebat, ſed ſtatim cū meos cœperit illuſtrare oculos/ad tā ampla cubicula me conducit, & adeo oculū mentis meæ tranſuerberando allectat, ut nequeam ab ea diſcedere: etiā q̄ nō poſſim uel minimā eius portionem plene concipere. In eam nāq; magni-

tudinē cor meū dilatat, ut recedere nō ualeā: ſed cogar laxis habenis currere in uiam radioꝝ eius/cū dilatauerit cor/& mentē meā. Nec mirū quidem/ſi amplificet lux illa/& dilatet/cū color albus, qui eſt quędam opaca lux (ut ſupra tetigimus) diſgreget, & dilatet: & quāto purior eſt lux hæc corporea, tanto magis radios uiſuales protendit in amplum/longum atq; latū. Illa autē lux ſemper puriſſima eſt: adeo ut quanto magis oculus noſter interior eā ſuſcipiat, tanto magis purificetur. Inde ſapientes qui fide, & doctrina expurgarūt oculum interiorē/magis uident q̄ plebei: Et ſimplices expurgati/magis q̄ inuoluti doctrinis/& aſtutiis hominum, dicente

CHRISTVS ipſa uera luce: Confiteor tibi Domine Pater cœli/& terræ/quia abſcōdiſti hæc a ſapiētibus, & prudentibus: & reuelaſti ea paruulis: Et magis adhuc uiderunt Prophetæ habentes oculum mentis puriorem/q̄ ſapientes huius mundi. In puro enim ſplendore lucis conſpiciunt uere purificati, dicente

IDEM eadem ſumma luce: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum uidebunt. Cuius lucis uiſionem ſequitur gaudiū, ut eadem lux inquit: Hæc loquutus ſum uobis/uos. ſ. illuſtrando, ut gaudium meū in uobis ſit: & gaudiū ueſtrum impleatur. Nec gaudium hoc ſentire poteſt, qui illa luce priuatus ſit, ut dicebat bonus ille ſenex Thobias. Quale mihi gaudium eſſe poteſt, cū lumen cœli non uideam? Hac itaq; luce dilatatum fuit cor/& intellectus Salomonis, ut res naturales aſpiceret: & diſputaret a cedro libani uſq; ad hyſopum, qui exit de pariete. Hac dilatatus Moſes dedit legē diuiniſſimæ ſapientiæ. Hac dilatatus Paulus uidit arcana Dei, quæ non licet homini loqui. Hac Prophetæ omnes uiderunt nedum occulta, ſed ea quæ longe retroactis temporibus facta ſunt, & quæ poſt multo tempore facienda erant. Hac Benedictus/ Franciſcus/ & multi: quoꝝ oculi collu-

Thobias

Moſes Paulus

Bñdi. Frāci. ſtrati erant, uidebant abſentia, & remota ab intuitu corporeo. In hac tandem perfecta amplitudine dilatati beari ſperamus: ubi omnia quæ uoluerimus, claro & aperto intuitu conſpiciemus.

Quomodo hæc lux lætificet/& beatificet. Con. VII.

POſtremo hæc lux ſanctiſſima ea, quæ iam uiuificauerat, collustrauerat, excitauerat, & dilatauerat, lætificat, & beat. Rident enim quæ lucent, & quæ illuſtrantur, ſicut mœrent quæ in tenebris iacent. Et cum nulla ſit nox in Regno illo Beatiſſimo, ideo ibi nullus mœror/ aut horror: unde id Diuinus noſter Iohānes atteſtans ait: Et nox non erat illic, quia lucerna eius erat Agnus. Et quanto magis cœleſtis, & diuina illa lux excellentior eſt q̄ noſtra, tanto magis gaudium menti illam conſpicienti affert. Gaudent quippe oculi noſtri luce iſta ſolari: Gaudet anima noſtra, & ſpiritus ipſe, tanq̄ in familiariſſimo ſibi lumine, a quo ſpiritus & uita luci ſimillima emanat.

Iohan.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creati

Pater.n.omniū (inquit Mercurius) intellectus/uita/& fulgor existens/ho minē sibi similē ꝓcreauit/lucis vꝫ & uitę participē. Ideo redeunte homine ad sibi cognatā lucē/gaudet multo magis q̄ ille/ qui diu peregrinatus ad ꝓpriā & optatā patriā reuertit: Et adeo spūs/& mens nostra luci amicat'/ & luce pfusa ipsa delectat': ut quādo gaudet, eā uideatur emittere: ut sicut spūs intus lętat', ita foris rideat uultu, & quadā exhilaratione resplendeat. Splendent & oculi, q̄ maxime luci amicant', in eoꝫ risu motū instar cœli efficiūt circulārē, & dilatant'. In lugētibus aūt ecōtra cōstringunt', & obtenebrantur: & quasi centro tenebraꝫ inhærētes firmant': gaudemus.n.hac luce, quasi cœli risu pfuso. Si uero in Angelis ea lux uideretur (ut aliqbus contigit) multo magis lætaremur. In illa aūt suprema luce adeo gaudent beati, ut exuperans gaudiū in corpus ipm, illud in cœlestē naturā cōuertat: & glorioſum, lucidū, clarūq; efficiat. Nā oculi beatoꝝ omniū, tā corporis, q̄ mētis, iā in lucis naturā cōuersi, peruii, atq; lucētes solo intuitu in telligētiæ radios in socios imprimūt iactu illo in utrisq; coruscātes: & hoc fulgēte illa suprema luce tā abūde, q̄ fœliciter in cunctis, sicuti Sol iste in stellis: Et multomagis, nā beatoꝝ stellæ i illius solis naturā trāsibūt dicēte Saluatore: Fulgebunt iusti sicut Sol in cōspectu Patris eoꝝ. Vnde melior ibi, & cōcinnior nascit' harmonia/& gaudiū/q̄ oriat' in cœlis ex cōsonanti coꝝ distātia/& ordinatissimis motibus, corridētibus ex debita radiorū cōcursione stellis: Suauiorē.n.melodiā cōcurrentes radii illi beatoꝝ in supremа luce unitoꝝ efficiūt. Rident insuper ciues illi, & gaudēt luce ipsa, oīa q̄uis diuersissima collustrāte: qa iam filii lucis effecti, mente/& corpore in lucē eandē cōuersi sunt. Pulchrescūt quoq; omnia luce illa: quæ adeo pulchra est, ut omni deformitate fugata delectationē mirificā ipsam aspicientibus & suscipiētibus afferat. Beati igit', nūc in luce illa uesptina in plura dispsa/nūc in matutina collecta in uerbo/oēs formas suauissima cōcordia ibi collectas aspiciūt: Nūc ad illud unū in meridionali luce refulgens sese cōuertentes, illic quoq; hauriūt, unde lętentur/ pcipientes maxime in ipsa luce/unde omnia pulchrescāt, & harmonica sint: & unde sit coloꝝ/sapoꝝ/odoꝝ/animoꝝ/& omniū reꝝ cōuenientia & harmonia. Cōuersi itaq; oculi in meridianā illā lucē adeo absorbent', ut q̄ prius cœlestes erāt/ tūc diuini efficiantur/diuinę uoluptatis nectare epoto. Ideo nihil supest qđ appetere possint: quia ad illa penetralia admissi penitus inebriant' ab ubertate illius lucis/quæ qcqd in regno illo est, cōfestim replet: Et hoc est qđ Petrus inqt. Vocauit nos in admirabile lumē suū: qđ prius diffusū est in filiū/q̄ est splēdor Pris: postea in Christū hominē totius ciuitatis Principē: deinde in deiformē Reginā/quo sup cęteros splēdidius rutilat. Trāsit deinde ad Angelicos choros debito ordine collocatos/usq; ad infimā illius supnæ ciuitatis māsionē: ut in ea oēs uidētes Prem luminū/ipm semp laudēt & glorificēt.

Mer.

CHRI STVS.

Petrus

MOD.

MODVLVS TERTIVS/ PARTITIO.

Qđ Partita sit domus/& familia illa cœlestis. Concentus Primus.

Iohan. Ezech.

ARbem, & ciuitatē cœlestē esse in plures partes diuisam plenissime edocemur a Iohanne/& Ezechiele: qui nunc fundamēta/nunc portas/nunc plateas/nunc suburbia/nunc tēplū, nunc gazophylatia describunt: in quę fabrica illa partita est.

Paulus

Sic & hospites in plures gradus diuisos aperte testat' Paulus dicēs: In ecclesia, quę est hæc ciuitas sancta, quā describimus, primo quidē dedit fieri Apostolos, deinde Prophetas/alios aūt Euāgelistas/alios Pastores, & Doctores ad cōsummationē sanctoꝝ in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi. Quibus gradibus correspōdent, & præmioꝝ distinctæ portiones, mansiones, atq; sedilia, dicēte Christo: In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Quæ cū nos lateant & quibus paratæ sint a Patre æterno Christus subticuerit/imo & fassus sit nō esse suū illa distribuere, sed dari eis q̄bus paratum est ab ipso Patre, reuerebimur & nos silentio, nisi quatenus dignatus est ipse Filius reuelare Prophetis, & familiaribus suis: Quos de huiusmodi tractantes sequemur: in primis cōsiderantes, q̄ si in hac mūdana domo multigena est partitio in diuersa hospitū sedilia peregrinātiumq; contubernia nō secus existimandū de beato ac Cœlesti regno, a quo, nulli dubiū, hęc inferiora emanant. Ibi ergo sunt mansiones æternæ pro omnibus nō sibi p tēpora succedētibus, sed iā i ciues cœlestes & domesticos Dei assciti una cōmorantibus. Quoꝝ aliq assessores, & iudices: Aliquoꝝ uero animæ sponsæ, & reginæ: sed quorundā cōcubinæ: & adolescentulæ sublimiori mysterio, q̄ sensibilia uerba resonent. Cęteri autem sunt distributi in tot gradus, ut nullo pacto audeam rei seriem prosequi: Pauca tamē ab his hincinde excerpta, qui sunt diuinis oraculis edocti, subnectemus.

De Particularibus Mansionibus, & Sedilibus Beatoꝝ. Con. II.

Isaias Paulus Steph. Iohan.

PRima igitur sedes summi Imperatoris est, quæ aliquādo totius cœli nomine describitur iuxta illud Isaiæ: Cœlū mihi sedes est. Aliquando est particularis Thronus, in quo etiā Christus sedet, ut Paulus, Stephanus, & Iohānes plarisq; in locis testantur. Hic enim in principio sacratissimæ uisionis ipsum inducit allocuentē in hæc uerba: Qui uicerit, faciā eū sedere in Throno meo, sicut ego uici, & sedeo in Throno Patris mei. De quo Isaias quoq; ait: Vidi Dominū sedentē sup soliū excælsum, & eleuatum: & plena erat omnis terra gloria eius. Cui Throno astant septem spiritus, ut inquit Iohānes: Et septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt. Sed primo dicamus de Regina: & Imperatrice omniū: quæ amicta sole, & stellis duodenis coronata, lunā

Isaias

Iohan.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creativ

inſtar ſoli pedibus calcãs,& ipſa a dextris eius aſſidet:ut Propheta ſpiritu ſancto ad illa penetralia olim admiſſus,regemq; in throno ſedentem allo/quendo hiſce uerbis exclamat:Aſtitit Regina a dextris tuis in ueſtitu de/aurato,circundata uarietate. Quæ habet lunã.i.ſynagogam,aut omnium electoꝝ cœtum ſub pedibus ſuis:quia ſup omnes creaturas exaltata eſt. Et eſt amicta ſole.i.Chriſto,ſuper omnes qui ipſum ſecundũ Apoſtolicũ documentum induunt. Poſtea ſunt Apoſtolorũ ſedilia duodecim,qui di/gniorem locum præ cæteris ſortientur, & ſedem in thronis iudicii,dicẽte Principe:Sedebitis ſup ſedes duodecim iudicãtes duodecim tribus Iſrael. Et cũ iſtis reſpondeant duodecim Patres figuratiuæ familiæ/24/efficiun/tur:quia(ut inquit Iohãnes)Et in circuitu ſedis,Agni/v3/erant ſedilia/24. Et ſupra thronos,uiginti quatuor ſeniores ſedẽtes circũamicti ueſtimen/tis albis,& in capitibus eoꝝ uidi coronas aureas. Qui omnes mutuis uoci/bus laudabant uiuẽtem in ſæcula ſæculoꝝ,atq; dicebant:Dignus es Do/mine Deus noſter accipere gloriã,& honorem,& uirtutem:quia tu creaſti omnia. Subſequũtur ſubſellia Prophetarꝝ:qui (ut docet Apoſtolus) locũ tenẽt ſublimioꝛẽ,poſt tamẽ Apoſtolos,& fũdatores primos,& Patres præ cipuos utriuſq; familiæ uiginti quatuor toties celebratos. Cũ Primis uero quatuor maiores Iſaias,Ieremias,Ezechiel,& Daniel,& duodecim mino/res,& multi,de qbus fit mẽtio in quatuor uoluminibus regũ. Qui ideo di/cuntur ab hebreis libri Prophetarꝝ priorũ/quia omnes cõſperſi ſunt factis aliquoꝝ Prophetarꝝ,incipiẽdo a Samuele,poſt quẽ Natã,Haia,Elias,Eli ſeus/Et alii q̃plurimi floruere:Inter quos multi abſq; dubio,quoꝝ nomina & facta ſcripta nõ habẽtur:& q̃plurimi,qui dicebãtur filii Prophetarum. Succedũt deinde Euãgeliſtę,quos a ſecretis delegit eo ordine,quo Paulus nos inſtruit. Qui figurabant (ut Gregorio,& plæriſq; aliis placet) ꝑ qua/tuor aialia plena oculis,ſenis etiã alis ſeraphicis cõmunita. Pleni nãq; fue/rũt oculis diuina luce colluſtratis,ut deſcriberẽt euangelia miro mõ cũ le/ge cõſonãtia:adeo ut nullus apex,aut iota ſit i lege,ꝙ nõ mirãdo artificio cõtineat in euãgelio. Sed de his nõ eſt dicẽdũ ꝑ ſingula. Habent quoq; ſe/nas alas ſeraphicas:qa ſemp ignito amore ferebãtur in enarranda. Et alas extẽdebant in ſex partes fabricæ illius,ante.ſ.& retro/dextrorſum/& ſini/ſtrorſum/ſurſum/& deorſũ. De quo inqt Apls:Vt poſſitis cõprehẽdere cũ omnibus ſanctis (potiſſime cũ Euãgeliſtis,qui plene ſcripſerũt ea,quæ ad ſanctitatẽ,& uitã perfectã ptinent)quæ ſit longitudo/latitudo/ſublimitas atq; profundũ. Longitudo.n.eſt ante & retro:latitudo in dextrũ & ſiniſtrũ extendit:quæ ſunt quatuor extẽſiones:Poſtea ſublimitas/& ꝑfundũ,quæ ſenariũ complent. Et hæc extenſio eſt ſecũdum ſenſum moralem. In ſenſu uero naturali/ſeraphini extendunt alas ad omnes ꝑdictas partes:quia ca/lefactoria eoꝝ uirtus ubiq; exquiritur in longum/latũ/& profundum/ſicut

Dauid

CHRI/STVS. Iohan.

Grego.

Paulus

Paulus

& ſolaris. Nec alioꝝ ſedes commemorantur a Iohanne/quãuis multæ ſint in domo æterni Patris / & a Dionyſio edoceamur de multis Angelorum ordinibus/de quibus ſupra explicauimus.

De Mercaua,ſiue Tribunali Dei,ſecundum hebreos. Con. III.

Abrahã

EXtat quoq; in theologia hebreoꝝ tribunal Dei,quod Mer/caua dicunt:ut ab Ezechiele,& a diuerſis locis ſcripturæ ha/bemus,ſed explicatũ a Doctoribus,maxime in libro de for/matione,qui Abrahæ inſcribitur:Ad quod pertinere dicunt Ophaninos,Seraphinos,Angelos miniſterii,& animalia ſanctitatis. Quæ eo ꝙ in uſu nõ ſint apud latinos noſtros,nulli dubium,uidebunt extranea ne dicã inepta,qa nihil triuiale penitus ſapiũt. Nec tamẽ hinc deſiſtẽdum puto,qn aliqua ſcitu digna pſtringã,ꝓter ea quæ ſupra tetigimus. Opha/ninos igit dicũt Angelos eſſe,qbus curæ eſt materiã reꝝ diſponere,ut for/ma introduci poſſit. Nec.n.materia ſeipſam diſponit,cũ nullã uirtutẽ acti/uã habeat:ideo oportet,ꝙ ab extranea ui diſponatur. Seraphinos autem dicũt calefactorias uirtutes,a quibus uita,& forma ſubminiſtrat. Angeli uero miniſterii multigeni ſunt,ſicut & eis credita miniſteria. Sed Anima/lia ſanctitatis quatuor ab Ezechiele,& Iohãne concorditer memorantur, leo.ſ.uitulus,uel bos,aquila,& homo. Quæ autem hæc animalia ſint(q̃uis diuerſi diuerſa ſenſerint in ſenſu allegorico & morali,ut Hieronymus in Ezechielẽ longa ſerie recitat) nos anagogicũ ſenſum interpretantes anti/quos Patres proſequemur dicẽtes,ꝙ hæc quatuor ſunt, tãq; reges quadri/generũ animaliũ. Inter armẽta.n.& animalia domeſtica bos eſt Rex:inter feras leo:In uolucribus aquila:Et inter omnia rationalia homo: qui etiam ſuper Angelos obtinet principatũ/quo etiã ad utrũq; ſexum. In ſexu enim maſculeo Chriſtus eos excedit,dicẽte Paulo:Tãto melior Angelis effectus q̃to differentius præ illis nomẽ hæreditauit. In ſexu uero fœmineo illa/quę dicitur exaltata ſup omnes choros Angeloꝝ:Quibus peculiarius(ut non/nullis ſapientibus placet) dictũ eſt,anteq; formaretur homo de terra,& de coſta eius extraheret Eua/Dominamini piſcibus maris,& cæteris creatu/ris. Sed ad quid in illo tribunali leo/ bos/& Aquila? Dico, ꝙ ſi omnia ab eo emanãt,nõ ne & omnia ſuã debent habere in illo imaginẽ/& ideam & ſcribi in libro computi ſummi Dei? Nam ſicut in libris ſupputationũ re/galium/& bene regentium omnia annotata ſunt,& homines/& urbes,& redditus/& quicquid ad regnũ ptinet:ſic & in libro Dei (ut inquit Pro/pheta) omnes ſcribent. Et ne contẽdatur,ꝙ homines tantũmodo ibi ſcri/bantur,præmiſit dicẽs:Non eſt occultatum os meum a te,quod feciſti in occulto:Imperfectum meũ uiderunt oculi tui.ubi Hieronymus:Etiã ele/mẽta,ex quibus cõponitur homo,cognoſcit Deus anteq; formetur,& oẽs

Dauid

Hiero.

Hiero.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creati

partes elementares: sed & stellas numerat, omnibus eis nomina uocans: Numerat quoq; harenã maris, & pluuię guttas, omniũ horum in se habẽs idolũ. Multo magis animalia Prophetis aliquãdo demõstrata cognoscit, & effigiem illoꝝ in aula sua refertissima continet. Et ideo Iohãnes, Daniel, & Ezechiel, qui aliquãdo ex eadem aula ad nos redeuntes se ibidẽ cõspexisse equos, serpentes, dracones, pardos, leones, uitulos, & bestias uarias retulerũt. Animalia tamen illa regia peculiarius nõ ab re (ut mihi uideor) nominantur tanq̃ imagines, & ideæ singulares eorũ, quæ hic sunt, sicut & singulariũ regnoꝝ & Principatuũ apud Imperatorem hebentur insignia. Et cũ sint hęc animalia in regno illo/sunt etiã ipsoꝝ sedilia, & eoꝝ omniũ, quorum in hoc mundo typum gerunt. Sed cum a Prophetis alia non habeamus expressa de partitione illius ciuitatis, & de sedilibus habitantiũ: nec nos ultra progredientes in huiusmodi deueniemus ad hospites, per quos melius adhuc illa partitio dignoscetur.

MODVLVS OCTAVVS/ HOSPITES.

Quot sint hospites illius ciuitatis. Concentus Primus.

VLtra trinũ, & unicũ Principem summũ, atq; Reginam, quot sint hospites in illo hospitio, qui semper ibidẽ in laudẽ Principis cõcinant, diffinire est impossibile, dicẽte Iohãne: Vidi turbam magnã, quam dinumerare nemo poterat. Et de semine Abrahæ pro maiori parte saluãdo dixit Deus ad ipsum Abrahã: Numera stellas, si potes: Sic erit semen tuum, quod vꝫ egredietur de Izahac, qui quidem non secundũ carnem (inquit Paulus) de ancilla natus est, sed de libera, secundũ spiritũ per repromissionẽ, quæ sunt p allegoriã dicta. Hic tamen numerus (ut ait Dionysius) facultatẽ humanæ supputationis trãscendens cognitus est illi soli, qui capillos capitis oẽs dinumerat. Opinantur nihilominus nõnulli se adinuenisse numerũ Angeloꝝ, & consequenter eorũ qui saluantur: quos totidẽ esse existimant, quot Angeli. Dicunt enim in quolibet choro, qui nouẽ sunt, tot esse legiones, quot unitates legio ipsa cõplectit q̃drãdo numerũ legionis. Legio aũt cõtinet (ut aiunt) sex millia sexcẽtos & sexaginta sex, Qui numerus, si quadretur & ducat in seipsum, reddit/44435556/ & sunt quadraginta quatuor millia milliũ, & quadringenta & triginta qnq; millia, qngenti & quinquaginta sex: Sed collecti ex omnibus nouẽ choris esset/39992000 4/ qui sunt trecẽta & nonagintanouẽ millia milliũ/nongenta uiginti millia & quatuor: sed hęc relinquemus tanq̃ fundata in mera imaginatione. Alii autẽ existimant numeꝝ supputasse ex uerbis Danielis/ q ait: Millia milliũ ministrabãt ei: & decies centena millia assistebãt ei. Et sic erũt in cõputo iam facto duo millia milliũ: q̃uis quidã de nostris nouissimis Theologis ausit asserere, q̃ decies centena millia plura sunt q̃ millia milliũ: Quod ex omnimoda imperitia numeroꝝ, & supputationũ procedit. A nemine tandẽ istoꝝ possumus habere uerum computum Angeloꝝ aut beatoꝝ: Nam primi præsupponũt, quod probare debebant: Et hi, qui inituntur Danieli, haberent quidẽ computũ iam factũ/si declarasset Propheta, q̃ nõ sunt plures Angeli/q̃ illa duo millia milliũ. Hinc prudenter, & docte inquit Hieronymus: Non ex hoc Danielis dicto numerus ministroꝝ Dei diffinitus est/sed maiorẽ multitudinẽ humanus sermo explicare nequiuit. Ista enim sunt millia/ & istæ myriades/de quibus, ut in psalmo dicitur: Currus Dei decẽ millibus multiplex millia lętantiũ/Dominus in eis. Nobis igitur utrorũq; numerus, Angeloꝝ & sanctoꝝ relinquitur incognitus: notus autẽ illi cui pluuiæ guttæ/ & harenæ puluisculi agniti sunt, Trigeneos autẽ esse hospites, Diuinos. s. Angelicos & Humanos nõ ambigimus. Verum primum loquemur de inferioribus, postea dicemus quid supremi illi in inferioribus concinna suauitate operentur.

Dauid

De Hospitibus Angelicis. Con. II.

BIpartitæ dicuntur Angelicæ mentes, *in* assistentes. s. & ministrãtes. Veꝝ astant primo septem spiritus, quibus credita est dispensatio totius regni cœlestis, & inferni: qđ (ut aiũt) sub orbe lunari est. Hi. n. (ut dicũt secretiores Theologi) omnia regunt uicissitudine quadam horarũ dierum, & annoꝝ: sicuti de planetis, quibus præsunt, dicitur ab Astrologis. Et de his loquitur Iohãnes noster, dum ait: Et septem lampades ardentes ante thronũ Dei, qui sunt septem Dei spiritus, per quos, tanq̃ per p̃cipuos ministros, omnia distribuit: & superiora, quæ numero ternario gaudẽt: & crassiora, quæ numero quaternario: & quadrariis elemẽtis cõponũtur: ex quibus ternario, & quaternario septenarius ille cõpletur. Et q̃ præsint septem sphæris, & cõsequenter his, quæ ab ipsis disponunt̃/satis clare innuit Iohannes, dum sequitur: Vidi in medio throni, & in medio senioꝝ, & quatuor animalium Agnum stantẽ habentem cornua septẽ, & oculos septem, qui sunt septẽ spiritus Dei missi in omnem terrã: ideſt uirtute quocũq; extensi/ ut oculis uideant omnia/& cornibus feriant cuncta ferienda: stant enim in conspectu Dei/ut audiant, & capescant omnia/quæ iubet Princeps. Mittũtur autem, & uadunt, aut uirtute extenduntur, ut ea, quæ sibi credita sunt, mandata exequantur per se/aut per inferiores ministros cœlestis militiæ eorũ regimini designatos. Qui (ut docet Mercurius) statim post mentem, & spiritus numẽ fabricati sunt. Mens (inquit) Deus utriusq; sexus fœcunditate plenissimus/uita/& lux cũ uerbo suo mentem alteram opificem fabricauit: qui quidem Deus, ignis, atq; spiritus numen est. Septẽ deinceps fabricauit gubernatores, qui circulis mũdũ sensibilem complectuntur: quoꝝ dispositio fatum uocatur.

Theol.

Iohan.

Idem

Mercu.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creativ

Quod aũt dicit alteram mentẽ opificem, quæ est spiritus sanctus, fabricatam: non ex cemento, & lapidibus intelligiẽ cõposita: sed a Patre, Verboq; producta. Est quoq; ipse spiritus opifex, & artifex: ut in libro sapientiæ legimus: Omniũ est enim artifex/omnem habens uirtutẽ. Post quem spiritum, inter spiritalia dicit fabricatos septem illos gubernatores sphęrarum, & rerũ dispositores tanq̃ fidissimos ministros. Et cũ hæc inferior Dei fa- Sapiẽ.
milia simulachrũ habeat supnæ militiæ, & diuini tribunalis: hinc in figuratiua descriptione utriusq; ecclesiæ (triumphantis. s. & militãtis) quæ habetur in libro Hester sacramentoꝝ pleno, septem Principes describuntur Heste
ministrantes regi Assuero: Qui repudiata Vasti pristina cõiuge in uxorem accepit Hester: quã sibi ppetuo fœdere cõiunxit: sicuti Christus repudiata synagoga ecclesiam sibi æterno fœdere desponsauit. In qua a principio septem elegit ecclesias a septem Angelis gubernatas: qbus iussu Principis scribebat Iohãnes. Spiritu quoq; sancto dictante, electi fuerũt (ut in actibus Apostolicis legimus) septem diacones, qui præsiderent ministrationi Iohan.
rerum necessariaꝝ. Quæ omnia (docente spiritu sancto ordinata) conue- Actus
niunt cum his, quæ sunt in superna curia: in qua septẽ illi præcipui Princi
pes astant coram Deo cũ multis millibus aliorũ: ut docemur ex Danielis Daniẽ
oraculo. Nec tamen adeo astant, quin interdũ aliquo mittãtur: ut de Gabriele legimus misso ad Zachariã/Danielem, & Ioseph custodiendos, ut asserũt Hebrei: sed potissime ad Mariã cũ fœlicissima legatiõe ac mirãdo nũtio aduẽtãtis uerbi. Missus quoq; fuit Raphael ad Thobiã: & Michael in subsidiũ Gabrielis, sicuti in Daniele legimus. Sic & alii plęriq; de astãtibus missi sunt tanq̃ legati de latere Principis: sicuti a Pontifice Deum in terris referente destinãtur Cardinales/qui de more ipsi Romano præsuli assistunt. Astantes autẽ ipsi, necnon & ministrantes in plura officia distributi sunt. Diuiduntur enim in illos nouẽ ordines nec uulgo ignotos. In qbus primo sunt seraphini, qui hauriunt ab illo igne diuino, unde ardeant, & nos inflãment. Sunt Cherubini, suscipiẽtes formas/& ideas, unde ipsoꝝ intellectus multipliciter ornatus nostrũ quoq; depingant. Astant & throni apte pro negotio cõpacti/ut firma sint Dei sedilia/noscq; disponant/ut templum Dei effecti/suscipiamus ipsum Deũ/tanquã in hospitia sibi gratissima cõmigrantem. Cæteri uero (ut nonnulli docent) mittuntur. Dominationes enim ueluti Architecti/præcipiunt/quę reliqui exequãtur. Virtutes opere cõplent cœlos mouentes, & omnigenũ præstantes influxum: quem nihilominus a primo fonte suscipiunt. Potestates arcent ea/quæ ordinem diuinæ distributionis perturbare aliquo modo uidentur. Principatus publica curant/gẽtes, Principes, Magistratus/Prouincias/& Regna. Archãgeli uero Dominis/Regibus/Pontificibus/& quibuscũq; regentibus præsidẽt, atq; sacris intersunt. Angeli aũt singulis hominibus singuli saltẽ cu-

stodes assistũt. Sunt quoq; Principes septuaginta duo, de quibus alias diximus. Sunt etiam quibus datum est nocere terrę & mari: & quibus datũ est probare, quanta sit hominũ fides in Dominũ Deũ suum. Nec desunt, quibus incumbat ut nos sedulo curent, defendant, custodiant, ac etiã bella suscipiant, ne unquã offendamus ad lapidem pedem nostrũ, nisi quantum diuina iustitia decreuerit, sic forte flagitiis nostris exigẽtibus: uel ut probemur quãto animi robore tentantẽ Dñm sustineamus. Sunt etiam, qui minutissimis herbis, lapillis, & omnibus inferioribus uirtutẽ subministrent: & tãdẽ, qui omnigenũ ministeriũ in maximã Dei domũ conducãt: Quoꝝ officia multifaria omnẽ captũ transcendũt humanũ, & multo magis eorũ numerus. Ideo nullus illũ assignare præsumit/nisi q̃ ea, quę decernit, penitus ignorat. Quibus & respõdẽt innumeri spiritus immũdi tot existentes in cratere inferiori, & imũdo/quot mundi spiritus sunt in superiori/ut asserũt aliqui se ab oraculis accepisse. Hos itaq; immũdos cognoscere desi- Si. Ben.
rans maximus ille hebreoꝝ Theologus Simeon Beniochai asserit/nõ inepto forsitan ioco/sibi demõstratum in fumibulo quodam insidere ducenta Euang.
millia immundorum spirituũ: Et in Euangelio habemus/q̃ in uno tantum homine inhabitabat legio: qui expulsi a Saluatore, ac eodem nõ inuito in porcos se contulere eorum immunditiæ satis similes. Si igitur in fumibulo uno/& in uno homine tot millia cõcludũtur/quam innumerablis sit multitudo reliquorum hinc aliquo modo coniiciant sapientes.

De Hospitibus humanis. Con. III.

SVt etiã in illa supexcelsa ciuitate humani hospites tã mirabili cõsonãtia distributi, & collecti, ut quæuis ordinata regna inferiora ne umbratilẽ quidẽ ipsius referãt imaginẽ. Ibi enim est Princeps totius creaturę rationalis, qui Rex regũ/Dominus dominantiũ/& Princeps regũ terræ merito dicitur. Ibi ea, quæ filia & uxor æterni regis est, eadẽ & mater summi Principis. Sũt & patres patrũ, qui Patriarchæ dicuntur: qui patres eoꝝ fuerũt, qui sunt Principes in no- Dauid
ua Dei familia, iuxta illud prophetæ: Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, cõstitues eos principes super omnem terrã: inter quos parentes & filios est mutua, & suauissima quædã cõsonãtia. Sũt & fũdamẽta utriusq; familiæ: Paulus
Prophetæ qui priscam, & Apostoli: qui recentiorem fundarũt, iuxta illud Apostoli. Superædificati supra fundamẽta Apostoloꝝ, & Prophetarum. Et hi sunt suauissimo uinculo colligati, atq; mirabili cõcentu sibi inuicem correspondentes: quia Apostoli nõ alia prædicarũt, q̃ quæ Prophetæ diuino oraculo edocti pdixerant: Quoꝝ dicta obscura, & obuoluta illi explicauerũt, & in lucẽ deduxerunt. Intersunt quoq; Euangelistę tanq̃ a secretis æterni regis in archiuis reponẽtes Principis & ipsius militũ gesta: Et hi ex diuersis ordinibus sunt delecti: Matthæus. n. Apostolus fuit, & Lucas ex

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative

discipulis. Sunt quoq; sacerdotes, & Reges utriusq; testamẽti, omnes utiq; uncti & Christi Dñi: qa diuiniores esse debẽt q̃ cæteri. Intersunt & milites strenuissimi in maxima ẽt copia, qui fideles in p̃stito iuramẽto sanguinẽ, & uitã pro Principe exposuerũt. Adsunt & cõiuges, qui suo matrimoniali sacramento repræsentarunt nuptias illas cœlestes, & ineffabiles Christi & ecclesię. Inter quos admittunt & uiduę, iã sui mr̃imonii sacramẽto functæ: omnesq; concinũt harmonicos hymnos Principi summo, clamãtes (inquit Iohãnes) uoce magna, & dicẽtes, Amẽ, Bñdictio, & Claritas, & Sapiẽtia, & gratiarũ Actio, Honor/Virtus/& Fortitudo Deo nostro in sęcula sæculorũ Amẽ. Quod quidẽ Elogium loco propemodũ exordii apposuit: Idẽq; perorationi adiecit: ut cõnecteret ea diuina nomina ueri dominii, quæ sub numeris litterarũ illius dictionis Amen cõtinentur. Quos hymnos gratiarũ persoluebant mundatis, & dealbatis stolis in sanguine Agni: Seorsum aũt hi, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, uirgines existentes cantant nouũ illud Canticũ, qd̃ nemo cantare poterat, nisi illa centũ quadraginta quatuor millia, qui illibati sequũtur Agnum, quocũq; ierit: & sine macula sunt ante Thronum Dei. Habet nihilominus unaquæq; ipsorũ caterua suas mansiones: quæ ideo multæ sunt in domo æterni Patris. De peculiaribus autem quorũlibet cantionibus suo loco (autore Deo) pertractabimus. Omitto turbam illam magnã: quã sicut nemo (teste Iohãne) dinumerare potest, sic nullus eorũdem officia, & mansiones.

Iohan.

Idem

De Hospitibus diuinis. Con. IIII.

EXtant & diuini hospites, a quibus omnis cõcentus, laus, gloria, esse etiã ac uiuere, & omne bonũ: & in quos oẽs hymni, & laudes diriguntur. A Patre.n. habent, ut sint, qui laudant: A filio mensuras norunt, & artẽ concinendi, & regulas, qbus moueant cor, manus, linguas, & omnia, in ueras laudes: cũ in ipso sint regulæ, omnia dirigentes: A spiritu sancto uero flatũ attrahũt, quo sonoras reddant uoces. Spiritus.n. in ea lingua, quæ sancta dicit, & est propria sacri eloquii, nominat רוּחַ ruah, quod uentum, & flatũ significat. Ipse enim dedit piscatoribus, & omnibus Christi assęclis flatũ, uocẽ, & copiã fandi, Christo id attestante, qui ait: Non.n. uos estis qui loquimini, sed spũs Patris uestri, qui loquit in uobis. Hic.n. repleuit pueros citharędũ, & Psalmistam fecit: perfudit Pastorẽ ouiũ, & legiferum statuit: impleuit Pastorem armentariũ sycomoros uellicantẽ, & Prophetã reddidit: impleuit piscatores, & Apostolos, atq; cõcentores effecit: tetigit p̃secutorẽ, & doctorẽ gentiũ cõstituit: perflauit publicanũ, & in Euangelistã p̃mouit. Visitat in dies idiotas, & simplices, & in Doctores illuminatissimos euadunt: Idem.n. est spũs diuidens singulis, qui operat omnia in omnibus. Et si hos peregrinos replens cõcentores Dei effecit, qd faciet illis, qui iã ciues, & domestici Dei

CHRISTVS.

effecti sunt, nunq̃ a loco, & gradu illo recessuri? Nec minus Filius imparitur cõtinue de sua plenitudine, ut habeant unde crescant: aut saltem perseuerent in continuam laudẽ. Et Pater omniũ exuberantissimus fons dat,

Diony. ut roborentur, moueãtur in Deum, & beentur/iuxta illud Dionysii: Gaudent omnes mouẽte Patre. Sicut igitur omnes beati, quicquid habent, ab illo trisagio suscipiunt, sic in illum tendunt omnes, & aspiciunt tanq̃ lineæ ad centrum, a quo emanant. Quę conuersio in idipsum a quo processerũt perfectum diapason reddit.

MODVLVS NONVS/ SPONSALITIA.

Quomodo, & quando initiatum fuerit matrimonium inter Deum & animam. Concentus Primus.

MAximũ quippe est nuptiarũ sacramẽtũ, adeo ut perfecta fabrica, & introducto in eã ipsius Antistite, statim celebratæ fuerint nuptiæ: & a Deo indictum matrimoniũ primis parẽtibus nostris: Extremã nãq; Opifex fabricę manũ imponẽs, homini iam effecto dare decreuit adiutoriũ, quod staret corã eo: pro quo textus noster hẽt: Fecit adiutoriũ simile sibi. Hinc imisso sopore in Adã, accepit unã de costis eius, & formans eã in mulierẽ, adduxit ad Adã, assignauitq; in uxorẽ: ut & humanũ genus ex applicatione actiui ad passiuũ, suũ sentiret cõciniũ: & gauderet fœcũditate tanto celebriori q̃ cætera animantia, quãto homo illis melior est. Hanc igitur formatã mulierẽ de costa uiri suscepit ipse Adam dicens: Os nunc de ossibus meis, & caro de carne mea: Propter quod homo relinquet patrem, & matrẽ, & adhærebit uxori.

Paulus Quæ uerba recitans Paulus cũ Ephesiis subinfert: Hoc sacramentũ magnũ est, dico in Christo, & ecclesia: Et sicut scriptura sacra enarrata fabrica, primo de matrimonio p̃tractat: Eadẽ pari modo desinet in sacramẽtũ

Iohan. nuptiarũ, dicente Iohãne, in fine propemodũ celeberrimæ, & postremę uisionis, dum exultãtiũ referret personã beatorũ: Gaudeamus, & exultemus, quia uenerũt nuptiæ Agni. Et itẽ: Beati qui ad cœnã nuptiarũ Agni uocati sunt. Illius etiã ciuitatis Princeps, & Dñs dũ in humanis ageret, regnũ

CHRISTVS. cœlorũ, & summã totius negotii humani nuptiis cõparat. Cũ ibi igitur nuptię omniũ celeberrimę cõducant, uideamus qs sponsus, quæ sponsa, quo hymeneo, qbus cõuiuiis/quo cõtractu/quo auspice celebrent. Spõsus, nulli dubiũ est, qui per Oseam ait: Desponsabo te mihi in fide, & scies, qa ego

Osee Dñs. Qui sponsus clarius exprimitur in Euangelio ab ipsomet, dum ait:

CHRISTVS. Simile est regnũ cœlorũ homini Regi, qui fecit nuptias filio suo. Filius aũt Regis sũmi omniũ sęculorũ Christus est, & ipse Rex: Sceptrũ.n. iãdudũ a Pẽ accepit. Spõsa aũt est q̃libet anima cõsentiens huic cõtractui: Et cõsequẽter tota ecclesia, & collectio fideliũ est spõsa, nõ qdẽ supuacanea & importuna huiusmodi spõso, q nũq̃ in his deerit, q̃ ad illas nuptias exgrunt.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creativ

De plenitudine enim eius (inquit Iohānes) oēs accepimus/omnia.ſ.quæ in hoc,& in aliis negociis opportuna ſunt. Si.n.pro omnibus Adæ debitum ſoluit,ſi omnibus promeruit gratiam,& gloriā,ſi omniū nuditatē tegit,ſi oēs (ipſe.n.eſt omniū pater) regenerat,omnes etiā animas deſponſare poteſt:& dare unde cōcipiant,& pariant fructum bonoꝝ opeꝝ,ut inquit Apīs:Potens eſt aūt Deus omnē gratiā abundare facere in uobis:ut abundetis in omne opus bonū/ſicut ſcriptū eſt:Diſperſit,dedit paupibus: iuſtitia eius manet in ſeculū ſæculi.Qui aūt adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panē ad manducandū prębebit:& augebit incrementa frugum iuſtitię ueſtræ,ut in omnibus locupletati abūdetis.Nullus igit̄ talem ſpōſum recuſet,quaſi nō poſſit ſupplere tot ſponſis:Diues eſt.n.in omnibus his diuitiis,quæ impartitæ nō decreſcūt:Potensq; eſt ea uirtute,quæ multis cōmunicata,nō exinanitur:ſicut nec lux, neq; uirtus ſolis multis imptita,& omnia inferiora fœcūdans diminuit̄.Et qa matrimoniū initiatur,contrahitur/ratificatur/& cōſummatur/primo uidebimus quomodo/& quando, initiū ſumpſerit.Initiatæ igitur fuere hæ nuptiæ per Spūm ſanctū,quādo ipſo dictante,toties nos per Prophetas ad hunc cōtractum Deus inuitat: iuxta illud,quod habet̄ aperte in Oſee:Deſpōſabo te mihi in ſempiternū: deſponſabo te mihi in iuſtitia, & iudicio, in miſericordia, & miſerationibus:pro quo in hebreo habetur וּבְרַחֲמִים ube rahamim:qđ nos interpretari poſſumus,in benignis amoribus,uel pietatibus. In lege.n.ſeucrus ſpōſus deſpōſauit in iudicio,& iuſtitia:ſed in Meſſiah prębēs ſe benigniſſimū deſponſauit in miſericordia,pietate,gratia, & omnibus benedictionibus, per illud uerbū rahamim ſignificatis:Et p Ezechielē diuino ſpiritu affatum inquit:Et iuraui tibi,& ingreſſus ſum pactum tecū, & facta es mihi in ſponſam.ſ.per conſenſum,quē facile præbet omnis anima,quæ natura ipſa appetit beatitudinē ſub his nuptiis conuolutā.Habes igit̄ quomodo initiatæ fuerit iſtæ nuptię,ad quas inuitauit primo Angelos:Veꝝ multos eoꝝ indignos repperit:unde etiā tanq̄ rebelles,& temerarios iuſſit expelli. Inuitauit & omnes homines,ſed plærięq; ſeſe ineptiis,uilibuſq; ac belluinis propemodū rebus imergentes,indigni tanto conſortio nō iniuria ſunt reiecti,dimiſſiq; in cœno ſordidaꝝ uoluptatū uolutari.Hinc ipſis eiectis ad nuptias alios cōuocauit per nomenclatores & nuntios Angelicos/Prophe ticos/ & Apoſtolicos:qui oēs ſoliciti de noſtra ſalute inuitant ad illas nuptias quoſcūq; reppererint in uiaꝝ exitu,ſeu triuiis ac mūdi cōpitis.

Iohan.

Paulus Dauid

Oſee

Ezech.

Quomodo fuerit contractum. Con. II.

CONtrahitur matrimonium per uerba (ut aiunt) de præſenti uinculo indiſſolubili inter Chriſtianos: licet iis,qui uiuerent ſecūm legem,permiſſum fuerit dare libellum repudii:quod & Mahumetici obſeruant.Differt autē matrimoniū,qđ fit per

uerba de præſenti inter coniuges illico annuentes,a ſponſalitiis,quæ fiunt per uerba de futuro,& per parentes/aut per internuntios, & quos uis aſpices,adhuc impuberibus ſponſis:qui adulti multoties reſcindunt huiuſmodi pactiones:inter Chriſtum autem & animā matrimoniū initiatū per Prophetas/ cōtrahitur per uerba de præſenti in baptiſmo:quando baptizandus petit fidem:& omnimodū cōſenſum præſtat,per quē contrahitur ueꝝ cōnubiū. Et quia de more dexteram dexteræ complicant:hoc repręſentatur per aquā ſenſibilem,qua immergitur, accedēte uerbo:ex quibus præſtatur ſignū ſenſibile huius contractus.Interponit̄ autem uerbū,ſicut ſolet dici in matrimonio carnali,uolo te in meā/& uolo te in meum,ita hic dicitur:Abrenūtio diabolo,mundo,& pompis eius,ut penitus adhæream ſponſo meo Chriſto:Qui huiuſmodi cōnubiū etiam iureiurādo compro-

Ezech.

bat,iuxta illud Ezechielis: Et iuraui tibi,& ingreſſus ſum pactum meum tecum,ait Dñs: & facta es mihi in ſponſam:ſed quando? Audi qd ſubnectat:Et laui te aqua & mūdaui ſanguinem tuū ex te,& unxi te oleo:Quæ omnia in baptiſmate fiunt. De quo,nulli dubium,loquitur Propheta ſub typo figuratiuæ ſponſæ, quæ & ipſa lauabatur aqua:ſed non ea perfecta, qua lauamur nos.Cōiungimur aūt Chriſto in baptiſmate,uinculo,& fœdere indiſſolubili,quod infringere nulli aliquādo licet/neq; poteſt/ſine expreſſo adulterio.Neq; uero ullam aliquādo repudiauit uxorem,& ſi a cariſſima olim coniuge ſynagoga nimirum ingrata diuortiū fecerit:ut in figura habemus de Vaſti/quæ Regiū cōtemnens imperiū repudii libellum cōmeruit.Hinc etiam inualuerat cōſuetudo (aſſiſtente nihilominus lege) ut crebro diſſoluerentur cōiugia. Quod nullatenus cōceditur Chriſtianis, quibus dictum eſt a ſponſo:Ego uobiſcum ſum uſq; ad cōſummationem ſæculi,nunq̄ repudiaturus,licet mille cōmittatis adulteria,nō tñ impune: Perſeuerante.n.matrimonio indiſſolubile cū tota eccleſia,pœnā adulterii unaquæq; impudēs anima nō iniuria exoluet,quādo expellet̄ ſeparatione perpetua a ſponſo dicente:Ite maledicti in ignem æternū.Vnde nunq̄ repudiabitur ſponſa hæc uniuerſalis,quæ dicitur eccleſia catholica:Verum reiecta aliqua particulari, alia ſuperinducetur,ut plenus ſit ille numerus, quo ſponſalitius hic cœtus concluditur: In Iob enim prædictum fuerat: Deus cōteret plurimos:& ſtare faciet alios pro eis.Et in Apocalypſi:Tene quod habes,ne alius accipiat coronam tuā. Nec iſti repudiātur a ſponſo, niſi quatenus ipſi cōtemnunt ad fœliciſſimas nuptias uenire, ſeu ipſas reſpuentes, ſiue etiā negligentes his intereſſe,ut in Euangelio dicitur: Et qui inuitati fuerant, non erant digni.Vnde alii introducuntur,ut impleantur nuptiæ,perſeuerante ſponſo in hac ſententia, ut habeat hanc congregationē in ſponſam,nullum ipſius congregationis repudians,niſi qui ſponte uenire,aut pmanere contempſerit.Priorē uero ſponſam adeo repudiauit,

Iohan.

CHRISTVS.

IDEM

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creati

ut neminē ex illo cœtu ad nuptias admittat, niſi in gremium huius nouæ ſponſæ cōfugiat chriſtianus effectus. Et ut ad ſacramentū primoꝝ Parentum redeamus, uocata fuit uxor protoplaſtis uirago, quia de uiro ſumpta erat: & hæc collectio uocatur chriſtiana, quia de Chriſto ſumpta eſt. Illa: de coſta uiri, & hæc de latere Chriſti: a quo (inqt Auguſtinus) omnia ſacramenta emanarūt, maxime baptiſmus: qui habuit efficaciā ab illo ſanguine, & aqua: aut ab illo, quod importabat ille ſanguis, & aqua. Et cū in baptiſmo formet̄ iſta uxor, merito dicere poſſumus, qꝺ extracta ſit de latere Chriſti dormientis. Et ſicut illi duo, & omnes coniugati (teſte Euangelio) conueniunt in carnē unam, ſic Chriſtus, & eius ſponſa uniuerſalis, aut particularis cōueniunt in ſpiritum unum dicente Paulo: Qui adhæret Deo unus ſpiritus efficitur cum eo. Augu. Paulus

Qualiter Ratificatum. Con. III.

ERmatur matrimoniū carnale, & ratū habet̄ corā ſacerdote: qui teſtis, & miniſter exiſtit illius ſacramēti: Sic & hęc ſpiritualis deſpōſatio ratificat̄ corā Ep̄o, a quo ſuſcipimus ſacramentū (ut aiūt) cōfirmationis: qa cōfirmat̄ fœdus, & iuſiurandum p̄titū in baptiſmate. Dicit̄ quoqꝫ illud, ſacramētū chriſmatis: qa ungit̄ ſuſcipiēs particulari unctione diuinitatis. Cōfirmat̄ quoqꝫ, & ratificatur nuptiale fœdus cōtractū baptiſmate, quādocūqꝫ ſuſcipimus ſacramētū cōfeſſōis, aut euchariſtię: ſiue quouis alio munere donemur a Chriſto ſponſo. Sed uerā confirmationē ſuſcipimus, quādo adeo ſolidamur in gratia Dei, ut in ea ſiſtamus uitæ huius curricula: quāobrē nullū nobis in poſterꝫ timeatur diuortiū. Quā cōfirmationē appetebat Propheta dicens: Et ſpiritu Principali confirma me: uel ſpiritu uolūtario, liberali, generoſo, ſiue munifico: Id enim נדיב nedib ſignificat, qꝺ traductū habemus principali. Præuidēs quoqꝫ Propheta, ea quæ ſponſus facturus erat cū ſponſa ſua eccleſia, deprecat̄, & ait: Cōfirma hoc Deus qꝺ operatus es in nobis, a tēplo ſancto tuo, qꝺ eſt in Ieruſalem, uel hac inferiori, ubi cōtractum iſtū celebrauit in cruce, & confirmauit Sancti ſpūs infuſione: uel in Ieruſalem ſupna, ubi & iſtæ celeberrimæ, & quæcūqꝫ aliæ nuptiæ cōficiunt̄ / dicente Chriſto: Quos Deus coniunxit homo nō ſeparet. Si Deus igit̄ has coniunctiones & copulas matrimoniales efficit, in cœlo fiunt / ubi ipſe habitat. Vnde cōfirmari petimus (inquit Hieronymus) qa debiles ſumus. Dauid CHRISTVS. Hiero.

Quomodo conſummatum. Con. IIII.

COnſummamus tandem hoc ſpirituale matrimoniū, quando bono opere exequimur, quod promiſimus: In qua conſummatione intercedit conceptus, & partus. Sed quia hæc fieri nequeunt ſine ſponſa prægnante, ideo inquit Iſaias: A facie tua Domine cōcepimus, ſicut mulieres recte concipiunt a facie maritoꝝ.

Iſaias Sequitur: Et peperimus ſpiritum: quia totum illud matrimoniū ſecundū ſpiritum intelligi debet. Salutes autem nō fecimus terra: ideſt nos, qui ſumus terra, nihil ſalutis operamur: quia ſalus ex Deo eſt. Et nō cadent habitatores orbis ultra / ab iſta videlꝫ deſponſatione, quando fœcundiſſimos obtulerimus fructus noſtri conceptus, & partus: quia tunc dicetur de

Dauid nobis: Filii tui ſicut nouellæ oliuarum, in circuitu menſæ tuæ. Quibus fructibus onuſti ingredientes illa æterna tabernacula, & thalamos, quos multiplices diximus præparatos, non ceſſabimus a conſortio ponſi: quia tunc maior, & perfectior erit coniunctio, atqꝫ unio: & hæc perpetua, colligante illo ſacratiſſimo hymeneo, qui ſpiritus, & nexus Dei eſt, omnes colligans, & uniens, quos perfundit. Tunc erunt illa uera oſcula, de qui-

Cātica bus in Canticis dicit̄: Oſculetur me oſculo oris ſui. Tunc amplexus caſtiſſimi, & ſanctiſſimi amoris, de quibus ibidem dicitur: Lęua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me, meliori quippe dextera, & amplexu, q̄ hic humanus & carnalis. Tunc ſanctitas, & unio in ſpiritu

CHRISTVS. uno: Pro qua rogauit ſponſus dicens: Pro eis ego ſanctifico meipſum / ut ſint & ipſi ſanctificati in ueritate: Nam uniti mecum, cum ſanctificatus ſim, & ipſi ſanctificantur. Nec pro eis tantum rogo, ſed pro eis, qui creditur ſunt per uerbum eorum in me: ut omnes unum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, ita & ipſi in nobis unum ſint: in quā exoptatam unionem omnes contendimus.

MODVLVS DECIMVS / VICTVS.

Quis Panis paratus ſit in hoc conuiuio. Concentus Primus.

DEus cuius perfecta ſunt opera, tanq̄ optimus Artifex omnia fabricauit ualde bona: & in ipſorum gradibus perfecta. Hinc & optimus prouiſor (ut ſupra diximus) cibum, & potum pro utroqꝫ homine ſuſtentando præparauit: ne forte extraneo communita præſidio ab eodem ſummo Opifice, qui hominem innumeris cumulauit beneficiis, deficeret. Has autem epulas præparauit multigenas ad tollendum faſtidium: Et quod mirum eſt, pro homine animali unicum præparauit cibum, panem uidelicet, qui nunq̄ nauſeam afferret: Vnicum quoqꝫ poculum ſuſtentans, uiuificans & lætificans, quod eſt uinum ex phœbea natura ſemper conferente, niſi ſubiectum recipiens ſit male diſpoſitum, aut plus aſſumatur q̄ fuerit opportunum. Pro homine itidem ſpirituali cibum præparauit ſub ſpecie & nomine panis, quo nullum naturæ edulium accōmodatius habetur, cui poſſet comparari, & ab eo denominari. Ideo cœleſtem illam ambroſiam, & mana ſuauiſſimū modo abſconditū, tunc autem patens, cibum utiqꝫ omni ſuauitate repletum, panem uocauit dicens: Ego ſum Panis uiuus qui de cœlo IDEM

descendi, si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Quã bellẽ & q̃ accommodate est præparatus panis uitæ in sustentaculum, & uitam mẽbroꝝ Christi: ut uiuant de spiritu, & de uita Christi: ut sequatur illud, quod ait Apostolus: Vnum corpus, & unus panis sumus oẽs, qui de uno pane, & de uno calice participamus. Sicut enim ex multis granis unus panis cõficitur, sic ex multis mẽbris credentiũ efficitur unũ corpus Christi uiuens totũ uita Christi, immo illa uita, quæ est Christus. Ideo dixit: Qui manducat hunc panẽ uiuet in æternũ. Et iteꝝ: Qui manducat me, ipse uiuet propter me. Et sicut nihil melius, nihil facilius, nihilq; aptius immutatur in corpus nostrũ q̃ panis: Pari modo, ut immutemur in Christum, datur nobis hic cibus, quẽ qui manducat non mutat illum in se, sed ipse mutatur in cibũ manducatũ (Inquit enim Augustinus) ut in ipso uiuat. Qui uult ergo uiuere, habet ubi uiuat, & unde uiuat: Credat, accedat, comedat, incorporetur transmutatus, & noua uita donatus, ut tandẽ comedat cibum illum nouum: & bibat uinum nouũ: Quæ qui gustauerint, nec corporeæ, nec spirituali morti deinde subiicientur. Et ille est uerus panis uitæ, & uerum mana absconditum, quod nemo scit, nisi qui accipit: unde nõ ab alio de ipso edoceri potest, nisi ab experientia, & gustu præstito ab authore gratiæ. Paulus

Quod Vinum. Con. II.

VInum quidẽ in ultima cœna propinauit nobis admirandũ: melius tamẽ in nostro circũsonanti regno, & in nuptiis cœlestibus promittens, dũ ait: Amodo iam nõ bibam de hoc genimine uitis usq; in diem illum/ cũ illud bibã nouũ in regno Patris mei. Cũ igitur de illo regno, & de illis nuptiis loquamur, explicandum quoq; nobis est, quid sit illud uinũ, qd̃ ibi dandũ promittitur. Vinũ quidem exprimitur ab uua/& de uite nascitur: Nec ab alia uite prouenire potest nisi ab illa/de qua dixit: Ego sum uitis uera. Et præparatur in illis nuptiis cœlestibus/quas figurabãt nuptiæ illę/ in qbus cœlestis sponsus supra hominẽ sese primũ ostẽdẽs/& supra naturę ordinẽ ex aqua fecit illico uinũ, & solo iussu: quod natura facit tẽporis interuallo, & debitis mediis. Ne igitur nuptiæ illæ, quas consecrandas statuerat in sacramentũ uerarũ nuptiaꝝ/mœstę/& insipidę absq; uino transigerentur, Pientissima Mater imbecillitati, ac egestati humanę ultro miserescẽs dixit ad Filiũ uerã uitẽ: Vinũ non habent, sed cũ Iesus nõ adesset ueris nuptiis, sed alienis tanquã aduentitius, ideo inquit: Quid mihi & tibi mulier, cũ hæ nuptiæ nostræ nõ sint? Nondũ uenit hora mea/ qua uidelicet mihi uero sponso parentur ueræ nuptiæ. Mater autem & has figuratiuas curans, & pro eis solicita authoritate materna, & uoluntatis Filii conscia dixit ministris: Quæcunq; dixerit uobis facite. Et dicit Euangelista, neq; ipse inscius arca- CHRISTVS. IDEM B. Virgo CHRISTVS.

Hierõ. norum cœlestiũ: Et erant ibi hydriæ sex positæ. Has hydrias Hieronymus in Exechielem, & nõnulli alibi interpretantur sex ætates, tanq̃ uasa capacia aquæ tam supramundanæ q̃ inferioris: Quæ aqua si transit per ueram uitẽ Christum, decoquente supramũdano sole conuertitur in bonum uinũ, quod figuratiua illa transmutatio designat. Si autem hydriæ plenæ sunt tantũmodo aqua inferiori, idest gratiis, quas dicunt gratis datas, feruescente malo colore cõcupiscentiæ cõuertuntur multoties in uinũ,

Moses de quo cũ indignatione inquit Moses in Cantico: De uineis sodomoꝝ uinea eoꝝ, & de suburbanis gomorræ: Vua eoꝝ uua fellis, & botrus amarissimus. Fel draconũ uinum eoꝝ, & uenenũ aspidum insanabile. Quo uino illa meretrix magna, idest mundialis cõcupiscentia potauit omnes gẽtes? Ideo dicitur uinũ illud peruenisse de uineis sodomæ/& de suburbanis gomorræ: Quæ sicut exarserunt in cõcupiscentiis suis pessimis, sic etiã exarserunt igne diuinæ iustitiæ. Et hæc est uinea amatoꝝ mundi, cuius uua, & botrus est fel amarissimus: quia amaꝝ est dereliquisse Dñm propter concupiscentias. Vnde his plangendũ est amare, ut ait Ieremias in lamentationibus ad populum suũ mundi affectibus obuolutũ: Luctum unigeniti

Ezech. fac tibi planctum amarũ. Et Ezechias aduertens ad quid eum deduxerat uinũ istud, dicebat: Recogitabo tibi oẽs annos meos in amaritudine animæ meæ. Et bene uocatur uinũ hoc mundanũ fel draconum, quia propinatũ est a dracone, & serpẽte antiquo in irreparabilem ruinã nostrã, unde sequitur: Et uenenũ aspidũ insanabile, humanis/vȝ/ uiribus, absq; auxilio cœlestis redẽptoris. Et huic respondet uinũ diuinæ sententiæ amarissimũ,

Dauid de quo Propheta in psalmo: Calix in manu Dñi uini meri plenus mixto, aut mixtione: quia ipse Dñs habet imperiũ/& iudiciũ/potentiam & iustitiam, ut bonos remuneret, & malos puniat. Et distillauit, uel redundare fecit, pro quo traductio nra hẽt inclinauit: Redundauit, & redũdat malitia perpetrantis malum sup caput ipsius, sic decernente diuina iustitia. Verũtamẽ feces eius epotabunt omnes impii terræ: Diuinæ enim iustitiæ uinũ boni degustant, feces aũt peccatores & impii. Sed reuertamur ad eos, qui bibunt hic bonũ uinũ reficiendi meliori & cœlesti. Vinũ igitur qd̃ hic bibere debemus est duplex, charitatis/vȝ/& sapientiæ: Non utiq; illius sapiẽtiæ superioris, quæ in scriptura sacra dicitur lac, ut alibi declarauimus: Quod paucis datur/uinum autem pluribus. Et ad hoc etiã inuitamur in

Cãtica Canticis ubi dicit̃: Bibite amici mei, & inebriamini. Et iteꝝ per Prophetã:

Dauid Calix meus inebrians q̃ præclarus est: Quẽ calicem propinans, & effundens in die Pentecostes, adeo inebriauit Discipulos, ut dicerent nõnulli ex iis, qui aderant, eos esse temulentos. Ebrii utiq; erant, & pleni illo uino, qd̃ uere lætificat cor hominis, qd̃ græco sermõe Paracletus dicit̃. i. Cõsolator. Quod uinũ aliquãtulũ degustans Petrus in monte thabor, adeo lętus fuit,

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creativ

ut diceret: Dñe bonũ est nos hic esse. Degustauerat & Paulus qui dicebat: Cupio dissolui, & esse cũ Christo: ut illud melius & nouũ bibam in domo Patris eius. Libauerat quoq; Stephanus q̃ suaue esset, unde ebrius lapides torrentis, qbus lapidabatur, ipsi dulces fuerũt. Hauserat & Propheta, qui debacchando clamat: Gustate & uidete, qm̃ suauis est Dñs. Gustauerant Apli, & Martyres oẽs, ut plena ebrietate atq; furore & ipsi debacchantes, ad mortẽ pniciter currerent, ut citius degustarent illud melius, ad qđ animabant dulcedine istius inferioris. Vinũ est etiã sanguis Agni, qui pro nobis effusus est: Ad quẽ bibẽdũ ipsemet Agnus oẽs inuitat dicẽs: Accipite & bibite ex eo oẽs: Hic est enim calix sanguinis mei, noui & æterni testaměti, qui pro uobis & pro multis effusus est in remissionẽ peccatoꝝ: Hoc facite in meã cõmemorationẽ, & in memoriã uini melioris parati in domo Patris æterni. Ad qđ bibendũ ut capaces efficiamini, ecce uerto hoc uinũ in sanguinẽ meũ plenũ ea uita, quã simul cũ sanguine tribuo: ut & uos uiuatis ea uita, qua possitis illud bibere, qđ nemo bibit, nisi qui uiuit cœlesti uita. Et hoc est qđ dixit: Ego dispono. s. p passionẽ meã, & sanguinẽ meũ effusum, uobis regnũ, sicut disposuit mihi Pater: ut p hanc Acerbã passionem, & transformationẽ ad alium modũ uiuendi, accedã ad illud symposium, in quo bibitur uinũ pfectæ beatitudinis emanantis a uero Baccho, & uero Sole. Hinc dixit Aplis petentibus sedere secũ: Potestis bibere calicem, quẽ ego bibiturus sum? Satis clare inferẽdo, q̃ qui uult accedere ad cõuiuiũ illud cœleste, oportet q̃ bibat calicẽ passionis, abnegando semetipsum, & transformãdo se p ueræ crucis mortẽ, ut sequatur Iesum p hanc uiã euntẽ ad cõuiuiũ illud. Isti igit̃ sunt calices, hæc sunt uina nobis hic bibenda, sapiẽtia, charitas, mortificatio, & trãsformatio sui ipsius in cœlestẽ uitã: ut possimus bibere uinũ illic apponendũ, & celebrare uera bacchanalia, & ducere uera tripudia/atq; dare & reddere ueros amplexus nuptiales, ubi duo. i. omnis beata creatura unieť in spũm unũ cũ Christo & Deo cui adhæsit: a quo diuelli amplius nullo modo poterit. Tunc licebit uera oscula figere, & omnibus delitiis perfrui impune, cũ nihil uetitum sit, nihil prohibitũ in his qui sunt uera, & sanctissima unione cõiuncti: qa ibi nullum uitium, cui cedat, aut cui subiaceat beatus, qui erit (ut inquit Augustinus) pacatissima uirtute & conditione perfectus.

Pauli

Dauid

CHRISTVS.

IDEM

Quis Panis, & quæ Caro. Con. III.

CVm de solo pane supra dixerimus, nunc uidendũ est, quomõ panis effectus caro detur nobis in cõuiuio cœlestiũ nuptiarũ, sicut dixit sponsus: Panis quẽ ego dedero, caro mea est pro sæculi uita. Et qd est qđ dicit, panis est caro? Panis. n. comeditur, ut transmutetur in carnẽ, & caro efficiatur. Cũ autẽ iste panis cœlestis nõ transmutetur, sed transmutet manducantẽ, comedimus hũc panẽ, ut trãsmutemur

ut trãsmutemur in Christi carnem & corpus/& efficiamur duo in carnem unã/ut dicat de nobis uerus Adã: Os nunc de ossibus meis, & caro de carne mea. Comedimus itaq; hũc panẽ, quo trãsformemur in corpus & carnẽ Christi, qm̃ suscipimus eius doctrinã, quę est panis uitę & intellectus, & est aq̃ sapiẽtiæ salutaris: & ẽt qm̃ debite comedimus ipsum corpus Christi. Sed nõ fit p aliqđ illoꝝ uegetatio & trãsmutatio, nisi adsit ignis ille spiritus sancti & amoris, quo decoquať cibus anteq̃ accipiamus, ut nõ cõsuetudine, uel hypocrisi, uel alia q̃is obliqua causa suscipiamus illũ sed sincero amore & affectu. Quo ẽt igne susceptũ cibũ decoquamus, & digeramus:

Aca. Ep. Dion. Tũc. n. uera trãsformatio efficieť in nobis p ignẽ amoris, q (ut Academici/ Epicurei/sed potissime Dionysi? noster docet) trãsmutat amãtẽ in amatũ.

CHRISTVS. Caro itaq; p̃cipue præparata in cœlestibus nuptiis est caro nostri spõsi/& Agni immaculati immolati pro sęculi uita: Et p̃ter hãc carnẽ in Euãgelio, ubi de ipsis nuptiis cœlestibus p̃tractať, fit mẽtio de aliis qbusdam carnibus a spõso dicẽte: Tauri mei, & altilia occisa, id est dogmatũ magnitudo

Hiero. Hebrei per tauros (ut sentit Hieronymus) & altitudo doctrinæ Dei p altilia. Sed hebrei sapiẽtes dicũt, q̃ Deus in cõuiuio pro iustis parat tauꝝ, auẽ, & piscẽ: de quoꝝ primis Christus meminit. Taurus. n. est animal nostrũ, quod expurgabať p taurũ legalẽ: Auis est portio illa suprema animę, quę uolãdo semp alta petit, per Aquilã alibi a Hieronymo interpretata: Piscis autẽ qui nutritur in aq̃s spiritus medius, aut rationale nostrũ est: quod nutritur & delectatur in aquis sapientiæ, & doctrinaꝝ. Et hæc omnia parantur in

Apoca. illo cõuiuio comedẽda a sponso, & cõuiuis/sicut ipse ait in Apocalypsi: Cœnabo secũ, & ipsi mecũ. Cœnare utiq; nobiscũ delectať, nõ q̃ indigeat bonoꝝ nostroꝝ, sed ut comedens imutet nos in se, ut unũ & idem efficiamur

Ezech. secũ ab ipso esi, digesti, & in corpus ipsius uegetati. Pisces aũt tangit Ezechiel dicens: Plurimæ species erũt pisces eius, sicut pisces maris magni: qa multiplices erũt, nõ dicam tãtũmodo species, sed genera hoꝝ piscium, idest spirituũ & animaꝝ rationabiliũ: qui spiritus assumẽtur ad illud cõuiuium uniẽdi simul cũ spõso: Quos pisces Christus nõ nominauit in illo cõuiuio parato, sed post resurrectionem assumpta natura, & cõditione spiritus de ipsis comedere uoluit, distribuens etiã discipulis, ut narrat Iohãnes dicens:

Iohan. Lucas Accepit Iesus panẽ, & dabat eis, & piscẽ similiter. Sed Lucas quoq; ait: Et cũ manducasset partẽ piscis assi, & fauũ mellis, sumens reliquias dedit eis dicens: Hæc sunt uerba, quæ ego loquutus sum uobis, dum adhuc essem uobiscum. Alius igitur est hic piscis, quem comedit Iesus post resurrectionem, q̃ illi qui nascuntur in mari, cũ (teste Christo) eius reliquiæ sint uerba, quæ ipse loquutus erat cum eis, dum esset in humanis: Verba. n. spiritualia reliquiæ sunt ipsius spiritus, quæ cõseruare debemus multo maiori reuerentia q̃ sanctoꝝ reliquias, in quibus etiã fuerunt eorum spiritus.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creativ

De Fructibus huius conuiuii. Con. IIII.

COncentores nostri Ezechiel & Iohānes etiā fructus pro isto cōuiuio præparatos enarrāt: inqt.n.Ezechiel:In ripis fluuii, qui trāsit per ciuitatem est omne lignū pomiferū: nō defluet foliū ex eo,& nō deficiet fructus eius.Per singulos mēses affe ret primitiua/quia aquę eius de sanctuario egrediunt.Et erūt fructus eius in cibum,& folia eius ad medicinam.Iohānes autem idem quod Ezechiel personat,sed clarius:quia forsitā & clarius uiderat.Is igitur ait:In medio plateæ eius/& ex utraq; pte fluminis lignū uitę afferēs fructus duodecim, & folia ligni ad sanitatem gentiū.Magna sunt hic sacramēta/& grauiora q̄ nostri imbecilles humeri sustinere ualeāt:nō nihil tamen(fauēte Domino) dicemus.Memorāt primo concordes fluuiū transeuntē per mediam ciuitatē/de quo forte Regius Propheta:Fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei.Fluuius hic est affluentia omnium bonoꝝ emanās ab illo indefi/ cięti fonte,a quo omne bonū:qui lętificat ciuitatē ipsam Dei/& omnes cō ciues eius.Lignū autē uitæ est illud,a quo subministrat eis uita promissa & æterna.Qui uero sint fructus isti/qui singulis mēsibus produci dicunt/ O bone deus nisi tu/qui arborē plantasti doceas,nihil temere ausim affirmare.Nec mihi uidētur illi fructus spiritus,quos meminit Paulus:qa ipsi uiatoꝝ sūt,nec apponēdi cœlestibus nuptiis.Et si arbor illa est lignū uitæ, qui est filius,aptius dicerent fructus illi filii q̄ spiritus,q̄uis & fructus spiritus dici possent:qa spirituales,& eius uirtute producti.Est nihilominus hæc arbor ipse Deus filius,quæ in terrea carne plātata omnimodū fructū produxit. Sed de duodecim p̄cipuis fructibus fit mētio,qa sunt primarii, & producti dicūtur per singulos mēses.Et ut intelligatur quid per mēses, & dies inuatur(cū in illa successione æterna nō habeatur distinctio ānoꝝ, dierū,aut mensiū) alius exquirendus est sensus,q̄ sonet littera:in quo uerificet mēstrualis illoꝝ fructuū productio.Diximus Apostolos duodecim præfectos duodenæ familiæ figuratiuæ & ueræ,quæ partim ad metā duodecim signoꝝ cœlestiū:per quoꝝ spatia decurrēs sol distinguit duodecim menses.Sūt itaq; mēses in illis æternis hospitiis secundū partitionē distributionis,& nō secundū temporꝝ curricula,descripti per has partitiones inferiores,tanq̄ causæ per effectus,aut ueræ formæ per picturas. Quia igitur præsidebūt Apostoli duodecim illis familiis,quoꝝ signati,& præcipui distinguntur per duodena millia:hinc numerātur præcipui fructus huuis arboris uitæ duodecim,& menstruales:quos primarios & peculiares fructus produxit ipsa arbor uitæ in cibū,& pastores totius familiæ. In cibū qdē & eduliū iā Principē expositū,simul & nos omnes esse declarauimus. Folia aūt data in sanitatē gentiū sunt illi,qui in utilitatem alioꝝ,& non in proprium fructū prædicant,ut alias diximus:uel sunt sacramenta data in

Ezech.

Iohan.

Dauid

sanitatem omnium uulneratoꝝ,aut languentiū per peccatū originale,aut actuale.Sunt nāq; folia quasi tegmenta quędā in typū sacramentoꝝ,quæ expurgāt peccata,tegūtq; nuditatem peccantiū.Sed non poterāt conte/ gere nuditatem Adæ illa folia ficus,quia non acceperāt uirtutē ab arbore uitę:nec erāt huiusce arboris folia. Nā si accepissent Adā de foliis eius, for/ sitā texissent nuditatem suā.Sed prohibuit Deus dicēs,ne forte accipiat de ligno uitæ,quia nō erat adhuc tēpus distribuendi fructus eius,aut folia:at ubi uenit plenitudo tēporis, distributa sunt folia huius arboris,& dispen/ sata sacramenta in sanitatē omniū languentiū: dūmodo sint dispositi de/ bita cōtritione,& reuersione ad Deū, ut per Prophetam inquit:Vt mede/ rer contritis corde.Quod fit semp uirtute illius Arboris,quæ est uita,lux, & uerbum,de quo Psalmographus ait:Misit uerbum suū/ & sanauit eos. Et sub istis fructibus duodecim cōtinentur omnes alii,qcūq; sint:sicut su/ per duodecim fūdamētis(ut explicauimus) cætera omnia ædificata sunt. Et sicut illa duodecim fundamenta innituntur unico fundamento,qui est Christus Iesus/sic oēs illi fructus emanāt ab illa unica Arbore uitæ Chri/ sto Iesu irrigata ab aqua fluente ab illo sanctuario/a quo omne datū opti/ mū,& omne donū perfectum:& a quo ipsamet arbor uitæ fatetur omnia accepisse dicens:Omnia dedit mihi Pater.Quibus fructibus delectabitur sponsus, delectabit & Pater summus tanq̄ in propagine dilectissimi filii. Congratulabuntur etiam ad inuicem omnes fructus illi considerantes se a tanta arbore processisse,& appositos esse in tam celeberrimo conuiuio:hi etiam(quod mirum est) ne dum erunt fercula,uerum etiam conuiuæ,nec aliqua ex comestione fiet diminutio.

Dauid

Idem

CHRISTVS.

Quæ copia & suauitas ciborum. Con. V.

Dauid Augu.

CIbi nequaq̄ sufficerēt,nisi copiosi:nec boni,nisi suaues. Quæ duo clare refert diuus citharœdus(ut sentit Augustinus)dū ait: Memoriā abūdantiæ suauitatis tuæ eructabūt.Adeo.n. suaues & abūdantes illi cibi sunt,& tāta ingluuie deuorant: ut nō erubescant cōuiuæ superabūdantes portiones eructare.Quāuis ali/ qui pro eructabūt interpretētur loquētur: sed melius uertitur eructabūt, cū illud יַבִּיעוּ iabihu a נָבַע nabah ueniat,qđ significat abūdauit, & eructauit.Sic enim interpretati sunt septuaginta,quos sequitur Augustinus. Ii igit cibi suauissimi,& abūdātes comedendi sunt in magna copia,postq̄ eructatio ex abundātia in cōmendationē edentiū a Propheta decantatur. Quinimmo ad ebrietatem inuitamur a cœlestium nuptiarꝝ sponso dicente in cāticis:Bibite,& inebriamini charissimi,cum uobis vꝫ data sit mensura bona,cōferta,& superaffluens,ut dicitur in Euāgelio,cui titulus est secundū Lucā. Sicut enim crapula ciboꝝ corporaliū tāq̄ sordida damnatur,sic copia/ebrietas/& crapula ciboꝝ spiritualium tanq̄ decora, & digna laude

Septu.

Cātica

Lucas

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creati

cõmendãtur. Hinc beati cõmendantur in illa regione comedẽtes, & dam/
natur esuries, sicuti conuiuii illius Princeps in Isaia loquitur dicens: Serui Isaias
mei comedẽt, & uos esurietis: Ecce serui mei bibẽt/ & uos sitietis: Vos inq̃
q egistis malũ in oculis meis. Et qñ hæc futura sint paulo inferius declarat
dicẽs: Ecce. n. ego creo cœlũ nouũ, & terrã nouam/ & nõ erũt in memoria
priora/ cũ erit uita, status, & hospitiũ nouũ, de quo peculiarius subinfert
dicẽs: Ecce ego creo Ierusalẽ, supnã vȝ ubi fiẽt istæ nuptiæ in exultatione,
stãte populo eius in gaudio. Et nõ audiet ultra in ea uox fletus, & uox cla/
moris. Tunc lupus & agnus pascentur simul, qa ex utraq; parte (dextera
vȝ unde Agnus, & sinistra unde lupus) erunt simul cõuiuãtes, & tribunal
iusticię & misericordię erit unũ, explosis illis, q citati ad uniuersale iudiciũ
collocabunt a parte sinistra ex ipsoꝝ flagitiis cõdẽnãdi. Qua sentẽtia lata
nõ egrediet ultra a tribunali iusticię executio in uindictã maloꝝ: unde se/
quit: Leo comedet paleã simul cũ boue, & nõ amplius carnes in suppliciũ
rebellãtiũ suo creatori. Serpẽti ãt penitus eiecto ab illo cõuiuio & hospitio
relinquet in cibũ puluis, ut dicit Propheta: Et serpẽti puluis panis eius, si/ Dauid
cuti ei ab initio dictũ est: Pulueré comedes omnibus diebus uitę tuę. Et qa
regnabit pax perfecta, & unio cũ Principe, exulabit cuiuslibet noxii ani/
mantis omnis malignitas, & omnis iustitia puniens: & ideo sequitur: Non
nocebunt, neq; occident in omni monte sancto meo/ dicit Dominus: sed
gaudentes erunt in conuiuiis/ & epulis illis æternis.

MODVLVS VNDECIMVS/ INSTRVMENTA.

De primo instrumẽto qui est cœloꝝ globus. Concentus Primus.

QVa harmonia resonent cœlestes orbes/ satis iã explicauimus: Sed hoc addamus, q; cõcẽtus illi cœloꝝ ascẽdẽtes resonãt in tota illa cœlesti aula, ubi sunt personatores, eoꝝ intelligentiæ vȝ eos regẽtes, quę astãt (ut diximus) semp ante thronũ Dei. Et hi tãq̃ Sirenes (ut Plato ait) insidẽtes orbib⁹ illis ubiq; resonare faciũt Plato
eoꝝ melos. Sed sonoros in primis eos reddit ille, cui dixit Orpheus: Tu cœ Orph.
lum quasi canorã citharã tẽperas. Et adeo tẽpatus est locus ille harmonicis
ꝓportiõibus, ut multo magis reddat uoces ibi cãtantiũ sonoras, q̃ theatra
uel scænæ musicis ꝓportionibus fabricatæ, ut spectatores facilius ꝓcipent
actoꝝ uoces, seu histrionũ: q in ꝓscæna uel suggestis illis recitabãt comœ/
dias, siue q̃cũq; alia referrẽt: ut sicuti uidebant ab oibus, & q in orchestra,
& q in pipheria hemicycli sedebãt, sic audirẽt eoꝝ uoces cõsonãtissimę, re
boãtibus uasis hinc inde miro artificio ad harmonicas uoces cõducendas
aptatis. Nã ars nõ potest naturã superare, imo eã imitat, & lõgis passibus.
Melior est igit cœloꝝ cõcẽtus q̃ fabricæ, & instrumenta hominũ artificio
cõducta. Sed citra oẽm ambiguitatẽ opinandum est inter omnia opificia
sũmi Artificis pulchrius & suauius esse illud, in quo residet thronus eius:

& sedilia omniũ cõciuiũ ipsius: In quo ne dũ aliqua dissonãtia nõ sentitur,
sed omnia cõsonantissima, omnia læta, omnia festiua, omnia iucũda. Quæ
Augu. (ut inqt Augusti.) Dauid in huiusmodi cãticis eruditus, q harmoniã mu/
sicã nõ uulgari uoluptate, sed fideli amore, & reuerentia dilexerat, mystica
rei imagine, atq; diuersis sonis rationabilibus, moderatisq; cõcẽtibus, insi
nuauit: & cõpactã unitatẽ ordinatissimæ ciuitatis supnæ cõcordi uarieta
te effigiãs decãtauit multis modulis, uariis cõcentibus, & secretioribus in
strumẽtoꝝ mysteriis, q̃ existimet a sapiẽtibus mũdi. Vnde q̃is aliq totam
pro uirili sua apposuerint industriã, ut psalmũ uel hymnũ similẽ Dauiti eis
odis decantarent, longissimo interuallo (salua corũ pace) distant a nostro
diuo Citharœdo, qui semper sublimia petit, ad quę nõ conscendit nisi sub/
uectus ab eodem Spiritusancto, a quo & ipse efferebatur.

De secundo instrumento, quod est humana lingua. Con. II.

ASignato & ordinato loco ad cãtũ necessaria est lingua, quæ uocẽ emittat, & illã sonorã, mediãtibus eius instrumẽtis, quæ sunt fauces, palatũ, dentes, labia, guttur, pulmo, spiritalis ar/
teria, quã tracheã uocãt: & prę cæteris pectorales lacerti, qui
Auice. motionis huius ab anima principium obtinẽt, ut habet ab Auicena, & ab
aliis, q de corporis dispositione scribũt. Quæ lingua, etiã corporea, exerce/
Dauid bit in laudẽ Principis, spiritu sancto in Dauide attestãte, q ait: Exultatiões
Dei in faucibus eoꝝ. Nec. n. in faucibus resonat aliqua uox dearticulata &
sonora, nisi p motum linguæ: hæc. n. corporibus oibus, quę surrexerũt, aut
resurgẽt, restituta est, seu restituet cum oibus ipsoꝝ arteriis, & instrumẽtis
multo meliori cõsonantia, quã qs habuerit, aut haberi possit in hac pegri/
natione. Nã sicut oia, quæ deformia erãt, aut distorta mẽbra & manca re/
Paulus sarcient, & pficient, ut qlibet Principi summo (sicut ait Apostolus) in ui/
rum pfectũ occurrat. Pari mõ ẽt quæ prius fuerat uox dissona & absona,
aut blæsa lingua, ppolita & q̃cõsonantissima restituet. ut nihil turpe, nihil
indecoꝝ, nihil inconcinnũ ibi uideat. Sed qa duo media pro uoce & sono
Physici formãdo a nã tributa uident (ut dicunt ii, q de nãlibus tractant, aer vȝ &
aqua, in qbus elemẽtis fit sonitus, aptius tñ in aere) uidẽdũ est, quæ aqua/
quis ue aer sit in regione illa supercœlesti/ in quo uox firmari possit. Quod
difficulter diffiniet ab his, q elemẽta admittũt tantũmodo in inferioribus/
quę sunt sub orbe lunæ. Sed q fatent elemẽta etiã in sublimioribus (ut su/
pra tactũ est) facilius hoc negociũ determinabũt. Ibi. n. sunt aquę, de qbus
Dauid sapiẽtissimus philosophus Dauid: Et aquę, quę supra cœlos sunt, laudẽt no
Moses mẽ Dñi. Moses hoc idẽ ante docuerat esse. s. aq̃s supra globũ cęloꝝ diuisas
ab eis, quæ sub eo sunt. Et iã diximus etiã cœloꝝ aliquos esse aqueos, & ali
Astro. quos aereos: Si. n. cœlũ nonũ (quod primũ mobile dicũt Astronomi, aliq
aũt crystallinũ) aqueũ est, ordinẽ elemẽtoꝝ sequẽtes dicemus supius cœlũ

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creati

ubi sunt beatoꝝ sedes, esse aereũ, cũ soliditate tamẽ q̃dã/ut firma sint beatoꝝ sedilia, & thronus Pricipis, put exigũt sedẽtes, & hospites oẽs iã glorificati. Nec obstabit soliditas, quin in fluida diaphaneitate sonus resonare possit ubiq;. Et q̃uis aliq dicãt cœlũ illud esse igneũ, ideoq; dictũ empyreũ ẅig enim ignis est, nõ tamẽ adeo igneũ est, qn sit etiã aereũ: unde alii dicũt q; denominet empyreũ magis a splẽdore igneo, q̃ a natura ipsius ignis. Sonus utiq; ibi resonabit, ut aliq ex nostris theologis asserũt. Hinc uidẽdum est qua lingua, uel quo idiomate loquent. Et pro quanto ratio mihi psuadere potest, si aliquo idiomate utunt, ipsum est hebreũ: in quo data est lex, p̃dicatũ euãgeliũ a Christo, cõscripti diuini hymni/ & data oia oracula, dẽ pta tm̃mõ illa reuelatione, quæ græce apocalypsis dicitur, græco sermone tã exarata q̃ habita. Tũ qa est mysteriosissima lingua in figuris, pũctis, accentibus, & numeris p illas lrãs importatis: adeo ut secretiores theologi ex reuolutione litteraꝝ & apicũ, & ex supputatione numeroꝝ p lras significatoꝝ oia ꝓmittãt explicare. Tum qa lræ illæ dicunt scriptæ in sede Dei, qd cœlũ est: instar cuius figuraꝝ sunt formatæ lræ ipsæ, qbus prius usus fuit Moses in dãda lege, ut memini me uidisse, si antiquitati attestãti fides adhibẽda est. Tũ demũ, qa ut hæc fuit prima lingua, emanauitq; a cœlo, & fuit ante cõfusionẽ linguaꝝ exortã in babylõe, ita erit ultima extirpata cõfusione illa, quæ in punitionẽ (ut inqt Augustinus) tantæ temeritatis & fastus inflicta est. Pœna. n. grauissima est hæc linguaꝝ uarietas, ob quã nõ possit unusquisq; uel cõtubernali, uel cõmeãti socio suos manifestare cõceptus, & necessaria peteret ut melius sit (dicit idẽ Augustinus) esse cũ catulo, uel equo suo, q̃ cũ socio extranei idiomatis, qa intelliget catulus quę ille nõ itelliget. Perstitit igit hæc lingua uel in Heber (ut opinat Idẽ Augu.) uel in familia aliq̃ pia, q̃ elatiõi Nẽbrot nõ cõsenserat: q turrim in cœlũ erigere pstũpsit, ut semotus ab aerea alteratione (ut de olympo mõte dr̃) possent ablato omni impedimẽto uacare speculatiõi, & alios excedere elati supra id, qd natura p̃stabat. Nec aliqñ defuit pia familia tãtæ temeritati nõ assentiẽs, ex qua descẽdit Abrahã, qui p̃ in sacris lris hebreus dictus est ab עבר habar, qd est trãsire, ut supra explicauimus. Sicut igit hęc fuit prima lingua semp pseuerãs inuariata, sic erit ultima etiã in patria, si qs dabit sermo uocalis: Cuius signũ est, qa intelligẽtiæ dũ hominibus loquunt sciẽtibus ipsam linguã, utunt sermone hebraico: Quãuis nõnulli asserãt dęmones, aut sapiẽtes intelligẽtias singulos singulaꝝ gẽtiũ cũ quibus habitant, linguas exercere. Verũ (ni fallor) quod diximus probabilius est, cũ omnia ferme oracula autẽtica habita sint illo idiomate. Conueniẽtissimũ igit est, ut sicut quælibet uictorioſa ciuitas nõ solũ iugũ imponit domitis gẽtibus, sed multoties & idioma, sic Impator illius ciuitatis supnæ, & astãtes principes decernent, ut omnes illuc euecti loquantur lingua, & sermone inde

Theol.

Theol.

Augu.

Idem

Idem

oriundo, & quo solebat uti Princeps illius regni, dũ inter homines uersaretur. Quod forsitan (ut diximus) erit priusq̃ illo deueniamus, uel saltem

Sopho. post iudiciũ futurũ per ignẽ, iuxta id qd in Sophonia ꝓpheta dicit Dñs: In igne zeli mei deuorabitur omnis terra. Et tũc reddam populis meis labium electum, ut inuocent nomen Dñi, & seruiant ei humero uno.

De Tertio instrumento, qd est corpus nostrum. Con. III.

Augu. CORpus humanũ ordinatũ esse perfectissima harmonia supra reserauimus, adeo ut in nullo alio corpore sit melior, & suauior. Quã Augustinus dicit esse nõ solũ in his, quæ foris patent suis numeris, & mensuris coaptata, sed ẽt in his, ad quæ humanus oculus nõ ptingit, tanta numerositate & cõsonantia cõducta, ut nullus eã inuenire potuerit, quãuis diligẽtissima fuerit anatonomicoꝝ in-

Boeti. uestigatio. De qua Boetius quoq; ait: Viuacitas illa rõnis in corpore quadam coaptatione miscet ueluti grauium, leuiũq; uocũ in unã cõsonantiã rendens cõcentus. Quã conductam homo melius sentit, q̃ intelligat, iuxta

Zoroa. illud Zoroastris: Exultat homo ob harmoniã, quã in se sentit. Et qd magis admirandũ est, nõ habet corpus humanũ solũmõ cõsonantiã inter membra, & humores ad inuicẽ, & inter animã atq; spiritũ regentẽ: sed inter diuina quoq; & supramũdana. Vnde maximo sacramẽto data sunt tot ꝑcepta affirmatiua in lege mosaica, quot sũt ossa in humano corpore, ducẽta vȝ & quadragintaocto: & tot negatiua, quot sunt nerui in eodẽ corpore: q sunt non sine cã trecẽta & sexagintaq̃nq;, quo numero dies & noctes anni cõprehẽdunt: quæ simul iuncta excrescũt ad sexcẽta & tredecim. Quẽ numerũ itidem reddunt litteræ nominis Dei אֱלֹהִים si repleant more cabalistico, & nomẽ יש׳ addito uno significante illud, quod resultat ex utroq;: Si. n. impleantur litteræ cõponentes nomen אֱלֹהִים reddunt. 296. & litterę nominis יש׳ dant. 316. quæ simul iunctę faciunt. 612. Et illud unũ, quod ex eis resultat, ꝓducit numerũ ad. 613. Quod quidẽ scđm doctrinam eoꝝ, qui theologizant per numeros magno mysterio denotat, q; plenitudo iudicii

CHRISTVS. cõtenta sub noie elohim data est Iesu, qui ait: Neq;. n. Pater iudicat quẽq̃, postq̃ vȝ facta est hæc trãslatio iudicii, sed omne iudicium dedit Filio: Qui oĩa iudicaturus iteꝝ ait: De omni uerbo ocioso, qd locuti fuerint homines, reddent rationẽ in die iudicii: multo magis de omni, qd factũ fuerit cõtra ꝑcepta tã affirmatiua q̃ negatiua, in qbus oĩbus cũ Deo penitus cõcordare, & cõuenire debemus. A qbus nõ sumus exẽpti, cũ oĩa illa cõcludant in breui, sed mysterioso uerbo euãgelico: in q̃ absorbet tota pfectio omniũ ꝑceptoꝝ dicẽte Christo: Ab his duob' mãdatis, amore vȝ Dei, & ꝓximi, tota lex dependet, & Prophetæ. Quę q adimpleuerit, sentiet illud qd in oraculo

IDEM Ezech. Dauid Ezechiel dr̃: Accesserũt ossa ad ossa, unũqd q; ad iũcturã suã: Ossa utiq; illa de qbus diuus Citharœdus canit: Tunc exultabũt ossa humiliata: & iteꝝ:

Anima mea exultabit in Dño,& delectabitur ſup ſalutari ſuo,cui v3 con/
corditer dixit:Omnia oſſa mea dicent:Dñe quis ſimilis tibi,qui omnia tã
bene cõducẽdo aptaſti,maxime uero oſſa quæ uidebant hincinde penitus
diſperſa:Et his coaptatis ſequit Ezechiel dicens:Et uidi:Et ecce ſuper ea
nerui & carnes aſcenderũt,ut omnia membra & inteſtina ſimul cõſonan/
tiſſima exultent in Dño.Hinc magnifico quodã ſenſu inquit Auguſtinus: Augu.
q; omnes nerui & mẽbra corpo; ſuſcitato; reſultabũt in laudẽ Principis
illius ciuitatis,& tanto meliori cõcentu,q̃to cõſonãtiores fuerint homines
cũ Deo in obſeruãdis præceptis,& cærimoniis eius.

De Quarto inſtrumento.ſ.lingua Angelica. Con. IIII.

INterſũt ẽt illis cõcẽtibus Angelici ſpũs, de qbus qdẽ dubita
remus,an lingua loquant & collaudẽt Opificẽ,niſi Paulus in
illo cœleſti gymnaſio edoctus,& in cuius pectore Chriſtus re
ſonat,diceret:Si linguis hominũ loquar & Angelo;. Habẽt Paulus
igit Angeli linguã ſuã,qua loquunt & adinuicẽ, & nobiſcũ,nõ qdẽ p uo/
calem ſonũ,ſed efficientes nouũ cõceptũ in his qbus loquunt,meliorẽ q̃ ſi
p audibilẽ uocẽ exprimeret. Illud aũt inſtrumẽtũ,p qd inoteſcere facit al
teri quæ bulliũt in mẽte,qualecũq; ſit,lingua uocatur: Quæ (ut ait Plato, Plato
& conſentit Ariſtoteles) data eſt,ut ipſius auſpiciis exprimamus ea, quæ Ariſto.
mente cõcepimus.Illud quoq; minime p̃tereundũ cenſeo,q; noſtra lingua
carnea duplicẽ adminiſtramus cibũ,corporalẽ v3 nobis ipſis,& ſpũalẽ cæ
teris.De prima adminiſtratiõe inqt Marcus Varro,q; lingua dr quaſi ci/ M.Va.
bum ligãs,ipm.n.circũuoluẽs dentibus cõterendũ p̃bet:poſtea conglobãs
in uentrẽ demittit.De ſecũda manifeſtũ eſt,q̃r lingua p̃bemus cæteris pa
bulũ uerbi Dei:Et qd facit hõ ſenſibili uoce,efficit Angelus imprimendo
cõceptũ.Vñ ſicut Iohãnes dictus fuit uox,ita Apli & p̃dicatores in eo,qd
manifeſtãt occultũ Dei uerbũ,dicunt linguæ:imo & ſpũſctũs qui mouet
linguã,& p̃ſtat copiã fandi,in linguis igneis apparere uoluit.Quõ aũt An
geli ſint linguæ,& loquant,q̃uis occultũ ſit ſicut & ipſi Angeli,tñ aliq̃ mõ
pcipe poterimus,aduertẽtes quẽadmodũ unuſqſq; loquat:Si.n.pcul eſt,
uehemẽtiori clamore indiget:Factus uero ppinquus in audiẽtis aure ſuſur
rãdo ſubloquit:Et ſi poſſet cũ audiẽte aio & ſpũ copulari,nullo ſono prſus
egeret,ſed ſermo eius mẽte cõceptus nullo penitus ſono audiẽti illaberet.
Hoc qdẽ aiabus e corpe egreſſis,Angelis,& dęmonibus contingit:hos.n.
oẽs ſine ſtrepitu(ut in pluribus)aduerſari,nulli dubiũ ẽ,& multigena clã
nobis inferre bella.Sicut.n.aer p̃nte lumie colores, & formas ſuſcipiẽs tra
ducit in illa,quæ nãr huiuſmodi ſuſcipe p̃nt:Quos colores ſuſcipiẽdo ſpe
cula repſentãt ſuſceptas imagines inſpiciẽtibus.Sic dęmoniaca corpa(ut
qdã aſſerũt) eas q̃s recipiũt a Phãtaſia,uel cogitatiua uirtute formas/figu
ras/atq; cõceptus in ipm aial nim trãſmittũt/multas nobis illecebras inge/

rẽtes,formas ſubidicãtes,ſuſcitãtes iã penè ſopitas uoluptates,ſimulachra
paſſionũ frequẽter cõcitantes uigilãtibus,atq; dormientibus.Sed hi ptur/
bãt aias arte,atq; ſophiſtica fraude:Angeli uero, & meliores mentes eodẽ
mõ operãtes alia,& hæc qdẽ meliora ſuggerũt,ſecm eã locutionẽ (inquit
Augu. Auguſtinus) quã ſublimiorẽ Deus h3 ad eos p imutabilẽ opationẽ,atq; de
terminationẽ eius.Et hęc nõ hẽt ſtrepentẽ ſonũ atq; trãſeũtẽ,ſed uim ſem/
piterno manentẽ,& tpal opantẽ,cauſando in mẽtibus illis quicqd p eos
Idem decernit obſeruãdũ.Ideo (ut ibidẽ Auguſtinus ait)cõſulit ab eis incõmu/
tabilis Veritas tanq̃ lex æterna,in illa eo; ſupna curia,cũ nõ ſint ſibiipſis
Veritas,ſed creatricis participes ueritatis,ad quã mouent tãq̃ ad uitæ fon
tẽ.Quibus incõmutabilis illa ueritas loquit ineffabiliꝛ,oſtẽdẽdo tãq̃ in ſpe
culo quæ diiudicat oſtẽdenda,aut in noſtrũ bũficiũ,aut in regimẽ re; no
bis creditar,aut in beatitudinẽ nobis ipartiendã. Quibus ſic reſeratis cor
reſpõdẽtes mẽtibus & affectibus canũt, & Deũ laudãt ſuauiſſima cõſonã
tia:Et aliq̃n emittũt ẽt uocẽ ſenſibilẽ,ut in Aſcenſione Dñi memorant fe/
ciſſe audiẽtibus oibus,q aderãt huiuſmodi uerba:Viri galilei qd ſtatis aſpi
Dauid ciẽtes in cœlũ,& cętera quæ ſequunt,iuxta illud Dauitici hymni:Aſcẽdit
Deus in iubilo,& Dñs in uoce tubę.i.in uoce Angelo; manifeſta,ut iter/
Augu. pretantur Auguſtinus,& Hieronymus cõcordes.Vocẽ aũt tubæ terribili
Hiero. clãgore emittet Archãgelus ille ad cõuocandos oẽs ad iudiciũ,& tribunal
Paulus Chriſti,iuxta illud Apoſtoli:In uoce Archangeli,in tuba Dei,idęſt Ange/
lica,cuius flatus & uirtus erit Deus ſuſcitans. Sit itaq; uox ſenſibilis, aut
rationalis uirtus cõcinens,& laudans,erit utiq; ſuauiſſima.

De mẽtibus Angelicis & beatis,q̃ & ipſę inſtra ſũt reſonãtia. Con.V.

POſtq̃ igit ſermo illius p̃iæ cœleſtis potius mẽte q̃ ſono cõdu
cit,erũt & ipſę mẽtes inſtra q̃dã reboãtia ſuauiorẽ cõcentũ q̃
ille,q uocali ſono efficit.Quã cõſonãtiã cõiectare poſſumus
ex his,quæ cõtinua cõprobamus expiẽtia:Qñ.n.mãifeſtatis
cõceptibus ſentit cõcordia iter colloquẽtes,cõdelectatio q̃dã ſuauitate re/
ferta ex illa cõſonãtia reſurgit:ſicut horror,tediũ,diſplicẽtia,& dolor ſenti
tur ex diſſonãtia uocũ,& aio; p̃cipue,adeo ut ab hmõi inferni odor p̃ſen/
tiat.In illo igr ſupramũdano thalamo,ubi ſũma ẽ cõcordia omniũ mẽtiũ
tã diuia;,q̃ hũana;,& Angelica; ad iuicẽ,& oĩum cũ ipſo Pricipe,ſũma
Augu. oĩo cõcipiet iucũditas,quã Auguſt.opinat, & aſſerit btitudinis cãm,q̃ eſt
in cõſonãti adhrẽtia cũ Deo,ſicuti miſerię cã ẽ diſſonãtia ab eo.Et hæc ẽ
uera cõſonãtia,mẽtis v3/ad quã ois cõcẽtus uocalis,q fit p inſtra nãlia,ſiue
ille q fit p aduẽtitia,& arte cõfecta deferẽt,tãq̃ ad præcipuũ inſtrm omniũ
laudũ.Decãtãt igit in primis omniũ btõ; mẽtes Opificis laudes ſua uoce
altiſona:qa plura & altiora poſſumus mẽte cõtẽplari,q̃ ore eloq: Nec ulla
gratior ẽ Pricipi melodia q̃ cõcordia mẽtis,in q̃ ipſe potiſſime oblectat:de

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creati

qua Augustinus sup illud psalmi:Psallite sapienter,inqt:Sapienter psallit, qui mentis illustratione laudat, qa nemo sapienter facit,qđ nō bene intelligit.Nec.n.elegans laus est,nisi a mente & corde,pficiscatur.Hinc ea,quæ a corde nō ꝓuenit,a Deo despicitur: ut in Isaia apertissime loquit̄ dicens. Populus hic labiis me honorat,cor aūt eoꝝ lōge est a me.Iccirco diuus cōcentor,ut laudē gratā Deo ꝓsolueret,ait:Cōfitebor tibi Dñe in toto corde meo.Et Deifera uirgo cœlestes cantiones iā instructa ꝓ uerbū,qđ baiulabat in uentre,intonuit: Magnificat aia mea Dñm:& exultauit spūs meus in Deo salutari meo.Animā.n.& spiritum cōiungit in laudem Principis & sponsi,nescio qua celebratissima musica,paruifaciēs alias,adinuēta,proculdubio plena & potissima laude in nostro tali cōcentu. Augu. Isaias Dauid B.Vir.

De flatu præstante sonum omnibus istis instrumentis, qui Spūs sanctus & uerbum diuinum est. Con. VI.

EX ꝓscriptis qppe instrumētis nullū,resonaret,nisi adesset Verbū diuinū,& uirtus Spūs sancti.Nā si uirtutē ꝓstat loquēdi corā Principibus terrenis,nō ne magis ꝓstare debet his, q cōcinūt laudes corā Principe summo? Habemus.n.a Christo, qui est testis fidelis,in Euangelio scđm Matthēū:Cū steteritis ante Reges & Præsides,nolite cogitare qūo,aut qd loquamini, qa nō uos loqmini,sed Spūsctūs est,q loquit̄ in uobis.Nec cōsonantiā mētis cū Deo hre possumus,uñ ueritas pullulet,& coalescat,nisi ꝓbeat nobis hāc cōcordiā & ueritatē ille,q dixit:Ego sum ueritas.Hinc de ꝓ rebellante & dissentiēte ab illa cōsonātia dictū est:Ille homicida,uel occisor suiipsius ỿ/ab initio in ueritate nō stetit.Habita igit̄ hac cōsonātia,quę est ex uera cōcordia cū Deo ꝓ fontē ueritatis,amor suauissimus & delectabilis cōsurgit.Hinc sapiens ille dicebat:O q̄ bonus & suauis est Dñe spūs tuus i oibus.Et iteꝝ:Est.n.spūs intelligētię sanctus,suauis.Ideo Paulus qñ docet,ut exhibeamus nosipsos gratos Deo,inqt:In suauitate & spūsctō: Suauitatē.n.cū spū sctō cōnectit, quasi hic sine illa hēri nō possit.Vbi.n.est Spūssanctus,ibi suauitas:& ubi suauitas & gaudiū uerū,ibi Spūssanctus: & ubi Spūssanctus,ibi Verbū ꝓ̄quiū ad ipm Spūm,qui ambo uitā,ambo flatum & uirtutē ꝓstant:q̄is alter magis intellectū ꝓ ueritatē,alter magis uoluntatē amore ꝓfundat. Sapiē. Paulus

Quid sibi uelint illa instrumenta, quæ multa cōmemorantur in Dauiticis hymnis. Con. VII.

NEc ꝓtereunda censeo instrumēta illa,qbus Dauid iubet Deo psonari in nouissimo psalmo.Inuitat.n.nos,ut Deum laudemus in sono tubę/psalterio/cithara/organo/cymbalis/& aliis instrumētis, quæ apud nos minime sunt in usu:ut הַשְּׁמִינִית aseminit/הַגִּתִּית agitit/נְגִינוֹת aeginot/מִכְתָּם/& huiusmodi.Quæ cū ex neruis/lignis/metallis/& huiusmodi/putrescibilia,aut corrosiua fierent,aliud Dauid

Augu. ꝓtendere uidentur,q̄ lra sonet.Opinat̄ hic Augustinus oia illa instrumenta referri ad modū depromēdi diuinas laudes,sic dicēs:Sancti in oibus musicis instrumētis laudes diuinas mystice decātare dicunt̄.In tuba.n.excellentissimā laudis claritatē ostēdūt.In psalterio & cithara,ꝓ cœlestia & terrestria laudāt Deū,qui fecit cœlū & terrā:Psalterium.n.a supiori resonat: Cithara ab inferiori.Tympanū fit ex corio exiccato & firmo,ut firmitatē laudum,& laudatoꝝ designet.Organū,licet dicatur qđ ꝓ fistulas flātibus follibus sonet,hoc tñ est gñale nomē omniū uasoꝝ musicoꝝ,ut multigenā laudē iuuat.Cymbala uero,quæ tactu sonāt,labia nra effigiāt: quæ quadam ꝓcussione ad inuicē sonū emittunt. Sed Cassiodorus illa instrumēta aliter interpretat̄ dicēs:Tuba cōcrepet Regi:Psalteriū canat Deo:Cithara cū reliquis sponso:cū reliquis inq̄,quæ ꝓ chordaꝝ tensionē sonāt.Organū quasi turris diuersis fistulis fabricatū Ductori nostro,& uincenti resonet. Isaias Paulus Idem Gene.

Ati.Gre. Omittā,quæ iterū hic Augustinus, Gregorius, & alii de huiusce modi instrumentis sentiunt,& ꝓducemus ea,quæ nobis omniū minimis Sanctus spūs suggessit.Tuba (sacra scriptura docēte) eā laudē,quā dederunt Deo in cōcionibus suis,& nunc referūt diuini cōcentores,innuit: Ad quos per Isaiā dicit̄:quasi tuba exalta uocē tuā. Psalteriū Patres illos ueteris testamenti significat:qui ꝓ Decalogi obseruationē meruerunt inter cōcentores diuinos cōputari, uirtute tñ illius,a quo ois gra,& meritū:qa nemo (inqt Paulus) iustificat̄ ꝓ legē.Cithara euangelicos psonatores cōprehendit iam per omnia cōpita,& uicos mūdi diuulgatos,sicut cithara quæ instrumētū triuiale est. Et qa Christus promissus fuit in mosaica lege, & exhibitus in euangelica,ideo Pater eum duplici uocabulo interpellat pluries repetens: Exurge gloria mea:Exurge Psalteriū & cithara.Tympanū, qđ corio extento ad ligneā pipheriā conficit̄,illos ꝓsagit:qui corpora sua iciuniis,abstinentiis,& austeritatibus cruci affigūt,uitia & pruritus ui quadā ad ipsā extendentes:de qbus inquit Paulus:Qui Christi sunt,carnē suā crucifixerunt cū uitiis & cōcupiscētiis.Chorus (absq; cōtrouersia) indicat oēs,qui mutua charitate cōueniunt reciproce se amātes:sicut in choro diuinæ laudes alternis de more celebrātur.Et cū multa instrumēta prætulisset,tandē excitationē istā ad laudem cōcludit dicens כֹּל הַנְּשָׁמָה תְּהַלֵּל יָהּ col anesama thelel iah:quod nostri interpretati sunt,Omnis spūs laudet Dominū. Sed melius dixissent:Omnis anima,iam perfecta ỿ/laudet Dñm:anesama.n.animā purā,& diuinā significat:prout a Deo emanat.Ideo quādo tractatur de primęua infusione animæ a Deo in hominē dicit̄:Et insufflauit in faciē eius nismat haiim:quod nos interpretatum habemus spiraculum uitæ.Nā aduertendū est,q̄ hoc uocabulū anesama nō habet̄ in usu: sed magno mysterio ipso utit̄ scriptura, qñ Deus animā infudit homini, & in fine hymnoꝝ,ubi excitatur homo ad reddendā Deo ꝓfectam laudē:

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creati

quã minime ſoluit,niſi aĩa purificata penitus ſit,ſicut erat qñ a principio infuſa fuit.Et quouſq; fœditatẽ corporis ſentit,nõ niſmat,aut neſſama,qđ idẽ eſt,dicit᷑ in ſcriptura ſacra hebraice/ſed nephes/qđ ſignificat animã ali qua animalitate fœdatã.Ad primã igit᷑ puritatẽ reuerti debet, ſi Deũ (ut cõueniẽs eſt) laudare cupit.Nec tñ expurgata ipſa eſſe debet,ſed expurgaſſe ẽt debuit corpus,qđ inhabitauit:ut & ipm cõueniat in celebres Opifices laudes,ut ſupra tetigimus. Qđ propheta ꝓmiſerat dicẽs:Laudate eũ in chordis & organo:Organũ.n.paſſim dicit᷑ corpus noſtrũ,ꝓ cuius neruos/& uenas/& arterias anima opat᷑,& ſentit᷑,ſicut ſonus ꝓ fiſtulas organi inſtrumẽtalis. Sicut.n.mũdus (Dorilao pythagorico teſte) eſt organum Dei:ſic corpus eſt organũ animę,cuius nerui,muſculi,oſſa,& arterię oẽs, nũc fiſtulę,nũc chordę dicunt᷑ huius corporei orgãi:quæ chordę hebraice dicunt᷑ מיתים minim/qđ ꝓprie interꝓtãtes poſſemus dicere ſpẽs,uel genera:Genera vꝫ multipliciũ arteriarꝫ interiorꝫ,quas oẽs diuus Citharędus in laudẽ principis alibi ſimul cũ aĩa excitat dicẽs: Bñdic anima mea Dñm, & oĩa quæ intra me ſunt,aut omnia interiora mea,nomini ſancto eius. Dauid Dauid

MODVLVS DVODECIMVS/ EPITHALAMIA.

Quis Epithalamia cantet. Concentus Primus.

SEd cū Imperatoriā,aut regiā dignitatē quis duplici iure su/ scipiat,hereditario v3 & iusti belli: Vidēdū censeo,quomodo Christus Imperator noster non tyrānice,sed utroq; iure illud sibi uendicet imperiū:Habuit.n.in eo hæreditariū ius,cū fue rit filius summi Principis,cū quo & omnia,quæ ci subiecit,fabricauerat, ut dixit atcanoꝝ reserator Paulus:Quē cōstituit hæredem uniuersoꝝ,per Paulus quē fecit & sæcula. Sed hoc parū sibi iustum fuisset,nisi uirtute & arte mi litari (iusto tamē bello) insigne imperiū iterum comparasset. Propositum nāq; est regnū instar præmii currentiū,aut decertantiū, his qui in agone huius mortalis uitæ hostē deuicerint. Pro cursu siqdē gymnico est ipsius uitæ curriculū,quo ad præmiū,uel pœnā quisq; deuenire pōt. Pro certa/ mine uero indictū est bellū cōtra uitia,& tartareos hostes,ut supra expli/ cauimus. In quo prælio uexanť,& anguntť quicūq; decertant,iuxta illud Apostolicū:Oportet nos per multas tribulationes introire in regnū Dei. Idem

Inde ut

Inde ut uim sibi unusquisq; inferat necesse est,sicuti Impator ipse & Rex
CHRI/ noster protestatur dicēs:Regnum cœloꝝ uim patitur/ & uiolenti rapiunt
STVS. illud. Violenti quippe,aut in seipsos castigātes corpus/& in seruitutē redi/
Paulus gētes/aut cōtra Impatoris hostes/sicut & Apostolus ait:Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Et q fortius i hoc bello,& magis strenue se ges/ serit,copiosius p̄miabit. Hinc qui excellentiori corona sunt donati/durio/
CHRI/ res sustinuerūt impetus. Testes sūt Apostoli/& domestici discipuli Domi/
STVS. ni iādiu assumpti in assessores Principis/qbus ipse dixit:In mundo pressu/
Paulus ram habebitis:& hāc utiq; magnam/ quā Paulus cōmemorās ait: Sancti uero ludibria & uerbera experti/ insuper & uincula/ & carceres/ Lapidati sunt,secti sunt/tentati sunt/in occisione gladii mortui sunt. Circuierunt in
Simeō melotis/ & in pellibus caprinis/egentes,angustiati/ afflicti:quibus dignus nō erat mūdus. Testis est & Imperatrix/ cui dictū est a Simeone ꝓpheta: Et tuā ipsius animā pertransibit gladius,adeo ut dicāt quidā sapientes,q̄ fuerit pluſq̄ martyr. Gladius utiq; cōpassionis/qua simul cū filio pro utili sua passa est:Gladius diuidens animā inferiorem a spiritu,ut perfecte dei/
CHRI/ fica efficeretur. Testes sunt omnes commilitones Imperatoris,quibus ipse
STVS. ait:Qui uult uenire post me/abneget semetipsum/& tollat crucē suā/& se/ quatur me uim sibiipsi inferens/& decertans cōtra hostes lucis & ueritatis/ sicut & ego feci. Cū igitur ipse Imperator omnes excedat in præmio & co rona/ideo certandū sibi erat supra omnes:quod reserās duobus discipulis eūtibus in Emaus dixit:Oportuit Christū pati,& ita intrare in gloriā suā.
Iere. Passus est itaq; super oēs/& pro omnibus tanto doloris excessu/ ut ei dicat Ieremias/Magna est uelut mare cōtritio tua. Et cū pro nobis patiens om/ nium nostrum debitū soluerit/ideo omnes ipsi tenemur. Nec tantū passus est ut pro nobis debitum solueret/ sed strenue dimicans eripuit e manibus
Zach. inimici totū humanū genus. Cum autem redēptus a captiuitate (ut leges decernūt) teneatur rediměti,ideo diuino spiritu afflatus Zacharias ceci/ nit: Vt sine timore de manu inimicoꝝ nostroꝝ liberati seruiamus *illi i* san ctitate/& iustitia corā ipso omnibus diebus nostris. Et sic sapiētia illa diui
Eccli. na,quæ tāq; author omniū iure in omnibus principatur,ut in ecclesiastico legimus:In omni populo,& in omni gente primatū tenui/sic & in huma/ nitate assumpta decertans,bellans,uincens,& triumphans, *iure* iusti belli merito quoq; dominaretur.

De Regno commilitonum. Con. III.

NEq; id credatur esse quia serui dicimur, *nos* uili seruitute dā/ natos,cū seruiamus illi cui seruire regnare est. Hinc Impera tor declarat nos destinatos ad regnū,ad quod etiam inuitat
CHRI/ dicens: Venite benedicti Patris mei,possidete paratū uobis
STVS. regnum a constitutione mundi. Si enim Imperator mundi huius præst

© The Warburg Institute. This material is licensed under a C

multis regibus,multo melius Imperator cœlestis habet cõmilitones reges/quibus loquitur Petrus dicens:Vos autem genus electum/regale sacerdotium,gens sancta,populus acquisitionis.Ponderanda profecto valde est illa coniunctio regni & sacerdotii:quia dicitur regale sacerdotium, ad innuendum,quod quilibet Christianus fulgere debet utroq; regno uidelicet & sacerdotio:ut sit uerus miles illius,qui fuit sacerdos in æternũ secundum ordinem Melchizedech,qui rex iustus interpretatur. Testatur ergo, q; fuit sacerdos regius, sicut & quilibet nostrum esse debet. Nam ut uerus rex debet dominari omnibus terrenis, & corpori suo,id (prout opus fuerit) redigens in seruitutem. Tanq̃ autem uerus sacerdos quilibet offerre debet ipsum corpus suum in sacrificium Deo uiuenti, sicut docet Paulus dicens:Obsecro uos fratres per misericordiam Dei,ut Exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem,sanctam,Deo placentem. Cui si addamus tertium,sapientiam uidelicet,erit perfectus homo:ut non triuiali doctrina dicitur de Mercurio,qui erat ter maximus,in sapiẽtia,sacerdotio, & regno.Sed multo elegantius noster sũmus Pontifex Christus splenduit sapiẽtia,regno,& sacerdotio:Quæ quidem habere debet quilibet christianus,maxime uero qui ipsius summæ sapiẽtiæ uices gerit:unde non ab re infula,seu mitra eius triaria (quæ uulgo regnũ) insignit:quasi sit triplici dyademate coronatus,sapientiæ,regni,& sacerdotii.Nisi enim sit sapiẽs, non potest esse bonus: quia omnis ignorans malus,ut dicunt Peripatetici.Nec tantum summus pontifex debet præeminere doctrina,sed quilibet Episcopus,sic dictus ab,epi,quod est supra,& scopos,intendẽs,quasi sit supra intendens plebi,ut Augustinus interpretatur:uel a scopos,quod est speculatio,ut aliis placet:Vnde intelligatur prelatus in specula positus super gregem suũ.Sed nec quilibet alius sacerdos sapientia, atq; scientia carere debet:quia per Osee cõminat Dominus:Quia tu scientiã repulisti, ego repellam te,ne sacerdotio fungaris mihi.Hinc dixit Imperator omnibus suis aseclis:Ego dabo uobis os,& sapientiã: & loquens de spiritu sancto,quẽ erat demissurus,dixit:Ille suggeret uobis omnia.Ex quibus colligimus,q; uult suos commilitones esse sapientes.Iubet etiã ipsos regnare eo regno, quod diximus consistere in uero contemptu terrenor̃,& mortificatione sui ipsius, ideo dixit : Nisi quis renunciauerit omnibus, quæ possidet, suppeditando omnia tanq̃ uerus rex,non potest meus esse discipulus.Qua sapientia habita,& quo regno obtento, iubet ascendere ad uerum sacerdotiũ,de quo ait:Qui uult uenire post me,abneget semetipsum, & tollat crucem suam,& sequatur me , offerens.s.& mactans seipsum in sacrificium uiuũ æterno Patri:Quod clarius explicans Apostolus inquit: Qui Christi sunt,carnem suam crucifixerunt cũ uitiis,& concupiscentiis. Et hoc est,quod conscensurus in aram crucis, ut offerret seipsum agnum

Petrus

Paulus

Mercu.

Peripa.

Augu.

Osee

CHRISTVS.

IDEM

Paulus

CHRISTVS. immaculatum,indixit nobis dicens:Hoc facite in meam cõmemorationẽ non tantum panem, & uinum in memoriã corporis & sanguinis mei oferẽtes,sed uosmetipsos hostiam uiuam in odorem suauitatis,sicut obtuli me Patri pro uobis.Quam crucem eo animo tollentes,ut regi nostro cõformemur,statim uera sapientia,quæ abscõdita est in Christo Iesu crucifixo,potientur:quã nemo sapientum huius mundi adeptus est:Ex qua cõscendimus ad regale sacerdotium,& regnum sacerdotale. In quod regnũ

Paulus oportet nos(inquit Paulus) introire per multas tribulationes,sicut supra

Idem dixerat Imperator:Regnum cœlor̃ uim patitur.Hoc est itaq; uerum re

Iohan. gnũ,ad quod nos (ut ait Apostolus) uocauit:Cuius ianuas Impator noster aperuit debellato diabolo in horrido crucis certamine,ut explicat Iohannes in sacratissima uisione dicens:Nunc facta est salus,& uirtus,& regnũ Dei nostri,& potestas.Christi eius : quia proiectus est accusator,qui accusabat eos die ac nocte in conspectu Dei nostri ob peccata,q̃bus irretitum erat humanũ genus absq; liberatore.Sed adeo eum in cruce debellauit,& eiecit foras,ut patefactus sit aditus oĩbus uolẽtibus illuc introire, ut regnare possint cũ Imperatore,Cui laus & honor in sæcula amẽ.

MODVLVS SEXTVSDECIMVS/ PAX.

Quid sit Pax. Concentus Primus.

Augu. PAx qdẽ (ut recte sentit Augustinus) est rer̃ trãquillitas ordinis:qui ordo est parium,dispariũq; rer̃ sua unicuiq; tribuẽs dispositio:Nã omnibus rite ordinatis sequitur trãquillitas & pax:quæ cũ multiplex sit,multiplici diffinitione explicatur. Est enim pax corporis ordinata compositio partiũ,quæ sanitas dicit. Pax irrationalis animæ est ordinatus & quietus appetitus. Pax animæ & corporis est ordinata uita, & harmonica unio,& opatio cõsentanea utriusq;. Pax aũt rationalis est ordinata cognitio,& omnimoda electionis consensio.Et hæc est illa fœliciſſima congregatio duorum uel trium,in qua Rex pacis habitare promittit,quando uidelicet animal nostrum cum ratione, & ratio cum uoluntate,& uolũtas cum ratione consentit.Ex qua sequitur uera pax cum Deo,quæ est pura legis & uoluntatis Dei manifestatæ obseruatio:& ne dũ templum Dei fit mens rite temperata,sed *qui* sic fuerit cõpositus,de quacunq; re petierit,statim exaudietur:quia *nequaq̃* discrepat ab eo,quod Deus statuit.Huic quoq; iugum Dei & Christi suaue est, & delectabile. Et in huiusmodi habet locum hymnus, quem cecinerunt

Angeli Angeli in natiuitate Principis pacis dicentes: Et in terra pax hominibus bonę uoluntatis,eis uidelicet qui habent uoluntatem cum ratione & Deo concordem,hi siquidem digni habentur,ut conscendant ad illam pacem Dei,quæ exuperat omnem sensum:& ut deueniant ad cœlestem,& subli-

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Cre

mem ciuitatem illam, in qua (authore Iob) Deus fecit eam concordiam, ut diceretur ciuitas illa uisio/& fruitio pacis. Et quia non possunt ad hoc regnum pacis peruenire nisi pacifici/ ideo eius Princeps iubet ministris suis, ut quocūq; applicuerint, deferant & ānunciēt pacē. Qui & ab eis recedens hanc pacem seruandam iure testamentario reliquit dicens: Pacem meam do uobis/pacem meam relinquo uobis. Quod testamentū qui ob seruare neglexerit, ad hæreditatem pacis nullatenus poterit peruenire: qa dissonans (uel in minimo) ad harmonicū concentum, & canoram suauitatem admitti nō debet, nec potest. Sic & qui minimo peccato, uel aliqua in parte uoluptati inseruiunt, non possunt deuenire ad regnum, cum sint serui peccati, nec ad pacem illam, quæ a quibusdam sapientibus diffinitur esse tranquilla animi libertas.

Iob

CHRI/STVS.

A quo detur Pax. Con. II.

SEd cum nullus possit esse liber a peccato sine Deo, ideo nec potest absq; Deo pace frui, & in ea proficere. Hinc orat ecclesia: Da nobis illam, quam mundus dare non potest, pacē. Trifaria enim sunt mūdi habitacula, superna, inferna, & media. Est supernum hospitium consonantissime ordinatū, & plena pace refertū. Est infimū, ubi nullus ordo, nulla quies, nulla pax, sed sempiternus horror inhabitat, inquit Iob. Est autem medium ex utraq; permixtum, in quo homo primo collocatur, proposito sibi biuio, & ad extrema hospitia continuo inuitatur. Sed ad inferna habitacula facile curritur, laxis habenis, nullo freno, nullo moderamine, nullo seruato ordine, sed omnibus propetulantia cōparatis. Facillimus est igitur descensus aucrni: quo sine adiutorio labuntur mortales, adeo a seipsis, & ab ordinante Deo seiūcti, & dissoni, ut nulla unq̄ pace, nulla tranqllitate potiri amplius ualeant. Qui uero ad superna habitacula tendunt, & ad superas auras: difficile & arduū iter arripiūt, ita, ut sine Dei numine id perfici penitus nequeat, attestante ueritate infallibili, quæ ait: Sine me nihil potestis facere. Sicut enim instrumentum indiget modulatore, qui fibras aut fistulas aptet, & cōsonas reddat/& postea debita sonoritate moduletur: sic quoq; nos tanq̄ instrumēta (& utinam bona) indigemus modulatore, qui nostros aptet neruos & fistulas: qui proculdubio sunt anima/ atq; corpus: animal nostrum, & spiritus: superior portio, & inferior: uoluntas, & ratio: & tandem omnia cum ipso Deo concordet. Quis enim corpori dispositio animam consonam infundit nisi Deus? Quis illa duo, quæ penitus dissona uidentur, corpus uidelicet & animam tanta concordia connectit, ut dissolutiones penitus refugiat? Quis mentem nostram cum diuina aliquādo coaptare poterit, aut sciet? Quis congruo plectro diuinam uoluntatem percutit, ut in cum sonum deueniat, ad quem nostra quoq; non frustra accedat? Solus quippe

Ecclo.

Paulus hæc ille efficit, de quo dicit Apostolus: Deus est, qui operatur in nobis & uelle, & perficere: Et iterum: Idem uero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Ab hoc igitur data est pax, & concordia animæ cum corpore: Ab hoc est, unde animalis homo subiiciatur spiritui: Ab hoc cōuenientia mētium humanarū ad inuicem: quia ipse est, qui habitare facit unanimes in domo: Ab eodem est correspondentia mentis nostræ cū diuina. Inde igitur est instrumentorum coaptatio: Inde sonora, & consona operatio: Inde tranquillitas, pax, suauitas, & omne bonum.

Quā suauis, & concinna sit ista Pax. Con. III.

ADeo suauis, iucundaq; est pax, ut dicant nōnulli sapientes, q̄ in natura nihil sit cogitatum præstantius, nihil dulcius. Quia uera pax est trāquillitas animi, simplicitas cordis, uinculum amoris, charitatis nexus, Reipublicę solamen, domorum iucunditas: Angelis domestica, dæmonibus inimica, Deo sup omnia grata, & omnium rerum concordia. Et ubi concordia est/ibi harmonia/ibi suauitas, ibi iucunditas. Hinc canit Propheta: Ecce q̄ bonum & q̄ iucundum, habitare fratres in unum: Fratres uidelicet anima & corpus, quando sunt concordes: uel homines simul, aut homo & Angelus eius custos: quia tunc Deus & Christus (cuius nomen in canticis dicitur unguentum, uel oleum effusum) diffunditur in eos, qui sic conueniunt, conspergēs omnia odore, & fragrantia suauissima: unde sequitur: Sicut unguentū in capite, scilicet Christo, quod descendit in barbam, barbā uidelicet Aaron sacerdotis magni: quia per manus sacerdotum plebi administrātur diuina charismata. Descendit igitur hoc unguentum usq; ad oram uestimenti, illius uidelicet quod comparauit, & intexuit nobis Christus & unctus noster: ut omniū peccata cooperiret. Hoc igitur uestimentū unguento perfundit, ut etiam omniū uulneribus mederetur. Est quoq; hic influxus diuinus super cohabitātes in pace, sicut ros hermon, qui descēdit in montē sion. Ros quippe est cœlestis influxus, immo diuinus, in quo Izahac benedixit filios utriq; dicens: In rore cœli erit benedictio tua. A cœlo enim descēdit per hermon indicato, quod anathema mœroris interpretantur: Et descendit hic ros in montem sion, idest in eos qui positi sunt super specula, & in regimē aliorū: sion. n. speculā denotat. Si aūt secretiores theologos imitari uoluerimus, ros qui hebraice טל tal dicit, per uiā numerorū cognomē importat magni nominis recōditi, a quo fluūt omnia: Et sic per unguentū indicatur, q̄ habeamus influxū nominis, quod proprie est unguentū effusum: & per rorē influxū cognominis: adeo, ut nihil desit habitātibus simul in pace, & unitate. Et explicādo clarius propheta subinfert: Quoniā illic mandauit Dominus benedictionē, & uitā usq; in ęculum. Sed quid est uita, nisi æterna beatitudo? Et quid est benedictio, nisi donū, quo ad ipsam beatitudinem

Theol.

Dauid

Dauid

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creati

perueniatur. Ideo introducēdi ad ipsum regnū gloriæ uocantur benedicti a Principe dicente: Venite benedicti Patris mei. Ex pace igitur perueniturad benedictionem, & de benedictione ad uitam & regnum, ex uita uero ad unionem, de qua (q̄tum fas est, & q̄tum ualuerit imbecillitas ingenioli nostri) depromere aliquid conabimur.

MODVLVS DECIMVSSEPTIMVS/ VNIO.

De Vnione beatorum cum Deo. Concentus Vnicus.

EX sacratissimis prōptuariis paternis Iesus Dei filius cū hinc demigraturus maximi erga nos amoris pignus dediliet, hoc quoq; monumentū omnibus ferme humanis ingeniis recōditū tribuit dicēs: Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: ut sint unum, sicut & nos: Et ierū: Non pro eis tantum rogo, CHRISTVS. quos prædicare misi, scilicet Apostolis: sed & pro eis qui crediturisunt per uerbum eorum in me, ut omnes unū sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, & ipsi in nobis unū sint. Quibus uerbis ne dū nostrā cū Deo futurā unionē explicat, sed etiā modū innuit, dū ait: Sicut tu pater in me, & ego in te. Idem Plotinus De qua unione cū uellet ptractare Plotinus recōditissimę doctrinę Platonis, imo sapiētiæ diuinę a Platone imbibitę, pro quāto propinauerāt prophetæ, eminentissimus reserator inquit: Hoc igitur mysterioꝝ talium institutio indicat, ut uetet id hominibus nondū initiatis, expiatisq; patefacere. Nempe uetuit, quod diuinū est alteri aperire, nisi dūtaxat illi, cui uidere cōtigerit, Hinc quia Parmenides dixit omnia esse unū, ridēt Peripatetici Parme. Peripa. ipsi uere ridendi, quia disputant contra omnia, quæ nō dixit Parmenides: & quod dixit, intactū, & suis pedibus firmum, & incōcussum penitus reliquerunt. Arguit Aristoteles (inquit Simplicius) contra uerba, non Simpli. contra sensa Parmenidis, qui diuine loquebat, & supra metas philosophię naturalis: cui addictus erat Aristoteles in physicis. Omnia.n.ab uno proAristo. cesserunt, & ut sint eadē oia ex illo uno participare necesse est. Et sicut oia ab uno in multa processerunt, sic cūcta quæ in illud unū a quo processerant redire tendunt, necesse habent, ut exuant multitudinē, quæ ad imaginationē, discursum, sensusq; pertinent/ per quos tantūmodo procedebat Aristoteles: ideo nec mirū, si non peruenit ad unū. Et sicut circa multa (teIdem ste infallibili Veritate) est turbatio, & distractio animi: ita circa unum est CHRISTVS. collectio, & quies: Ait enim: Martha turbaris erga plurima, porro unum est necessariū: unū uidelicet, in quo omnia collecta habētur, ne quę rētibus quietem, & fœlicitatē uagandū sit circa multa. Hinc optime Augustinus Augu. ait: Quid uagaris homūcio circa plurima? Quære unum bonum, in quo omnia bona, & sufficit. Sed longe aliud est quærere unum, & in illud unū tendere, q̄ effici unum. Porro q̄ unum sit necessarium, in quod omnes tendere debeant, cuncti fere sapientes affirmant. Sed quomodo tendentes in

illud unū cū illo idem efficiantur, pauci uel nulli explicauerūt, quod etiā difficile explicatu est: quia id inter ea arcana reconditissima habetur, quæ nō licet homini loqui, nisi his tantum, qui ipsam unionem, aut facto, aut
Plotin. saltē contemplatione experti sunt. Est enim (inquit Plotinus aliquid depromens ex officina eoꝝ, qui id cōprobarunt) ipse uidens cū eo quod uidetur/ nō duo/ sed unū/ tā q̄ nō esset proprie uisum aliqd, sed unitū. Est aūt ipse unū nullam ad seipsum differentiā habens, neq; rursus q̄tū ad cætera ptinet. Non.n.apud eū, qui sic uidet/ aliqd mouetur, nō ira, non appetitus alicuius inferioris, cū iā ad excælsa ꝓfectus sit: Sed nec ratio, neq; intelligentia quædā/ neq; omnino ipsemet/ si modo id dictu fas sit. Sed tanq̄ ra-
Paulus ptus/ siue a Deo pēitus occupatus, in tuto quodā secessu/ habituq; trāq̄llo, prorsusq; imobili iam cōstitutus est. Ab essentia quoq; sua nullo modo declinat, neq; etiā circa seipsum reflectens/ quippe cū penitus conquiescat in eo qđ uidet, & quasi ipse iā status euaserit: Huc.n. Paulus adhuc peregrinus deuenerat (ut opinor) quādo dicebat: Viuo ego iā nō ego, uiuit uero in me Christus. Qui & raptus aliquādo in Deū, se uidisse attestat ea, quæ nō licet homini loqui. Melius autē & fœlicius ipse, & alii ad hoc ueniunt, quando iam ad cursus metā applicuerint, & firma adhæsione cōnexi fue-
Idem rint illi uni, in quod semper tetenderant: de quibus idē Paulus: Qui adhæ-
Theol. ret Deo, unus spūs efficitur cū eo. Dicunt.n. Theologi nostri, quod Beatitudo est in uisione/ & fruitione Dei, atq; firma ipsius fœlicitatis tentione,
Plotin. nec ultra progrediuntur. Ex euangelio autē, atq; Plotino, & aliis sapientibus habemus, qđ etiā deuenitur ad unionē cū Deo uiso/ & dilecto. Nam
Idem si uidens idē fit cū eo, qui uidetur (ut nup dixerat Plotinus) melius & effi-
Diony. cacius amans cū amato fit unū, dicente Dionysio/ & sapientibus q̄pluribus: q; amor est uirtus uniens amantē cū amato. Altius aūt cōscendentes, sicut speculatiua uirtus/ aut cōtemplatiua exuit multitudinē/ si unū contemplari debeat, ita & effectiuæ, & omnes aliæ uires progressiuæ a multis in unū tandem pergunt/ sicut ab uno in multa processerūt: qua uia perfectum diapason, & consummata harmonia conducitur. Ad illud utiq; unū
Plato peruenire cōtendunt, qđ (ut docet Plato in Parmenide) est a quo omnia, extra omnia, & in omnibus, & ad qđ omnia tendunt: ut sit primus & nouissimus, principiū & finis, sicut sacræ litteræ plærisq; testantur in locis. Si aūt suapte natura omnia tendunt in illud, tandē ad ipsum perueniant, ne frustra appetitus ille insitus sit. Nec inde desistent esse qđ sunt, cū meliori unita, & in melius ꝓmutata/ suoq; iam adepto fine fœlicius uiuentia.
Plotin. Hæc est enim (inquit Plotinus) Deorū/ & Hominū diuinoꝝ/ fœliciumq; uita inferiores omnino negligere uoluptates, quæ in pluribus consistunt, & fuga solius ad solum: Hoꝝ enim cogitatio ad copulā prorsus innititur. Sed quomodo ad id perueniatur, cū intactum non prætermittat, & nos

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creati

aliqualiter percurremus. Ad id enim (inquit) Prophetæ cũ deuenerint, pleni Dei ſpiritu docuerunt, qua ratione illud cernatur, ſed obſcurioribus ſermonibus/adeo q̃ uix intelligi poſſint. Sapiens uero Sacerdos (qui ni fallor) præcipuus Chriſtus noſter fuit, inuoluta explicans aditum/& ingreſſum præbuit dicens: Ego ſum hoſtiũ, per me ſi quis introierit, ſaluabitur, & egredietur, & utrobiq; paſcua inueniet. Ad hanc igitur uiſionem uiam aperuit, & ducatũ præbuit dicens: Beati mundo corde, q̃m ipſi Deũ uidebunt. Cordis quidem munditia exquiritur, ut uideamus, & contemplemur illum, cui uniri debemus. Cum ipſo autẽ idem efficimur, quando multitudinẽ exuimus, per ueram exterioꝝ ſuppeditationẽ, de qua iterum dicit: Beati pauperes ſpiritu, ideſt nihil de exterioribus appetentes, quoniã ipſoꝝ eſt regnum cœloꝝ, quod ipſe Deus eſt: Ad quod etiã conducit uera hominis animalis poſſeſſio, & dominiũ: quia tunc pace perfecta fruitur, de qua ſubinfertur: Beati pacifici, quoniã filii Dei uocabuntur, & erũt/ut Iohannes perhibet dicens: Dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri, his qui nõ ex ſanguinibus/neq; ſecm uoluntatem carnis uiuunt. Sed cũ ad id deuenerint, ut iam inconcuſſi nullam illatam ſentiant iniuriã, quaſi his exterioribus mortui, tunc ſupra homines euectis/omniaq; adeptis/nihil iis unq̃ appetendum eſt. Et iſti ſunt, de quibus in calce illius reconditiſſimæ doctrinæ bis repetit dicens: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſoꝝ eſt regnum cœloꝝ: Et iterum: Beati eritis, cũ maledixerint uobis homines, & dixerint omne malum aduerſum uos mentientes propter me: & uirtutis amore tolerabitis, gaudete tunc, & exultate, quoniã merces ueſtra copioſa eſt in cœlis. Quæ merces utiq; eſt ille, qui dixit: Ego ero merces tua magna nimis: copioſa autem eſt, quãdo copioſe ſeſe diffundit, & ſtrictius ſecum unit amantes in illa æterna beatitudine, & fœlicitate.

CHRISTVS. IDEM

Iohan.

DEVS

DEVS

MODVLVS DECIMVSOCTAVVS FOELICITAS.

Quis ſit Fœlix, & Beatus. Concentus Primus.

QVis autem cenſeatur fœlix/atq; beatus/Auguſtinus diffinit dicens: Beatus eſt, qui habet quicquid uult. Plato autem in Philebo non multum diſtat/dum ait: Beatus eſt, cui nihil deeſt: Sed in Euthydemo cum Auguſtino conſentit dicens: Fœlicitas eſt cõſecutio rerũ ad uota. Sed nullus res omnes, quas appetit, poſſidet, niſi qui adhæret, & unitur cum fonte omnium bonorum/a quo ad libitum cuncta haurire poſſit. Beatus eſt igitur/& fœlix/qui eſt unitus cum Deo, in quo omnia uidet/omnia poſſidet/omnibus fruitur meliori ſorte, q̃ in genere proprio perſpiceret: quãuis non denegetur illoꝝ uiſio, quæ ab Auguſtino dicitur ueſpertina/nec eorum fruitio, q̃ ſupra ſpuriam

Augu. Plato

Augu.

declarauimus, dũmodo omnia referãtur in Deum ea relatione, & conſonantia quæ decet. Ex quorum cõuenientia magna conſpicitur Creatoris gloria, quæ uibrat, & ſplendet in creaturis, quã cotemplantur oculi bene colluſtrati, ſicut Seraphini illi, qui (Iſaia referente) decantabãt/Sanctus/ſanctus/ſanctus Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria eius. Quæ ſi ſplendet in creatis, multo fœlicius in ipſo Creatore, cuius uiſio datur his, qui mortui mũdo, & ſibiipſis, ſoli Deo uiuunt, qui ait: Non uidebit me homo, & uiuet. Neceſſe eſt igit̃, ſi quis fœlix eſſe uelit, ut moriatur morte iuſtoꝝ, aut per omnimodã ſeparationem a corpore & e cõuerſo, ſicut beati omnes, quoꝝ animæ ad gloriam illam cœleſtem perueniunt: Aut per corporis tranſmutationem in meliorem ſortem, ſicut de Elia legimus tranſlato in curru igneo, iam mutato corpore in naturã ſpiritus: & ſicut Henoc, qui ambulauit cũ Deo in anima & corpore, & amplius uiſus non eſt a corporeis oculis: Et ſicut multi alii quorum corpora ſurrexerunt cũ Chriſto, & introierunt in ſanctam ciuitatem fœlices ſimul cum ipſo: Vel per demigrationem a corpore per tempus, ſicuti Paulus in raptu: Moſes, qui uidit Dominum facie ad faciem: Iſaias, qui uidit Dominũ ſedentem ſuper ſolium excælſum & eleuatũ: & alii non pauci, quos recenſere perlongum foret, ne dicam impoſſibile.

Isaias

In quo conſiſtat Fœlicitas. Con. II.

QVãuis in primo uolumine multas adduxerimus opiniones illorum, qui diffinire uoluerunt, in quo fœlicitas, & beatitudo conſiſtat, hic tamen negocium reſolute, & concluſiue determinantes dicimus: q̃ non poteſt eſſe fœlicitas, niſi in Deo, nõ autem in aliqua rerum exteriorum, ſicut ſapienter decernit Ariſtoteles in politiis dicens: Teſte Deo, non eſt fœlicitas in rebus exterioribus, quia ipſe eſt fœlix, & nulla rerum exteriorum utitur. Hic corruit Cicero ſuo concuſſus Ariete, dum ponit beatam uitam in omnium rerum uacatione: quæ in Deo ſolũmodo locanda eſt. Progreſſus tamẽ in Deum fit aliquando per creaturas, dicente Paulo. Inuiſibilia Dei, per ea quæ facta ſunt, a creatura mundi intellecta conſpiciuntur: Ex quibus iterum ad creata Deum uidentes conuerſi, gloriam Opificis in eis contemplantur, ſentientes ex utriſq; concentus mirificos reſultantes. Quæ conuerſio ad creata nullatenus infauſta eſt: cum non fiat per auerſionem a Deo, a quo nunq̃ diſcedentes, ipſum continue in creatis contemplantur. Nunc igitur ipſius Dei oblectantur uiſione (quæ meridionalis dicitur) nunc creaturas in ipſo percipiunt uiſione matutina, nunc autem ipſum in creaturis uiſione ueſpertina conſpiciunt, ut diffuſe & aperte Auguſtinus ſup Geneſim diſſerit. Nec minus profunde, & diſerte Origenes in ſecũdo uolumine contra Cælſum diſcutit ordine quodã retrogrado: Quẽ proſequentes di-

Ariſto.

Cicero

Paulus

Augu.

Orige.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creati

eimus:q; homines aliquando a corporeis legibus,& ſenſibus abſoluti,ſiue per extaſim/ſiue per raptum ad locũ quẽdam deducuntur/ qui aliquãdo paradiſus delitiar;/aliquando tertium cœlum/aliquando ubera,& pectus Archetypi dicitur:ubi quaſi in quodam eruditionis loco docẽtur clare de iis,quæ prius in imaginibus didicerant. Iudicia enim de conſequentibus & futuris diſcernũt/quæ prius p ſpeculũ/& in ænigmate aliqua ex parte conceperant. Vident aliquãdo ſphæras/uel globos cœlor;,ubi cognoſcũt & ea,quæ ibi geruntur,& cur ibidẽ illa diſpoſita ſint. Et aliquando ultra tranſgreſſi Ieſum ſequuntur,qui cœlum penetrauit dicens: Vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Ibi enim cognoſcunt multas manſiones diſtinctas/& unitas/& quæ ſedes unicuiq; parata ſit/ſicut nouerat Paulus,de quibus dixit: Quor; nomina ſcripta ſunt in libro uitæ. Tunc etiam ueram conſpiciunt rationẽ aſtrorum/ſiue animantia ſint,& inde operentur: aut undecunq; hauriant uirtutẽ,ut influant in inferiora. Ibi fœlices intelligũt rer; cauſas,quas ſumma Veritas dilectis filiis/& fidis miniſtris non abſcondit. Ibi percipiunt nõ ſolũ quicquid unaquæq; ſtella operetur/& quo loco ſita ſit,& quare ab alia tanto dirimente ſpatio ſeparetur/ſed etiã quæ intelligentia unicuiq; ſyderi præſideat:& a quo loco Archetypi ſuſcipiat, unde in ſtellas,& per ipſas in inferiora influat. Tũc intelligit in puro iam degens ſplendore/quid Sacerdos/quid Leuita/& quid ordines eor;: quiq; ſint ordines iubileor;,ſeptimanar;,annor;,feſtor;,& feriar;,atq; omnium ſacrificior; rationes: quæ in purificatione,atq; expiatione animar; myſterio penitus reconditiſſimo ordinata ſunt. Quæ inſuper lepræ diuerſæ,& quæ purgatio ear;,& quid ſeminis profluuiũ. Cur iterum gibbi,hernioſi, manci, torto aut nimis magno,uel ſimo naſo,ſtrabones,aut quacũq; turpi macula fœdati arceantur ab altari. Agnoſcunt quoq; Angelicas mentes,aut intelligentias ſeparatas a ſũma,& unica mente:& quæ uirtutes,& quæ poteſtates ſint bonæ,& quæ malæ:quæ propitiæ,& quæ contrariæ. Intuentur etiam quæ ſit ratio animarũ,& unde unaquæq; ueniat:& quæ ſit,& eius perfectionis gradus,& gratiæ,atq; donor; menſura: quæq; diuerſitas animalium & ferarũ,& cur in tam multas ſpecies ſingula genera diuidantur. Nec occultabitur qua ratione radicibus quibuſdam,uel herbis aſſocientur uirtutes quædam mirandæ:& aliis e contrario herbis,uel radicibus depellant. Inſuper & de his,quæ accidunt hominibus,quę non fortuito,uel caſu occurrant,ſed ratione quadã tam examinata,& tam ardua,ut eam nõ ſolum ſanctor;,ſed fortaſſis omniũ hominũ nec numerus quidem prętereat capillor;:cuiuſq; prouidentiæ ratione producat & uſq; ad duos paſſeres/qui aſſe ueneunt,ſiue ſpũaliter/ſiue ſecũm litteram paſſeribus intellectis. Et ne quiſpiam hoc exiſtimet falſum,aut impoſſibile, adducam etiam ea,quæ ille poſſeſſor ſapientiæ (ut celebre eſt in eccleſia)

CHRISTVS. Paulus

Sapiẽ

de ſeipſo aſſerit dicens: Ipſe mihi dedit eorum quæ ſunt ſcientiam ueram, ut ſciam diſpoſitiones orbis terrarum,& uirtutes elementorum,initium, conſummationẽ,medietatem, & uiciſſitudinem temporum, anni curſus, ſtellar; diſpoſitiones,naturas animalium,iram beſtiarum,uim uentorum, cogitationes hominũ,differẽtias uirgultorum/uirtutes radicum/& quæcunq; ſunt abſcondita,& improuiſa didici: Omniũ enim Artifex docuit me ſapientia. Cui adſtipulatur ille Sapientiſſimus Mercurius Triſmegiſtus,qui cũ ſuam mentem (de qua loquimur) adeptus fuiſſet,ait: Diuino afflatus ſpiritu ueritatis compos effectus ſum. Neq; enim ſinceram ueritatem habere poſſumus, niſi mentẽ adepti fuerimus, aut illuſtremur luce illa ſupramundana, uel per exceſſum mentis uehamur in fontem ueritatis, qui idem eſt. Nam a ſenſibus aut per inuenta ab hominibus (ut Sapientes conueniunt) non eſt expectanda ſincera ueritas. Ideo Apoſtolus cũ Coloſſenſibus ait: Videte ne quis uos decipiat per philoſophiã,& inanem fallaciam ſecũm traditionem hominum. A ſupremo igitur fonte ueritatis cũ munditia cordis expectanda eſt uera cognitio. Hinc idẽ Mercurius mentẽ adducit his uerbis ad ipſum locutã: Adſum ego mens,ideſt diuinus ſplendor intellectum ueſtrum perluſtrans, his qui boni/pii/puri/religioſi/ſanctiq; ſunt: Præſentiaq; mea fert illis opem,adeo ut ſtatim cuncta dignoſcant. Et filium ad mentẽ hanc capeſcendam exhortans inquit: Quicũq; Dei munere fulti ſunt,ut mentẽ ſunt conſequuti,ii o Tati ſecundum operum comparationẽ pro mortalibus immortales habentur,intelligentia ſua cuncta complexi quæ in terra ſunt,quæ in mari,& ſi quid eſt præterea ſupra cœlum: Atq; ideo ſeipſos erigunt, ut ipſum quoq; bonum intueantur, in quo y3 omnia uident. Quod ſane cũ proſpiciunt,eam quam hic ueſcimur uitam,miſeriam quandam arbitrantur:deſpicientes utiq; cũ corpora,tum corporea omnia,ad unũ ſolum ferũtur. Hæc o Tati eſt ſententia mentis,diuinorum.ſ.contemplatio,& intelligentia Dei,diuino exiſtente cratere, ideſt diſpoſita anima,ut ſuſcipere poſſit in intellectu ſplendorem illum, unde mens efficiatur, habens y3 intellectum ipſum diuino fulgore perluſtratum. Quã quidem illuſtrationem Iohãnes uocat unctionem dicens: Vnctionem habetis a ſancto,& noſtis omnia: nec indigetis, ut aliquis uos doceat: quia unctio eius docet uos de omnibus. Quæ unctio, aut colluſtratio, uel mens datur (ut dicunt ſecretiores Theologi) in morte oſculi, de qua Propheta in pſalmo: Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctor; eius. Ad quã mortem Chriſtus,& Paulus exerta uoce nos prouocant. Alter ſiquidem myſtice ait: Niſi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit,ipſum ſolum manet: Si autem mortuũ fuerit,multum fructum affert. Mori enim neceſſe eſt mundo, & homini animali, ſiquis uelit Deo uiuere, & cernere ea, quæ ad uitam diuinam per-

Mercu.

Sapiẽ. Paulus

Mercu. Mens

Idem

Iohan.

Theol. Dauid CHRISTVS. Paulus

© The Warburg Institute. This material is licensed under a C

tinent atteſtante ipſo Deo, qui ait: Non uidebit me homo, & uiuet uita ꝙ animali: ideo Paulus: Mortificate membra uestra: & iterū: Mortui estis, & uita uestra abscondita est cum Christo. Moriens itaq; homo sensibus, in excessu quodam & separatione intellectiuæ potentiæ a discursu circa sensibilia, eleuatur in Deum, ubi omnia uidet. Quod adhuc peregrinantes Dei munere adipiscuntur, dūmodo effecti sint mundo corde, ut docet summa Veritas: Ex cuius officina inquit Plotinus: Qui puri sunt, habitantes secū, nihil impedimenti habentes, quo minus unū efficiant, sed effecti diuini, pulchri, atq; Deiformes, tunc ascendunt in mentem, ubi pulchras omnes species contemplantur, atq; cognoscunt illas ideas esse, quæ ueras rerum indicant essentias, & quidditates. Ad quod deuenerant Prophetæ, Paulus, & ille, q dixit: Quod audiuimus, & cōtrectauimus de uerbo uitæ, hęc annunciamus uobis: Et iterum: Vidimus gloriam eius/gloriam quasi Vnigeniti a Patre. In quo uerbo cū omnia splendeant, & ibi habeant sua exemplaria, consequenter omnia ibi conspiciuntur. Verum hæc uia antiquis domestica, & etiam aliquibus, uel paucissimis nostri temporis cognita, qui cum Propheta dicere possunt: Notas mihi fecisti uias uitæ: Vulgo autem penitus est oblitterata, addicto unoquoq; concupiscentiæ suæ, aut doctrinæ perceptæ a sensibus, qui ad huiusmodi non pertingunt penitus ab ipsis aliena: hinc ipsis uidetur dura, extranea, & forsitan a ueritate exorbitans & inaccessibilis (ut aiunt) pro statu isto. Iccirco iis satis est expectare tempus, quo reformabitur corpus nostrum graue, & conforme fiet corpori claritatis Christi: quod existimant euenire tantūmodo post resurrectionem, & in statu gloriæ, non attendentes quid sancti perhibeant: & quomodo (ut scriptura autentica testatur) aliqui adhuc peregrini ea uiderint loquentes cum Deo facie ad faciem: ut de Mose, & de Iahacob dicitur, & de aliis per alia uerba. Postq̄ igitur omnes consentiunt, quod hæc perfecta cognitio dabitur his, qui ad cursus metā studiose applicuerint, de ipsis etiam aliquid percurremus.

DEVS Paulus

CHRISTVS. Plotinus

Paulus

Dauid

Quibus Fœlicitas perfecta detur. Con. III.

ET si in hac uita degentibus aliquādo datur introitus ad paradisum delitiarū, ubi uesci possumus omnibus ibidem consitis arboribus, & delitiari in eo, quem Paulus, & alii sapientes hebrei uocant sæculum futurū, nihilominus perfecta eius possessio datur his, qui cōpleuerunt uitæ curriculum. Ante enim uel paucissimi in huiusmodi perfecte initiati eò perueniunt, ut ipse Paulus cum hebreis de hac re non mediocriter instructis ait: Perfectorū autem est solidus cibus, eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionē boni, & mali. Cum istis igitur loquentes interponemus inchoatiuos sermones Christi, qui qdē sunt de operibus pœnitentiæ, baptismate, authoritate

Paulus Hebrei

Paulus

authoritate absoluendi, resurrectione mortuorū, & huiusmodi: ut feramur ad doctrinam perfectam inter perfectos, & eos qui participes facti sunt Spiritus sancti tantūmodo communicandā: in qua tractatur de cœlesti dono, mana abscondito, de meliori Dei uerbo, recondito uidelicet, & perfectis cōmunicando, & de uirtutibus sæculi uenturi: Ad quod (Deo auxiliante) cum deuenimus, tunc uidemus etiam peregrini, saltem in parte, ea quę abscondita sunt: Si uero soluti á corpore in Deum ferimur, tunc euacuatur quod ex parte est, adepto iam pfecto, in quo plene beamur: Soluta uero anima ab hac mole corporea si statim pertingat ad metam & terminum, quò tandē uentura est, an si adhuc proficiat, uaria est opinio sapientum: Nouitiores.n. Theologi uel pedibus in priorē sententiam deueniunt: Sed Origenes / & cum ipso alii sapientes opinantur, q̄ adhuc proficiant beati, ut ille longo sermone disserens contra Cælsum ait: Cum ad cœlestia loca peruenerint sancti, tunc amplius & perfectius cognoscent q̄ in peregrinatione fecerint. In qua cognitione crescet per singula rationalis natura, non sicut in carne, uel corpore & anima, in qua uita crescebat, sed mēte & sensu aucta ad perfectam scientiā mens iam initiata perducitur, nequaq̄ in posterum istis carnalibus sensibus prępedienda, sed intellectualibus incremētis aucta, semper omni āmoto uelamine, & ad purum (ut ita dixerim) facie ad faciem rerum causas conspiciet: ubi ea in primis perfectione potietur, qua in ipsum cōscendit, ea deinceps qua permanet: cibos, quibus uescatur, habens theoremata, & intellectus rerum, rationesq̄ causarum: Sicut enim corpora nostra in hac uita ciborum præsidio, dum adhuc in iuuenilibus annis sumus cōstituti cōtinuo adolescunt, & plene perficiunt: sed cum natura congruis lineamentis ea ad suam proceritatem deduxerit, utimur cibis, iam nō ut crescamus, sed ut uiuamus, & conseruemur in uita per escas/Ita arbitror & mentē, etiam cū uenerit ad perfectū, uesci tamen, & uti propriis & competentibus cibis in ea mēsura, cui neq̄ deesse aliquid debeat, neq̄ abundare. In omnibus autem cibus hic intelligendus est theoria/& intellectus Dei habens mensuras proprias, & competentes huic naturæ, quæ facta est & creata: quas mensuras singulos quosq̄ incipientes uidere Deum, & intelligere per puritatem cordis oportet obseruare: Hunc certe profectum (meo iudicio) nobis indicare uoluit Apostolus, *ubi* postq̄ de ascensu in altum, & illuc captiuitate deducta á Christo *disseruit*, & de gradibus distributis in ecclesia, quibus alii facti sunt Apostoli: alii Euāgelistę, Doctores alii, & huiusmodi, subinfert: Donec occurramus omnes in unitate fidei, & agnitione filii Dei in uirum perfectū, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, ut iam nō simus paruuli fluctuātes, & circunferamur omni uento doctrinę. Si quis autem asserat nullū esse profectū in patria, quia in uia deuenit unusquisq̄ ad eam, quę ipsi est destinata mēsura, sicuti

Theol. Origę. Cęlsus

Paulus CHRISTVS.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creati

tenent cõmuniter doctores eccleſię,& nos cũ eccleſia,& cũ Chriſto ſumus hic/& ubiq; Videtur tamẽ aliqbus (niſi hoc ueritati repugnet) q; infinito adhærentes ſemp ab eo hauriant unde creſcant,quouſq; idẽ cũ ipſo fiant, ut ſupra inuimus,& tũc pfecta portione, qua creſcunt,ſubſecuta quieſcũt in pace in idipſum: Nam (ut inquiũt) ſiquid obſcœnũ & imundũ detur/ par eos qui uitæ curricula cõpleuerunt,habent locũ in quo expurgentur, anteq; deueniant ad lucẽ illam colluſtrantẽ,& pficientẽ,ne offendatur ipſe fœdus,& debilis a claritate eius: Ita aſſuefaciendus eſt oculus, anteq; in eã pleniſſimã lucẽ figat intuitũ: quia (ut inquit Plotinus) ſordibus infectus Ploti. oculus,nec dũ bene purgatus,aut debilis,ſi in ſpectaculũ lucidiſſimũ intẽ datur,caligabit protinus: oportet.n.uiſurum uidendo cognatũ,ſimilemq;, prius effici q; ad ſpectandũ adhibeaẽ: Neq;.n.oculus unq; uideret ſolẽ,niſi factus ſolaris: neq; rurſus animus niſi factus pulcher, atq; diuinus ipſam pulchitudinẽ, & Deũ intuebitur: neq; lucẽ ſuſcipiet niſi factus lucidus & clarus. Hinc Salomon in prouerbiis ait: Semita iuſtoꝝ ſicut lux ſplendet Salo. uadens,aut pficiens & lucẽs uſq; ad pfectũ diẽ. Hinc de Chriſto beatiſſimo dicit: Puer aũt creſcebat,& cõfortabaẽ plenus ſapiẽtia: Et iteꝝ: Et Ieſus pficiebat ſapiẽtia,ętate,& gratia apud Deũ,& homines. Nec dicendũ eſt q; ille pfectus eſſet ſcdm apparentiã,qa criminarent ſcriptuã de falſitate cũ ipſa dicat/q; pficiebat ſapiẽtia/nõ aũt apparẽtia,neq; tm̃mõ ad cõtuitũ hominũ. Nec bñ ſoluit,q dicit q; pficiebat experiẽtia: qa ibidẽ dr/q; proficiebat ſapiẽtia: Neq;.n.aliqñ incõgrue loquit ſcriptura ipſa,niſi ex trãſlatoris uitio. Proficiebat itaq; homo ille etiã cũ Deo unitus,ſicut & merebaẽ uſq; ad eã plenitudinẽ,ad quã Pr præordinauerat. Creſcũt & iuſti uſq; ad pfectũ diẽ,qui eſt meridies,aut uiſio meridionalis,ſic dicta ab Auguſtino, Augu. qñ beatus clare intueẽ Deũ facie ad faciẽ ſicuti eſt: in qua uiſione eſt latitudo infinita,ſicut & obiectũ uiſum eſt infinitũ. Nec hẽant pro incõueniẽti, qui ſic opinanẽ,q; beatoꝝ ſit ſtatus,& profectus: Status qdẽ eſt,ut nullatenus qs eoꝝ cadere poſſit: Progreſſus uero/cũ ſemp Deo intimiores fiant, quouſq; idẽ cũ ipſo efficiantur: unde & Angeli (ſicuti Petrus inquit) de/ Petrus ſiderant in Deũ proſpicere: Deſiderant quippe/quod nõ adhuc habẽt,nec fruſtra deſiderant,quia defraudarentur a deſiderio ſuo, & dolerent,qd eſt contra rationẽ beatitudinis. Obtinere uidentur igiẽ aliqñ/quod nõ habẽt, quãuis beati ſint: Vel ſi aſſeritur(ut cõmuniter ſentiũt Theologi) q; beati Theol. ſtatim introducti ad uiſionem illam reperiantur in termino iam præfixo, ut non ulterius progrediantur,aut intimiores fiant Deo,cũ illuc introducti iam perfecte beati ſint. Sed quomodocũq; ſit,fœlicitas perfecta datur his,qui iam deuenerũt ad extremam metam ſui progreſſus,& ad plenam menſurã pro eoꝝ capacitate,ut amplius capere nequeant. Et hoc eſt/quod CHRI/ dicitur: Petite & accipietis,ut gaudium ueſtrum plenum ſit. STVS.

MODVLVS.XIX.OMNE BONVM.

Quid ſit bonũ,qd dicitur ſummũ,& uerũ bonũ. Concentus Vnicus.

CVm nulla poſſit fieri diſputatio de eo, quod nõ ſubeſt ſenſibus,aut cõpoſitis rationibus,quia ſimpliciſſimũ eſt, ideo de ipſo ſermo faciendus eſt ſimplex/ ſoloq; diuino lumine edoctus,ſicuti ueri ſapientes nos inſtruũt: Nã Triſmegiſtus illo Triſme. quidẽ lumine perfuſus ait: Deus ipſum bonum eſt,nec aliud quicq; præter bonum: reliqua omnia ab ipſa boni natura ſecreta ſunt: Corpus quidem & anima cũ determinata ſint locum habent nullum,quo bonum capiant, quia tam amplum eſt bonũ, q; exiſtentia reꝝ omniũ corporaliũ, & incorporaliũ,ſenſibilium,& intelligibiliũ, & ipſum,quod eſt ſuper omne exiſtens. Caue igitur,ne quãdo dixeris aliud quicq; bonum: Prophanus enim CHRI/ foret error,iuxta illud quod ſummus doctor ait: Nemo bonus,niſi ſolus STVS. Deus. Nec dicendum eſt Deum aliud quidẽ eſſe q; ſolum bonum, quia in eandem impietatẽ incideres. Et quia bonum nõ ab omnibus intelligitur, idcirco Deus,qui ipſum bonũ eſt,nõ cognoſcitur ab omnibus: uerũ propter iguorantiã,tum deos,tum homines bonum nominant: Ideo Chriſtus redarguens illum,qui ei dixerat/Magiſter bone,inquit: Quid me dicis bonum? Nemo bonus niſi unus Deus,abſolute y3,& proprie: per participa/ IDEM tionẽ aũt aliquis poteſt eſſe bonus,ſicut idẽ doctor ſciens ſe q̃optime par/ IDEM ticipare de bonitate illa quo ad humanitatem,alibi dixit: Ego ſum paſtor bonus. Siquidẽ palàm faſſus eſt,q; omnia dederat ſibi Pater, unde i eo,q; homo,non erat bonus a ſeipſo,quod tm̃modo Dei eſt,de quo inquit Pro/ Dauid pheta: Confitemini Dño,qm̃ bonus: Secũdũ quã bonitatẽ nullus (inquit Mercurius poteſt eſſe bonus,neq; fieri. Quiſquis igitur honoratur ex boni Mercu. tate,id fiat in eo,qd a Deo accepit: Hinc Paulus omnibus clamat dicens: Paulus Quid habes,qd non accepiſti? Cum igitur omnia accipiant a Deo,& nihil dent,& ipſe exhibeat omnia,& capiat nihil,ideo ipſe ſolus bonus: nam bonus porrigit uniuerſa,nec quicq; accipit: homo autẽ & omnia ſimul cũ eo cuncta accipiũt,dant aũt nihil: ideo nihil horꝝ poteſt dici bonum. Chriſtus igitur in eo,quod omnia acceperat a Patre noluit uocari bonus: in eo autẽ quod dedit,boni eſt functus officio. Eſt igiẽ Deus omne bonũ,& ſummũ bonũ,nihil accipiẽs,quia nullo bonoꝝ noſtroꝝ indiget,omnibus aũt dat, Dauid ut bona ſint,ſicut canit Diuus citharœdus dicens: Aperiente te manũ tuã, omnia implebuntur bonitate. Et hæc eſt uera humilitas, & uera cognitio ſui,intelligere ſe eſſe purũ nihil, & omnia accepiſſe a Deo, & hinc eſſe qd ſunt,cũ tm̃ ſit,q̃tũ Deus ſeſe in ipm̃ diffundit: Et qui magis de Deo participat,melior eſt,cũ Deus ſit ipm̃ bonũ: & pulchrior eſt,cũ Deus ſit ipſum Dyony. pulchrum. Hæc.n.eſt (ut Dionyſius,& Academici docent) uera pulchri/ Acade. tudo,participare.ſ.de ſũmo pulchro: & uera bonitas,participare de ſũmo

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution-Non-Commercial 3.0 Unported License.